

E 76

33440



SERIES
PAROCHIARUM ET PAROCHORUM
ARCHI-DIOECESIS STRIGONIENSIS

AB ANTIQUISSIMIS TEMPORIBUS USQUE ANNUM MDCCCXCIV.

JUSSU ET SUMPTU

PIAE MEMORIAE EMINENTISSIMI AC REVERENDISSIMI DOMINI


JOANNIS QUONDAM CARDINALIS SIMOR

PRINCIPIS PRIMATIS REGNI HUNGARIAE, ARCHI-EPISCOPI STRIGONIENSIS ETC. ETC. ETC.

EX AUTHENTICIS FONTIBUS COLLEGIT ET NOTIS ILLUSTRAVIT

LUDOVICUS NÉMETHY DE EADEM

PAROCHUS AD S. IGNATIUM STRIGONII IN CIVITATE AQUATICA, BIBLIOTHECARIUS BIBLIOTHECAE ECCLESIAE METROP. STRIGON., CENSOR DIOECESANUS, CONFESSARIUS ORD. SORORUM CHARITATIS STRIGON. IN CIV. AQUATICA, SOCIETATIS HISTORIOGRAPHICAE, ITEM ARCHAEOLOGICO-ANTROPOLOGICAE, NECNON HERALDICO-GENEALOGICAE DIRIGENS, AC SECT. SCIENT. ET LITERARIAE SOCIETATIS S. STEPHANI MEMBRUM.



STRIGONII,
TYPIS GUSTAVI BUZÁROVITS.

MDCCCXCIV.

III 368




Univerzitná knižnica
v Bratislave



1800131798

AK 4032



divino Salvatore didicimus¹⁾: ad notas boni pastoris illam quoque spectare, ut cognoscat oves suas; quod si vero omnem pastorem nosse oporteat oves sibi creditas, quanto magis necessaria est haec cognitio illis, qui singulis dioecesibus, qua supremi illarum pastores praesunt, quive non tantum commissi sibi gregis fidelium, sed eo magis sacerdotum, suorum in procuranda fidelium salute cooperatorum, notitiam habere debent.

Hac de causa p. m. Joannes Card. Simor Princeps Primas Regni et Archi-Episcopus Strigoniensis, quam primum creditae sibi Archi-Dioeceseos gubernacula capessivit, demandavit, ut sibi clerus Archi-Dioecesanus autobiographias exhiberet.²⁾

Tali modo vinculum illud paterni amoris et filialis adhaesionis, quo Archi-Praesul clero, hicque illi ligatur, multum firmari, nemo est qui non videret.

Hausta vero illorum, qui secum portabant pondus diei et aestus, notitia, voluit denatus Antistes, ut tam horum, quam aliorum etiam, qui sibi et praedecessoribus suis in procuranda fidelium salute et dispensandis mysteriis Dei cooperabantur, memoria conservetur et ab interitu vindicetur.

Hac de causa statuit Necrologium omnium sacerdotum Archi-Dioecesanorum, quorum nomina reperiri poterant, conficere, cujus pars typis quoque mandata et publica luce donata fuit. Praeterea decrevit publicare seriem omnium parochorum et parochiarum administratorum, in quantum possibile ab antiquissimis ad sua usque tempora, ut illorum, qui curam animarum independenter gerebant, perennis in Archi-Dioecesi extaret memoria, simul vero colligerentur fragmenta ad historiam Archi-Dioecesis Strigoniensis spectantia, hujusque per saeculorum decursum vicissitudines ex parte saltem illustrantia.

Hac de causa 24. Januarii 1886. ad clerum suum circulares dimisit literas,

¹⁾ Apud s. Joannem cap. 10.

²⁾ Vide circulares literas de 25. Oct. 1867. sub nro 1241. E submissis autobiographiis ad benignum mandatum Adolphus Majthényi 1868. concinnavit «Album Cleri ADioec. Strig.» in quod biographiae 793 sacerdotum insertae sunt. Jam ante hoc album altera quoque exstitit collectio biographica cleri cum inscriptione: «Catalogus Cleri ADioec. Strig. ab anno 1867.» In quo ultra 1864. nemo inscriptus.

quas, ceu authenticas consilii denati Archi-Episcopi interpretes, proëmio huic per extensum inserendas censuimus: „Constitui Parochorum et Curatorum omnium huius Archi-Dioecesis, quot-quot in Archivis Dioecesanis et parochialibus reperiri poterunt, nomina et cognomina in unum collecta, typis vulganda curare atque sic quandam illorum memoriam conservare. Inde ab anno 1763. usque a. 1863. omnium parochorum nomina in unum collecta et conscripta jam habeo.¹⁾ Eruenda e matriculis, historia porro parochiarum, ubi illa non deest, aliis item ex actis parochialium Archivorum sunt illorum parochorum vel curatorum nomina, qui ante 1763. vel post praememoratum 1863. annum hoc munus gesserunt. Velint proinde DD. Parochi et Administratores parochiarum suorum praedecessorum nomina e praedictis fontibus diligenter investigatis et excussis in elenchum sic redigere, ut quantum fieri potest, dies et annus etiam, quo quis eorum ad aliam parochiam transivit, aut quo decessit, et si quid de uno vel altero memoratu dignius quid proferri possit, pariter adnotentur. Insuper Necrologium quoque omnium huius Archi-Dioecesis Sacerdotum, e praemissa pariter causa typis mandare proposui. Itaque DD. Parochi et parochiarum Administratores ad diem etiam obitus parochorum aliorumve nefors in gremio parochiae defunctorum Sacerdotum horumque nomina reflectere, et illos quoque dies conscribere haud intermittant; pro certo tenentes, quod typis describendorum Catalogorum unum exemplar singulae parochiae obventurum sit. Quos autem confecerint super praemissis elenchos, illos ocyus ad Cancellariam meam transponere meminerint.“

Quum haec ita parabantur p. m. Archi-Praesul die 2. Junii 1888. mihi contulit beneficium parochiale in civitate Aquatica Strigoniensi, quo occupato, rebusque meis in ordinem compositis, mihi commisit, ut ante omnia Necrologium Sacerdotum Archi-Dioecesis Strigoniensis jam inceptum, ab anno 1737. usque a. 1889. perficiam, preloque subjiciam. Circa finem Maji ejusdem anni opus hoc finitum et prologo per ipsum Archi-Episcopum scripto, provisum, singulis Archi-Dioecesanis parochiis submissum fuit.²⁾

Finito hocce opere novam, illamque honorificam mihi contulit provinciam, quae in eo constitit, ut me alteri quoque operi, de parochiis et parochis ad prelum parando accingam, omnibusque adnitar viribus, ut illud, quo ocyus, perficiatur. Hunc in finem tradidit mihi manuscriptum opus Stephani quondam Lipovniczky, quod hic qua bibliothecarius bibliothecae E. M. Strigoniensis paraverat. Pariter mihi consignavit opus manuscriptum A. R. D. Francisci Horváth professoris in lyceo AEppali Strigoniensi e praefatis parochorum relationibus confectum; tandem has ipsas a DD. Parochis sibi ductu matricarum parochialium, aliorumque in parochiis reperorum documentorum exaratas et exhibitas relationes.

Opus tamen Lipovniczkyanum nihil aliud fuit, quam extractus Schematismorum Dioecesanorum inde ab anno 1763. existentium; vix enim aliud continet praeter nomina parochorum, si demas fors tempus, quo quis parochi officio fungi coepit et

¹⁾ In hac circulari notificatum, quod ab a. 1763. usque a. 1863. omnium parochorum nomina in unum collecta et conscripta jam habeantur. Opus hoc est Stephani Lipovniczky, olim bibliothecarii M. E. S.: «Catalogus Parochiarum Archi-Dioecesis Strigoniensis cum suis Parochis ab anno 1763. usque annum 1863. inclusive.»

²⁾ Hujus Necrologii mentio fit in Circularibus Literis de 24. Aug. 1889. sub nro 4778. Fusior recensio ejus habetur: Magyar Sion. 1889. 619.

desiit. Porro biographicae notulae in manuscripto Lipovniczkyano toties iterantur, quoties aliquis in aliam transivit parochiam, quod omnino superfluum esse, finique operis haud convenire, manifestum est.

Sed et memoratae parochorum relationes, quum prout in propatulo est, singuli seorsim laborarent, carebant uniformitate illa, quae in opere similis tenoris adeo necessaria est.

Ex his itaque fontibus solis opus integrum, quod et generosae Maecenatis Archi-Praesulis intentioni et principalibus saltem historiographiae legibus corresponderet, concinnare impossibile fuit.

Alia itaque ineunda erat via. Revertendum fuit ad antiqua priscorum saeculorum monumenta, quae nobis multorum parochorum nomina conservarunt. Hunc in finem excussi et pervolvi editiones antiquorum documentorum et publicatas horum collectiones,¹⁾ vel vero ipsa in archivis reposita manuscripta;²⁾ nec praetermisi inscriptiones in lapidibus sepulchralibus, aliisque tabulis memorialibus in coemeteriis, cryptis et ecclesiis inventas. Fontibus subin usus sum Rationibus collectorum Pontificiorum in Hungaria, e quibus sat amplum parochiarum et parochorum elenchum nectere successit. Fontes hi comprehendunt annos 1281—1375.³⁾ Quoad parochias Archi-Diaconatus Poseniensis optima praestitit servitia conscriptio Archi-Diaconatus Poseniensis ex anno 1390. proveniens,⁴⁾ ac tandem catalogus Pázmáneus dictus, qui parochias saeculo XIII. imo XII. existentes nominat.⁵⁾ Collectae tali modo micae ad illos spectant parochos, qui ante annum 1559. vixerant, quorum biographia quoque notulis, quae erui poterant, illustratur. Modo hoc successit nomina *sexcentorum quinquaginta quinque* parochorum eruere, illorumque memoriam posteritati conservare.

¹⁾ Fejér, C. D.; Venczel, Árpádkori új okmtár; Monumenta Vaticana; Knauz, Mon. Strig.; Péterffy, Concilia; Anjoukori okmtár; Hazai okmtár; Hazai oklevéltár; Károlyi, Zichy, Palásthy, Nedeczky családok stb. okmtárai; Eszt. Főkápt. okmányok tára. etc. etc. Qui fontes suis in locis citati apparent.

²⁾ Archivum imprimis Regnicolare Budapestiense, sectionem diplomaticam. Archivum Primatiale Vetus et Saeculare.

³⁾ Monumenta Vaticana. Series I. Tom. I. — Quum prima pars operis mei jam ante mortem Eminentissimi AEppi, ergo ante 1891. ad typum venerit, praeclarum illud opus Theodori Ortway, Magy.-Ország Egyházi Földleirása a XIV. század elején, quod 1892. publicatum fuit, mihi in illa parte juvamine esse non potuit.

⁴⁾ Conscriptio per Vicarium Leonardum de Pensuro facta parochiarum Archi-Diaconatus Poseniensis. Fejér, C. D. X. VIII. 313.

⁵⁾ De isto catalogo ipse Pázmány sic fatetur: «Cogitaram ego, vel omnium, vel saltem Strigoniensi Ecclesiae annexorum Episcopatum, quique in eorum Dioecibus olim floruerunt Religiosorum, catalogum texere; annexis omnibus quae plenam status Ecclesiastici notitiam generare possent: sed conatu, successus destituit. Nihil enim uspiam reperi, quod animum expleret. Fragmenta dumtaxat reperi, et in quorundam Religiosorum ordinum libris male descripta Monasteriorum nomina, quae nec intelligi ab Ungaris possint. Quodcirca, persequi caetera cum nequeam: de Dioecesi Archi-Episcopatus Strigoniensis, quae comperta habeo, breviter recensebo. Ad quae mihi facem praeferunt, Statuta Capituli Strigoniensis, anno 1397. firmata: Antiquissima item, ac bonae fidei scripturae. Harum unam vetustate attritam, ante annos septuaginta authentice descriptam, triumque Notariorum syngraphis firmatam, ad manum habeo; quae ordine recenset catalogum praepositorum, abbatum, decanorum, parochorum exemptorum, qui synodo dioecesanae Strigoniensi interesse debebant. Altera, similem catalogum, additis nonnullis complectitur. Tertia, antiquissima et ipsa notae, regestum est, quo consignantur parochiae omnes, quae archi-diacono cuique subjectae erant.» His igitur adminiculis suffultus confecit catalogum quem primo publicavit Posonii 1629. penes opus: «Acta et Decreta synodi dioecesanae Strigoniensis celebratae Tirnaviae. A. D. 1629. die 4. Oct. et sequentibus.» Qua appendix prima. Serius pluries prodiit typis, sic jussu Lippay 1649. item Szelephényi 1667. nec non apud Péterffy, Concilia 1742. II. 268. ex exemplari, cui Petrus Pázmány propria manu correcturas injecit. In supra citatis verbis ejusdem Pázmány provocatio fit ad Statuta Capituli Strig. a. 1397. firmata. Illa edidit: Fejér, C. D. X. II. 506. item Ignatius Batthyán, Leges Eccl. III. 297. Imprimis ponderanda sunt verba Pázmányi: «Antiquissima et ipsa notae regestum est, quo consignantur parochiae omnes» etc. Ergo etiam annum 1397. antecedentes, consequenter haec conscriptio saeculum XIII. et imo XII. amplectitur. Conjiciendo Catalogum Pázmányi cum Rationibus collectorum, et datis quae in diplomatibus reperiuntur, assertio haec certissima est.

Quoad parochias et parochos post annum 1559. adhibuimus varias visitationes, de quibus inferius loquemur; subin catalogum illum, quem occasione synodi dioeclesanae Tirnaviae 1562. celebratae vicarius Mathias Graecus conscripsit;¹⁾ item schema, continens eorum nomina, qui synodo Tirnaviensi 1630. interfuere;²⁾ demum catalogum jussu Georgii Lippay 1647. confectum.³⁾

Inter adhibitos fontes principalem sibi vindicant partem praeexistentes inde ab anno 1559. visitationes archi-diaconales. Primarii certe fontes historiae ecclesiasticae non minus ac patriae. Et quum de his memoriam facimus, reticere haud possumus, imo debita laude et gratitudine prosequimur fatigia Rssmi D. Francisci Maszlaghy, canonici nunc E. M. Strigon., qui gerendo munus archivarii in aula primatiali, omnes quotquot in archivis reperiri poterant visitationes in unum collegit, signavit et repertorio providit. Praeter visitationes in archivo primatiali custoditas usi sumus et illis, quae in bibliotheca Universitatis Budapestiensis conservantur.⁴⁾

Prout in prima operis parte succinctam parochiarum historiam, ita in altera parochorum biographias in forma, — ut dici amat — lexicali dedimus. Adnotare nitebamur annum et locum nativitatis ac studiorum; qua de causa matricas gymnasiorum,⁵⁾ universitatis⁶⁾ et seminariorum⁷⁾ excussimus. Ut autem annus quoque in presbyterum ordinationis pateat, ad protocolla ordinationum recurrimus.⁸⁾

¹⁾ Ille catalogus est, quem Pázmány ante annos septuaginta authentice descriptum esse perhibet et quo etiam usus est. Publicavit illum Péterffy, l. c. 148.

²⁾ Palam fecit Péterffy l. c. 317.

³⁾ Cui titulus: Nomina, Cognomina, Dignitates et Beneficia totius Cleri sub jurisdictione et dioecesi Illustrissimi ac Rssmi Principis ac Domini Georgii Lippay de Zombor, AEppi Strigoniensis existentis 1647.

⁴⁾ Visitationum ADiaconalium instrumenta reperii in Bibliotheca universitatis sequentia: 1561. Zoliensem per Blasium Zathay; 1692. et 1696. Zolienses Georgii Náray; 1694. in Liptó et Hont. Francisci Jezerniczky; et 1695. in Árva, Turóc et Njtriensi Emerici Pongrácz. In MSS. Hevenessyanis. Item 1673. Posonienses Ferdinandi Pálffy et 1699. distr. Bazin. Ottonis Volkra. MSS. Hist. eccl. 28. et 30.

⁵⁾ Tales sunt: «Matrica Gymnasii tum Academiae Tirnaviensis ab a. 1616. usque 1693.» Inter MSS. Bathyaniana, in Bibliotheca E. M. S. Tit. I. d. In qua ab 1637. nomina theologorum moralium, ab 1640. scholasticorum inserta sunt. Item: «Matrica Gymnasii Poseniensis ab a. 1650. usque 1725.» Ibidem. In qua plurimi qua alumni semin. s. Emerici inscripti reperiuntur.

⁶⁾ Originale Album almae Universitatis Tirnaviensis non novimus, sed praesto sunt: «Excerpta ex Albo, seu Matrica almae Universitatis Tirnaviensis continente nomina eorum, qui academico ritu in doctores aut baccalaureos theologiae et philosophiae sunt promoti ab a. 1636. qui est alter ab erecta eadem Universitate. I. Baccalauri Philosophiae. II. Doctores Theologiae et III. Baccalauri Theologiae.» Inter MSS. Georgii Palkovics in Bibliotheca E. M. S.

⁷⁾ Nec facultatis Theologicae Matrica in originali nobis patet, sed adest ejus copia, cui titulus: «Matricula Theologicae facultatis in Tirnaviensi Soc. Jesu Universitate a m. Nov. 1638. quo primum scholastica theologia in eadem Universitate doceri coepit.» Inter MSS. Georgii Palkovics, Bibliothecae E. M. S. — Regestum semin. V. Capituli Strigon. anni 1617. inter MSS. Bibliothecae E. M. S. sub I. 232. — Illorum clericorum, qui alumni seminarii Budensis, seu Széchenyiani fuere, catalogum in origine reperimus sub titulo: «Liber adnotationum et subscriptionum alumnorum seminarii Budensis Széchenyiani. Ab anno 1712. usque 1773.» In bibliotheca Univ. Budapest. inter MSS. Hist. eccl. 53. — Alumnorum Collegii Pázmányani Viennensis nomina tantummodo e sporadicis connotationibus novimus. Opus Caroli Rimely, «Historia collegii Pázmányani», ab 1630. illorum nomina continet, qui ecclesiasticas dignitates adepti sunt, pag. 343—358. Dein ab 1813. illorum, qui facti sunt presbyteri aut actu sunt Alumni, pag. 359—392. — Fine eruendi temporis nativitatis et loci non praetermisimus perscrutari «Informationes de Studiis et Moribus Alumnorum.» quas et in Archivo AEppali et in Bibliotheca E. M. S. in abundantia invenimus.

⁸⁾ Protocolla de Ordinationibus sequentia nobis licuit exhaurire: «Liber continens Nomina eorum, qui ad ss. Ordines per Rm. d. Joannem Piber eppum Quinque-Eccl. etc. promoti sunt ab 1614» Continuatus usque 1658. Originale in archivo Officii Vicar. Tirn. sub Matr. fol. 1. Nobis inservivit copia hujus Palkovicsiana ex Bibliotheca E. M. S. — Dein «Nomina ordinatorum tempore vicariatus domini Stephani Bartók a die 16. Febr. 1663.» Continuate usque 1685. Item: Nomina ordinatorum in dioecesi Strigoniensi ab A. D. 1685. per suffraganeos: Georgium Fenessy; Georgium Maria a Trivultium, Blasium Jaklin, Stephanum Kada, Andream Illyés, Ladislaum Mattyasovszky, AEppum Lepoldum card. Kollonitsch et

Operis primarius scopus fuit, colligere curatores animarum olim plebanos, nunc parochos dictos, et tempus defigere, quo beneficia tenuere. Hoc ut certe assequamur, protocolla investiturarum inspeximus, quae nobis ab 1663. usque 1777. fidos ductores praebuerunt.¹⁾ Abhinc debuimus recurrere ad fasciculos archivorum et ex instrumentis praesentiarum et investiturarum quaesitum tempus stabilire.²⁾

Ne inter ordinationem et investituram hiatus pateat, et cooperaturales missiones adnotari debuerunt. In his juverunt protocollum dispositionum cooperatorum,³⁾ schematismi et adnotationes a domino Victore Erhard parochi Karancssághensi magna cum diligentia conscriptae, qui dispositiones Joannis quondam Card. Simor, quoad presbyteros ADioec. Strig. a se ordinatos, collegit et connotavit.⁴⁾

Ut juxta mentem Eminentissimi quondam Card. et Archi-Episcopi memoratu digniores adnotationes facere possimus, non tantum relationes a Dominis parochis praestitas fideliter exhausimus, sed et diversissimos patentes nobis fontes adivimus, quos benevolus lector semper signatos inveniet. Plurimum tamen in actis archivorum Primatialis Strigoniensis et vicarialis Tirnaviensis invenimus.⁵⁾ Ut fata parochiarum quo magis illustrare possimus, opportunam apprehendimus occasionem utendi manuscripto Martini Klanicza, quod in bibliotheca E. M. S. conservatur.⁶⁾ In manuscripto hocce diligentissime collecta sunt acta et fata parochiarum, quae ad manus acatholicorum devenerunt, quorum etiam ministri accurate enumerantur.

Quod si vero benevole lector talium etiam parochiarum nomina in opere nostro invenies, quae nunc jam ad Archi-Dioecesim Strigoniensem haud pertinent, scias ad perfectionem operis spectasse, ut illae quoque parochiae in ipso enumerentur, quae ad Archi-Dioecesim Strigoniensem aliquando spectabant.

Hac de causa invenies in serie parochiarum non tantum Neosolienses, Rosnavienses et Scepusienses 1776. ex Archi-Dioecesi nostra excisas, sed aliarum quoque

Stephanum Dolni. Continuata usque 1710. Adsunt in originali et in copia Palkovicsiana in Bibl. E. M. S. — In libro hoc in fine provocatio fit ad continuationem: «Sequitur annus 1711. in alio simplici rubra charta compacto iibro.» Quem nec Palkovics, nec ego invenire potuimus. Item «Matricula ordinatorum sub suffraganeatu Georgii Ghillány ab 1721. usque 1727. In copia Palkovicsiana in Bibl. E. M. S.» — Item «Nomina eorum, quos comes Sigismundus Berényi de Karancs-Berény, eppus Mallensis, suffr. Strigon. ordinavit» Ab a. 1728—1748. In origine in Bibl. E. M. S. sub MSS. II. 321. Demum «Protocollum Ordinatorum inde ab a. 1808. per Nicolaum Rauscher, Carolum l. b. Perény, Josephum Christophorum Pauer, Stephanum Gosztonyi, Petrum de Ürmény et Antonium Majthényi usque 1851.»

¹⁾ Fontes tales sunt: «Nomina Parochorum quos ego (videlicet Stephanus Bartók) sub vicariatu meo ad Parochias expedivi.» Ab 1663. continuative usque 1689. — Item «Series Parochiarum collatarum Parochorum easdem administrantium ab a. 1689. sub vicariatu Blasii Jaklin.» Continuative usque 1741. — Item «Series Parochorum Parochiarumque sub vicariali gubernio Michaelis Ignatii Frivaizs» etc. Ab a. 1741. continuative usque 1777. In originali et in copia Palkovicsiana ab 1663—1763.

²⁾ In archivo AEppali Categoria 13.

³⁾ Series Capellanorum ab a. 1749. continuative usque 1773.

⁴⁾ Dispositiones et promotiones Cleri ADioec. Strigoniensis ab a. 1867. Continuative usque m. Jan. 1891.

⁵⁾ Hoc obtutu diversissimos fasciculos pervestigavimus archivi Primatialis. Sed et nobis aditus patuit archivi Vicarialis Tirnaviensis per copias et extractus documentorum, quos Georgius Palkovics ex illis desumpsit in MSS. opere: «Pragmatica ADioec. Strig. conscripta 1808.» De qua ipse adnotavit: «Fontes unde notitia ejusmodi locupletissime hauriri potest non sunt alii, quam acta in Tabulariis Vicariatuum, praesertim Tirnaviensis V. officii.» Inter hos maximi momenti est «Protocollum s. Sedis Spiritualis Strigoniensis.» Ab 1525. usque 1742.

⁶⁾ Inscriptio hujus operis est: Fata Augustanae confessionis ecclesiarum a tempore reformationis usque ad synodum Pestensem in comitatibus Hungariae: Gömöriensi, Liptoviensi, Árvaensi, Trenchiniensi, Nitriensi, Posoniensi, Barsiensi, Thurócziensi, Zoliensi, Nagy- et Kis-Honthensi. His accedit: «Collectio Documentorum Historiam imprimis ecclesiasticam Evangelicorum in Hungaria illustrantium.» MSS. in Bibl. E. M. S. sub II. 122, 439. et 41.

443
 dioecesium parochias, quae exemptae vocabantur et ad jurisdictionem Archi-Dioecesis spectabant. Tandem illas quoque reperies, quae aliis tunc jam existentibus dioecesibus incorporatae sunt. Tali modo ex nostris fontibus successit notitias 818. parochiarum et 7273. parochorum colligere.

Pie denatus Archi-Praesul, e cujus benigno mandato, prout memini, opus concinnavi, non cessavit urgere, ut illud quo ocyus ad finem perducatur. De progressu operis saepius sibi referri curavit, meque continuo hortabatur, ut quod incepti, diligenter perficiam: „Senex sum — solebat mihi dicere — et si diu laboraveris, finem operis non supervivam.“ Quapropter, ut voluntati ejus, in quantum potui, satisfaciam, paratam jam anno 1890. operis partem prelo submisi. Quarta circiter operis pars typum deseruit illique 15. Januarii 1891. praesentari meruit. Qua occasione altum suum beneplacitum cum auctore communicare dignatus est.

Paulo post, die quippe 23. Januarii Archi-Episcopo inscrutabili divinae providentiae consilio e vivis erepto, inopinata mors ipsi etiam operi nostro finem imponere videbatur. Generosi attamen testamenti executores, qui non tantum ultimam magni Archi-Praesulis voluntatem tabulis signatam, sed alias etiam pias intentiones, in quantum licuit, executioni mandare voluerunt, operis quoque nostri continuationem decreverunt. Voluerunt etenim, ut quemadmodum pie denatus Archi-Praesul clero suo in citatis superius circularibus literis promiserat, singulae parochiae exemplar operis accipiant, talique modo facta promissio adimpleatur. Cohiberi itaque non possumus, quin executoribus testamenti et quidem Rss. D. Ludovico Rajner, praeposito, E. M. S. canonico, D. Carolo Mészáros, causarum utriusque fori advocato ac notario capitulari et D. Ambrosio Váczy, oeconomico officiali primatiali, condignas gratias agamus. Simili gratitudinis vinculo devinctos nos profitentes V. Capitulo E. M. S. et haeredibus consanguineis, qui ultroque et libenter consenserunt, ut typi expensae e posthuma denati Cardinalis substantia perstringantur.

Auctor vero videns tali modo publicationi operis sufficienter prospectum, nihil magis cordi habuit, quam voluntatem optimi patris implere locataeque in se fiduciae omni quo potuit meliori modo satisfacere, quod et Deo adjuvante ac propitio successit adeo, ut die 28. Octobris anni 1894. operi supremam manum imponere potuerit. Haud mirum, quod decursu fere unius lustris amplum supplementum evaserit necessarium.

Opus itaque, cum amplo supplemento die 28. Octobris conclusimus. Diem hanc ideo constituimus operis nostri terminum, quia illa est anniversaria ordinationis Eminentissimi quondam Domini nostri in presbyterum. Hac die accepit munus presbyterii e manibus Episcopi in ecclesia Strigoniensi ad s. Ignatium, nunc nostra parochiali, tunc vero interimali cathedrali.¹⁾ Tali quoque modo gratitudinem nostram erga defunctum Archi-Episcopum et benefactorem testatam haberi voluimus.

Gratias itaque agimus Deo Optimo Maximo, sine cujus Numine nihil est in homine, qui, prout dedit velle, ita et benigne concessit perficere. Utinam nomina illorum, qui in hoc libro recensentur, una cum nostro, adscripta inveniantur in libro vitae.

¹⁾ De quo facto protocollum ordinandorum sic: «Petrus de Űrmény distr. Strig. suffr. etc. 28. Oct. festo ss. Apostolorum Simonis et Judae 1836. Strigonii in ecclesiae interimalis Metropolitanae presbyterio ad presbyteratum promovit Joannem Simor cum disp. in def. aet. canon. 10 m. et 18. dier.»

Gratitudinis ratio tandem deposcit, ut duobus praecipuis opusculi nostri fautoribus speciales grates depromamus et quidem Rss. D. Joanni Csernoch abbati, E. M. S. canonico, qui secundam typi revisionem libenter in se assumpsit et nos una cum Rss. D. Ludovico Rajner consilio et opere in laboribus nostris juvit. Officium gratitudinis exsolvimus etiam DD. Parochis, fratribus nostris in vinea Domini dilectissimis, qui requisitionibus nostris prompto cum animo satisfecerunt.

Et quum sciamus omne quod humanum est naevis et defectibus laborare, absit a nobis, ut opusculum nostrum omni numero absolutum profiteamur. Hoc unum persuasum habeas benevole lector, esse illud signum paterni amoris, quo denatus Archi-Episcopus erga Clerum suum ferebatur; esse illud commune monumentum aere perennius sacris hujus Archi-Dioeceseos curionibus, qui excubias agebant penes gregem Domini, erectum; esse illud sertum et coronam capiti illorum impositam. Quorum omnium memoria sit in benedictione!

Strigonii, die 28. Octobris, festo ss. apostolorum Simonis et Judae anno 1894.

Auctor.

SERIES PAROCHiarUM

CUM Suis

PAROCHIS.

SERIES PAROCHiarUM

CUM Suis

PAROCHIS.

Al-Bár.

(Albaár.)

In Archi-Diaconatu Pisoniensi. Vice-Archi-Diaconatu Dunaszerdahelyiensi. Capellania localis ab 1789. Parochia ab 1790. Ecclesia ad Stam Annam aedificata eodem anno. Inde et Matricae. Lingua hungarica. Patronus Fundus Religionis.

1789 — —	†1826. Jul. 22.	P. Szentés Sebastianus, Ordinis Sti Francisci Prov. Stae Mariae, Administrator. Solertissimam adhibuit curam in aedificatione ecclesiae.
1826. Jul. 22.	1826. Nov. 15.	P. Jauennek Crescentius, Ordinis Sti Francisci, Administrator.
1826. Nov. 15.	1831. Apr. 29.	Zaphyry Josephus, Parochus.
1831. Maji 1.	1831. Dec. 1.	P. Orban Valentinus, Ordinis Minorum Sti Francisci, Administrator.
1831. Dec. 1.	1859. Jun. 1.	Csemez Andreas, Parochus.
1859. Jun. 1.	†1864. Sept. 28.	Markus Carolus, Administrator, 1862. 12. Aug. Parochus.
1864. Sept. 29.	1870. Dec. 31.	Horváth Ladislaus, Administrator, 1864. 22. Dec. Parochus.
1871. Febr. 1.	†1871. Mart. 30.	Leitmann Stephanus, Parochus.
1871. Apr. 1.	1880. Maj. 12.	Zlattnyánszky Joannes, Admin. 1871. Maji 23. Parochus.
1880. Maj. 12.	1880. Dec. 24.	Minczér Alexius, Administrator.
1880. Dec. 24.	1882. Nov. 24.	Hajóssy Ladislaus, Parochus.
1882. Nov. 24.	— — —	Vázsonyi Josephus, Admin. 1883. Mart. 6. Parochus.

Alistál.

In ADtu Pisoniensi. VADtu Dunaszerdahelyiensi. Antiqua Parochia.¹⁾ Ecclesia ad Stum Martinum Ep.,²⁾ Matricae ab 1713 Lingua hungarica. Patronus nullus. Liberae Ordinarii Collationis.

1675. Mart. 22.	1676. Apr. —	Verebélyi Stephanus.
1676. Maji 1.	1679. Apr. —	Ujváry Joannes.
1679. Apr. 17.	1679. Nov. —	Csattay Stephanus.
1679. Dec. 1.	— — —	Csiky Thomas.
1732. Aug. 21.	1734. Aug. 18.	Englmayer ab Engelsperg Samuel, AA. LL. et Philosophiae Magister, SS. Theologiae Candidatus.

¹⁾ Initio vocabatur Staul, sive Stál sicut Georgius Bartal ope diplomatis Belae IV. de 1268 demonstrat. Csallóköz történeti vázlat. 73. — Jam 1891. habitant in Alistál «Nobiles tavernicales». Fejér, C. D. X. I. 734. Incolae tempore reformationis facti sunt eximii fideles Calviní, 1634. habuerunt nobilem praedicantem: Andreám Textoris.

²⁾ Ecclesiae origo ad saec. XV. reduci potest. Descripsit illam Arnoldus Ipolyi: Csallóköz műemlékei. Archaeologiai közlemények I. 43.

1734. Sept. 3.	1749. Febr. 5.	Szalay Georgius, AA. LL. et Philosophiae Magister et Theologus.
1749. Febr. 5.	1755. Dec. 1.	Kiss Paulus.
1755. Febr. 3.	1758. Mart. 3.	Ujváry Gabriel, Ladislaus.
1758. Mart. 7.	1762. Jan. 1.	Katona Josephus.
1762. Jan. 25.	1767. Dec. 2.	Tánczos Franciscus, Administrator, 1764. Maji 18. Parochus.
1767. Dec. 13.	1773. Apr. 19.	Várady Franciscus.
1773. Apr. 29.	†1793. Oct. 17.	Molnár Georgius.
1793. Oct. —	†1816. Oct. 3.	Perky Joannes, Administrator, 1794. Apr. 4. Parochus.
1816. Oct. 18.	†1830. Jun. 20.	Czillinger Josephus Stephanus.
1830. Aug. 6.	1845. Febr. 21.	Pogány Andreas.
1845. Apr. 30.	1848. Maji 20.	Vizner Franciscus.
1848. Jun. 10.	1872. Nov. 26.	Edényi (Kondvicska) Martinus.
1872. Nov. 28.	— — —	Kovács Emericus, Administrator, 1874. Aug. 3. Parochus.

Almás.

(Apfelbach, Jablonovce.)

In ADtu Poseniensi, VADtu Malaczkaensi. Usque 1679 filialis ad Pernek, anno hoc parochia erecta. Ecclesia ante 1669 aedificata ad Stum Michaellem Arch., Matricae ab 1700. Lingua slavica. Patronus Princeps Pálffy ab Erdőd.

1683. Dec. 12.	1685. Jun. —	Bachtovics Martinus.
1685. Jun. 15.	1690. Dec. —	Fischer Adamus.
1691. Jan. 22.	1696. Mart. 30.	Hersány Martinus.
1696. Apr. 2.	1697. — —	Polony Joannes, Venceslaus.
1697. Apr. 23.	1700. — —	Herczegh Paulus.
1700. Jun. 7.	1712. — —	Salix Franciscus.
1712. Oct. 2.	1713. Jan. 8.	Havran Petrus Paulus.
1713. Jan. 8.	1714. Oct. 27.	Valovics Mathias.
1714. Nov. 24.	1716. Nov. 10.	Zaicsek, rectius Zacskovics Martinus.
1716. Nov. 10.	1722. Maji 8.	Drahos Martinus.
1722. Maji 9.	1757. — —	Benkovics Paulus, ob senium erat adjutus per Koza Georgium.
1757. Jul. 8.	1758. — —	Koza Joannes.
1758. Mart. 4.	1772. Jul. 24.	Krebsz Georgius.
1772. Nov. 5.	1796. — —	Prohaszka Joannes.
1796. — —	1797. — —	Kovacsik Joannes.
1797. — —	1807. — —	Brix Josephus.
1807. — —	†1812. Jan. 29.	Janátsy Laurentius.
1812. Jan. 30.	†1837. Jul. 13.	Krechnyák Adalbertus.
1837. — —	1838. Apr. 8.	Bányai Joannes.
1838. Maji —	†1884. Jan. 16.	Galbavy Joannes.
1884. Jan. —	1884. Oct. —	Szkokanek Josephus, Administrator.
1884. Oct. 8.	— — —	Duday Michael.

Alsó-Badin.

In ADtu Hontensi, VADtu Bozókensi. E capellania locali Parochia erecta 1810. Matricae ab 1800. Ecclesia ad Stum Michaellem Arch., Lingua slavica. Patronus Praepositura Sti Stephani R. H. de Bozók.

1799. Aug. 21.	†1799. Dec. 22.	Krcsmáry Andreas, Capellanus Localis.
1800. Oct. 14.	†1801. Jun. 8.	Gunda Michael, Capellanus Localis.

1801. Nov. 10.	†1805. Febr. 4.	Petrovics Stephanus, Capellanus Localis.
1805. Mart. 22.	†1814. Oct. 1.	Gula Joannes, Capellanus Localis, usque 1810., dein primus Parochus.
1814. Nov. 16.	1820. Aug. 8.	Holaszek Thomas, Parochus.
1820. Aug. 8.	1833. Sept. 25.	Janyik Michael; Parochus.
1833. Sept. 26.	1838. Febr. 21.	Opecska Georgius, Parochus.
1838. Maji 22.	1840. — —	Iványi Franciscus, Parochus.
1840. Febr. 5.	†1843. Jul. 9.	Wagner Ignatius, Parochus.
1843. Aug. 9.	1853. — —	Kárász Josephus, Administrator.
1853. Aug. 5.	†1863. Jun. 7.	Pokorni Augustinus, Administrator.
1863. Jul. 27.	1863. Aug. 10.	Patak Joannes. Parochus, mox aliam praesentam nactus.
1863. Oct. 7.		Dedinszky Joannes, Parochus.

Alsó-Botfalva. 1

In ADtu Sasvarensi, VADtu Mijavaensi. Antiqua Parochia. Ab aug. confessioni addictis 1733. reivindicata. Matricae ab 1733.¹⁾ Ecclesia ad Stum Michaelem Arch., Lingua slavica, Patronus nullus, Liberae Ordinarii collationis.

1332. occ. —	1337. — —	Joannes, plebanus de Bot seu de Viel. Erat pauper heremita.
1676. Maji 15.	1680. Maji —	Radosény Michael.
1680. Maji 24.	1684. Apr. —	Lubrich Lucas.
1684. Apr. 24.	1690. Oct. —	Vlkovics Georgius, Parochus in Bottfalva.
1690. Nov. 10.	— — —	Ungvári Michael, Parochus Botiensis in Cottu Posen.
1733. Jan. 6.	1740. Febr. —	Marsovszky Joannes Adalbertus.
1740. Febr. 29.	1741. Dec. —	Braxatoris Mathias Joannes. Nep.
1741. Dec. 16.	†1742. Maji 11.	Mednyánszky Paulus.
1742. Jun. 5.	1748. — —	Banóczy Joannes.
1748. Sept. 7.	1768. Sept. 9.	Jacubei Michael.
1768. Sept. 28.	1772. Jan. 7.	Nebling Joannes.
1772. Jan. 7.	1778. — —	Polakovics Mathias.
1778. — —	1779. — —	Piácsér Joannes Nep.
1779. — —	†1792. Jun. 24.	Valenta Franciscus.
1792. — —	†1809. Apr. 7.	Laurensik Stephanus, Ecclesiam reparare curavit.
1809. Apr. 13.	1853. Nov. 7.	Gramantik Valentinus, Administrator, 1837. Parochus.
1853. Oct. 27.	†1873. Oct. 14.	Beness Josephus.
1873. Oct. 14.	1873. Dec. —.	P. Zdarill Philippus, interim. Administrator. Ord. Scti Franc. Prov. Salv.
1873. Dec. —.	1874. Febr. 28.	Lipták Josephus, Administrator.
1874. Febr. 28.	— — —	Rucska Stephanus, Administrator.

Alsó-Diós. 2

(Olim Tót-Diós, Windisch-Nussdorf, Dolne-Oresani.)

In ADtu Poseniensi, VADtu Szomolanyensi. Parochia jam exstitit 1390.²⁾ Matricae ab 1695. Ecclesia ad B. M. V. Assumptam, aedificata 1525. Lingua slavica. Patronus Comes Pálffy ab Erdőd.

1390. Apr. 27.	occ. — —	Plebanus de villa Nucum slavonicali.
1562. occ. —	— — —	Valentinus plebanus in Tott-dijos.
	1611. occ. —	Hochenbarter Josephus.

¹⁾ Priorum annorum librum matricularem retinuit ultimus pastor Joannes Hradeczky anno 1733.

²⁾ Occurrit in conscriptione ADnali Poseniensi de 1390. Historiam concinnaverunt Stephanus Pitroff. «Magyar Sion» 1869. 270. et Paulus Jedlicska «Kiskárpáti Emlékek» 155.

1611. occ. —	†1638. — —	Melczer Wolfgangus, plebanus in Tot-dios, Lapis ejus sepulchralis in ecclesia conservatur.
1640. occ. —	— — —	Frankur Valentinus.
1667. Maji 7.	1671. Apr. —	Czermák Nicolaus.
1671. Apr. 26.	1672. Oct. —	Brezinszky Joannes.
1672. Oct. 21.	1679. Maji —	Hloskó Nicolaus.
1679. Maji 4.	1683. Nov. —	Demodich Stephanus.
1683. Nov. 27.	1684. Oct. —	Petaneck Joannes.
1684. Oct. 25.	1686. Apr. —	Králik Georgius.
1686. Apr. 21.	1694. — —	Martinkovics Martinus.
1694. — —	1709. Dec. —	Pudmay Mathias, Capella Ssae Trinitatis sub illo aedificata est.
1710. Jan. 15.	— — —	Halácsy Joannes, Ardanoczensis interim administrabat.
1718. Jan. 7.	1732. Jan. —	Mihalovics Andreas.
1732. Jan. 30.	1736. Nov. —	Kopfmiller Joannes.
1736. Nov. 21.	1737. Maji. —	Gogolák Joannes.
1737. Maji 24.	1743. Sept. —	Farkas Georgius.
1743. Sept. 2.	1747. Jan. —	Vett Georgius.
1747. Jan. 27.	†1759. Febr. 16.	Hoksári, alias Holcsáry Joannes.
1759. Mart. 19.	1792. — —	Cholupkay Georgius.
1792. — —	†1802. Apr. 9.	Jánoska Adalbertus.
1802. — —	1805. — —	Thurzó Josephus.
1805. — —	†1810. Mart. 6.	Hlatki, vel Hletki Jacobus.
1810. — —	1853. Jan. —	Madács Josephus, VADiaconus.
1853. Jan. 28.	1859. — —	Kovács Joannes.
1860. — —	1868. — —	Pitroff Stephanus.
1869. Febr. 24.	1878. Aug. 8.	Skrivanek Mauritius.
1879. Febr. 1.	— — —	Kamerath Dionysius. Notarius Districtus.

Alsó-Dombó. 3

(Unter-Dubován, Dolné-Dubové.)

In ADtu Sasvárensi, VADtu Jóköensi. Parochia saeculo XIII. jam exstitit,¹⁾ dein filialis ad Bohunicz, ab 1705. Decembri iterum Parochia. Marticae ab 1705. Ecclesia ad BMV. Assumptam. Lingua slavica.

Patronus : Parochus Tyrnaviensis.

1332. occ. —	— — —	Friscus plebanus de Dombó.
1390. Apr. 27.	occ. — —	Plebanus de Dombó.
1705. Dec. —	1729. Apr. —	Novi Petrus.
1729. Jun. 3.	1737. Nov. —	Györgyövics Stephanus.
1737. Nov. 19.	†1740. Febr. 6.	Jeszenszky Andreas Josephus.
1740. Mart. 3.	1742. — —	Abel Martinus.
1742. Mart. 17.	1747. — —	Gyuricska Joannes, Administrator, 1746. Jun. 1. Parochus.
1747. Jul. 20.	†1764. Oct. 14.	Petrás Franciscus.
1764. Oct. 23.	1770. Febr. 24.	Gabsovics Emericus.
1770. Mart. 1.	†1773. Aug. 28.	Soós Joannes.
1773. Nov. —	†1777. Maji 6.	Hatala Franciscus.
1777. Maji 16.	1783. Aug. —	Bossányi Paulus.
1783. Aug. 18.	1805. — —	Bajza Josephus Ignatius.
1805. Feb. 7.	1834. Jun. —	Koreszka Joannes.

¹⁾ Villa Dombó fuit possessio castrí Vöröskö. Occ. 1262. C. D. Árpád, VIII. 24. item 1270. ibid. XII. 26. et 1287. ibid. XII. 452. item 1296. Fejér, C. D. VI. II. 45. etc.

1834. Jun. 21.	1835. Oct. —	Vörös Antonius, Administrator.
1835. Oct. 6.	1869. Maji 25.	Ujságh Stephanus, Administrator, 1844. Parochus, 1851. Notarius Distr., 1855. Surr. 1863. Ord. VADnus.
1869. Maji 10.	1882. Nov. —	Folkusházy Alexander, Admin., 1869. Nov. 10. Paroch. 1876. Notarius Distr.
1882. Dec. 1.	— — —	Marcis Julius, Adm. 1883. Jan. 15. Parochus et Notarius Distr.

Alsó-Esztergály.

(Dolne Strchary.)

In ADtu Neogradiensis, VADtu Kékköensi, Antiqua parochia¹⁾ restaurata 1754. Sept. 19.²⁾ Matricae ab eodem anno. Ecclesia ad Conversionem S. Ap. Pauli. Nunc filialis ad Kékkő. Lingua slavica. Patronus Senior Comitum Zichy et L. Barones Balassa.

1754. Oct. 16.	1756. Dec. —	Mititzky Nicolaus.
1756. Dec. 11.	1758. Jun. —	Hulka Martinus.
1758. Jul. 19.	1762. Maji —	Manda Georgius.
1762. Maji 14.	1780. Sept. 19.	Árvay Joannes.
1780. — —	1782. — —	Dávid Pétrus, Administrator.
1782. — —	1796. — —	Pokorny Franciscus, Administrator.
1796. Sept. 25.	1798. — —	Balluch Georgius, Administrator. ³⁾

Alsó-Györöd. 4

In ADtu Barsensi, VADtu Verebélyensi. Antiqua Parochia.⁴⁾ Matricae ab 1726. Ecclesia ad Stum Martinum Ep., Lingua slavica. Patroni: Equites a Schoeller.

1332. occ. —	1337. — —	Petrus Paulus, plebanus in Gerud in archidiaconatu' Bors.
1723. Sept. 4.	1733. Sept. —	Bezur Mathias.
1733. Sept. 26.	1737. Nov. —	Volovics Michael.
1737. Nov. 12.	†1745. Sept. 12.	Strbik Michael.
1745. Sept. 16.	1756. Dec. 15.	Huszár Andreas.
1757. Febr. 19.	1794. Nov. 1.	Vincze Sigismundus.
1794. Nov. 26.	†1821. Jan. 25.	Borbély Michael.
1821. Mart. 7.	†1855. Dec. 18.	Novák Josephus.
1855. Jan. 23.	†1889. Sept. 12.	Bolemann Stephanus.
1889. Oct. —		Agárdy Joannes.

Alsó-Jattó.

In ADtu Nitriensi, VADtu Ūrményensi. Capellania localis erecta 1761. Parochia 1811. Matricae ab 1761. Ecclesia ad S. Vendelinum. Lingua hung. et slavica. Patronus Comes Eszterházy de Galantha et Fraknó.

1761. Mart. 8.	1761. Jun. —	P. Rényi Jacobus, Capellanus localis.
1761. — —	1764. Maji 22.	P. Koszterna Georgius, Capellanus localis.

¹⁾ Bela IV. rex habuit anno 1245. Udvarnicos qui in terra Estergur, in Cottu Nogradiensis habitaverunt. Fejér, C. D. IV. I. 285.

²⁾ Ejus ecclesia, remoto ab ea lutherano praedicante die 19. sept. anni 1754. jussu regio recepta et mox reconciliata est. Parochiaque erecta cum filialibus: Felső Esztergály, Szelcz, Kis-Sztraczina et praedio Szolánnya.

³⁾ Post hujus abitum usque hodie qua filia ad Kékkő juncta.

⁴⁾ Györök ad fluvium Nyitra. Occ. 1335. Fehér C. D. VIII. IV. 51. item Geured penes Verebyl. C. D. Andag. III. 547. ac Villa Geurod, ibid. IV. 32. item 1343. ibid. 299.

1764. Maji. 23.	1765. Mart. 6.	Matulányi Ladislaus, Capellanus localis.
1765. Mart. 6.	1769. Febr. 14.	Vatter Stephanus, Capellanus localis.
1769. Mart. 13.	1778. Oct. —	Juszkó Mathias, Capellanus localis.
1778. Oct. 18.	1779. — —	Mohoss Paulus, Capellanus localis.
1779. Sept. 20.	1787. — —	Szedláký Franciscus, Capellanus localis.
1787. Sept. 1.	1793. Jan. —	Beránek Michael. Capellanus localis.
1793. Febr. 13.	1799. Maji. —	Rezsny Michael, Capellanus localis.
1799. Jun. 1.	†1811. Apr. 3.	Kristóffy Josephus, Capellanus localis.
1811. Maji 22.	†1819. Jan. 4.	Szlusny Stephanus, primus Parochus. Post hunc tribus annis vacabat parochia.
1821. Oct. 21.	1826. Dec. —	Thuróczy Ludovicus, Parochus.
1826. Nov. 9.	1827. Nov. —	Mészáros Dávid, Parochus.
1827. Nov. 28.	1833. Aug. —	Chalupkay Franciscus, Parochus.
1833. Aug. 23.	1839. Nov. —	Jursza Joannes, Parochus.
1839. Dec. 23.	1843. Apr. 20.	Vietoris Josephus, Parochus.
1843. Apr. 21.	1843. Maji 4.	P. Selezcky Arsenius Ord. S. Francisci, interimalis Administrator.
1843. Maji 4.	†1855. Apr. 12.	Csemez Ludovicus, Parochus.
1855. Apr. —	1855. Maji 9.	Szilágyi Eugenius, interimalis Administrator.
1855. Maji 9.	1856. — —	Nagy Josephus, Parochus.
1857. Maji 29.	1860. Maji —	Fekete Joannes, Parochus.
1860. Maji 20.	1863. Jul. 2.	Hübner Joannes, Administrator, 1862. Jun. 6. Parochus.
1863. Jul. 18.	1869. — —	Holéczy Ignatius, Parochus.
1869. — —	1869. Mart. —	Melcsiczky Eugenius, Administrator interimalis.
1869. Mart. 20.	1886. Maji 10.	Bacsikády Augustinus, Parochus.
1886. Jun. 12.	— — —	Schrámek Carolus, Administrator.

Alsó-Korompa.

(Unter-Krupa, Dolnj-Krupa, Dolná-Krupina.)

In ADtu Poseniensi, VADtu Tirnaviensi. Antiqua Parochia.) Matricae ab 1689. Ecclesia ad Stum Andream Ap., Lingua slavica. Patronus nullus. Liberae Ordinarii collationis.

1561. occ. —	— — —	Stephanus plebanus in Korompa.
1632. et	1634. occ. —	Chinorány Stephanus, plebanus in Alsó-Korompa.
1647. occ. —	— — —	Kopcsányi Stephanus.
1663. Jun. 18.	1675. Apr. —	Christofovicz Ludovicus.
1675. Maji 4.	1678. Sept. —	Marsalik Martinus.
1678. Sept. 5.	1679. — —	Szvetenay Nicolaus.
1679. — —	1679. — —	Vaskovics Adamus.
1679. Nov. 8.	1681. Dec. —	Barcsay Joannes.
1682. Jan. 7.	1712. Maji —	Hlavatay Joannes.
1712. Maji 18.	1713. Maji —	Gajan Joannes.
1713. Jun. 8.	1719. Aug. —	Szentgyörgyi Stephanus.
1719. Sept. 9.	1720. Aug. —	Súrovzsky Georgius.
1720. Aug. 28.	1734. Apr. —	Ethey Joannes.
1734. Apr. 24.	1742. — —	Thót Ladislaus.
1742. — —	1787. — —	Tarnóczy Nicolaus, Ecclesiam Felső-Korompaensem 1746. consummavit.

) Corompa, villa exstitit jam 1262. C. D. Arpad. VIII. 25. Visitatio ADiaconalis Poseniensis de anno 1390. recenset parochias de Superiori et de Mediocri Corompa. Fejér, C. D. X. VIII. 313.

1787. Jul. 26.	†1790. Apr. 13.	Antoni Josephus.
1790. Sept. 17.	1804. Maji 20.	Ujazdovszky Georgius.
1804. Maji 21.	†1831. Mart. 14.	Köntöss Joannes. Aedificavit ecclesiam parochialem.
1831. Apr. 5.	†1848. Oct. 18.	Knapp Antonius.
1848. Nov. 15.	1881. Sept. 26.	Jaloveczky Franciscus.
1881. Nov. 3.	— — —	Kubina Andreas.

Alsó-Ludány.

In ADtu Nitriensi, VADtu Radosnaensi. Antiqua Parochia.¹⁾ Matricae ab. 1694. Ecclesia ab SS. Trinitatem. Lingua slavica. Patronus Capitulum Nitriense.

1630. occ. —	— — —	Szomolányi Christophorus.
1630. Oct. 4.	occ. — —	Massiar Michael, in Ludan ADtu Nitriensi.
1647. occ. —	— — —	Malesovszky Joannes, in Alsó-Ludán.
1663. Apr. 5.	— — —	Rudanczky Martinus.
1667. Jun. 26.	1668. — —	Szeleczky Mihael.
1669. Maji 12.	1674. Maji. —	Simoncsich, vel Simonovics Paulus Ignatius.
1674. Maji 7.	1679. Maji —	Namesni Joannes.
1679. Maji 16.	1687. Apr. —	Kuzolich Franciscus.
1687. Apr. 21.	1694. Dec. —	Valaszky Michael.
1694. Dec. —	1697. Jul. 26.	Gaál Adamus Josephus.
1697. Aug. 9.	1709. Apr. 28.	Malik Adamus Franciscus. VADnus.
1709. Apr. 25.	1717. — —	Bublovics Michael.
1717. Oct. 7.	1718. Oct. 19.	Pamar Franciscus Antonius.
1718. Oct. 15.	†1721. Mart. 4.	Vrancisics vel Vranovics Michael.
1721. Mart. 27.	1722. jan. 20.	Hudelovics, vel Hugyelovics Joannes.
1722. Jan. 25.	1726. — —	Csizik Georgius.
1726. Jun. 16.	†1750. Jun. 28.	Skultethy Andreas.
1754. Jul. 5.	†1773. Jul. 9.	Trencsányi Franciscus.
1773. Jul. 24.	†1774. Oct. —	Piacsek Joannes.
1774. — —	†1784. Maji 21.	Nevolny Thomas.
1784. — —	1791. — —	Krecsmári Andreas.
1791. — —	†1808. Mart. 3.	Poludvorni Joannes.
1808. — —	1844. — —	Bresztovanszky Stephanus.
1844. — —	1850. Aug. 30.	Noszzek Joannes.
1850. — —	1866. Jun. 18.	Sesaszny Joannes.
1866. Jun. 18.	— — —	Blaskovics de Dezser Josephus.

Alsó-Merasicz.

In ADtu Nitriensi, VADtu Radosnaensi. Parochia exstitit 1397.²⁾ Matricae ab 1734. Ecclesia ad Stum. Martinum. Ep., Lingua slavica. Patronus nullus. Liberae Ordinariatus collationis.

1630. occ. —	— — —	Skacsay Franciscus.
1630. Oct. 5.	— — —	Littvarczy Franciscus, in Merosicz.

¹⁾ Ludan in Cottu Nitriensi occ. 1246. «Győri Füzetek» III. 21. Sigismundus rex pro Ludan singulis ferijs secundis forum liberum celebrandum 1422. nov. 24. concessit. Ibid. 28. Idem rex 1425 jun. 27. concessit facultatem Ladislao Synka de Ludan contra invadentes Hussitas in loco castelli, seu fortalitii sui castrum lapideum aedificandi. Ibid. 30. — Domus parochialis 1711. e materialibus ecclesiae quondam abbatialis constructa. Campana, sacra supellex, casulae sicut antiquissimae ita adhuc bonae eccl. parochiali resignatae sunt. **Mauritius Czinár**, Monasterologia, I. 266.

²⁾ Occurrit in Statutis Capituli Strigon. de 1397. Carolus Péterffy, Concilia. II. 266.

1634. occ. —	— — —	Paludai Franciscus, Licentiatus in Mereczicze.
1647. occ. —	— — —	Sebastiani Georgius, Licentiatus in Merasicz.
1670. Jun. 10.	1698. Maji —	Sebastiani Joannes, Licentiatus.
1698. Maji 15.	1699. Aug. 24.	Barinszky Joannes.
1699. Aug. 28.	1702. Apr. 29.	Palkovics Lucas.
1702. Apr. 29.	1712. Mart. —	Simó Joannes.
1712. Apr. 9.	1714. Apr. —	Szenyesy Joannes.
1714. Maji 5.	1715. Maji —	Raskovics Andreas.
1715. Jun. 5.	1721. Apr. 26.	Jónás Nicolaus.
1721. Maji 1.	1721. Oct. 7.	Miskóczy Paulus.
1721. Oct. 7.	1723. Oct. 13.	Liskovics Antonius.
1723. Dec. 22.	1726. Sept. 30.	Koprivesik Michael.
1726. Oct. 1.	1734. Febr. —	Kubicza Georgius.
1734. Mart. 11.	1735. Apr. —	Fábry Michael.
1735. Apr. 2.	1742. Apr. —	Gyuresák Mathias.
1742. Apr. 9.	1744. Sept. 22.	Sidlovics Martinus.
1744. Oct. 17.	1755. Mart. —	Maxin Jacobus.
1755. Apr. 3.	1757. Mart. —	Krisan Adamus.
1757. Mart. 28.	1761. Sept. —	Tomanovics Georgius.
1761. Sept. 10.	1764. — —	Hrabovszky Josephus.
1764. — —	†1770. Apr. 5.	Zsilky Lucas, Administrator.
1770. Apr. 30.	†1771. Mart. 1.	Melchort Franciscus, Administrator.
1771. — —	1778. — —	Szoják Joannes, Administrator.
1778. — —	1792. — —	Riener Joannes, Administrator.
1792. Apr. 16.	1792. Maji —	Ruzicska Martinus.
1792. Jun. 1.	1792. — —	Andreikovics Joannes.
1792. — —	1795. Jun. 4.	David Petrus.
1795. Jul. 29.	1805. — —	Templer Joannes. ¹⁾
1805. — —	†1830. Nov. 5.	Sperlak Joannes.
1830. — —	†1856. Mart. 30.	Gálffy Josephus.
1856. — —	— — —	Csiszár Rudolphus.

Alsó-Nyárasd.

In ADtu Poseniensi, VADtu Dunaszerdahely. Parochia erecta 1755. oct. 23. eousque filia ad Vásárút. Matricae ab 1755. Ecclesia ad Nativitatem B. M. V., Lingva hungarica. Patronus Comes Pálffy ab Erdöd.

1755. Oct. 23.	†1773. Apr. —	Szent-György-Váry Stephanus.
1773. Apr. —	1774. Apr. —	Várady Franciscus.
1774. Apr. 30.	1779. — —	Várady Ladislaus.
1779. — —	1790. — —	Simonics Joannes.
1790. — —	†1830. Mart. 31.	Beluszky Georgius.
1830. — —	1849. — —	Mayer Joannes.
1849. — —	†1880. Jul. 8.	Mároky Franciscus.
1880. Sept. 21.	— — —	Papanek Marcus.

¹⁾ Jam 1792, Maji 5, fuit ei collata, sed tunc non acceptavit.

Alsó-Palojta.

In ADtu Neogradensi, VADtu Kékköensi. Antiqua Parochia. Matricae¹⁾ ab 1689. Ecclesia ad Stum Martinum, Ep., Lingua slavica. Patronus Capitulum Rosnaviense.

1630. occ. —	— — —	Moravec Balthasar.
1647. occ. —	— — —	Skultéti Martinus.
1665. Oct. 8.	1689. — —	Nozsics Georgius.
1689. Maji —	1710. Maji 12.	Tamko vel Tomkó Joannes.
1710. Maji 12.	1738. — —	Rotsák Andreas.
1738. — —	†1748. Mart. 8.	Osztraticzky Georgius.
1748. Apr. 1.	†1756. Nov. 17.	Völtsey Josephus.
1756. Dec. 7.	†1773. Aug. 10.	Miticzky Nicolaus.
1773. — —	†1797. Mart. 30.	Kubányi Simeon. Ab 1793. Sur. VADnus.
1797. Apr. 10.	†1841. Aug. 8.	Lehotay Sigismundus.
1841. — —	1860. — —	Gyürky Vicentius.
1860. — —	— — —	Lancsik Michael.

Alsó-Pél.

In ADtu Barsiensi VADtu Lekérensi. Antiqua Parochia. Matricae ab 1726. Ecclesia ad Ascensionem D. N. I. Ch., Lingua slavica, Patronus Comes Hunyady de Kéthely.

1689. Maji. —	— — —	Filó Georgius, Licentiatis.
1725. Feb. 10.	1730. — —	Baán Emericus.
1731. Jan. 15.	†1761. Mart. 23.	Simonfalvay Joannes.
1761. Apr. 29.	†1763. Jan. 3.	Szent-Iványi Christophorus.
1763. Mart. 19.	†1764. Jun. 5.	Sima Joannes.
1764. Jul. 12.	1770. Jul. 29.	Marcsek Joannes.
1770. Jul. 29.	†1801. Apr. 3.	Markó Michael.
1801. Apr. 7.	†1821. Jul. 13.	Kovács Antonius.
1821. Sept. 12.	1858. — —	Ribeczky Franciscus.
1858. — —	†1889. Dec. 23.	Zsisman Ludovicus.

Alsó-Rakoncza.

(Rikincice.)

In ADtu Honthensi, VADtu Drégelyensi. Jam ante reformationem exstitit ibi ecclesia catholica,²⁾ quam usque 1715. usurparunt lutherani. 1787. erecta est Capellania localis, 1810. autem Parochia. Matricae ab 1728. Lingua slavica. Ecclesia ad Immaculatum Conceptionem. Patronus: Seminarium Sti Stephani R.

1672. Jun. 3.	1680. Maji —	Hudák Stephanus.
1680. Maji 15.	1681. Febr. —	Balazovich Michael.
1681. Mart. 7.	1710. Maji. —	Haskó Paulus.
1710. Maji 20.	1712. — —	Lukacsovics Georgius, Parochus.
1712. Maji 14.	1715. Maji 18.	Petrótzky Jacobus, Parochus.
1787. — —	1790. — —	Ribeczky Stephanus, Capellanus localis.

¹⁾ Palota pertinebat 1242. ad castrum Honth. Fejér, C. D. IV. I. 285. — 1244. fassio est facta super inferiori Paloitha Ibid. VII. I. 286. Item Palojta 1337. praepositurae de Saag adjudicata est. Ibid. VIII. IV, 285.

²⁾ Ladislaus IV. rex 1287. die 13. Maji locum hunc donavit familiae Benke pro suppetitiis contra Lorandum et Bohemos sibi datis. In archivo Ipolysághiensi. Fasc. I. No 6. — Ecclesia gothica, aliquamdiu Lutheranorum usui deserviebat. Sub praefectura Sancto Benedictensi, Pauli Olasz, canonici Strig. minister acatholicus exturbatus, populus fidei orthodoxae restitutus est. Omnes peracta s. confessione, repetita quoque publica fidei professione, e manibus praelibati Canonici sacra synaxi refecti, anno 1715. die 8 Julii. Conversa est ipsa quoque uxor ministri acath. et ejus filius Jakobus Orlich. Super his documentum confectum quod omnes 447. subscripserunt. Pagus filia facta ad Palásth. E protocollo historico ecclesiae Corponensi, pag. 508.

1791. Jan. 1.	†1829. Jun. 17.	Navarra Josephus, ab 1810. Parochus.
1829. Jul. 7.	1841. — —	Mészáros Josephus.
1841. — —	1857. — —	Vallus Joannes.
1857. — —	1864. — —	Szakmári Joannes.
1864. Jul. 4.	— — —	Kittenberger Stephanus.
1864. — —	— — —	Karácsonyi Alexander, Administrator, 1880. Jun. 11. Parochus.
1886. Nov. 4.	— — —	Tomann Josephus.

Alsó Récsény. ✓

(Unter-Ritschen, Dolne Risnovce.)

In ADtu Nitriensi, VADtu Ujlakensi. Antiqua Parochia. Matricae ab 1699. Ecclesia ad SS. Trinitatem. Lingua slavica. Patronus nullus. Liberae Ordinarii Collationis.

Circa 1332.	et 1337. occ. —	Nicolaus, plebanus de Richen.
1699. Aug. 18.	1703. Apr. —	Mráz Georgius.
1703. Apr. 24.	1709. Mart. —	Michalovics Joannes.
1709. Mart. 19.	1713. Jul. —	Fabry Georgius.
1713. Jul. 31.	1715. Nov. —	Muzni Georgius.
1715. Nov. 14.	1723. Febr. —	Gunda Joannes.
1723. Febr. 9.	1724. Maji —	Struharovics Petrus.
1724. Mart. 24.	1724. Mart. —	Chinorani Georgius.
1724. Maji 6.	1740. Jun. —	Radiczky Mathias.
1740. Mart. 11.	1746. Jun. —	Visnovszky Emericus.
1746. Jun. 27.	1755. Jul. —	Kacskovics Stephanus.
1755. Jul. 17.	1757. Nov. —	Jánoska Joannes.
1757. Nov. 18.	1762. Sept. —	Kramolics Franciscus.
1762. Sept. 1.	1764. Sept. 12.	Skulteti Andreas.
1764. Sept. 20.	1766. Sept. 8.	Kolbach Josephus.
1766. Sept. 15.	†1772. Dec. 24.	Klimó Joannes.
1773. Jan. 11.	1781. — —	Chnorecz Georgius.
1781. — —	†1791. Jan. 30.	Ialkovics Paulus.
1706. Apr. 10.	1707. — —	Kubinyi Jacobus.
1707. Maji 7.	1715. Febr. 23.	Dobsovics Andreas.
1715. Mart. 21.	1719. — —	Klempay Joannes, Casparus.
1719. Apr. 2.	1719. — —	Agnelli Georgius.
1719. Jul. 25.	†1737. Maji 15.	Vinkóczy Paulus.
1737. Jun. 25.	†1754. Dec. 7.	Simonovics Michael.
1755. Febr. 15.	1762. Apr. 28.	Blaskovics Joannes.
1762. Maji 12.	†1770. — —	Linhart Ludovicus.
1770. Maji 13.	1776. Nov. 5.	Torner Joannes.
1776. Nov. 1.	1809. — —	Grineus Mathias.
1809. Nov. 28.	†1829. Dec. 31.	Zaprázsný Georgius.
1830. Jan. 8.	1833. — —	Homoky Josephus.
1833. Maji 9.	†1862. Jun. 4.	Thurzó Josephus.
1862. Oct. 4.	1864. Mart. 23.	Vlassek Joannes.
1864. Maji 13.	†1881. Nov. 22.	Kamanfalvy Franciscus. Habuit Admin. 1871. Aug. 16. —
		†1876. Sept. 29. Michaellem Szucsányi.
1882. Mart. 15.	1888. — —	Vámosy Carolus.
1888. — —	1890. — —	Rankó Stephanus, Admin.
1890. — —		Tasky Joannes.

¹⁾ Ecclesia in hon. S. Michaelis Arch. consecrata est a. 1622. per Eppum suffr. Joannem Pyber.

Zohor.

In ADtu Poseniensi, VADtu Stomfaensi. Antiqua Parochia. Matricae ab 1654. Ecclesia ad Stam
Margaritham V. M. Lingua slavica. Patronus: Aloysius Comes Károlyi de Nagykároly.

1562. occ. —	— — —	Joannes, de Nossislavia.
1634. occ. —	— — —	Jessenius Casparus.
1647. occ. —	— — —	Petrus Martinus.
1677. — —	1679. — —	Kuszolitz Mathias.
1679. Apr. 26.	1691. — —	Sutovics Stephanus.
1691. Jan. 6.	1696. — —	Fischer Adamus.
1696. Jun. 25.	1712. — —	Bellosicz Georgius.
1712. Dec. 17.	1719. Maji 25.	Havran Paulus.
1719. Maji 25.	1722. — —	Kuchinszky Nicolaus.
1722. Jan. 10.	†1737. Aug. 23.	Fabriny Franciscus.
1737. Aug. 23.	1738. Jun. —	Hölczl Gabriel.
1738. — —	1743. Aug. —	Vajay Paulus, Admin.
1743. — —	1744. Apr. —	Szécsényi Andreas, Admin.
1744. Jul. 29.	†1747. Dec. 29.	Kajdácsy Andreas, Admin.
1748. Jan. 7.	1766. Jan. —	Chmel Georgius.
1766. Jul. 16.	1766. Dec. 1.	Magyar Martinus.
1766. Dec. 1.	1781. — —	Erdek Josephus.
1781. — —	†1787. Febr. 23.	Appel Joannes.
1787. — —	1794. — —	Slapák Joannes.
1794. — —	1826. Nov. —	Boskovics Joannes.
1826. — —	1848. Maji —	Pokorny Augustinus.
1848. — —	1849. — —	Mednyánszky L. B. Alexander, Admin.
1849. — —	†1849. Aug. 31.	Petráss Joannes, Admin.
1849. — —	1860. Jun. —	Stummer (Ipolyi) Arnoldus.
1860. — —	1868. Jun. —	Boltizár Augustinus.
1868. — —	1886. — —	Kofrányi Aloysius.
1887. — —		Markovics Franciscus.

Zseliz.

(Zeliz.)

In ADtu Barsensi, VADtu Lekérensi. Parochia exstitit jam saeculo XIV. Restituta 1730. Matricae
ab eodem anno. Ecclesia ad Stum Jacobum maj. Ap.²⁾ Lingua hungarica. Patronus: Augustus Comes
Breunner Enkevoerth.

1332. inter et	1337. occ. —	Michael, Sacerdos Scti Georgii de Ziliz.
1332. inter et	1337. occ. —	Georgius, plebanus S. Michaelis de Ziliz.
1730. Aug. 23.	1733. Febr. —	Bolgár Andreas.

¹⁾ Parochia «Zohor» occurrit inter antiquas parochias in conscriptione Pázmániana. Péterffy, l. c. — Visitator a. 1561. «Zohar» adfiliatam ad Stomfa invenit cum vili populo Bohemico ast catholico. Ecclesiam ejus satis decenter exstructam. De populo catholico refert etiam visitator a. 1562. — Ille a. 1634. refert, quod ecclesia a communitate nunc primum renovata valde pulchra sit.

²⁾ Bonfinius dicit. Dec. II. Libr. III. «Atha praetorii praefectus, quem palatinum appellant, in Zelyzem agrum, ubi divo Jacobo coenobium cum aede exaedificarat, regem cum duce precibus multis invitat, ut dicationem templi, fausta praesentia honestarent: quod a principibus facile impetravit.» Editio: Basileae, 1568. 235. p. Si archihistorico fides praestanda est, hoc circa

1733. Febr. 4.	†1745. Sept. 15.	P. Bartos Jacobus, Admin. Ord. S. Francisci.
1745. Sept. 22.	1751. Oct. 20.	Vincze Joannes.
1751. Oct. 20.	1752. — —	Botlik-Bottyán Georgius.
1752. Oct. 18.	1764. Dec. 24.	Szenczy Joannes.
1765. Jan. 1.	1765. Apr. 4.	P. Németh Paulus, Admin. Ord. S. Francisci.
1765. Mart. 27.	†1767. Apr. 8.	Palugyay Josephus.
1767. Apr. 12.	1773. — —	Biró Franciscus.
1773. Apr. 26.	1779. Sept. —	Bartalóczky Josephus.
1779. — —	†1805. Febr. 23.	Katona Franciscus Xav.
1805. Apr. 20.	†1818. Jan. 3.	Janek Josephus.
1818. Jan. 28.	†1837. Nov. 4.	Horváth Nicolaus.
1837. Nov. 12.	1869. — —	Sulhay Joannes, 1852. VADnus.
1869. Sept. —	†1876. Nov. 30.	Hyross Sigismundus, Admin.
1876. Nov. 30.	1879. Oct. 1.	Kudora Joannes, Admin. 1877. Febr. 6. Parochus.
1879. Oct. 1.	†1883. Febr. 13.	Kendfalvy Ludovicus.
1883. Maji 10.		Rózsa Josephus.

Zsély.

In ADtu Neográdensi, VADtu Kékköbensi. Parochia erecta 1771. Eousque filia ad Szklabonya. Matricae ab eodem anno. Ecclesia ad Stum Emericum. Lingua hungarica, slavica. Patronus: Senior Familiae Com. Zichy de Eadem et Vásonkeő.

1647. occ. —	— — —	Osvald Mathias.
1674. occ. —	— — —	Pataky Albertus.
1771. Aug. 10.	†1809. Febr. 21.	Majthényi de Kesseleőkeő Nicolaus.
1809. — —	†1829. Oct. 6.	Morvay Casparus.
1829. Oct. 19.	†1830. Febr. 10.	Halácsy Aloysius.
1830. Mart. 10.	†1842. Mart. 25.	Matulányi Stephanus.
1842. Apr. —	1845. Maji —	Feniczy Joannes.
1845. Maji 24.	†1877. Dec. 1.	Perkinkó Antonius, Admin. 8. Oct. Parochus, 1853. VADnus.
1878. Apr. 8.		Millitzer Carolus.

Zsemlér.

(Zsemlár.)

In ADtu Barsensi, VADtu Levensi. Parochia erecta 1730.¹⁾ Matricae ab eodem anno. Ecclesia ad Stum Ladislaum Reg. Lingua hungarica, slavica. Patronus: Metrop. Capit. Strig.

1730. Apr. 19.	1733. Nov. —	Demény, alias Deméndy Joannes.
1733. Dec. 14.	1737. Mart. —	Lokcsánszky Mathias.

1181. evenire potuit. Ceterum structura gothica ecclesiae et imagines ad parietem pictae originem hujus ecclesiae saeculo XIV. adjudicant. Zelis inaepta reformatione mox in manus acatholicorum incidit, qui imagines calce incrustarunt, et structuram nobilissimam deformarunt inaedificando locum communionis. Ope Comitum Joannis Eszterházy 1730. Jun. 20. a. Calvinianis reoccupata est, et 23. ejusdem per Paulum Darázs VADnum reconciliata. Novissime splendide restaurata, fenestrisque pictis provisae. Filia Garam-Mikola circa 1713. et Garam-Vezekény 1730. 30. Julii per dominos terrestres a Calvinistis recuperatae sunt. Historiam brevem de Garam-Zseliz invenies in: Magy. Orsz. képekben. 1868. II. 50.

¹⁾ Zsemler fuit usque 1721. in potestate Helv. confessioni addictorum. — Filia Garam-Szent-György cum Kis-Sáro qua parochia collata fuit 1689. 9. Dec. Alberto Sággy.

1737. Mart. 7.	1738. Apr. —	Mucha Stephanus.
1738. Maji 12.	†1741. Jul. 3.	Novek Ignatius.
1741. Jan. 23.	1748. Mart. 15.	Trstyánszky Alexander.
1748. Apr. —	1750. Aug. —	Medveczky Josephus.
1750. Aug. 30.	1760. Jul. 29.	Sütteő Casparus.
1760. Jul. 29.	1765. Mart. 27.	Palugyay Josephus.
1765. Apr. 19.	†1775. Dec. 2.	Kobolt Joannes.
1775. Jun. 27.	1776. Dec. 10.	Makos Josephus.
1776. Febr. 2.	1786. Apr. —	Baranyay Mathias, Thaddaeus.
1786. Maji —	1789. Jul. —	Kratoquilla Stephanus.
1789. Aug. —	†1807. Febr. 12.	Horváthy Carolus.
1807. Febr. 1.	†1828. Aug. 31.	Ribeczky Stephanus.
1828. Sept. 5.	1831. Jan. —	Gombár Paulus.
1831. Jan. 25.	1838. Sept. 26.	Veres Joannes.
1838. Sept. 26.	1846. Mart. —	Valentovics Josephus.
1846. Mart. —	†1876. Jun. 23.	Iványi Franciscus.
1876. Oct. —	†1880. Dec. 26.	Müller Carolus.
1881. Apr. 21.		Kvassay Stephanus.

Zsigárd.

In ADtu Komáromiensi, VADtu Vágsellyensi. Parochia erecta 1727. Antea filia partim ad Sellye partim ad Deáki. Matricae ab eodem anno. Ecclesia ad Stum Josephum.¹⁾ Lingua hungarica. Patronus: Princeps Primas R. Archieppus Strig.

1728. Jul. 23.	1731. Aug. 1.	Konkoly Ladislaus.
1731. Aug. 29.	1747. — —	Mihics, vel Milecz Ladislaus.
1747. Oct. 8.	1789. Oct. —	Fábry Franciscus, 1777. VADnus.
1789. Nov. 21.	1790. Maji 16.	Szögyényi Franciscus.
1790. Jul. 24.	1809. Aug. 11.	Bélik Josephus, 1807. VADnus.
1810. Jan. 2.	†1827. Oct. 21.	Berényi Josephus.
1827. Nov. 14.	1840. Apr. 24.	Cserép Ignatius.
1840. Jul. 3.	†1885. Apr. 6.	Lieszkovszky Gabriel, 1856. VADnus. Habuit Admin. ab 1881. Joannem Geleta, qui mansit usque 1885. 2. Junii.
1885. Jun. 2.		Jakab Joannes, VADnus.

¹⁾ Ecclesiam a fundamentis erigi curavit in honorem S. Josephi Sponsi B. M. V. Emericus e Comitibus Eszterházy Archieppus Strig. a. 1730.



APPENDIX.

PAROCHIAE

AB ARCHI-DIOECESI STRIGONIENSI

ANNO 1776. AVULSAE.

Almás.

(Torna-Almás.)

Olim in ADioecesi in ADtu Tornensi, VADtu Tornensi. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi in eodem ADtu et VADtu. Antiqua Parochia.¹⁾ Ecclesia in honorem Sssmae Trinitatis. Matricae ab 1698.

1561. occ. —	—	—	—	Hevesy Ladislaus.
1672. Jun. 1.	—	—	—	Belányi Petrus.
1692. Nov. 24.	1703.	—	—	Kakas Michael.
1703. Apr. 17.				Velényi Stephanus, 1711. Mart. 15. denuo investitus.
— — —	†1714.	—	—	Molnos Petrus.
1714. Jan. 25.	1717.	—	—	Riberics Joannes.
1717. Jul. 9.	1719.	—	—	Bavasz Stephanus.
1719. Jun. 10.	1725.	—	—	Illia Stephanus.
1725. Nov. 2.	1732.	—	—	Szászi Stephanus.
1732. Apr. 30.	1740.	—	—	Molitoris Georgius.
1740. Apr. 21.	1745.	—	—	Hiros Joannes.
1745. Apr. 22.	1753.	—	—	Tomanovics Georgius.
1753. Oct. 10.	1768.	—	—	Draveczy Franciscus.
1769. Febr. 22.	1773.	—	—	Hatala Franciscus.
1773. Dec. 11.	—	—	—	Mandrák Joannes.

¹⁾ Visitator a. 1561. dicit: Est domini Bebek. Concionator, qui loco parochi est, non est sacris initiatus, habet duos sacerdotes sub se, qui sacramenta administrant more Lutheranorum, quamvis Strigonii ordinati sint. In ecclesia neque Eucharistia, neque fons Baptismatis tenetur. Templum a germanis direptum et effractis foribus omnibus bonis spoliatum est. Post visitationem sequenti hebdomada et templum combustum est, et domus parochialis cum 31. domibus. In ista et in a. 1562. visitatione ecclesia in honorem Nativ. B. M. V. fuisse dedicatam perhibetur. Quae a. 1689. restaurata est.

Alsó-Kubin.

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Árvaensi inferiori. Nunc in Dioec. Scepusiensi ADtu Árvaensi, VADtu Kubiniensi. Parochia jam saec. XVI. exstitit, nominatim a. 1380.¹⁾ Ecclesia in honorem S. Catharinae V. et M. 1630. aedificata. Matricae ab 1672.

1559. et —	1560. occ. —	Ladislaus.
XVI. saec. occ.	— — —	Faky Josephus.
1672. occ. —	1680. — —	Pongrácz Martinus.
1680. Mart. 8.	1680. — —	Petrozsini Jonas.
1680. Dec. 10.	1689. — —	Máriássy Joannes, denuo 1688. Jun. 28.
1689. Apr. —	1692. Apr. 2.	Czabaffy Martinus.
1692. Apr. 2.	1694. — —	Pocsklanszky Joannes, Stanislaus.
1694. Febr. 15.	1703. Maji —	Nagy Andreas.
1703. Maji 13.	1711. Aug. —	Koron Martinus.
1711. Oct. 1.	1713. Febr. —	Herczeg Paulus, Dionysius.
1713. Febr. 14.	1719. — —	Ludán Petrus.
1719. Jul. 2.	1733. — —	Trstyánszky Andreas.
1733. Nov. 25.	1755. — —	Domaniczky Nicolaus.
1755. Nov. 3.	1761. Dec. 16.	Dávid Paulus.
1761. Dec. 16.		Kronner Joannes.

Alsó-Lipnicza.

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Árvaensi districtu Superiori. Nunc in Dioecesi Scepusiensi in ADtu Árvaensi, VADtu Trsztenaensi. Antiqua Parochia, quae 1757. restituta est. Ecclesia ad Stum Lucam Ev. Matricae baptis. ab 1727. mortuor., ab 1764. et copulator. ab 1759.

1758. Maji 2.	1759. — —	Kobercsik Stephanus.
1759. Maji 13.	1762. — —	Vilcsek Ignatius.
1762. Apr. 20.		Zubriczky Adalbertus.

Alsó-Lelócz.

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Veszteniczensi. Nunc in Dioecesi Nitriensi ADtu Gradnensi, VADtu Vestenicensi. Antiqua Parochia. Ecclesia in honorem Nativitatis B. M. V. per familiam Tarnóczy aedificata.²⁾ Matricae ab 1726.

1667. — —	1672. — —	Koszka Joannes.
1672. Maji 18.	1686. — —	Iwák Laurentius.

¹⁾ In visitatione a. 1559. sequentia habentur: «Kobyn sub arce Arvensi. Ecclesia S. Catharinae dedicata, quae satis pulchra est ac nulla eget reparatione, habet calices quatuor, de argento deauratos. Ornamenta quatuor.» In ecclesia omnia servantur more catholico tantummodo Eucharistia sub utraque specie administratur. — Visitator vero a. 1560. asserit Kubin esse in ditione arcis Arva et dominor. Kubinyi. Ecclesiam praedecessor parochi Ladislai bene ornavit ast hic homo nequam est, qui imagines carbonibus denigrat et crucifixum confregit secus etiam vitis obnoxius. Post parochum Faky a. 1558, novator quidam nomine Marcelli consedit. Hunc secuti sunt ministri 1583. Mathias Kollár et Balthasar Schretter diaconus. Dein Elias Dávid. Post hos Stephanus Mensatoris cum diacono Hieronymo, qui 1686. abire coacti ast 1703. reversi sunt. Verum a. 1709. illos strenuus dominus Georgius comes Erdödy penitus exire jussit.

²⁾ Senior Emericus Tarnóczy promisit occasione visitationis a. 1755. peracta, columnas muratas muris ecclesiae ab intus conjungendas et pro fornicibus sustentandis idoneas et ipsam fornecem. Hujusce visitationis protocollum fusius se cum adjunctis parochiae occupat.

1686. Apr. 23.	1697. Maji 8.	Brcsányi Joannes.
1705. Dec. 23.	1709. — —	Stankovics Andreas.
1709. Aug. 14.	1709. Dec. 1.	Pamár Franciscus.
1729. Jun. 3.	1731. Febr. 2.	Rajeczky Joannes.
1731. Jul. 5.	1732. — —	Kuechtig Martinus.
1732. Maji 15.	1736. — —	Rettlich Andreas.
1736. Aug. 6.	1737. Mart. 7.	Virágh Joannes.
1737. Mart. 13.	1738. Jul. 10.	Palumbini Mathias.
1738. Oct. 1.	†1757. Jan. 28.	Rotmund Georgius.
1757. Jan. 30.	†1767. Jul. 25.	Áaghy Franciscus.
1767. Aug. 14.	— — —	Stachó Paulus.

Alsó-Matyasócz.

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Árvaensi. Nunc in Dioecesi Scepusiensi ADtu Liptóviensi, VADtu medio Liptóviensi. Antiqua parochia¹⁾ sub nomine Matyiosóvecz, quae diutius abolita fuit et 1787. sub nomine Alsó-Matyasócz capellania localis evasit, ac demum 1809. parochia restituta est. Ecclesia ad S. Ladislaum regem.

1560. occ. —	— — —	Paulus.
1706. Jul. 20.	— — —	Brna Joannes.

Árva-Váralja.

(Sub-Arx, Podzamcsa.)

Olim in ADioecesi, in ADtu Nitriensi, VADtu Nitriensi districtu Árvaensi inferiori. Nunc in Dioecesi Scepusiensi ADtu Árvensi et VADtu Árva-Váraljensi. Antiqua Parochia.²⁾ Ecclesia olim ad Stum Nicolaum Epp. Conf. 1674. catholicis restituta et honori Sti Joannis Nep. dicata. Matriciae ab 1709.

1559. occ. —	— — —	Perina Ladislaus.
1674. Sept. 29.	1690. — —	Jarosini Georgius.
1690. Jun. 26.	1693. — —	Szlabovszky Stanislaus.
1693. Maji 2.	1697. — —	Borniczky Joannes.
1697. Maji 11.	1703. — —	Klár Mathias.
1703. Apr. 27.	1709. — —	Hubovszky Josephus.
1709. Sept. 1.	1716. — —	Kleis Venceslaus.
1716. Apr. 9.	†1749. Jan. 25.	Sprenczel Jacobus.
1757. Jul. 11.	†1762. Mart. 20.	Noszek Georgius.
1762. Apr. 1.	— — —	Olsay Georgius.

¹⁾ De antiquo statu hujus parochiae notitiam haurire possumus e visitatione a. 1560. quae sequentia habet. In Mathiasovecz sub ditone nobilium Leonhardi et Casparis Mathiasoveczky, ecclesiam ad S. Helenam senex parochus Paulus, cath. religionis amator, pulchre ornatam servat.

²⁾ Visitator a. 1559. asserit, quod «Varallia» sit sub ditone AEppi, nempe Nicolai Oláh, Ecclesiam habeat ad Stum Nicolaum dicatam, pulcherrime exstructam, nullam indigens reparationem. Habet quoque bona mobilia; argenteum calicem et alia necessaria sufficienter. Populus catholicus sacramentis utitur more catholicorum, verum jam a. 1611. Georgius Thurso in ipsa arce «Deo optimo maximo» capellam erexit et pro ministro, rector scholae Bicsensis Michael Crispini vocatus est. Hunc exceperunt: 1614. Georgius Groszmann, Adamus Cordini. 1618. Daniel Paulini. 1620. Georgius Láng. Hujus successores fuerunt: Michael Sinapius, Martinus Levius, Georgius Franciscus, et Martinus Sinapius, quos Stephanus Tököly ad ecclesiam civitatem disposuit. Demum 1674. catholici ecclesiam suam receperunt.

Babarcz, antea Versend.

Olim pertinebat ad exemptas parochias ADioecesi subjectas in territorio Dioecesis Quinque-Ecclesiensis, nunc in Dioecesi supradicta in ADtu Cathedrali, VADtu Mohacsensi. E Versend parochia 1754. ad Babarcz translata.¹⁾ Ecclesia ibi in honorem Sti Michaelis Arch. hic ad Stam Barbaram V. M. Parochia restituta 1722. Matricae ab eodem anno.

1722. Mart. 8.	1728. — —	Clementicz Lucas.
1728. — —	1753. — —	Ordinis Sti Francisci.
1753. Aug. 21.	1765. Nov. —	Musinszky Thomas.
1765. Nov. —		Schwartz Joannes, Admin. 1766. Sept. 13. Parochus.

Bábaszék.

(Frauenstuhl, Babina.)

Olim in ADioecesi in ADtu Zoliensi, VADtu Zoliensi districtu inferiori. Nunc in Dioecesi Neosoliensi ADtu Cathedrali, VADtu Corponensi. Antiqua Parochia.²⁾ Ecclesia ad Stum Matthaum Ap. et Ev. Matricae ab 1692.

1332. inter et	1337. occ. —	Henricus, pleb. de Babasat.
1351. occ. —	— — —	Georgius de Babasecki.
XVI. saec. occ.	— — —	Martinus.
1513. occ. —	— — —	Paulus.
1668. occ. —	— — —	Marcus Emericus.
1688. Aug. 11.	1691. — —	Pilarik Michael, Licentiatus.
1691. Mart. 27.	1693. — —	Vodilovszky Thomas.
1693. — —	1696. — —	Fajlár Franciscus.
1696. Aug. 24.	1698. Apr. 17.	Jarosini Georgius, Augustinus.
1698. Apr. 17.	1702. — —	Mentsik Augustinus.
1702. Maji 11.	1705. Nov. 26.	Kracsun Mathias.
1709. Dec. 7.	1710. Nov. 12.	Szluha Stephanus.
1711. Apr. 16.	1712. — —	Lethovanecz, vel Liethovanecz Joannes.
1722. Oct. 9.	1727. Nov. 13.	Kubovics Andreas.
1727. Nov. 18.	1736. — —	Kozáry Ignatius, Antonius.
1736. Apr. 26.	†1750. Jun. 14.	Rajeczky Joannes.
1750. Jun. 24.	†1762. Jul. 19.	Meszároviics Adamus.
1762. Aug. 28.	†1763. Apr. 5.	Walter Joannes, Nep.
1763. Apr. 26.		Markus Emericus.

¹⁾ Utraque possessio ad abbatiam Ord. Sti Benedicti in Pécsvárad pertinebat, idcirco parochiae exemptis adnumeratae, qua talis Versend a. 1732. e parte ADioec. Strig. canonicè visitata est. Tunc ecclesia Sti Michaelis e ligno erat et jam per decem annos in usu fuit. Dum parochia ad Babarcz translata fuit, etiam ibidem existens eccl. ad Stum Stephanum similiter parva fuit. Hujus parochiae historiam exaravit Josephus Brüzstle, Recensio Cleri Dioec. Quinque-Eccl. IV. 830.

²⁾ Occurrit in rationibus collectorum census papalis saec. XIV. etiam in conscriptione antiquarum parochiarum Pázmániana, Péterffy, l. c. Ecclesia habet antiquam turrim in qua una campana e saec. XIV. pendet. Historica descriptio legi potest in Schemat. hist. Dioec. Neosol. 1876. 176.

Baczur.

(Bacurova.)

Olim in ADioecesi in ADtu Zoliensi, VADnali districtu inferiori. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Cathedrali, VADtu Corponensi. Antiqua Parochia,¹⁾ quae verosimiliter saec. XIV. erecta est. Ecclesia ad SS. AA. Simonem et Judam. Matricae ab 1619.

1673. occ. —	— — —	Tepey Joannes.
1682. circa —	— — —	Sima Michael.
1689. — —	1691. — —	Szlatkovszky Joannes, Thomas, Licentiat.
1691. Mart. 27.	1691. Maji 23.	Benkovics Georgius.
1693. Jun. 3.	1697. Apr. 29.	Sinkovics Joannes, Licentiat.
1703. Apr. 5.	1704. — —	Watha Georgius, Licentiat.
1704. — —	1710. — —	In manibus potestantium.
1710. Maji 3.	1710. — —	Grachó Martinus, Licentiat.
1710. Maji 29.	— — —	Bahovics Georgius, Licentiat.
1727. Nov. 21.	1729. Jun. 3.	Rajeczky Joannes.
1736. Maji 23.	1738. — —	Szilhaecsek Joannes.
1738. Maji 3.	1748. Jan. 29.	Kubina Antonius.
1748. Jan. 29.	1748. Maji 2.	Valent Andreas.
1748. Maji 6.	1750. Jan. 24.	Meszároovics Adamus.
1750. Jul. 1.	1751. Mart. 18.	Kraszniec Josephus.
1751. Maji 7.	1756. — —	P. Hlivay Emericus, S. J.
1756. Apr. 13.	1760. Jan. 26.	Hakkell Mathias.
1760. Febr. 6.	1763. — —	Pruzsinszky Emericus.
1763. Nov. 3.	†1773. Febr. 9.	Szécényi Paulus.
1773. Maji 15.	1773. — —	Bocsánszky Georgius.
1773. — —		Marsalits Joannes.

Badin.

Olim in ADioecesi in ADtu Zoliensi, VADnali districtu inferiori. Nunc in Dioecesi Neosoliensi ADtu Cathedrali, VADtu Neosoliensi. Antiqua Parochia.²⁾ Ecclesia ad Stam Catharinam V. M. Matricae ab 1667.

1551. et —	1560. occ. —	Gallus.
1561. — —	— — —	Thomas et in Hajnik.
1673. Dec. 13.	— — —	Dubek Georgius et in Szelnicze.
1688. Jun. 26.	1689. — —	Nimniczky Joannes, iteratam collationem accepit 1689. Majo et Octobri.

¹⁾ Jam 1588. in manus Augustanae confessioni addictorum venit, qui per zelum S. J. imprimis P. Korneli, Delath, Liskovicz, Reguli, etc. hic operantibus, ita numero minuti sunt, ut mox catholici praevaluerint. Ast 1704. iterum reversi. Tunc ministros habuerunt Jacobum Makossányi et Mathiam Sartorides. Historicas connotationes de hac parochia habet: Schem. hist. Dioec. Neosol. 1876. 178.

²⁾ In diplomatibus saepius occurrit saec. XIII. sub nomine «villa custodum silvarum regalium de Badin.» Inter antiquas parochias recenset illam conscriptio Pázmániana. Péterffy, l. c. Altera saec. XVI. parte ad protestantium manus devenit. Ministrorum sequentes nominatenus noscuntur: 1582. Casparus Lipcei. Post hunc Tobias, 1602. Stanislaus Corvini, 1637. Andreas Rotarides, 1657. Leonardus Ladislaides, 1666. Georgius Blahó, 1688. Jacobus Mazarius. Qui, quamvis exturbatus, tempore motus Rakocziani 1705. iterum rediit. Historiam parochiae et descriptionem ecclesiae habet Schematismus hist. Dioec. Neosol. 1876. 93.

1689. — —	1692. — —	Biely Georgius, et in Szelnicze.
1692. — —	1696. — —	Hortsteiner Franciscus, Josephus, et in Radvány.
1696. — —	1702. — —	Thorányi Joannes, et in Radvány.
1702. — —	1703. — —	Boioni Andreas.
1703. — —	1705. — —	Humay Franciscus et in Szelnicze.
1705. — —	1710. — —	In manibus protestantium.
1710. — —	1727. — —	Grachó Martinus, Licentiatu.
1727. — —	1730. Dec. 9.	Fabry Andreas et in Szelnicze.
1731. Jan. 13.	1734. — —	Nedeczky Adamus et in Szelnicze.
1734. Febr. 6.	1744. Aug. 18.	Mialtó Georgius.
1744. Sept. 22.	1748. Dec. 3.	Sidlovics Martinus.
1748. Dec. 3.	1752. — —	Barinsia Josephus.
1752. Apr. 14.	1769. Maji 17.	Juracska Josephus.
1769. Jun. 7.	†1769. Nov. 4.	Buday Joannes.
1769. Dec. 24.	— — —	Dolezsál Georgius.

Bajmócz.

(Weinitz, Bojnicze.)

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Bajmóczensi. Nunc in Dioecesi Neosoliensi ADtu Nitriensi, VADtu Bajmóczensi. Antiqua Parochia quae jam saec. XIII. habuit ecclesiam in honorem Sti Martini. Ep.¹⁾ Matricae ab 1668.

XV. saec. occ.	— — —	Petrus.
1437. occ.	— — —	Ladislaus.
1464. — —	1487. — —	Keberhard Michael.
1488. — —	— — —	Poleczy Petrus, Bajmóczensis.
1527. occ.	— — —	Szuchinyi, vel Szuchényi Petrus.
1632. occ.	— — —	Valerianus Edmundus, E. M. S. Canon. ADnus Gömör.
1640. — —	1645. — —	Bielavius Thomas, Canon. Poseniensis, Abbas Ss. Trinitatis de Siklós.
1645. — —	1645. — —	Kauczek Adamus.
1645. — —	1654. — —	Cherlay Joannes.
1657. — —	— — —	Gerczidy, vel Gersich Joannes.
Post hunc	— — —	Hunfalvy.
1664. — —	1667. — —	Aurifabri.

¹⁾ Antiquitatem hujus Parochiae demonstrant diplomata. Anno 1112. occurrunt «Suburbani Bajmóczenses.» Fejér, C. D. V. I. 314. Bajmócz jam saec. XIV. proprium districtum habuit, qui 1384. nominatur. Ibid. X. I. 161. Nominat qua antiquam parochiam catalogus Pázmánianus. Péterffy, l. c. — Penes ecclesiam, filii Joannis Onofrii, proprietarii arcis Bajmócz, a 1479. capellam erexerunt cum ara S. Antoni Abb. quam amplis foundationibus providebant. Quae fundatio 1490. Parochiae conjuncta est. De splendore et divitiis ecclesiae testatur visitator a. 1559. sic loquens: Ecclesia S. Martini pulcherrima, quae nulla eget reparatione, habet calices septem de argento deauratos, duas monstrantias de argento deauratas, unum pacificale argenteum cum lapillis, ciborium argenteum intus cum pixide argentea. Ornatus decem, cappas quatuor sericas, item reliquias in quatuor thecis vitreis. — Juxta assertionem visitoris a. 1560. mox defunctus parochus non verebatur constitutioni Eccl. Romanae contradicere. Sic aleviatus fuit labor novatorum. Dum Joannes Thurzó dominus arcis existeret e Vittenberga procuravit praedcatorem a. 1550. in persona Caspari Capislani. Hunc secutus est Thomas Osvaldi. 1571. Paulus Vranka qui se libenter Praepositum Bajmóczensem vocitare amabat. 1580. Valentinus Melzer. 1583. Michael Lazanszky. 1587. Andreas Kaprius. 1607. Isaacus Abrahamides, alias Hrochotius pastor et praepositus, tardius superintendens. Simili titulo gaudentes successores fuerant 1622. Nicolaus Fidicinus, alias Piscatoris, vel Bajmóczci. 1625. Andreas Dióssi. 1627. Bazilius Fábri. 1630—1641. 2. Febr. Tobias Benedicti. — Historiam, in cujus augmentum proposita adtulimus, habet Schemat. hist. Dioec. Neosol. 1876. 365.

1667. Jul. 15.	†1691. — —	Turkovics, vel Jurkovics Joannes, Alexius, Ignatius.
1691. Oct. 15.	1718. — —	Silka, vel Zsilka Joannes, Franciscus, 1713. cl. Eppus Scutariensis.
1718. Aug. 7.	†1736. — —	Chilkó Joannes, Emericus, Praep. S. Augustini de insula Lazan.
1745. — —	1755. — —	Latecska Adamus.
1755. — —	— — —	Majthényi L. B. Ladislaus, Abbas B. M. V. de Tereske.

Barka.

(Bárka.)

Olim in ADioecesi in ADtu Tornensi, VADnali districtu unico. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Cathedrali, VADtu Rosnaviensi. Antiqua Parochia.¹⁾ Ecclesia ad B. M. V. de monte Carmelo. Matricae ab 1784.

1561. occ. —	— — —	Odbrochák Franciscus.
1697. Aug. 18.	— — —	Osvald Michael et in Lucska.
1769. Apr. 6.	— — —	Lubi Sigismundus.

Bást.

(Egyházas-Bást.)

Olim in ADioecesi in ADtu Gömöriensi, VADtu Gömöriensi. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Cathedrali, VADtu Várgedensi. Antiqua Parochia.²⁾ Ecclesia ad Stum Nicolaum Ep. Conf. Matricae ab 1729.

1647. occ. —	— — —	Dombay Stephanus, Licentiatus.
1665. Maji 28.	— — —	Finta Andreas.
1718. Sept. 11.	1719. — —	Urbányi Andreas.
1719. Maji 10.	1720. — —	Kövessy Stephanus.
1720. Apr. 8.	1720. — —	Lokner Joannes.
1720. Sept. 30.	1721. — —	Szabó Stephanus.
1721. Mart. 8.	1727. — —	Petes Stephanus.
1727. Aug. 9.	1742. Jan. 20.	Pál Josephus.
1742. Jan. 20.	1742. Apr. 30.	Dobronay Stephanus.
1753. Nov. 1.	1757. Dec. 24.	Velenczey Franciscus.
1757. Dec. 31.	1763. — —	Liptay Adalbertus.
1763. Jun. 4.	1766. — —	Csömöz Ladislaus.
1766. Oct. 30.	†1771. Apr. 25.	Horváth Andreas.
1771. Maji 28.	1775. — —	Baisz Georgius.
1775. Maji 13.	— — —	Horváth Martinus.

¹⁾ De antiqua Parochia in Barka testatur visitator a. 1561. ADiaconatus Thornensis, asserens: Ecclesia est egregii Caspari Magóczy, servatur munde et est optime ornata, sed parochi caret. Loco denati parochi alium non possunt invenire, qui esset verae Religionis.

²⁾ Parochia Bast occurrit in conscriptione Pázmániana inter antiquas Parochias. Péterffy, l. c.

Báta.

Olim inter parochias exemptas¹⁾ ad ADioecesim pertinentes infra ambitum Dioecesis Quinque-Ecclesiensis. Nunc in eadem Dioecesi, in ADiaconatu Tolnensi et VADtu Sexardensi. E filia ad Báltaszék 1701. Parochia erecta. Ecclesia ad Stum Michaellem Arch. 1744. aedificata. Matricae ab 1731. Curatores habuit ex Ordine Sti Francisci conventus Quinque-Ecclesiensis. Ab ADioecesi investitus unicus apparet.

1763. Febr. 8. | — — — | Hindy Michael, Admin. 1764. Maji 13. Parochus.

Báltaszék.

Olim inter parochias exemptas²⁾ ad ADioecesim pertinentes infra ambitum Dioecesis Quinque-Ecclesiensis. Nunc in eadem Dioecesi in ADtu Tolnensi, VADtu Sexardensi. Parochia erecta 1718. quando et ecclesia ad B. M. V. Assumtam aedificata. Matricae ab 1721. Ab ADioecesi tantum duos accepit Parochos.

1763. Jan. 1. | †1772. Jul. 17. | Kimstätter Carolus, Admin. 1764. Maji 13. Parochus.
1772. Aug. 30. | †1803. Dec. 1. | Bobok Paulus.

Berencs.

Usque initium saec. XVIII. ad ADioecesim pertinebat, sita in ADtu Nitriensi, VADtu Kérensi, tunc ad Dioecesim Nitriensem incorporata fuit. Nunc in eadem Dioecesi, ADtu Cathedrali, VADtu Mocsonokensi. Antiqua Parochia.³⁾ 1704. restituta. Antiqua ecclesia ad B. M. V. Elisabetham Visitantem. Matricae ab eodem anno.

1560. — —	— — —	Martinus.
1630. — —	— — —	Zörögh Michael.
1634. — —	— — —	Baycz, vel Baicsy Michael.
1647. — —	— — —	Lotzius Joannes.
1704. Febr. 16.	— — —	Szent-Mihályi Franciscus.

Berkesd.

Olim inter parochias exemptas ad ADioecesim pertinentes infra ambitum Dioecesis Quinque-Ecclesiensis.⁴⁾ Nunc in eadem Dioecesi in ADtu Cathedrali, VADtu Pécsváradiensi. Parochia antiqua, quae etiam sub Turcis permansit. Ecclesia ad Immac. Concept. B. M. V. saec. XVI. exstructa, saec. XVIII. aucta. Matricae ab 1772.

1721. — — | 1732. — — | Horváth Joannes.

¹⁾ Hic loci floruit quondam celebris abbatia Ord. Sti Benedicti ad Stum Michaellem ad quam pertinebat et Báta, ideo exempta parochia. Historiam concinnavit Josephus Brüsztle, Recensio cleri Dioec. Quinque-Eccles. II. 102. — Historiam Abbatiae de Batha vide apud Maurum Czínár, Monasteriologia I. 228. et Jacobum Rupp, Magy. Orsz. Helyrajzi Története I. 378.

²⁾ Exempta facta quia prius possessio Abbatiae Pécsváradiensis dein Bathaensis fuit. Historiam publicavit Josephus Brüsztle, Recensio cleri Dioec. Quinque-Eccles. II. 129.

³⁾ Visitator a. 1560. refert, quod sit capituli Nitriensis. Ecclesiam habet B. M. V. dicatam, parochum et populum fidelem. Visitator vero a. 1630. dicit, quod habeat ecclesiam pro tempore aedificatam, altare in quo est imago coronationis B. M. V. In eodem protocollo etiam possessiones ecclesiae enumerantur.

⁴⁾ Inter exemptas numerabatur quia proprietates Abbatiae Sti Benedicti de Pécsvárad erat. Historiam concinnavit Josephus Brüsztle, Recensio Cleri Dioec. Quinque-Eccles. II. 212.

1733. — —	†1739. Febr. 15.	Fáber Georgius.
1739. — —	1753. — —	P. Unger Seraphinus, Ord. S. Dominici.
1753. Aug. 21.	1763. — —	Kovarszky Martinus.
1763. Nov. 1.	— — —	Kalita Michael, 1764. Jun. 23. investitus.

Berzencze.

(Garam-Berzencze, Breznicza.)

Olim in ADioecesi in ADtu Barsensi, VADtu Bars-Szent-Keresztensi. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Barsensi, VADtu Ujbarsensi. Antiqua Parochia.¹⁾ Ecclesia ad Nativ. B. M. V. Post 1749. filia ad Némethi. 1784. Parochia restituta. Matricae ab eodem anno.

1626. occ. —	— — —	Boczák Georgius.
1671. — —	— — —	Csernak Nicolaus.
1701. Apr. 26.	1706. — —	Abrahamovics Michael.
1706. Mart. 12.	1709. Oct. 8.	Szluka Stephanus.
1713. occ. —	— — —	Banovics Paulus.
1727. Sept. 25.	— — —	Baross Joannes.
1740. Mart. 8.	1749. — —	Laszlóvszky Joannes.
1749. Sept. 19.	†1762. Nov. 23.	Oszikovics Michael, et in Némethi.

Betlér.

Olim in ADioecesi in ADtu Gömörensi, in VADnali districtu superiori. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Cathedrali, VADtu Rosnaviensi, est autem filia ad Nagy-Veszverés. Quondam filia fuit ad Rosnaviam. 1608. inde separata, sed mox in manus Aug. confessioni addictorum venit. 1662. recuperata. 1667. Parochia restituta.²⁾ Ecclesia ad Stam Elisabetham Vid.

1667. Jul. 13.	1668. — —	Sartoris Andreas.
1669. Apr. 29.	— — —	Szkacsányi Franciscus.
1703. Maji 28.	1705. — —	Szlabovszky Nicolaus.
1705. — —	1773. — —	Patres S. J. Rosnavienses.

Bobrócz.

(Nagy-Bobrócz, Velki-Bobrovecz.)

Olim in ADioecesi in ADtu Hont-Liptóviensi, VADnali districtu unico. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Liptóviensi, VADtu medio Liptoviensi. Antiqua Parochia quae jam initio saec. XIII. exstitit.³⁾ Ecclesia ad Stum Georgium M. Matricae ab 1732.

1560. occ. —	— — —	Petrus.
1673. occ. —	— — —	Mruzin Franciscus.

¹⁾ Occurrit inter antiquas parochias in conscriptione Pázmániana. Péterffy, l. c. — Historiam proposuit Ferd. Knauz, Garam melletti szt.-benedeki apátság. I. 143. et Schemat. hist. Dioec. Neosol. 1876. 323.

²⁾ Mox post separationem a matre evasit proprietas Aug. Confessionis addictorum, quorum ministri erant: 1609. Christianus Florianus, 1626. Michael Paulini, 1632. Jacobus Holius. 1638. Petrus Zvarovicus, 1646. Balthasar Galik, 1651. Joannes Stephanides, 1660. iterum Jacobus Holius usque 1664. — Ecclesia jam 1662. recepta fuit, sed tempore disturbiorum 1683. recidit in illorum possessionem. Tunc habuerunt ministrum Mathiam Fabricius et Tobiam Habenda.

³⁾ Parochia «Bobrovecz» occurrit in conscriptione Pázmániana inter antiquas parochias. Péterffy, l. c. — Visitatio a. 1560. sic refert: Bobrovecz ad S. Georgium sub ditone arcis Likawa. Parochus fidelis Christi minister una cum suis subditis, in

1680. Jan. 20.	1687. — —	Reguli Mathias, Licentiatus.
1687. Jan. 10.	1706. Jul. 20.	Brna Joannes.
1711. Maji 3.	1711. — —	Simonovics Andreas.
1711. Jul. 8.	1714. — —	Garday Martinus.
1714. Apr. 26.	1717. Jul. 25.	Koszterini Martinus.
1724. Sept. 4.	†1748. Maji 8.	Sirokovics Franciscus.
1748. Jun. 22.	1750. — —	Hanzlik Joannes.
1750. Aug. 17.	1756. — —	Hromatka Andreas.
1756. Jul. 3.		Stupiczky Ignatius.

Bodafalva.

(Bodice.)

Olim in ADioecesi in ADtu Hont-Liptoviensi. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Liptoviensi, VADnali districtu medio Liptoviensi. Antiqua Parochia, quae jam initio saec. XIII. exstitisse arbitratur.¹⁾
Ecclesia in honorem Sti Ladislai Reg. Matricae ab 1777.

1560. occ. —	— — —	Valentinus.
1685. — —	† — — —	Kovalszki Thomas.
1717. Maji 23.	1721. — —	Hluskovics Michael.
1721. Sept. 10.	1724. — —	Kidancsek Martinus.
1724. Sept. 4.	1734. Maji 29.	Zilkay Joannes.
1734. Maji 29.	1750. — —	Jovicsics Paulus.
1750. Sept. 24.	1753. Oct. 24.	Pauchner Vitus.
1753. Dec. 2.	1758. Sept. 11.	Liszka Joannes.
1758. Oct. 29.	1770. — —	Kvassay Joannes.
1770. Aug. 19.	1770. — —	Dzián Michael.
1770. Nov. 21.	— — —	Ichnat Andreas.

Bossán.

(Nagy-Bossán.)

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Nagy-Tapolcsánensi. Nunc in Dioecesi Nitriensi, ADtu Cathedrali, VADtu Szkacsánensi. Antiquissima parochia, quae jam circa 1100. exstitisse arbitratur.²⁾
Ecclesia ad Stum Martinum Ep. Conf. Matricae ab 1681.

1560. occ. —	— — —	Albertus Zoliensis.
1673. Febr. 17.	1679. — —	Banovszky de Borin Adalbertus.

nihilo aberrantes ab antiqua consuetudine. Tamen saec. XVI. fine vergente novatorum praepotentia ita invaluit ut proprios sustinere potuerint ministros, qui erant: Mathias Raduch. 1598. Mathias Simonides. 1673. Zacharias Clementis. Post 1673. quidem catholicis ecclesia restituta, sed 1682. iterum illis ablata est.

¹⁾ Parochia «Boda» occurrit in conscriptione Pázmániana Péterffy, l. c. In diplomatibus nominatur jam 1258. et 1363. — Visitatio a. 1560. meminit pastorem et oves bonas, quas, proh dolor mercenarii initio saec. XVII. in potestatem acceperant. Tales erant: 1620. Casparus Danicsa. 1637. Melchior Stvrtnik. Post hunc: Georgius Schmal, qui protestatus est, quia decima illi denegata. 1673. Daniel Monkovicenus, pulsus, sed 1685. reversus. Circa 1700. Georgius Stephanides similiter abire jussus. Quocum series ministrorum protestantium finita est. — Historiam fusius proposuit Emericus Palugyay, Magyar Sion, 1863. 519.

²⁾ Lodomerus AEppus Strig. decimam de Bossan ecclesiae et capitulo Nitriensi 1285. adjudicavit. Fejér, C. D. V. III. 296. Nobiles de Divék partem suam in Bossán 1299. comiti Stephano vendiderunt. Ibid. VI. II. 216. — Parochia Boschan occurrit

1679. Maji 23.	1688. — —	Nimniczky Joannes.
1693. Apr. 20.	1693. — —	Gál Adamus.
1709. Mart. 16.	1709. Apr. 11.	Mihalovics Joannes.
1709. Apr. 11.	†1737. Apr. 16.	Petras Michael.
1737. Maji 6.	†1758. Nov. 15.	Balus Georgius.
1758. Nov. 25.		Latecska Adamus.

Bozsók.

Olim inter exemptas parochias ad ADioecesim pertinens infra ambitum Dioecesis Quinque-Ecclesiensis. Nunc in Dioecesi Quinque-Ecclesiensi, ADtu Cathedrali, VADtu Mária-Kéméndensi. Qua possessio Abbatiae Pécsváradiensis inter exemptas suscepta et ad preces ejusdem Abbatis 1755. per AEppum Parochia erecta. Eousque filia ad Szebény. Ecclesia ad Stam Elisabetham 1773. consummata.¹⁾ Matricae ab 1755.

1755. — —	1760. — —	Cisper Franciscus.
1760. Nov. 25.	1762. — —	Payer Georgius.
1762. Jul. 6.	†1769. Jun. 10.	Sterniczky Franciscus, Paulus.
1769. Oct. 18.	†1785. Jan. 1.	Schilling Josephus.

Brezán.

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Bajmóczensi. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Nitriensi, VADtu Bajmóczensi. E filia Bajmóczensi 1437. Parochia erecta. Ecclesiam 1409. Leustachus de IIsva palatinus et arcis Bajmócz dominus cum consorte sua Helena, in honorem Stae Helenae fundavit.²⁾ Matricae ab 1682.

1464. occ. —	— — —	Thomas.
1560. occ. —	— — —	Paulus.
1660. circa —	— — —	P. Alexandri Paulus, S. J.
1661. — —	1667. Sept. 12.	Sumiczky Joannes.
1667. Sept. 12.	1668. — —	Bartani Nicolaus.
1668. Febr. 26.	1673. Mart. 30.	Bobus Georgius.
1673. Apr. 25.	1682. — —	Mikovicz Michael.
1682. — —	1720. — —	Obonay Martinus.
1720. Mart. 12.	1735. Apr. 19.	Podolányi Joannes.
1735. Maji 14.	†1754. Apr. 23.	Holiczky Joannes.
1754. Maji 9.	1785. — —	Pasztvay Michael.

in conscriptione Pázmániana. Péterffy, l. c. — Visitator a. 1559. dicit illum in possessione nobilium esse, ecclesiam totam fere desolatam, non bene tectam. Cimiterum dirutum. Admoniti erant nobiles et vitrici de reparatione, qui illum promiserunt. Clenodia et paramenta ecclesiae apud nobiles servantur propter Polonos. Visitator a. 1560. omnia simili in statu invenit, de parcho autem scandalosa, — proh dolor — connotare debuit.

¹⁾ Historiam composuit Josephus Brüsztle, Recensio Cleri Dioec. Quinque-Eccl. II. 327.

²⁾ Visitator a. 1559. dicit ecclesiam S. Helenae esse utcumque exstructam, habere unum calicem de argento deauratum, crucem unam argenteam, ornatus quatuor cum suis attinentiis. — Visitator a. 1560. illum filialem ad Bajmócz esse dicit (quamvis tunc proprium parochum habuit) sub ditione arcis Bajmócz. Pastor et grex romanae fidei professor. Verum declinantibus Thurzonibus a vera fide, protestantismum amplexi sunt et subditi, quorum ministri erant: 1620. Paulus Lovcsányi, 1639. Gobius, 1643. Zabanius, 1656. Joannes Turanez. — Historiam exaravit Arnoldus Ipolyi, Schemat. hist. Dioec. Neosol. 1876. 372.

Breznóbánya.

(Briez, Brielen, Breznó.)

Olim in ADioecesi in ADtu Zoliensi, VADtu Zoliensi. Nunc in Dioecesi Neosoliensi in ADtu Cathedrali, VADtu Breznóbányaensi. Antiqua Parochia.¹⁾ Ecclesia ad Assumt. B. M. V. Matricae ab 1656.

1381. occ. —	— — —	Petrus.
1405. occ. —	— — —	Joannes de Gyba.
1673. Oct. 4.	— — —	Patres e Scholis Piis.
1678. Apr. 19.	coll. accepit.	Kovácsics Andreas.

Búcs.

(Bucsa.)

Olim in ADioecesi in ADtu Zoliensi, VADtu Zoliensi. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Cathedrali, VADtu Zoliensi. Antiqua Parochia.²⁾ Ecclesia ad Stum Michaellem Arch. 1673. ab Aug. Conf. revindicata filia ad Ternye. 1693. Parochia restituta sed mox iterum filia. 1784. Capella localis, 1807. vero iterum parochia.

1693. Mart. 5.	— — —	Watral Georgius.
----------------	-------	------------------

Chrenócz.

(Chrenovecz.)

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Bajmóczensi. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Nitriensi, VADtu Bajmóczensi. Antiqua Parochia.³⁾ Ecclesia jam initio saec. XIV. exstitit ad Stum Michael Arch. Matricae ab 1704.

1559. et —	1560. occ. —	Thomas.
1660. circa —	— — —	P. Mercatoris Mathias, S. J.
1667. Sept. 12.	1673. — —	Sumiczky Joannes.
1673. Mart. 30.	1673. — —	Bobus Georgius.
1673. Jun. 8.	1707. — —	Szkala Joannes.
1707. Maji 5.	1711. — —	Lehotkay Franciscus, Ignatius.
1711. Jun. 22.	1740. — —	Massik Michael.
1740. Jul. 9.	†1761. Apr. 26.	Hucsekovics Michael.
1761. Maji 17.	1771. Nov. 10.	Gábor Michael.
1771. Dec. 10.	— — —	Koncsek Adamus.

¹⁾ Ludovicus I. rex hospitibus de Brizna a. 1380. libertates contulit, inter quas et jus sibi eligendi plebanum. Fejér, C. D. X. V. 391. — Sigismundus vero rex plebanis ecclesiae B. M. V. parochialis montanae terrae de Brizna universas decimas et civitatis et villarum aliquarum a. 1405. contulit. Ibid. X. IV. 376. — Civitas 1538. vastis muribus circumdata est, qui tamen arceri non potuerunt quominus inserperent novatorum conamina. Aug. confessioni addicti jam 1579. ministrum ibi habebant: Andream Szoczovszky. Hunc secutus 1599.—†1620. 29. Aug. Samuel Melikius, 1620. Melchior Rohács, 1623. Petrus Sexti, 1643. Gregorius Lányi. Assistente duce Collalto 4. Oct. 1673. parochia et ecclesia occupatae et patribus e Scholis Piis traditae sunt. Ecclesia hodierna 1782—1794. aedificata fuit. Antiquiorem copiae Bethleni disturbarunt. Historia continetur in Schem. hist. Dioec. Neosol. 1876. 164.

²⁾ Parochia «Bulcho» occurrit in conscriptione Pázmániana. Péterffy, l. c. Saeculo XVI. in Augustanorum manus venit. Quorum minister erat 1588. Jacobus Soltetius. Historia reperitur in Schemat. hist. Dioec. Neosol. 1876. 208.

³⁾ Parochia «Krénovecz» occurrit in conscriptione Pázmániana. Péterffy, l. c. Juxta adnotationem visitoris a. 1559. Ecclesia S. Michaelis Arch. in Chrenovecz pulcherrime erat exstructa et in statu, quo nulla egebat reparatione. Monstrantiam et

Csetnek.

(Stitnik.)

Olim in ADioecesi in ADtu Gömöriensi, VADnali districtu superiori. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Cathedrali, VADtu Rosnaviensi. Antiqua Parochia, cujus ecclesia ad B. M. V. jam 1353. exstitit.¹⁾ Ecclesia hodierna ad Stum Ap. Judam Thaddaeum 1763. aedificata. Matricae ab 1734.

1678. occ. —	— — —	Tissóczy Paulus, Licentiatus in Castello.
1694. Mart. 2.	1706. Jan. 18.	Szolcsányi Adamus.
1712. Jan. 18.	1719. Jul. 16.	Csetneky Sigismundus.
1734. Dec. 5.	1736. Jul. 29.	Bada Josephus.
1737. Mart. 15.	1741. Apr. 15.	Germani Joannes.
1743. Oct. 6.	†1747. Aug. 26.	Hrislakovics Joannes.
1747. Aug. 15.	1760. Febr. 2.	Pruzinszky Emericus.
1760. Febr. 6		Fabricius Josephus.

Czered.

(Csered.)

Olim in ADioecesi in ADtu Neogradiensi, VADtu Neogradiensi. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Cathedrali, VADtu Várgedensi. Parochia 1753. erecta. Eousque filia ad Egyházasbást. Ecclesia ad OO. SS. Matricae ab eodem anno.

1647. occ. —	— — —	Dombay Stephanus.
1753. Oct. 9.	1756. — —	Koza Joannes.
1756. Jun. 18.	1763. — —	Schrabik, vel Hradik Paulus.
1763. Mart. 22.	1763. — —	Mikley Franciscus.
1763. Oct. 23.	— — —	Kecskemóthy Franciscus.

Calices duos habebat argenteos deauratos. Item ornatus quatuor. Sacramenta catholice administrabantur. A visitatore a. 1560. rescimus, quod sub ditione arcis Bajmócz fuerit. Parochus, qui bona fama gaudet, Eucharistiam sub utraque specie distribuere solet. Tempore Thurzorom aequalem sortem habuit cum ceteris eorum ditionis parochiis. Tunc ministri Evangelicorum erant: 1588. Joannes Fabricius, 1601. Nicolaus Marik, 1608. Michael Petro, 1623. Balthasar Grelnercius, 1623. Joannes Csernay, 1656. Mathias Paulus Tekna vel Tika. Historia habetur: Schemat. hist. Dioec. Neosoli 1876. 374.

¹⁾ Occurrit in conscriptione Pázmániana. Péterffy, l. c. Ecclesiae B. M. V. fit jam mentio a. 1353. Mentio fit aedificationis ecclesiae etiam a. 1460. Imo rutheni 1486. aedificarunt sibi ecclesiam. Evangelici vero jam 1556. hic scholam habuerunt. Incolatus germanus zelose adhaesit Lutheri, cujus ministri erant: 1562. Valentinus Moller, 1580. Daniel Weikling. Cui secuti sunt: 1596. Eliseus Danielis, 1604. Andreas Fabricius, 1605. Martinus Voxmann, 1610. Petrus Sexti, 1614. Petrus Mollerus, alias Edénffy, 1619. Michael Nicolai, 1620. Michael Fabricius, 1625. Jacobus Holi, 1627. Andreas Dubniczay, 1628. Samuel Astronomi, 1632. Georgius Pauli, 1636. Mathias Procopius, 1636. Michael Chamarides, 1639. Antonius Bubek, 1640. Joannes Piscatoris, 1642. Georgius Parri. Eodem anno posita est ara ecclesiae. 1646. Andreas Fabricius et mox Mathias Remenius, 1654. Nicodemus Hradeckzy, 1657. Joannes Riczius, 1665. Martinus Francisci, 1671. Valentinus Geledneki, 1681. Joannes Szent-Kereszti, 1683. Samuel Michaelides et Andreas Bodó superintendentes, 1709. Samuel Antoni, 1737. Georgius Ambrosi, 1746. Jacobus Jubel. 1755. Paulus Major, 1762. Samuel Institutoris, 1792. Samuel Kossányi, etc. Tandem a. 1730. catholici ita convaluerunt ut proprium accipere potuerint parochum. De Csetnek historicas notitias collegit: Lad. Bartholomaeides, Memorabilia provinciae Csetnek.

Deáki.

(Wahovce.)

*Diakovec.**V. Waag*

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Kérensi. Jam a saec. XVIII. inter parochias Archi-Abbatiae Montis Pannoniae occurrens, quamvis interdum ADioecesis exercuerit parochiae collationem. Parochia jam saec. XI. enata.¹⁾ Ecclesia ad Ss. Trinitatem, in stilo romanensi, 1771. novam formam accepit et tardius ampliata, demum 5. Sept. 1875. solemniter consecrata est. Matricae ab 1700.

1560. occ. —	— — —	Valentinus.
1630. et —	1631. occ. —	Baranyai Andreas.
1641. occ. —	— — —	Kőrmendy Stephanus.
1696. occ. —	— — —	P. Zorardus. ²⁾
1700. — —	1702. — —	P. Dominicus.
1709. — —	1714. — —	P. Ladislaus.
1717. — —	1722. — —	P. Gregorius.
1722. — —	1724. — —	P. Maurus.
1724. — —	1725. — —	P. Mauritius.
1725. — —	1727. — —	P. Hieronymus.
1727. — —	1736. — —	P. Dominicus.
1736. — —	1739. — —	P. Nicolaus.
1739. — —	1740. — —	P. Osvaldus.
1740. — —	1741. — —	P. Gotthardus.
1741. — —	1742. — —	Lilion Joannes, Parochus.
1742. — —	1747. — —	Pécsi Franciscus, Parochus.
1747. — —	1753. — —	P. Georgius.
1753. — —	1753. — —	P. Gotthardus.
1753. Jun. 13.	1768. — —	Dietrich Franciscus Xav., Parochus.
1768. — —	1776. — —	P. Basilius.
1776. — —	1776. — —	P. Michael.
1776. Sept. 22.	1798. — —	P. Marcis Hilarion.
1798. Febr. 10.	†1818. Dec. 23.	Germani Joannes, 1799. VADnus.

Debrő.

(Jászó-Debrő.)

Olim in ADioecesi qua parochia ad exemptam Praeposituram Jászoviensem pertinens, inter parochias exemptas. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Tornensi, VADtu Jászóviensi. Antiqua Parochia. Ecclesia ad SS. AA. Petrum et Paulum sub Patronatu dictae Praepositurae. Matricae ab 1688.

1746. Aug. 27.	1754. — —	Csorba Paulus.
1754. Jul. 27.	1757. — —	Csáky Gerardus.
1757. Febr. 9.	1765. — —	Korponay Norbertus.
1765. Oct. 23.	1767. — —	Lazio Andreas.
1767. Jun. 3.	1771. — —	Leffelholz Nicolaus.
1771. Apr. 10.	— — —	Lazio Andreas, omnes Praemostratenses.

¹⁾ Olim aut Vág, aut Sala nuncupabatur. Sanctus protorex Stephanus, sub nomine «Terra Waag» a. 1001. Monasterio montis Pannoniae donavit. Historiam et descriptionem fusiorem ecclesiae dedit Arnoldus Ipolyi, A deákmonostori XIII. századi román bazilika.

²⁾ Erant omnes ordinis Sti Benedicti Archi-Abbatiae montis Pannoniae.

Deresk.

(Dereska, Dresskovecze.)

In ADioecesi in ADtu Gömörensi, VADtu inferiori. Nunc in Dioecesi Rosnaviensis, ADtu Cathedrali, VADtu Putnokensi. Antiqua Parochia.¹⁾ Ecclesia ad Stum Michaellem Arch. Matricae ab 1692.

1647. — —	— — —	Fejes Stephanus.
1671. Jun. 15.	1672. — —	Hamar Franciscus.
1672. Jan. 27.	1673. Dec. 23.	Mikovics Georgius.
1692. Apr. 28.	1694. Jun. 2.	Székely Sigismundus.
1699. Mart. 23.	1705. — —	Kövesdy Stephanus.
1705. Sept. 20.	1712. Jan. 18.	Csetneky Sigismundus.
1714. Febr. 19.	†1741. Jul. 18.	Szabó Stephanus.
1741. — —	†1767. Febr. 13.	Csáky Stephanus, VADnus.
1767. Maji 6.	1770. — —	Varju Stephanus.
1770. Jan. 23.		Mészáros Joannes.

Detva.

Olim in ADioecesi, in ADtu Zoliensi, VADnali districtu inferiori. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Cathedrali, VADtu Zoliensi. Parochia 1644. suscitata. Ecclesia ad Stum Franciscum Ser. 1662—1664. aedificata, et 1689. per Blasium Jaklin eppum suff. consecrata. 1803. hodierna ecclesia aedificata. Matricae ab 1675.

1644. circa —	— — —	P. Lucsics Michael, S. J.
1647. — —	1656. — —	Gersich Joannes.
1656. — —	1657. — —	Kopcsányi Stephanus.
1657. — —	1681. — —	Kolossy Georgius, 1679. Apr. 17. coll. dein VADnus.
1681. Apr. 14.	1683. Jan. 30.	Lelkes Georgius.
1684. Maji 1.	1688. — —	Kolossy Joannes.
1688. — —	1690. Apr. 12.	Szerdahelyi Joannes.
1694. Jan. 14.	1697. Sept. 4.	Györy Adamus.
1698. — —	1698. — —	Rankay Stephanus.
1698. Jun. 18.	1723. — —	Majnó Georgius.
1723. Mart. 20.	†1748. Apr. —	Szentkereszty Josephus.
1748. Jun. 21.	†1748. Dec. 19.	Huszár Emericus.
1749. Mart. 3.	†1758. Dec. 6.	Jonász Martinus.
1759. Jan. 9.	†1774. Febr. —	Mednyánszky Emericus.
1774. — —	— — —	Okolicsányi Antonius.

¹⁾ Antiquas inter parochias occurrit in conscriptione Pázmániana, Péterffy, l. c. — 1595. in manus Aug. confessioni addictorum venit, quorum ministri erant: 1620. Georgius Lányi, 1623. Petrus Blazsi, 1639. Nicolaus Korponai, Petrus Syn sub quo agente Maria Szécsy ad Calvini cultum transiverunt. Ast hoc tempore jam curio catholicus sibi etiam fideles collegit.

²⁾ Ad extirpandas vastas domini Végles silvas colonia hic plantata est circa a. 1638. per Ladislaum Csáky, cujus spiritualem curam patres e Societate Jesu opere missionario agebant, donec donata per Franciscum Péchy pro aedibus parochi curia a. 1644. parochia suscitaretur. Primo in eadem curia capella adaptata est, 1662. eccl. aedificari coepta. Historiam hujus, publicavit Arnoldus Ipolyi in Schem. hist. Dioec. Neosol. 1876. 209.

Divék, antea Divék-Ujfalu.

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Vesztenicensi. Nunc in Dioecesi Nitriensi, ADtu Gradnensi, VADtu Rudnensi. Antiqua parochia, quae jam 1332. exstitit. Ecclesia ad Omnes Sanctos. Diutius parochia in Divék-Ujfalu fuit, quae nunc, cum ecclesia sua ad Ss. Trinitatem, filialis est. Matricae ab 1699.

1332. inter et	1337. occ. —	Josephus, plebanus de Givec, ADtus Nitriensis.
1673. Oct. 11.	1674. Mart. 29.	Szkacsányi Joannes.
1674. Sept. 29.	1675. — —	Faragi Jacobus, denuo 1674. Nov. 16.
1675. — —	1682. — —	Szkacsányi Joannes, Israel.
1683. Dec. 5.	1687. Jan. 10.	Pereszlényi Emericus.
1688. Oct. 16.	1690. Aug. 24.	Poka Stephanus.
1694. Jan. 14.	1697. — —	Radisfai Georgius.
1697. Oct. 3.	1700. Maji 9.	Dévényi Franciscus.
1700. Maji 26.	1701. — —	Samkó Joannes.
1701. Maji 13.	1703. — —	Stetina Georgius.
1703. Maji 7.	1710. Maji 13.	Dankovics Joannes.
1710. Maji 13.	1713. — —	Rajeczky Joannes.
1713. Dec. 6.	1715. Maji 18.	Plassek Franciscus.
1728. Jun. 22.	1744. Apr. 13.	Győry Joannes.
1744. Apr. 17.		Szécsény Andreas.

Divény.

Olim in ADioecesi in ADtu Neogradiensis, VADtu Losonczensi. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi ADtu Cathedrali, VADtu Gácsensi. Antiqua Parochia,¹⁾ quae jam 1397. exstitit et 1628. restituta est. Ecclesia ad Omnes Sanctos. Matricae antiquae ab 1690.

1647. occ. —	— — —	Baross Georgius.
1665. Dec. 12.	1669. Jul. 16.	Hamar Franciscus.
1670. Maji 27.	1672. Jan. 27.	Mikoviez Georgius.
1672. Jan. 27.	1673. Sept. 8.	Bajmóczy Joannes.
1673. Dec. 9.	1674. Apr. 28.	Mikoviez Georgius, secunda vice usque 1673. Dec. 23. demum ab 1674. Jan. 16.
1674. Apr. 28.	1675. Maji 7.	Vitinger Franciscus.
1684. Jul. 3.	1685. Apr. 19.	Maino Georgius.
1687. Mart. 14.	1691. — —	Csallókőzy Andreas.
1691. Apr. 6.	1695. Jun. 1.	Lovcsányi Georgius, denuo 1694. Febr. 13.
1696. Maji 21.	1701. — —	Bieli Andreas.
1701. Febr. 16.	†1735. Aug. 15.	Botiskovics Joannes.
1735. Oct. 10.	1748. Sept. 11.	Majthényi Stephanus.
1748. Sept. 26.	1755. Sept. 22.	Rudinez Georgius.
1755. Sept. 22.	†1758. Mart. 30.	Rabcsek Stephanus.
1758. Jul. 3.	†1768. Apr. 6.	Ballus David.
1768. Maji 21.		Laczay Josephus.

¹⁾ Historiam arcis Divény conjunctim cum historia parochiae publico dedit Ludovicus Novák, Divény hajdan és most.

Dobócza.

(Dobócz, Dobovecz.)

Olim in ADioecesi in ADtu Gömörensi, VADnali districtu inferiori. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Cathedrali, VADtu Rimaszécsensi. Parochia jam 1397. exstitit¹⁾ verum diutius abolita, demum 1745. restituta. Ecclesia ad Stum Ladislaum reg. Matricae ab 1745.

1745. Jan. 8.	1751. Febr. 20.	Galló Josephus.
1751. Mart. 30.	1768. Febr. 8.	Lacsni Georgius.
1768. Jun. 2.	†1771. Dec. 27.	Szeleczky Laurentius.
1772. Jan. 29.	†1775. Maji 6.	Steklács Josephus.

Dobrona.

(Döbring, Dobroniva.)

1561. occ. —	— — —	Georgius.
1630. occ. —	— — —	Majda Martinus.
1638. — —	1640. occ. —	Jaczko Joannes.
1647. occ. —	— — —	Szmutkó Michael.
— — —	1657. — —	Valkovics Michael.
1657. — —	1667. — —	Bárány Nicolaus.
1667. Jul. 14.	1673. Jul. 11.	Cselkó Mathias.
1673. Nov. 10.	1674. — —	Bárdányi, vel Bacsányi Andreas.
1674. — —	— — —	Csiba Joannes.
1674. Jun. 2.	1677. — —	Hanula Georgius.
1677. Apr. —	1679. — —	Pudmericzy Paulus.

¹⁾ Parochia «Apony» occurrat inter antiquas parochias in Schemte Pázmáni. Péterffy, l. c. — Visitator a. 1559. refert quod ecclesia s. Petro et Paulo dicata, ruinosa sit tota, non bene tecta. Patroni terrestres tunc erant Stephanus, Joannes, Mathias et Tobias nobiles Aponyi. Plebano carebat. Visitator vero a. 1560. testatur, quod parochus omnia in ordine et munde servet.

²⁾ In diplomatibus utrumque Krstyene jam 1271. occurrit sub nomine «Keresnya». Fejér, VII. II. 152. at alibi «Keresen», vel «Kereschen.» In regesto census papalis «Cresvag». Diploma a. 1386. dicit: Villae Kereschen una cum ecclesia alia absque. Fejér, X. I. 297. A hostili exercitu et ab invasione novatorum religionis liber mansit. Ecclesia usque finem praeteriti saeculi retinuit antiquam formam gothicam, tunc additae sunt partes non habentes stylum gothicum. — Historiam palam fecit: Schemat. hist. dioec. Neosoliens. 1876. 402.

1679. Apr. 17.	1704. — —	Képešy Michael.
1704. Nov. 28.	1727. Jul. 5.	Ribényi Adamus, Josephus.
1727. Jul. 9.	†1754. Jun. 16.	Simonovics Joannes, Emericus.
1754. Jun. 22.	1759. — —	Piacsek Emericus.
1759. Jul. 7.	1767. Aug. 21.	Dubina Josephus.
1767. Sept. 7.	1771. Jun. 24.	Skrabak Georgius.
1772. Mart. 10.		Szolesánszky Thomas.

Kis-Palugya.

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Liptóviensi. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Liptoviensi, VADnali districtu medio Liptoviensi, filia ad Bodafalva.¹⁾ Ecclesia ad Stam Sophiam.

1560. occ. —	— — —	Casparus.
1687. Jun. 2.	— — —	Mott Joannes.
1697. Apr. 17.	— — —	Joannovics Georgius.
1742. Sept. 3.	— — —	Hromatka Andreas.

Kis-Terenye.

Olim in ADioecesi, in ADtu Neogradiensi, VADtu Losonczensi. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Neogradiensi, VADtu Mátraensi. Antiqua Parochia. Ecclesia ad Stum Stephanum protomart. Matricae ab 1705.

1647. occ. —	— — —	Lestar Demetrius.
1665. Maji 24.	1668. — —	Skerlecz Georgius.
1668. Jun. 7.	1671. — —	Csiky Joannes.
1671. Nov. 17.	1672. — —	Benkovics Joannes.
1672. Maji 6.	1677. — —	Vidó Joannes.
1677. Nov. 14.	1678. Jul. 30.	Szlazkay Laurentius. Videtur etiam hanc usque 1687. retinuisse.
1687. Mart. 9.	1689. — —	Pudmay Mathias.
1689. Apr. —	1691. — —	Drényi Andreas.
1704. Jul. 25.	†1714. Mart. 9.	Baukay Georgius.
1714. Mart. 5.	1725. — —	Hluhovius Martinus.
1725. Apr. 24.	1732. — —	Homolkay Andreas.
1732. Mart. 26.	1738. — —	Térczy Georgius.
1738. Sept. 6.	1743. — —	Liszkay Martinus.
1743. Mart. 25.	1746. — —	Péli Matthaëus.
1746. Nov. 19.	1748. — —	Illyés Franciscus.
1748. Mart. 13.	1751. — —	Tóth Georgius.
1751. — —	†1751. Febr. 4.	Homolkay Andreas.
1752. Dec. 11.	†1759. Jul. 2.	Horváth Mathias.
1759. Jul. 7.	1760. — —	Skoda Joannes.
1766. Maji 23.	— — —	Madarász Jesephus.

¹⁾ Visitator a. 1560. refert, ecclesiam s. Sophiae in Kis-Palugya esse sub patronatu dominorum Palugiensium.

Koloss.

(Kliss.)

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Nagy-Tapolcsányensi. Nunc in Dioecesi Nitriensi, ADtu Cathedrali, VADtu Szkacsanyensi. Antiqua Parochia quae jam 1332. exstitit.¹⁾ Ecclesia ad Omnes Sanctos. Matricae ab 1707.

1634. occ. —	— — —	Georgius Sebastianus.
1647. occ. —	— — —	Vlahovecz Daniel.
1665. Oct. 14.	1675. — —	Platner Joannes, Antonius.
1675. Jul. 5.	1675. Jul. 10.	Raukay Stephanus.
1675. Jul. 24.	1679. — —	Brezniczky, vel Brezinszky Joannes.
1691. Apr. 21.	1692. Apr. 24.	Pazsitni Joannes.
1692. Maji 12.	1693. — —	Kolossy Georgius.
1693. Apr. 7.	1693. — —	Pudmay Mathias.
1693. Maji 22.	1699. — —	Sztrelovics Joannes.
1699. Aug. 23.	1701. — —	Radies Georgius.
1701. Apr. 5.	1709. — —	Blaskovics Martinus.
1709. Apr. 28.	1709. — —	Stephanóczy Emericus.
1709. Maji 26.	1711. — —	Billi Georgius.
1711. Jun. 11.	1711. Jun. 26.	Skorubszky Jacobus.
1720. Febr. 26.	1733. — —	Rehorovszky Georgius.
1733. Febr. 17.	1736. — —	Gyuriskay Joannes.
1737. Apr. 8.	1737. — —	Farkas Georgius.
1737. Maji 12.	1742. — —	Fabry Josephus.
1742. Jun. 22.	1746. — —	Illés Franciscus.
1746. Sept. 2.	†1750. Jan. 13.	Mikeszka Joannes.
1750. Febr. 18.	†1773. Nov. —	Nedeczky Georgius.
1773. — —	— — —	Trsztyánszky Ladislaus.

Komjáthna.

Olim in ADioecesi in ADtu Hont-Liptoviensi, VADnali districtu unico. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Liptóviensi, VADnali districtu Liptoviensi inferiori. Antiqua Parochia²⁾ quae jam saec. XV. exstitit. Ecclesia ad Stum Gallum Abb. Matricae ab 1718.

1560. occ. —	— — —	Michael.
1697. Jun. 18.	1711. — —	Boyn Andreas.
1711. Jul. 18.	1714. — —	Humay Joannes.
1714. Apr. 8.	1719. Aug. 23.	Staufest, vel Steinfest Joannes.
1719. Oct. 9.	— — —	Kosztka Joannes.
1740. Maji 13.	1748. — —	Hanszlik Joannes.
1748. Jan. 22.	1755. — —	Banó Andreas.

¹⁾ Olim hic floruit Abbatia B. M. V. Ord. S. Benedicti, nunc rudera hujus monasterii, ecclesiam antiquam, quae parochialis est ad Omnes Sanctos, circumdant. Historiam hujus Abbatiae proposuit Maurus Czínár, *Monasterologia*. I. 262.

²⁾ Saeculo XVI. lutherani in possessionem acceperunt, quorum ministri erant: 1587. Basilius Ibraznicz. 1611. Sigismundus Chalupka et Izrael Hrabeczus. Visitator a. 1560. dicit ecclesiam esse ad honorem Sti Spiritus dicatam. Sub ditione Benedicti Thuránszky patroni.

1755. Nov. 27.	1756. — —	Zimányi Adamus.
1756. Jan. 15.	1768. — —	Benyovszky Josephus.
1768. Jul. 13.	1772. — —	Matzihradzky Daniel.
1772. — —		Argalásy Martinus.

Konossó.

(Konesch-Haj, Konesov.)

Olim in ADioecesi, in ADtu Barsensi, VADtu Sctae Crucensi. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Barsensi, VADtu Körmöczbányensi. Antiqua Parochia.¹⁾ Ecclesia ad Stum Michaellem Arch. Matricae ab 1642. Ibidem et in conjuncto Lucska, vel in Kones-Haj et Hones-Haj simul erant parochi. Ast Joannes Gubasóczi Vicarius gen. curam animarum Ord. Sti Francisci tradidit, quos in ea Georgius Szelepcsényi confirmavit. Ex his noscuntur sequentes Administratores:

1674. — —	1675. — —	Weinmann Daniel.
1675. — —	1676. — —	Mayer Leopoldus.
1676. — —	1679. — —	Schemann Benedictus.
1679. — —	1680. — —	Nuszpacher Gottfried.
1680. — —	1681. — —	Albrecht Ferdinandus.
1681. — —	1687. — —	Jacobini Fulgentius.
1687. — —	1688. — —	Weinmann Daniel.
1688. — —	1691. — —	Mertz Christophorus.
		Parochi erant:
1679. Apr. 17.	1680. — —	Maurer Michael, in Konesov.
1680. Jul. 16.	1680. — —	Pilarik Hieronymas in utroque.
1680. Oct. 10.	— — —	P. Eliseus, Ord. S. Francisci.
1697. Jun. 18.	1717. Apr. 23.	Somorjay Martinus.
1725. Febr. 9.	1733. Dec. 12.	Hentaller Paulus.
1734. Jan. 15.	1734. Jul. 4.	Han Georgius.
1734. Jul. 4.	1734. Jul. 25.	Pugrics Georgius.
1734. Jul. 25.		Freiseisen Alexander.

Koos.

(Andreasdorf.)

Olim in ADioecesi in ADnatu Nitriensi, VADtu Bajmóczensi. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Nitriensi, VADtu Bajmóczensi. Antiqua Parochia quae certe jam saec. XIV. exstitit. Ecclesia saec. XV. finita,²⁾ ad Stum Andream Ap. Matricae ab 1698.

1559. — —	1559. — —	Ignatius.
1559. — —	1560. — —	Paulus, Felix.

¹⁾ Occurrit jam saeculo XV. sub nomine «Villa S. Michaelis,» quam Sigismundus rex 1429. oppignoravit civitati Cremneciensi. Haec civitas jam a. 1381. permisit Hajensibus, ut sibi capellam aedificent. Ecclesia S. Michaeli dicata tota in stylo gothico erat, ast occasione structae turris 1713, item sanctuarii additi 1766. fere amisit primaevae structurae formam. Novatores etiam hic sedem fixerant saec. XVI. et initio sequentis. Historiam proponit: Schemat. hist. Dioec. Neosol. 1876. 318.

²⁾ In fornice lapis centralis a. 1409. caelatum exhibet, qui annus pro consummatione ecclesiae censi potest. Visitator a. 1559. dicit, quod in Koos, sub arce Bajmócz, ecclesia ad Stum Andream Ap. bene extracta una cum cimeterio existat, quae calices tres ex argento deauratos et alias res argenteas possideat. Visitator a. 1560. illam sub ditone Thurzónum esse asserit. Sub his in potestatem Augustanorum venit, quorum ministri sequentes noti. 1560. Albertus Schormann, 1570. Valentinus Melczér, 1624. Casparus Fehér, 1625. Joannes Danielis, 1633. Joannes Musculus, a quo patronus ecclesiam 1641. recepit, ast jussu Dietae a. 1647. illis reddita est. Abhinc erant pastores: 1647. Jacobus Jakobaei, 1648. Michael Lachanosarius, 1649. Melchior Rotarides, 1651. Martinus Novák. Historia habetur in Schemat. hist. Dioec. Neosol. 1876. 383.

1670. — —	1672. — —	Fender Fridericus.
1672. Jan. 6.	1674. — —	Krupicz Mathias.
1674. Maji 7.	1675. — —	Fabri Georgius.
1675. Mart. 3.	1675. — —	Novák Georgius.
1675. Aug. 9.	1678. Nov. 17.	Diviachitz Michael.
1691. — —	1701. — —	Gulden Andreas.
1701. Maji 19.	1709. Nov. 1.	Csernak Georgius.
1709. Dec. 5.	1711. — —	Millik Andreas, Ignatius.
1711. Aug. 5.	1717. — —	Milberger Josephus.
1717. Apr. 26.	1718. — —	Harther Gottfried.
1718. — —	1719. — —	P. Kárász Christianus, Emericus.
1719. Apr. 7.	1721. — —	Katona Stephanus.
1721. Sept. 12.	1723. Sept. 30.	Dvoracsek Carolus.
1723. Oct. 1.	1731. — —	Kubovics Georgius.
1731. Jul. 24.	1737. — —	Baluch Georgius.
1737. Maji 19.	1743. Oct. 6.	Hrislakovics Joannes.
1750. Jul. 2.	†1760. Maji 1.	Dulay Gabriel.
1760. Jul. 10.	1766. Nov. 27.	Soos Joannes.
1767. Jan. 10.	1771. — —	Krucsek Adamus.
1771. Dec. 10.		Tiliczky Jacobus.

Kosztolnafalu.

(Kosztolna.)

Olim in ADioecesi, in ADtu Nitriensi VADtu Vesztenicensi. Nunc in Dioecesi Nitriensi, ADtu Gradnensi, VADtu Rudnensi. Antiqua Parochia quae ante 1415. jam exstitit. Ecclesia ad Nativ. B. M. V. Matricae ab 1718.

1727. Jun. 9.	— — —	Bosnyák Adamus.
1733. Jan. 28.	1745. Aug. 13.	Vanek Michael.
1745. Aug. 13.	†1776. Jul. 22.	Gábor Georgius.

Kovarcz.

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Nagytapolcsányensi. Nunc in Dioecesi Nitriensi, ADtu Cathedrali, VADtu Kovarczensi. Antiqua Parochia.¹⁾ Ecclesia ad Stum Nicolaum. Matricae ab 1699.

1559. occ. —	1559. — —	Martinus.
1559. — —	1560. — —	Petrus.
1646. — —	1647. occ. —	Crispini Stephanus.
1647. occ. —	— — —	Danielis, alias Mensik Georgius.
1665. Maji 24.	1665. — —	Miriss Joannes.
1665. Oct. 6.	1670. — —	Mirits Nicolaus.
1670. Jan. 27.	1671. — —	Benkovics Georgius.
1671. Nov. 17.	1672. — —	Kuzalits Michael.

¹⁾ Occurrit parochia Kovárcz inter antiquas in schemte Pázmányano. Péterffy, l. c. — Visitatio a. 1559. dicit, ecclesiam in «Kovarch» esse sub dominio Aponianorum utcumque aedificatam. Ille vero a. 1560. dicit, quod plebanus parochiam resignare debuit, quia Stephanus Aponi terras arabiles, unde victum haberet, occupavit et in proprium usum convertit.

1672. Jan. 23.	1685. — —	Huszár Georgius.
1685. Apr. 16.	1689. Maji —	Mednyánszky Jonas.
1692. Jan. 16.	1697. — —	Hankó Paulus, Franciscus.
1697. Jan. 15.	1698. Mart. 15.	Genk Georgius.
1698. Mart. 15.	1709. Apr. 11.	Petras Michael.
1709. Apr. 11.	1723. — —	Michalovics Joannes.
1723. Nov. 27.	†1737. Febr. 16.	Korompay Andreas.
1737. Mart. 7.	1744. — —	Virágh Joannes.
1744. Apr. 18.	†1757. Oct. 14.	Banovics Ferdinandus.
1757. Nov. 2.	1775. — —	Tajuska Joannes.
1775. Maji 1.		Szelezcky Josephus.

Körmöczbánya.

(Cremnicium, Kremnitz.)

Olim in ADioecesi in ADiaconatu Barsensi, VADtu Stae Crucis. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Barsensi, VADtu Körmöczbányaensi. Antiqua Parochia. Prima ecclesia certe arcensis erat, ad Stam Catharinam, quae jam saec. XII. aedificata. Ecclesiae ad Assumpt. B. M. V. saec. XIV. saepius fit mentio.¹⁾ Matricae ac 1674.

1317. et —	1318. occ. —	Nicolaus, plebanus in Senicbana de <i>Cremnicz</i>
1391. occ. —	— — —	Joannes de Regiomonte, rector altariae S. Sigismundi.
1423. occ. —	— — —	Tenzel Petrus, rector altariae S. Laurentii.
1428. occ. —	— — —	Schentel Sigismundus, rector altariae S. Nicolai.
1446. occ. —	— — —	Nicolaus de Odra, rector altariae S. Nicolai, una Canon. Olomucensis.
1547. Maji 11.	— — —	Klein Joannes.
1533. occ. —	— — —	Kreisling Joannes.
— — —	1649. — —	Missionarii e S. J.
1649. — —	1673. — —	Ordo Sti Francisci.
1673. — —	1674. — —	P. Vimmann Daniel, Ord. Sti Francisci.
1674. — —	1678. — —	Delath Matthaues, Ignatius, Canon. Poson. Abbas Sti Spiritus de Monostor.
1678. — —	1680. — —	Dyrr Narcissus, Canon. reg. Chiemensis.
1680. Aug. 12.	1685. — —	Bankó, vel Banik Andreas.
1685. Apr. 12.	— — —	Robik Aloysius, Joannes.
1712. — —	1716. — —	Zlinszky Joannes, Ignatius.
1716. — —	1720. — —	Schreter de Wohlgemuthhaimb Georgius, Carolus.

¹⁾ In Ecclesia B. M. V. quae nunc deservit instar parochialis, plura erant altaria fundata, ad quae altaristae ordinarie obtulerunt sacrificia. Evangelici mature hic nidum invenerunt, jam 1558, 1577 et 1580. synodus celebrarunt. Visitator a. 1561. adnotavit, quod tunc ecclesia Stae Catharinae et illa in civitate igne consumptae exstiterant. Campanam magnam, clara voce sonantem, cives fudere curarunt. Germani tunc duos habuerunt concionatores, Casparum et Urbanum, proprius slavorum autem erat Michael Nagy-Kürthi. Ministri acatholici nominatenus noti sunt: 1563. Ulricus Cubicularius (Kammerer) Erasmus Sebaldus Cremniciensis. 1569. Valentinus Melczer in arcis templo 1626. sepultus. 1590. Andreas Veringer, 1591. Joachimus Golcz, 1606. Michael Nartikovius, 1620. Joannes Lazius, 1627. Joannes Ulsperger, 1635. Michael Krum, 1666. Theodosius Primer, 1666. Joannes Georgius Graff. 1672. die 6. Oct. ecclesia clausa, et 1678. die 26. Oct. catholicis tradita est. Historia ecclesiastica I. r. ac montanae civitatis Cremniciensis publicata est in Schemat, hist. Dioec. Neosoliensis 1867. 283.

1720. Maji 13.	1731. — —	Beitel Joannes, Josephus.
1731. Oct. 25.	1733. — —	Wabornik Hieronymus.
1733. Dec. 12.	1739. — —	Pierschitz Paulus.
1739. — —	†1763. Febr. 21.	Kiovszky Michael, SS. Theol. Doctor, Abbas B. M. V. de Almád.
1763. Apr. 15.	1785. — —	Ocsovszky Georgius, Praepositus B. M. V. de Topissa.

Kövi.

Olim in ADioecesi in ADtu Gömörensi, VADnali districtu superiori. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Cathedrali, VADtu Rosnaviensi. Per breve tempus fuit Parochia, dein filia ad Rákos facta.¹⁾

1692. Jul. 4.	1694. — —	Szkacsányi Stephanus.
1694. Jun. 2.		Berek Joannes.

Kraszna-Horka-Hosszúrét.

(Lange-Viese, Dluha-Luka.)

Olim in ADioecesi, in ADtu Gömöriensi, VADnali districtu superiori. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Cathedrali, VADtu Rosnaviensi, filia ad Kraszna-Horka-Váralja. Ecclesia ad Stum Georgium.

1702. Sept. 23.	1723. — —	Margass Isacus.
1723. Jun. 20.	1744. — —	Raubovics Georgius.
1744. Mart. 21.	1759. — —	Pilnik Joannes.
1759. Apr. 21.	— — —	Lubik Georgius.

Kraszna-Horka-Váralja.

Olim in ADioecesi, in ADtu Gömörensi, VADnali districtu inferiori. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Cathedrali, VADtu Rosnaviensi. Antiqua parochia,²⁾ cum antiqua ecclesia ad Omnes Sanctos. Matricae ab 1686.

1636. occ. —	— — —	Szentkereszty Blasius.
1647. occ. —	— — —	Pogatfalvay Joannes.
1676. Febr. 7.	1687. — —	Hidassy Joannes.
1687. Jun. 24.	1689. — —	Kövér Joannes.

¹⁾ Parochia Kövi occurrit inter antiquas parochias in conscriptione Pázmániana. Per Hussitas qui eam «Kamennani» vocitarunt a. 1440. per Turcos ex arce Fülek autem a. 1555. devastata. Diu in possessione Evangelicorum fuit, qui hic ministros intertenebant. Tales fuere: 1590. Andreas Fabricius, 1610. Stephanus Herényi, 1614. Albertus Olló, 1617. Stephanus Herényi, 1625. Joannes Lucius, 1628. Nicolaus Articulari, 1643. Nicolaus Schlam, 1645. Michael Fabricius, 1651. Paulus Fabricius, 1657. Augustinus Martini, 1665. Daniel Sinapius, 1667. Georgius Paulini, 1686. Jonas Bartholomeides. — 1690 ab illis ecclesia recepta fuit, sed 1705. iterum Augustani sibi vindicarunt curam animarum in specie Joannes Fabricius, 1719. Joannes Major, 1727. Thomas Kmethoni, 1747. Joannes Szakolczay, 1753. Michael Schramkó, 1784. Martinus Klaniczus.

²⁾ Occurrit inter antiquas Parochias in conscriptione Pázmániana, Péterffy, l. c. Saeculo XVII. in possessionem Augustanorum venit, quorum ministri erant: 1609. Andreas Fabricius, 1618. Jacobus Holius, 1625. Petrus Moller.

1689. Sept. 9.	1691. — —	Bakó Joannes.
1691. Jul. 26.	1694. Jun. 2.	Beregh Joannes.
1696. Maji 12.	1701. — —	Lepesányi Joannes.
1701. Apr. 11.	1705. — —	Fabrinyi Georgius.
1705. Oct. 30.	1726. — —	Ujvendéghy Franciscus.
1726. — —	1754. — —	Paukovics Paulus.
1754. Febr. 20.	†1763. Apr. 18.	Paukovics Joannes, Paulus.
1763. Jun. 3.	1763. Oct. 15.	Urbényi Franciscus, Admin.
1763. Oct. 15.	1769. Sept. 30.	Lubik Georgius.
1769. Sept. 30.	— — —	Telgarecz Thomas.

Kvacsán.

Olim in ADioecesi in ADtu Liptoviensi, VADnali districtu unico. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Liptoviensi, VADnali districtu Liptoviensi medio. Antiqua Parochia.¹⁾ Ecclesia ad Stam Catharinam. Matricae ab 1698.

1560. occ. —	— — —	Petrus.
1630. occ. —	— — —	Raczkó Martinus.
1647. occ. —	— — —	Nováki.
1689. Jun. —	1690. — —	Mott Joannes.
1690. Jan. 7.	1691. — —	Poloni Venceslaus.
1691. Maji 16.	1711. Maji 3.	Simonovics Andreas.
1714. Mart. 15.	1719. Jul. 2.	Trsztyánszky Andreas.
1719. Aug. 23.	1722. — —	Staufest, vel Steinfest Joannes.
1722. — —	1725. — —	Gasparovics Josephus.
1725. Apr. 23.	1737. Mart. 13.	Palumbini Mathias.
1760. Jul. 16.	1761. Dec. 16.	Kronner Joannes.
1761. Dec. 30.	1770. Mart. 16.	Madoesay Franciscus.
1770. Jul. 2.	— — —	Kosztka Stephanus.

Leibitz.

(Leibnitzium, Lubicza.)

Olim in ADioecesi in ADtu Scepusiensi, VADnali districtu superioris fluvii Poprád. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Cathedrali, VADtu Késmárkensi. Una ex sedecim civitatibus Scepusiensibus. Antiqua Parochia,²⁾ quae jam 1248. exstitit. Ecclesia ad Assumt. B. M. V. Matricae ab 1660.

1700. — —	1717. — —	Podolszky Andreas.
1717. Aug. 26.	— — —	Morskovszky Joannes, Constantinus.

¹⁾ Visitator a. 1560. dicit, quod parochus conquestus sit contra relictam domini quondam patroni Leonardi Liptay viduam Catharinam, quae potentia mediante multa damna ecclesiae et parochi injunxit. In ecclesia senex probus parochus omnia in ordine servat, sed cimiterium devastatum jacet ob indolentiam colonorum. Augustani hic pedem fixerunt, quorum ministri erant: 1569. Laurentius Duchon, 1584. Nicolaus Duchon, 1589. Joannes Duchon.

²⁾ Reformatio jam maturae hic pedem fixit, novator quidam nomine Joannes Serpilius a. 1564. hic haeresis semen sparsit.

Landek.

(Landok.)

Olim in ADioecesi in ADtu Scepusiensi, Decanali districtu inferiori fluvii Poprád. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Cathedrali, Decanatu Késmárkensi. Antiqua Parochia,¹⁾ cujus ecclesiam ad Stum Nicolaum E. C. 1313. aedificari curavit Henricus Praepositus gen. Mechoviensis Ord. S. Sepulchri Canonorum Regul. Matricae ab 1720. Tempore reformationis exercitium fidei cath. inturbatum mansit.

1688. — —	1700. occ. —	Koszkig Blasius, Ord. S. Sepulchri Canonicus Regul.
1763. occ. —	1772. — —	Neilepitz Adamus, ejusdem Ord.
1772. — —		Kebely Franciscus, ejusdem Ord.

Lechnitz.

(Lechnicza.)

Olim in ADioecesi in Archidiaconatu Scepusiensi in Decanatu Dunavicensi. Nunc in Dioecesi Scepusiensi ADtu Cathedrali, Decanatu Ó-Falvensi. Antiqua Parochia, 1278. erecta. Ecclesia ad Stum Jodolum C. Antea ad Stam Crucem. Matricae ab 1766.

1670. — —	1700. occ. —	Zambovics Martinus.
— — —	†1749. Oct. 7.	Muzsánszky Michael.
1763. occ. —	1765. — —	Svaby Melchior.
1765. — —	1766. — —	Molitoris Andreas.
1766. — —		Podolszky Josephus.

Lethánfalva.

(Lattendorf, Letanovecz.)

Olim in ADioecesi in ADtu Scepusiensi, Decanali districtu superiori fluvii Poprád. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Cathedrali, Decanatu Schavnikensi. Antiqua Parochia. Ecclesia ad OO. SS. Matricae ab 1740.

1700. occ. —	— — —	Mráz Martinus.
1763. occ. —	†1770. Mart. 30.	Záborszky Mathias.
1771. — —	1771. — —	Andrejkovics Basilius.
1775. — —		Repásy Jacobus.

Libetbánya.

(Liebethen, Lubiethova.)

Olim in ADioecesi in ADtu Zoliensi, VADtu similiter Zoliensi. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Cathedrali, VADtu Libetbányaensi. Antiqua Parochia.²⁾ Ecclesia ad Stam Mariam Magdalenam, quam vidua Ludovici I. regis fertur aedificasse. Matricae ab 1694.

— — —	†1557. — —	Joannes, per Hussitas occisus.
1674. Dec. 3.	1674. — —	Novák Georgius, Franciscus. Simul cum illo laboraverunt:

¹⁾ Historiam Praepositurae et Canoniae Ordinis Canonorum S. Sepulchri Hierosol. ad S. Nicolaum de Landek proposuit Maurus Czínár, Monasterologia II. 187. item Jacobus Rupp, Magy. Orsz. helyrajzi tört. III. 193.

²⁾ In schemate Pázmániano occurrit inter antiquas Parochias. Péterffy, l. c. — Ecclesiam Hussitae everterunt, saec. XVI. restaurata et 1502. consecrata est. Fidei novationem hic unus socius Lutheri, Nicolaus Mathesius incoepit. Tardius, nempe a. 1673. Elias Cseh Germanorum et Daniel Agner Slavorum pastorem egit. Post occisionem Ptachelii iterum Augustani introducti sunt. Historiam profert Schematismus hist. Dioec. Neosol. 1876. 191.

		P. Anselm, Ord. S. Benedicti. Bajmóczi Michael et Miriss Nicolaus.	
1675. Mart. 31.	†1677. — —		Csekléski Georgius.
1677. — —	†1678. Aug. 10.		Ptachelius Laurentius, decapitatus.
1681. — —	†1683. — —		Benkovics Joannes, decapitatus.
1683. — —	1691. — —		Parochus Pojnikensis administravit.
1691. Mart. 27.	1692. — —		Drien Andreas.
1692. Apr. 22.	1693. Maji 16.		Benkovics Georgius.
1693. Maji 16.	1694. — —		Takács Joannes.
1694. Apr. 24.	1696. — —		Konáry Andreas.
1696. Aug. 17.	1703. Apr. 18.		Simkay Andreas.
1709. Dec. 6.	1720. Jul. 19.		Hanussek Paulus.
1727. Nov. 21.	1737. — —		Svarda Joannes.
1737. — —	1740. — —		Hurtha Mathias.
1740. Mart. 12.	1741. Mart. 29.		Czipeziár Jacobus.
1741. Jun. 9.	1743. — —		Palumbini Mathias, Nicolaus.
1743. Aug. 26.	†1744. Jun. 18.		Motus Stephanus.
1744. Sept. 25.	†1755. Nov. 3.		Plavec Nicolaus, Paulus.
1756. Jan. 5.	1757. Nov. 21.		Bencsák Mathias.
1758. Mart. 5.	1762. — —		Kedelyi Stephanus.
1762. Jul. 7.	1766. — —		Szvetniczky, vel Lietniczky Jacobus.
1766. Mart. 9.	— — —		Kollarovics Stephanus.

Lieszkó.

(Alsó-Felső-Lieszkó, Lieszkova.)

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADtu Csejthensi in Cottu Trencsiniensi. Nunc in Dioecesi Nitriensi, ADtu Trencsiniensi, VADtu Pruzsiniensi, filia ad Szlopná. Ecclesia in Alsó-Lieszkó ad Stos. Angelos Custodes, in Felső-Lieszkó ad Stam Crucem.

1679. Jan. 1.	1689. — —	Pathanek Joannes.
1689. Jun. —	1692. Maji 18.	Szlicsey Andreas.
1709. Dec. 15.	1714. Maji 5.	Raskovics Andreas, secundo coll. 2. Apr. 1719.
1758. Dec. 19.	1760. Maji 28.	Bárdy Adamus.
1760. Maji 28.		Nebling Andreas.

Lieszkófalva.

Olim in ADioecesi in ADtu Hont-Liptoviensi, in VADiaconali districtu unico. Nunc in Dioecesi Scopusiensi, ADtu Liptoviensi, Decanali districtu inferiori Liptoviensi. Antiqua Parochia¹⁾ 1560. erecta. Ecclesia ad Transfigurationem Domini. Matricae ab 1697.

1697. Apr. 17.	1713. — —	Kunsiczky Mathias.
1713. Aug. 16.	1732. — —	Scholez Andreas.

¹⁾ Occurrit «Liska-Falva» inter antiquas Parochias in conscriptione Pázmániana. Péterffy, l. c. Mox post initia reformationis, Lutheri fideles hic nidum invenerunt, quorum ministri erant: 1550. Georgius Zapkovics, 1570. Nicolaus Benedicti, 1590. Joannes Rajkó, 1657. Georgius Molitoris, 1640. Stephanus Sartoris et Izaias Rotarides, 1637. Joannes Levius, 1709. Joannes Drampa, qui eodem adhuc anno abire coactus fuit.

1732. Nov. 30.	1733. Maji 30.	Polakovics Franciscus.
1734. Dec. 9.	1741. — —	Nováczky Stephanus.
1741. Mart. 19.	1743. — —	Raffanides Ladislaus.
1743. Jul. 13.	†1747. Oct. 4.	Trsztyánszky Andreas.
1747. Nov. 18.	†1759. Apr. 13.	Grócs Martinus.
1759. Maji 17.		Szeghy Ladislaus.

Liptó-Szent-András.

Olim in ADioecesi, in ADtu Hont-Liptoviensi, VADiaconali districtu unico. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, in ADtu Liptoviensi, Decanali districtu superiori Liptoviensi. Antiqua Parochia¹⁾ erecta 1511. Ecclesia ad Stum Andream Ap. Matricae Bapt. ab 1684. Copul. ab 1706. et Defunct. ab 1698.

1560. occ. —	— — —	Albertus.
1679. — —	— — —	Morinszky Franciscus.
1698. Apr. 9.	— — —	Puchkovics Andreas.
1709. Jun. 7.	1719. — —	Sismovics Michael.
1719. Jul. 2.	1722. — —	Csulik Martinus, Franciscus.
1722. Oct. 22.	1726. — —	Langhoffer Samuel.
1726. Apr. 30.	1731. Apr. 25.	Kopriwecz Michael.
1731. Apr. 28.	1734. — —	Pavelka Georgius.
1734. Maji 29.	1734. — —	Zilkay Joannes.
1734. Sept. 28.	1735. — —	Rabsitz Marcus.
1735. Jan. 19.	1735. — —	Betulay Michael.
1735. Jun. 13.	1735. — —	Sovovics Stephanus.
1735. Oct. 19.	1766. — —	Kolbe Josephus.
1766. — —	1775. — —	Laczkó Joannes.
1775. Aug. 26.		Lehoczky Mathias.

Liptó-Szent-Erzsébet.

Olim in ADioecesi in ADtu Hont-Liptóviensi, VADnali districtu unico. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Liptoviensi, Decanali districtu medio Liptoviensi. Antiqua Parochia²⁾ cujus ecclesia 1339. aedificata, ad Stam Elisabetham Vid. Matricae ab 1725.

1698. Apr. 9.	— — —	Zaleszky Georgius.
1731. occ. —	— — —	Staufest vel Steinfest Joannes.
1751. Jun. 15.	†1768. Maji 10.	Hrabovszky Antonius.
1768. Maji 25.		Gyelák Joannes.

¹⁾ Parochia «Sz. András» occurrit in conscriptione Pázmániana. Péterffy, l. c. — Visitator a. 1560. dicit, parochiam esse sub ditone nobilium, parochum psum totum haeticum. Et revera mox reformatio inserpsit, quorum pastores noscuntur hi: 1587. Joannes Philometes, 1634. Joannes Barius, Stephanus Pilarik et Leonardus Mokosinus, qui hic mortuus. 1685. Joannes Michaelides qui 1687. pulsus. Joannes vero Homolay 1694. citatus. — Ecclesia 1701. novo sanctuario aucta est.

²⁾ Jam saec. XVI. ad manus acatholicorum venit quorum pastores erant: 1581. Jacobus Selnicensis, 1611. Petrus Maday, 1615. Nicolaus Csutka, 1648. Andreas Fabricius, qui 1673. pulsus templo adempto. 1685. Georgius Czacher 1706. Joannes Gyurkovics.

Liptó-Szent-Iván.

(Sct.-Joannes, Ivanova.)

Olim in ADioecesi in ADtu Hont-Liptoviensi, VADnali districtu unico Liptoviensi. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Liptoviensi, Decanali districtu superiori. Antiqua Parochia,¹⁾ ad quam jus patronatus familia Szent-Iványi jam 1306. accepit. 1698. restabilita conjuncte cum Szent-Péter. Ecclesia ad Stum Joannem Bapt. Matricae ab 1698. respective 1709.

1332. inter et	1337. occ. —	Michael, pleb. S. Joannis Bapt. de Liptó.
1560. occ. —	— — —	Stanislaus.
1690. Jan. 7.	— — —	Móth Joannes.
1703. Mart. 5.	1709. — —	Maghassy Emericus, et in Sz. Péter.
1709. Oct. 22.	1724. Sept. 4.	Sirókovics Franciscus.
1724. Oct. 13.	1741. — —	Szeregy Andreas.
1741. Jul. 14.	1741. — —	Kubina Antonius.
1741. Dec. 10.	1758. — —	Papanek Ignatius.
1758. Maji 14.		Petkó Daniel.

Liptó-Szent-Kereszt.

Olim in ADioecesi in ADtu Hont-Liptóviensi, VADnali districtu unico. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Liptóviensi, Decanali districtu medio Liptóviensi. Antiqua Parochia²⁾ quae jam 1200. existitisse asseritur. Ecclesia ad Stam Crucem. Matricae ab 1725.

1332. inter et	1337. occ. —	Florianus, pleb s. Crucis de Liptó.
1560. occ. —	— — —	Mathias, Polonus.
1680. Mart. 16.	1681. Jan. 9.	Palugyay Georgius, Antonius.
1687. Maji 23.	1689. Jun. —	Hindy Georgius.
1697. Apr. 17.	1698. — —	Magassy Joannes.
1698. Apr. 9.	— — —	Homolay Joannes.
1731. — —	1732. — —	Palik Martinus.
1732. Nov. 30.	1735. — —	Simkovics Joannes.
1735. Sept. 20.	1740. Maji 13.	Hanzlik Joannes.
1740. Maji 17.	†1749. Apr. 9.	Visnovics Adamus.
1749. Maji 22.	1760. — —	Hiza Martinus, Admin.
1760. Oct. 18.	1763. Nov. 13.	Steklakovics, rectius Szteklács Josephus.
1763. Nov. 16.	†1764. Jan. 29.	Szolgay Stephanus.
1764. Mart. 30.	1768. Maji 25.	Gyelák Joannes.
1768. Jul. 1.	1772. — —	Pruzsinszky Emericus.
1772. Sept. 27.	1774. — —	Gábor Joannes et in S. Nicolao.
1774. — —		Kebzai Andreas.

¹⁾ Parochia Sz. Iván in Cottu Liptóv. occurrit in elencho Pázmániano inter antiquas parochias. Péterffy, l. c. Visitator a. 1560. dicit esse sub ditione dominorum Szent-Iványi. Parochus dubiosus, haeresi penitus infectus. Mox post illum pastores curam animarum susceperunt. 1580. Leonardus Mokosinus, Samuel Mokosinus, 1605. Andreas Bartassovics, 1650. Georgius Chladni, 1646. Paulus Faskó, Balthasar Clementis, Joannes Paulini. — Hodierna filia Liptó-Szent-Péter cum sua desolata ecclesia ad SS. AA. Petrum et Paulum, tempore visitatoris a. 1560. florescebat et sub ditione dominorum Petornay erat. Parochum habuit Leonardum, ejusdem loci filium. Qua antiquam parochiam etiam schema Pázmáni nominat. Péterffy, l. c.

²⁾ Parochia «Sz. Kereszt» occurrit inter antiquas parochias in conscriptione Pázmániana. Péterffy, l. c. — Visitator a. 1560. dicit, esse sub patronatu Mathiae Mothko et Valentini de Longo-Patro. Parochus jam totus quantus haeticus. — Saec. adhuc XVI. Philippus Krnócz, 1636. Jacobus Klibanides, insurgentium pastor. 1685. Daniel Jarkovicsius. Ministri hic erant.

Liptó-Szent-Mária.

(Svata-Mara.)

Olim in ADioecesi in ADtu Hont-Liptóviensi, VADnali districtu Liptóviensi unico. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Liptóviensi, Decanali districtu medio Liptóviensi. Parochia erecta — ut fertur.¹⁾ — anno 1200. Ecclesia ad B. M. V. Matricae ab 1687.

1332. inter et	1337. occ.	—	Emilianus, pleb. B. M. V. de Liptova.
1466. occ.	—	—	Barnabas.
1559. circa occ.	—	—	Oskó Ladislaus, Vicesgerens.
1560. occ.	—	—	Rakóczky Stanislaus, Vicesgerens.
1677. occ.	—	—	Luzsinszky Franciscus et in Selnicz.
1702. Jan. 1.	1711. —	—	Ludányi Petrus.
1711. Maji 12.	1726. —	—	Zubrolánszky Joannes.
1726. Febr. 6.	1733. —	—	Okolicsányi Joannes.
1733. Mart. 29.	1735. —	—	Szoblovics Martinus.
1735. Sept. 17.	1749. Sept. 24.		Simkovics Joannes.
1754. Febr. 14.	1754. Jun. 10.		Hepner Joannes, Admin. ²⁾
1754. Jul. 6.	1756. Jul. 3.		Stupiczky Ignatius, Admin.
1756. Jul. 6.			Gyurcsánszky Georgius, Admin.

Liptó-Szent-Mihály.

Olim in ADioecesi in ADtu Hont-Liptóviensi, VADnali districtu unico Liptoviensi. Nunc in Dioecesi Scepusiensi ADtu Liptoviensi, Decanali districtu inferiori Liptoviensi. Antiqua Parochia,³⁾ quae jam ab 1297—1575. et interdiu floruit, aut filia ad Tepla fuit. A qua 1887. ademta et in localem Capellaniam, 1814. vero iterum in Parochiam erecta est. Ecclesia ad Stum Michaelem Arch. Matricae ab 1687.

1569. occ.	—	—	—	Michael.
1705. Dec. 12.	1706.	—	—	Brna Joannes.
1706. Jul. 8.	—	—	—	Fekete Franciscus.

¹⁾ Saeculo XV. parochia ampla populosis filialibus provisa, quare, qui tunc plebanus erat, consensit, ut in filia sua Szelnicensi, tunc Zelniche, capellania localis erigeretur cum ecclesia ad OO. SS. Ibidem teste visitatione a. 1560. Petrus erat parochus. — Idem visitator a. 1560. dicit, plebaniam ad Btam Virginem esse sub patronatu Andreae Báthory et Joannis Parisóczky de Paribáza. Hic propter certam causam in visitationis protocollo notatam, cum sit patronus ecclesiae principalis, abstulit calices duos, monstrantiam bonam, et occupavit foenatum ad colonos eccl. pertinens, recusat dare decimam, ab antiquo parochio dari solitam. — Inter tales circumstantias, non mirum quod supereminata sint zizania. Lutheri asseclae invalescentes numero, proprios intertenebant pastores. Tales fuerunt: 1569. Balthasar Duchon, 1622. Samuel Hieronimiades, 1628. Joannes Raduchi, 1650. Georgius Sectoris, 1668. Esaias Rotarides.

²⁾ Quum parochus Joannes Simkovics die 14. Mart. 1741. bona contra praepositum revindicasset; praepositus Joannes Fėja etiam jura parochi sibi retinuit, et ab 1754. parochia per administratores provisa fuit.

³⁾ Ecclesia in Liptó-Szent-Mihály aedificata est 1247. per Teuto-Lipsenses. — Occurrit inter antiquas parochias in conscriptione Pázmániana. Péterffy, l. c. Visitator a. 1560. dicit esse sub patronatu Ladislai Rády. Terrae arabiles vi occupatae per aliquem nobilem. Parochus et populus haeresis infectus. — Informator in nova fide hic fuit 1556. Michael Batiz, dein Nicolaus Benedicti. Pari munere functi sunt: 1610. Jacobus Splényi, Joannes Lochmann, 1621. Andreas Sartorius qui 1673. exul factus est.

Liptó-Szent-Miklós.

(Svati-Mikulás.)

Olim in ADioecesi in ADtu Hont-Liptóviensi, VADnali districtu Liptóviensi unico. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Liptóviensi, Decanali districtu Liptóviensi medio. Antiqua Parochia,¹⁾ quae jam 1464. exstitit. Ecclesia ad Stum Nicolaum Ep. Conf. Matricae ab 1688.

1560. occ. —	1560. occ. —	Joannes.
1673. — —	1674. — —	Societatis Jesu Missionarii.
1674. Jun. —	1677. — —	Podhoranszky Georgius.
1677. Maji —	1679. — —	Dubravitzky Paulus.
1679. Maji 23.	— — —	Galóczy Stephanus.
1688. Jul. 8.	— — —	Quirényi Michael.
1703. Apr. 24.	1705. — —	Sixti Stephanus.
1705. Jul. 13.	1709. — —	Bartos Michael.
1709. Oct. 22.	1717. — —	Miskóczy Paulus.
1717. Jun. 10.	1742. — —	Matheides Joannes, SS. Theol. Doctor.
1742. Maji 25.	†1773. Jun. 27.	Ivánovics Joannes.
1773. — —	— — —	Gábor Joannes.

Litke.

Olim in ADioecesi, in ADtu Neogradiensi, VADtu Losonczeni. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Neogradiensi, VADtu Losonczeni. Parochia circa 1628. erecta. Ecclesia ad Exaltationem Stae Crucis.

1647. occ. —	— — —	Morvay Martinus, Licentiatus.
1686. Nov. 2.	— — —	Nevolni Joannes, Licentiatus.
1706. Maji 18.	1714. Jun. 23.	Potyondy Ladislaus.
1717. Apr. 9.	1719. Apr. 15.	Bersányi Matthaeus.
1719. Jul. 16.	1726. — —	Csetneky Sigismundus.
1726. Maji 5.	1730. Nov. 30.	Blahó Joannes.
1732. Jun. 9.	1733. Mart. 25.	Antal Michael.
1741. Maji 3.	1744. Dec. 12.	Fehér Joannes.
1744. Dec. 18.	— — —	Vészelay Joannes.

Lokcza.

Olim in ADioecesi, in VADtu Nitriensi, in VADnali districtu superiori Árvensi. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Árvensi. Decanatu Namestóensi. Antiqua Parochia, quae 1674. restituta, postquam diutius per Augustanos possessa fuerat.²⁾ Ecclesia circa 1667. aedificata ad Ssmam Trinitatem. Matricae ab 1741.

1674. Febr. 14.	1675. — —	Kropacsek Josephus, Urbanus.
1675. Nov. 12.	1676. — —	Loncziusky Valentinus.

¹⁾ Parochia Liptó-Szent-Miklós occurrit in conscriptione antiquarum parochiarum Pázmániana. Péterffy, l. c. Visitator a. 1560. dicit: Sanctus Nicolaus sub patronatu dominorum Pongrácz. Sunt duo presbyteri, alter Joannes obesus senex parochus, is est christianus et Laurentius Luscus alter, hunc tenent patroni et cives contra parochi voluntatem, haereticus. Quem in munere secuti sunt: Aegydius, Aemilius Coravinus, 1631. Georgius Irányossy, 1638—†1649. Michael Sturnik, Samuel Irányossy. Missionarii e Societate Jesu decursu anni ita purgarunt a zizaniis agrum Domini, ut catholicus pastor 1674. introduci potuerit.

²⁾ Initio saec. XVII. Protestantes hic stabilem curatorem habebant. Nominatim noti sunt horum 1611. Ladislaus Lukas, 1653. Nicolaus Clementis, 1672. Joannes Fröhlich et ejus Diaconus Eliseus Ursili, qui abire debebant.

1676. Mart. 28.	1677. — —	Urbanovics Joannes.
1677. — —	1693. — —	Kucharovszky Adalbertus.
1693. Nov. 29.	1696. Apr. —	Kolkovicz Joannes.
1696. Apr. 25.	†1737. Jun. 22.	Szádeczky Nicolaus, 1731. VADnus.
1737. Aug. 15.	†1739. Jul. 6.	Szádeczky Joannes.
1740. Jun. 26.	†1757. Maji 5.	Jurcsák Jacobus.
1757. Maji 20.	1762. Oct. 13.	Horánszky Georgius.
1762. Oct. 13.	†1768. Febr. 1.	Nemessányi Josephus.
1768. Apr. 29.		Kelecsényi Franciscus.

Lomnicz.

(Holló-Lomnicz, Holomnicz.)

Olim in ADioecesi in ADtu Scepusiensi, VADnali districtu inferiori fluvii Poprád. Nunc in Dioecesi Scepusiensi ADtu Cathedrali, Decanatu Késmárkensi. Antiqua Parochia.¹⁾ Ecclesia ad Stam Catharinam V. M. Matricae ab 1768.

1564. occ. —	— — —	Venceslaus, plebanus.
1700. occ. —	— — —	Starinszky Christophorus.
— — —	1764. — —	Egenhoff Stephanus.
1764. — —	1770. — —	Fideli Paulus.
1770. — —		Janicskovics Franciscus.

Lopej.

Olim in ADioecesi in ADtu Zoliensi, VADnali districtu superiori. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Cathedrali, VADtu Neosoliensi. Parochia erecta initio saec. XV. Ecclesia ad Stum Georgium in stylo gothico.²⁾ Matricae ab 1762.

1400. circa occ.	— — —	Demetrius.
1561. occ. —	— — —	Joannes.
1673. — —	1677. — —	P. Nicolaus, e Scholis Piis.
1677. — —	1683. — —	P. Matthaeus, e Scholis Piis.
1683. — —	1689. — —	Szabados Joannes, et in Predajna.
1689. Jun. —	1691. Mart. 27.	Benkovics Georgius.
1693. Maji 5.	1696. — —	Jakubecz Martinus.
1696. Apr. 2.	1702. — —	Janovics Georgius.
1702. Jun. 18.	1709. Dec. 7.	Hergovics Andreas.
1711. Apr. 22.	1719. — —	Rozborill Georgius.
1719. Jan. 16.	1728. — —	Fábry Blasius, Joannes.
1728. — —	†1740. Mart. 15.	Liskovics Joannes.

¹⁾ Parochia «Holi Lomnicza» occurrit in conscriptione antiquarum Parochiarum Pázmániana. Péterffy, l. c. Visitator a. 1700. dicit: Ecclesia tota murata, cujus patrocinium resciri non potest, propter ruinata et destructa per haereticos altaria. Catholicis 1675. restituta.

²⁾ Jure filiationis primitus ad Duboviensem pertinebat, dein ad Predajnensem, donec ineunte saec. XV. in parochiam evecta. Jam 1578. ministrum Aug. confessionis habuit, Michaellem Pepich. In revindicatione parochiae Clerus reg. e Scholis Piis, maxima habet merita. Perturbatione exorta iterum Predajnae fuit affiliata donec proprium parochum 1689. accepit. Historia habetur in Schemat. hist. Dioec. Neosol. 1867. 170.

1740. Maji 18.	†1741. Febr. 6.	Brszkó Andreas.
1741. Mart. 29.	1754. Jul. 9.	Czipeziár Jacobus.
1754. Oct. 19.	1771. Mart. 19.	Zabreczky Georgius.
1771. Maji 24.	— — —	Prohoczky Georgius.

Losoncz.

Olim in ADioecesi, in ADtu Neogradiensi, VADtu Losonczensi. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Neogradiensi, VADtu Losonczensi. Antiquissima Parochia cujus parochus jam de 1262. notus. Ecclesia ad B. M. V. Elisabetham Visitantem, quam verosimiliter 1428. Lampertus dominus aedificari curavit.¹⁾ Matricae ab 1755.

1262. occ. —	— — —	Andreas.
1755. Maji 23.	1755. Sept. 12.	Ághy Franciscus.
1755. Oct. 21.	1756. — —	Perneszy Josephus.
1758. Jun. 5.	1766. — —	Ladány Josephus.
1766. Apr. 9.	— — —	Szabó Martinus.

Lőcse.

(Leutschovia, Leutschau, Levocsa.)

Olim in ADioecesi in territorio Scepusiensi existens exempta Parochia. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Cathedrali, Decanatu Leutsoviensi. Antiqua Parochia.²⁾ Ecclesia excellens in stylo gothico ad Stum Jacobum Ap. 1874. splendide restaurata. Matricae ab 1674.

1698. — —	1711. — —	Győrffy Stephanus.
1711. — —	1719. — —	Faulhaber Josephus, Gasparus.
1719. — —	1726. — —	Friweisz Michael.
1726. — —	1746. — —	Garaiszky Joannes.
1746. Jun. 3.	1749. — —	Perger Ignatius.
1749. Oct. 24.	†1773. Nov. 5.	Engelberth Martinus, Abbas B. M. V. de Monostor.
1774. — —	— — —	Kratzer Ignatius.

¹⁾ Parochia Losoncz occurrit in schemate Pázmániano. Péterffy, l. c. — Ecclesiam Hussitae a. 1432. devastarunt. 1590. vero incidit in manus Calvinianorum, quorum ministri sequentes noti: 1630. Ambrosius Ürményi, 1640. Georgius Keeskéméti, 1649. Stephanus Kismezőilaky, 1655. Georgius Pintyőke, 1666. Franciscus Nógrády, 1669. Stephanus Beregszászy, 1679. Jacobus Tachthury, 1680. Joannes Manyoli, 1683. Daniel Varsányi, 1695. Paulus Ember, 1728. Casparus Polgáry. — 1709. pestis hic loci tali vehementia grassata est, ut circa 1300. ejusdem victima evaserint. Historiam hujus oppidi vide in Losoncz Phönix et Tóth Mihály, M. Akad. Ért. 1847. 159.

²⁾ Juxta consignationem Pázmánianam inter antiquas parochias in Scepusio loco secundo nominatur «Leuchovia S. Jacobi». Antiquitatem eius etiam id confirmat, quod ibidem ecclesia a. 1245. aedificari coeperit. Jam in primis reformationis annis etiam hic illa divulgata est. Joannes Henkel, jam 1519. incoepit hic novas doctrinas spargere. Cui secuti sunt: 1430. Fischer, 1542. Bogner, 1558. Laurentius Serpilius, 1572—†1598. Antonius Platner, 1599. Sturm, 1620. Zabler, 1647. Christophorus Schlegel, 1658. Christophorus Böhme, 1662. Zabler, 1668. Christianus Seelmann, 1690—†1693. Ephraim Kretsmér. Jam a. 1604. Societas Jesu hic operare incepit, Evangelistae eo non obstante ecclesiam ab 1567—1673. cedere nolebant, donec illis jussu regio ablata est.

Lucsivna.

(Lautsburg.)

Olim in ADioecesi in ADtu Scepusiensi, VADnali districtu superiori fluvii Poprád. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Cathedrali, Decanatu Schavnikiensi. Antiqua Parochia. Ecclesia ad Stum Martinum E. C., Matricae ab 1442. A protestantibus 1675. reocupata, ast motibus Rakoczianis perdita, demum sopitis disturbiis iterum recepta.

1697. — —	— — —	Tuzinszky Michael.
— — —	†1763. Mart. 16.	Skrovanek Martinus.
1763. — —		Podturnyay Adamus.

Lutila.

(Windisch-Litta, Villa Slavorum Luthna.)

Olim in ADioecesi, in ADtu Barsensi, VADtu Sta Crucensi. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADnatu Barsiensi, VADnatu Sta Crucensi. Usque 1563. filia Stae Crucensis, dein Parochia facta.¹⁾ Ecclesia ad Stum Ladislaum in stylo gothico. Matricae ab 1679.

1564. — —	— — —	Martinus.
1626. — —	— — —	Salmann Paulus.
1630. — —	— — —	Thuróczi Franciscus.
1633. — —	1657. — —	Administrat Parochus Stae Crucis.
1657. — —	1663. — —	Jelenovics Michael.
1663. Apr. 22.	1670. — —	Huszár Abrahamus.
1670. Jan. 21.	1672. Maji 11.	Valentovics Joannes.
1672. Maji 20.	1679. Maji 3.	Turnay Martinus.
1679. — —	1684. — —	Kutik Marcus.
1684. — —	1689. — —	Benkovics Georgius.
1689. Apr. —	1689. — —	Miricz Nicolaus.
1690. Apr. 7.	1696. — —	Hurta Joannes.
1696. Apr. 8.	1703. — —	Pullis Georgius.
1704. Mart. 19.	1713. — —	Palkovics Lucas.
1713. Aug. 4.	1745. — —	Holiczky Joannes.
1745. Oct. 29.	1747. — —	Kocziani Michael.
1749. Apr. 2.	1750. Dec. 22.	Lehoczky Joannes.
1751. Jan. 11.	1754. — —	Hruskay Thomas.
1754. Oct. 16.	1757. — —	Bácsmegyei Ernestus.
1755. — —	1761. — —	Jelenovics Michael.
1761. Maji 8.	1761. — —	Ocsovszky Georgius.
1761. Nov. 25.	1763. Jan. 1.	Simoncsics Josephus.
1763. Jan. 27.		Hlinszky Ignatius.

¹⁾ Historiam hujus parochiae proponit Schemat. hist. Dioec. Neosol. 1876. 346.

Márkusfalva.

(Marksdorf, Markuscovec.)

Olim in ADioecesi in ADtu Scepusiensi, VADnali districtu inferiori fluvii Hernád. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Cathedrali, Decanatu Leutschoviensi. Antiqua Parochia¹⁾ quae jam 1290. exstitit. Ecclesia Sti Michaelis Arch. Matricae ab 1691—1690, et continuative ab 1703.

1696. — —	1700. occ. —	Körtvélyesi Georgius.
— — —	†1775. Aug. 14.	Kordányi Petrus, VADnus.
1775. — —		Nyisnyánszky Melchior.

Mátyásfalva.

(Matyasovecz.)

Olim in ADioecesi in territorio Scepusiensi, VADtu Dunaviczensi. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Cathedrali, Decanatu Ó-Falvensi. Antiqua Parochia. Ecclesia ad SS. AA. Petrum et Paulum. Matricae ab 1646.

1630. occ. —	— — —	Bisztricsany Joannes.
1687. Sept. 5.	— — —	Boletovicz Michael.
1692. — —	1700. occ. —	Borszéky Michael.
— — —	†1771. Jun. 3.	Almásy Valentinus.
1771. — —		Vitalis Josephus.

Méhi.

(Míhe.)

Olim in ADioecesi in ADtu Gömöriensi, VADnali districtu inferiori. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Cathedrali, VADtu Putnokiensi. Ecclesia ad Stum Stephanum R. H. 1773. aedificata. Parochia antiquior est nam Matricas habet ab 1733.

1742. Jul. 5.	1746. — —	Tértsy Georgius.
1746. Jan. 21.	†1751. Mart. 10.	Déak Joannes.
1751. Mart. 30.	1764. — —	Rankovics Josephus.
1764. Jul. 17.	— — —	Fejes Andreas.

Ménhard.

Olim in ADioecesi in ADtu Scepusiensi, VADnali districtu inferiori fluvii Poprád. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Cathedrali, Decanatu Késmárkensi. Oppidum hocce, unum e XVI. Scepusiensium jam saec. XIII. habuit Parochiam, quae jam 1222. nominatur. Juxta aliam traditionem 1235. fuit erecta.²⁾ Ecclesia ad Stum Servatium Eppum. Matricae ab 1686.

1716. Aug. 30.	1741. — —	Haskó Sigismundus.
— — —	†1764. Jul. 8.	Tröger Ignatius.
1764. — —		Weingruber Ignatius.

¹⁾ Jam a. 1290. Jacobus praepositus Scepusiensis ecclesiae de villa Marci decimas transcripsit. Katona, Hist. crit. VII. 1004. — Occurrit inter antiquas parochias in elencho Pázmányano. Péterffy, l. c. Renovatores fidei magnam operam hic navarunt jam saeculo XVI. In specie Briccius et Casparus Pilcz. Exercitium cath. fidei a. 1665. restitutum est. Inter parochias tempore Rakoczianae motionis protestantibus traditas occurrit B. M. V. de Márkusfalva. Vide appendicem visitationis Sigrayanae a. 1700.

²⁾ Saeculo XVI huic oppido manus apposuerunt novatores et sequentes eorum noti sunt ministri: 1624. Philippus Henth, 1669. et 1670. Philippus Fecht. Aug. conf. addicti.

Mindszent.

(Bethania, Biaczovecz, Bigazovec.)

Olim in ADioecesi in ADtu Scepusiensi, Decanali districtu inferiori fluvii Hernád. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Cathedrali, Decanatu Olasziensi. Antiqua Parochia quae circa 1502. erecta. Ecclesia ad OO. SS. Matricae ab 1546. (†)

1700. occ. —	— — —	Jelencsik Georgius, Decanus.
1703. occ. —	1765. — —	Stöger Paulus.
1765. — —		Falchek Michael.

Mosócz.

(Mosovecz. Olim Mayus, vel Moys.)

Olim in ADioecesi in ADtu Nitriensi, VADnali districtu Thuróczensi unico. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Thuróczensi, VADnali districtu superiori. Antiqua Parochia quae sub nomine Moys 1332. occurrit.¹⁾ Ecclesia ad SSm. Trinitatem. Matricae ab 1690.

1332. occ. —	— — —	Joannes, plebanus de Moys SS. Trinit.
1360. occ. —	— — —	Joannes.
1559. occ. —	— — —	Melchior.
1560. occ. —	— — —	Melzer Valentinus.
1639. — —	1647. — —	Andrisovics Gabriel.
1673. Jul. 24.	1680. — —	Bohus Georgius.
1680. — —	1684. — —	Miskovics Michael.
1684. — —	†1684. — —	Bohus Georgius, decapitatus.
1688. Aug. 11.	1690. — —	Máriássy Joannes.
1690. Aug. 24.	†1705. — —	Kremnicskay Michael, occisus.
1709. Nov. 22.	1711. — —	Szunyogh de Jeszenicz Paulus, SS. Theologiae Doctor.
1711. Apr. 2.	1733. — —	Hanzel Matthaeus.
1733. Sept. 24.	1744. Sept. 25.	Plavec Nicolaus.
1744. Sept. 25.	1749. Febr. 15.	Krssák Simeon.
1749. Febr. 25.	†1761. Febr. 14.	Harsányi Joannes.
1761. Maji 30.		Bácsmegey Ernestus.

Müllenbach.

Olim in ADioecesi in ADtu Scepusiensi, Decanali districtu superiori fluvii Poprád. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Cathedrali, Decanatu Felkaensi. Antiqua Parochia, cujus Ecclesia ad Stam Margaretham V. M. a fidelibus 1425. aedificata. Matricae ab 1768.

1531. circa occ.	— — —	Faber Matthaeus.
1700. occ. —	— — —	Mayer Michael.
1735. — —	1773. — —	Kratzer Ignatius.
1773. — —		Singhoffer Michael.

¹⁾ Sub vetustis nominibus in diplomatibus saec. XIII. saepius occurrit. Antiquae ecclesiae gothicae adhuc partes superstites visuntur. Augustani hic a saec. XVI. amplam coloniam possidebant. cujus curatores erant: 1570. Georgius Institoris, 1580. Matthaeus Paulini, 1593. Hieronymus Thuróczy, 1595. Josephus Bastianus, 1600. Elias Lányi, 1608. Matthaeus Lochmann, 1620. Georgius Zsáry, 1629. Georgius Groszmann, 1647. Matthaeus Metesy, 1648. Laurentius Gallovics, 1649. Zacharius Hagara, 1709. sub tumultu Rakocziano intrusus Joannes Kuzmány, qui pulsus. Historiam proponit: Schemat. hist. Neosol. 1876. 227.

Nagy-Csoltó.

Olim in ADioecesi in ADtu Gömöriensi, VADnali districtu inferiori. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Cathedrali, VADtu Putnokiensi. Parochia ab 1756.¹⁾ Ecclesia ad Immac. Concept. B. M. V. Matricae ab 1726.

1756. Jul. 28.	†1768. Mart. 7.	Mihályi Georgius.
1768. Apr. 5.	1769. Sept. 30.	Telgarecz Thomas.
1769. Sept. 30.	1771. — —	Lubik Georgius.
1771. Mart. 14.	1772. — —	Szabó Josephus.
1772. Mart. 2.	1775. — —	Horváth Martinus.
1775. Mart. 7.	— — —	Várady Franciscus.

Nagy-Lovcsa.

(Nagy-Lócsa.)

Olim in ADioecesi in ADtu Barsensi, VADtu Sta Crucensi. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Barsensi, VADtu Sta Crucensi. E filia ad Stam Crucem per Petrum Pázmán 1623. die 13. Julii parochia erecta. Ecclesia ad SS. AA. Philippum et Jacobum, primo in stylo gothico, multas transivit mutationes, donec 1839. hodiernam formam accepit. Matricae ab 1671.²⁾

1626. — —	1630. — —	Apáthy Nicodemus.
1630. — —	1633. — —	Jurkovics Martinus.
1633. — —	1645. — —	Demovics Martinus.
1645. — —	1657. — —	Kreuczer Martinus.
1657. — —	1666. — —	Báhony Georgius.
1666. Dec. 22.	1667. — —	Huszár Laurentius.
1668. Apr. 28.	1675. — —	Delath Jacobus.
1675. — —	1677. — —	Nimniczky Joannes.
1678. Jul. 30.	1678. — —	Hubatius Joannes.
1678. — —	1687. — —	Jachan Martinus, Franciscus.
1687. Apr. 24.	1687. — —	Petrovszky Joannes, Adamus.
1687. Maji 4.	1689. — —	Kosztka Joannes.
1689. — —	1691. — —	Szlatkay Laurentius.
1691. Maji 22.	1695. Jun. 17.	Bajmóczy Michael.
1695. Sept. 20.	1703. — —	Kmethy Georgius, Emericus.
1703. Apr. 2.	1703. — —	Benkovics Georgius.
1703. — —	1704. — —	Krizsanóczy Joannes.
1704. Maji 1.	1709. — —	Krucsek Mathias.
1709. Jun. 3.	1709. — —	Gulicska Stephanus.
1710. Febr. 13.	1716. — —	Krnács Joannes.
1716. Mart. 16.	1716. — —	Jachan Martinus, Franciscus.
1716. — —	1728. — —	Nemescsaky Wolfgangus.
1728. — —	1730. — —	Remenkó Michael.
1730. Jan. 27.	1735. — —	Betulay Michael.

¹⁾ Helveticæ confessioni addicti jam XVI. hic stabiles ministros intertenebant, tales nominantur: 1596. Philippus Labossy, 1665. Stephanus Szendrey, 1680. Michael Rimaszombathy, 1711. Joannes Szentpétery.

²⁾ Historia reperibilis in Schemat. hist. Dioec. Neosol. 1876. 349.

1735. — —	1740. — —	Zlatniczky Franciscus.
1740. Mart. 30.	1750. — —	Rudolfy Paulus.
1750. Sept. 18.	†1760. Jul. 25.	Novaczky Stephanus.
1760. Sept. 20.	†1773. Maji 13.	Zlatniczky Franciscus.
1773. Maji 28.		Horáček Joannes, jam ab 1770. Nov. 14. Admin.

Nagy-Palugya.

Olim in ADioecesi in ADtu Hont-Liptóviensi, VADnali districtu Liptóviensi unico. Nunc in Dioecesi Scepusiensi, ADtu Liptóviensi, Decanali districtu Liptóviensi medio. Antiqua Parochia.¹⁾ Juxta traditionem ecclesia per Hussitas fuit aedificata, ad Ssmam Trinitatem. Ab 1734. filia ad Liptó-Szent-Kereszt.

1560. occ. —	— — —	Niger Mathias, Polonus.
1704. Apr. 15.	1734. — —	Csaykovics Andreas.

Nagy-Rőcze.

(Nagy-Rőcz, Reutza, Rauschenbach.)

Olim in ADioecesi in ADtu Gömörensi, VADnali districtu superiori. Nunc in Dioecesi Rosnaviensi, ADtu Cathedrali, VADtu Murányensi. Antiqua Parochia.²⁾ Ecclesia vetusta ad Stum Laurentium. Matricae ab 1785.

1687. Aug. 12.	— — —	Maurovich Michael.
1700. Jun. 2.	— — —	Buttka Fridericus.
1744. Mart. 21.	†1744. Dec. 2.	Kriváncsik Andreas.
1745. Jan. 5.	†1757. Maji 9.	Komparics Paulus.
1757. Maji 21.	— — —	Hattrik Antonius.

Nagy-Szalatnya.

Olim in ADioecesi in ADtu Zoliensi, VADnali districtu inferiori. Nunc in Dioecesi Neosoliensi, ADtu Cathedrali, VADtu Zoliensi. Antiqua Parochia.³⁾ Ecclesia gothica ad Exaltat. Stae Crucis 1820. igne consumpta, loco hujus 1837. nova, in forma crucis erecta. Matricae ab 1655.

1332. inter et	1337. occ. —	Plebanus S. Crucis in Solio.
1663. Apr. 4.	1673. — —	Vashideggy Michael.

Abranics Stephanus. Ab 4. Oct. 1738. parochus in Csolnok usque 15. Dec. 1742. inde transivit ad Dorogh, tum 25. Mart. 1750. ad Nyerges-Ujfalú, tum 4. Nov. 1757. ad Nagy-Ölved, inde 1760. canonicus Poseniensis factus, ibi ab 10. Nov. 1767. usque 1773. parochus coll. eccl. ad ad S. Martinum, qua talis contra erectionem parochiae in Virágvölgy protestatur. Abbas S. Martini de Bulch prope Solymos et Keresztur ad Muram. Fundavit pro praebendatis sacra perpetua. † 1775. Maji.

Acatius, vulgo Acus. Ab 1235. usque 1244. occurrit parochus Pestiensis, qui anno priori mox plebanus in «Oven» mox «magister A. plebanus de Pest» nominatur. (C. D. Arpad. cont. II. 122, 124.) Anno posteriori simul capellanus Belae IV. regis, cui rex eodem a. die 21-a Aprilis commisit, ut terras regias Zlonim et Verbouz in Slavonia habitas lustraret, metasque poneret, nam has terras rex comiti Junk, filio Isaac perpetuo possidendas donavit, quia fratri suo Colomanno a multis temporibus fideliter serviebat, et post decessum ejusdem, Belae et consorti ejusdem, maxime occasione Tartarorum impenderat obsequia. (Kerchelich, Hist. Cath. Eccl. Zagrab. I. 83.) Acus ab 1257. usque 1272. occurrit qua praepositus capituli Budensis SS. AA. Petri et Pauli.

in pluribus diplomatibus archivi regnicolaris, quae suo provisi sunt insigni quod et Péterffy publicavit ex aliquo diplomate a. 1257. (Sac. Conc. I. 346.) Jam ab 1258. munus cancellarii reginae gesserat. A. 1272. magnam perfecit activitatem, ast vestigia ejus disparuerunt. (A pesti föttemplom története, et Turul 1887. 29.)

Ács Franciscus. Natus 10. Dec. 1846. Tatae. Absolutis theologiae studiis Strigonii, ordinatus 2. Aug. 1870. E cooperatore Perbetensi professor in sem. S. Steph. studii philosophici, inde ob infirmitatem redivit ad priorem applicationem, unde 3. Mart. 1880. investitus parochus Egerszeghien-sis. Notarius districtualis. Habet merita literaria. (Szinyyei, Magy. Irók. I. 47.)

Aczél Josephus. E capellano aulico AEppi factus 1782. Maji parochus in Úzbég, ubi usque 1790. Inde transivit ad Kürth ubi usque mortem, quae 25. Aug. 1792. in Udvard evenit.

Adacsy Josephus. Occurrit 1640. parochus in Szent-Benedek. (E tabul. Cap. M. E. Str. capsula 26. II. 15.)

Adalbertus. Occurrit 1297. usque 1308. praepositus de Chut, plebanus novi montis Pestiensis, id est Arcis Budensis ad B. M. V. Ass. Cui Lodomerus AEppus Strig. 1297. commisit, quod, cum Benedictus eppus Vesprimiensis in sacerdotes in magna insula existentes excommunicationis sententiam protulerit, ipsam latam sententiam omnibus diebus dominicis et festivis promulgare et denuntiare debeat. (C. D. Patrius V. 82.) Ille 1301. conquestus est coram Gregorio AEppo Strig. quod plebani Budenses in solvendo censu morosi sint, quos AEppus stringi indulget. (Fejér, C. D. VIII. I. 69.) Complicatus in controversia parochorum Budensium respectu dependentiae occurrit a. 1302. (C. D. Patr. IV. 100.) Etiam contra aliquos cives commisit ei AEppus Strig. 1308. sententiam excommunicationis promulgare. (Mon. Vat. S. I. T. II. 105. Occurrit adhuc: Knauz, Mon. Strig. II. 417, 501. Fejér, C. D. IX. VII. 735.)

Adami Petrus. Occurrit 1676. parochus in Kéménd. (Tabul. Cap. M. E. Strig. Lad. 28. Fasc. VII. I.)

Adamkovics Joannes. E coll. gen. cleri H. 10. Mart. 1690. ord. Investitus 27. Sept. 1690. ad parochiam Ó-Krasznó, seu Széplak cum filia Brogyán, quam usque 1697. tenuit.

Adamovich Adamus. E seminario S. Adalberti 20. Apr. 1717. investitus parochus Várgedensis, in cottu Gömör, residens in Kerekgede usque 1742.

Adamovich Emericus. Natus 5. Mart. 1843. Ex antiquissimo seminario Strig. 2. Aug. 1868. ordinatus et missus (Circ. 3941.) pro cooperatore ad Szemere, 1871. (Circ. 4955.) vero Budapestinum ad Stum Leopoldum. 2. Jul. 1878. investitus parochus in Szemere, Notar. distr.

Adamovics Georgius. Studuit Posonii. Post ordinationem 11. Sept. 1727. investitus parochus in Nyitra-Sárfő. Sub illo peracta visitatio 1731. Ubi usque 7. Dec. 1733. mansit, tunc inde transiens ad Nyitra-Bajna. Sub eo restaurata 1755. ecclesia, ibidem † 23. Apr. 1761.

Adamovics, prius Adamics Joannes. Natus 25. Sept. 1792. in Oszuszkó cottu Poson. Theologiam Viennae terminavit. Ordinatus 12. Nov. 1815. Cooperatorem egit 10. annis in Perbete, postmodum in Tardoskedd et Nagy-Kér 1827. adeptus est parochiam in praedio Bajcs, unde 16. Maji 1841. ad Perbete promotus, eidem 1862. munus VADnus ord. collatum est, 1870. factus can. hon. M. E. Strig. 1871. ob debilitatem oculorum munus VADnis resignavit. † ibid. 5. Apr. 1886.

Adamus. Occurrit 1270. Budae in suburbio Sti Petri M. Ejates parochi in signum dependentiae a templo principali Mariano in arce, capellani vocabantur. (Schier, Buda Sacra 69.)

Adamus. Occurrit 1559. parochus in Cheke, (Cseke) Ord. Strigonii per AEppum Thomam Bakocz. De quo Joannes Derecskey ADnus et visitator Barsensis a. 1559. connotavit, quod habeat uxorem, et filium unum.

Adamus. Occurrit 1559. Parochus in Nagzelezen, (Nagyzelezsény). Ordinatus Viennae per eppum Nauzea, habet uxorem sed caret filio. Hunc visitator a. 1559. Joannes Derecskey, ADnus exhortatus est, ut faciat officium sacerdotale sine quaerela et scandalo. Ut autem certior esset de vita ejus, sciscitatus est a vitricis ecclesiae Sigismundo et Petro Polgár, qui affirmaverunt ejus vitam et mores honestos esse. Simul exhortatus est illum ne transgrederetur ritum ecclesiae Romanae, qui dixit dominum Zelecsényi sub utraque specie communicare velle, quem increpavit visitator dum moraretur in Sto Benedicto coram Michaele Dobrokuthy et Matthaeo Poklostay ac toto conventu, multa illi loca citavit ex Sacra Scriptura et sententiis sanctissimorum doctorum de communionem sub una specie, quibus auditis animus ejus acquievit.

Adamus de Putnek. Occurrit 1561. parochus in Thaszár, qui a. 1560. in sacra synodo fuit excommunicatus propter contumaciam et diversa flavigitia. Dum autem visitator Georgius Konyalfalvay ADnus Barsiensis ad Thaszár veniens ecclesiam intrasset, illum missam celebrantem invenit ideo illum increpavit.

Aegidius. 1332. inter et 1337. fuit sacerdos Beatae Virginis de Lesenka, in ADtu Vntensi, (nunc Leszenye, filia ad Házasnénye) qui juratus non credit valere beneficium ultra marcam, solvit pro censu papali sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 186.)

Aegidius. Occurrit 1332. inter et 1337. pleb. de Vana, (Nana,) ADtus Sti Georgii, (id est Cathedralis. (Nunc Nana filia ad Párkány.) Juratus dixit non ultra marcam suum beneficium valere, solvit 6 grossos pro decima collectoribus census papalis. (Mon. Vat. S. I. T. I. 231.)

Aegydius. 1332. inter et 1337. occ. plebanus de S. Cruce ultra Vag. (Vág-Sz.-Kereszt) existimavit juratus suum beneficium non valere plus quam unam marcam; solvit pro censu papali sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 230.)

Aegydius. Occurrit 1358. plebanus de Bozók, qui in causa familiae Paláthy testem egit et pro dicenda veritate tacto vivificae crucis ligno juramentum posuit. (Paláthyak I. 117.)

Agárdy Joannes. Natus 4. Febr. 1851. Ex Pázmáneo ordinatus 25. Jul. 1875. Cooperator in Dorogh, Léva et Budapestini ad Stum Leopoldum. 1889. Oct. factus parochus in Alsó-Győröd.

Agathin Stephanus. Ab 1701. usque 1705. parochus in Füss.

Ágh Vendelinus. E cooperatore Ó-Barsensi 1817. parochus Szent-Mihályurensis, ibique † 6. Nov. 1836. Dum funus duceret in filiali Mártonfalu concidit et repente exspiravit.

Ágby Franciscus. Ab 15. Dec. 1737. usque 1750. parochus in Magyarbél. Eo agente fundamenta domus parochiae in actuali loco posita, proventus parochi regulatus et auctus. 21. Jun. 1750. cooperator ad Szent-Simony, inde 3. Jun. 1751. capellanus apud D. Stephanum Eszterházy Vetero-Zolii. Inde iterum cooperator in Bagotha. 23. Maji 1755. collata ei jure postliminii tandem canonice erecta r. c. parochia oppidi Losoncz, ubi tantum usque 12. Sept. 1755. mansit, transiens ad Házás-Nénye. Inde 30. Jan. 1757. investitus est ad Alsó-Lelócz, ubi † 25. Jul. 1767.

Agnelli Georgius. Natus in Sasvár. Ad seminarium S. Stephani. 29. Mart. 1711. susceptus, ibi fecundam dixit orationem in festo S. Stephani reg. Defendit logicam et philosophiam universalem, item theologiam. 27. Mart. 1714. factus cooperator in Lévárd, dein in Sasvár. 2. Apr. 1719. investitus parochus Kis-Apáthiensis, inde 7. Jul. 1715. transivit ad Závod, mox 12. Jul. 1719. investitus ad Unin in Cott. Nitr. Ibidem 1727. factus VADnus Sasváriensis. Inde transivit 1. Jul. 1728. ad Holics. 22. Apr. 1740. factus Canonicus M. E. Strig. 1741. seminarii S. Stephani praefectus (Rector,) et ADnus Nitriensis. Fuit proto-notarius apostolicus et abbas B. M. V. de Kompolt. † 18. Aug. 1756. Adauxit fundos ecclesiarum parochialium in Sasvár et Holics. Fundavitque missas perpetuas in ecclesia S. Nicolai Tirnaviae. Existit effigies ejus depicta.

Agnelli Georgius. E semin. S. Steph. R. 27. Mart. 1746. capellanus Levardiensis. Jam eodem anno 14. Jun. investitus parochus Pöstyénensis. Inde 16. Jul. 1755. transivit ad Udvarnok, ubi † 16. Apr. 1757.

Agnelli Joannes. 18. Sept. 1672. collationem accepit ad parochiam Grinaviensem, ubi usque 1673. mansit.

Agnelli Josephus. Natus 24. Febr. 1852. E seminario antiquis. Strig. ord. 16. Jul. 1876. cooperator in Laksárujfalu et Holics. 2. Jul. 1881. usque 6. Oct. admin. in Kukló. 9. Maji 1884. investitus parochus in Csári.

Ahancsics Antonius. Fuit parochus in Svedler in Scepusio ubi vita functus. † 25. Maji 1749.

Akantisz Andreas. Ex antiquiss. semin. S. Stephani ord. 1837. Cooperator in Bajóth. — 14. Mart. 1839. admin. in Nagy-Herestyén, usque 17. Aug. 1840., dein coop. in Siglisberg et Udvard, ubi † 3. Oct. 1842.

Akay de Eadem Vendelinus. E seminario Mariano Tirnaviae 1818. ord. Aliquo tempore Szúló-Hradnae transacto, cooperator in Surány et Szomolány. 1829. factus parochus in Szárazpatak, ubi † 14. Sept. 1849.

Akermann Nicolaus. Fuit 1687. usque 1693. parochus in Kaproncza, dein ab 20. Jan. 1694. usque 1709. in Szklenó.

Alagovics Alexander. Natus 1761. in Magna. Theologus in semin. gen. Budensi usque 1783. Factus presbyter dioec. Nitriensis. Praeerat studiis in semin. Poseniensi. Inde parochus in Mo-

psonok. Tum professor theologiae Nitriae et semin. rector, simul canon. hon. 1796. transivit ad ADioec. Strig. et 27. Aug. accepit administrationem parochiae Galantha, ubi magnificum templum suis et piorum fidelium sumptibus erexit. Functus quoque VADni officio. 1807. Canonicus Posen. simul parochus S. Martini. Praepositus S. Lamperti de Somlyó-Vásárhely. 30. Jul. 1808. canon. M. E. Strig. 1816. praepositus S. Thomae. 1809. rector semin. Pestiensis. 1810. cl. eppus Bosonensis, et exc. consilii reg. aul. consiliarius. 1816. usque 1821. consiliarius et referendarius aulicus. Oblatam sibi cum prioratu Auranae in Illyrico praeposituram Zagrabiensem 1. Jan. 1822. adiit. Simul ADnus Goric. et Zagoricensis. Abbas S. Margaritae de Béla. Consiliarius act. intimus. Locumtenens Bani Dalmatiae, Croatiae ac Slavoniae. 1829. eppus Zagrabiensis. Int. status consiliarius. † 18. Mart. 1837. Juridicis et politicis scientiis apprime excultus. In dicasteriis, quibus assedit magnam sui aestimationem reliquit et inter prudentissimos viros numerabatur. Humanitatis perennem memoriam posuit per foundationem xenodochii Posegani. (Magyar Encyclopaedia.)

Alagovics Joannes. Natus in Modor 12. Apr. 1767. Humaniora et philosophiam terminans ad album cleri susceptus. Finita theologia 1790. presbyter ordinatus, in seminario adhuc unum annum, qua praefectus musaei transegit. Brevi tempore in presbyterio Tirnaviae transacto, Josephus Card. Batthyanyi AEppus affabrem juvenem capellanum aulicum et primatialis sedis notarium constituit. 1. Nov. 1796. investitus parochus in Mocs, inde 8. Oct. 1807. transivit ad Szölgyén, ubi 16. Oct. 1817. VADnus constitutus. Pro synodo nationali 1822. propositionem elaboravit, quam Josephus Belik eppus et gen. vicarius pro cinsura elegit. Etiam I. com. Strig. tabulae judicariae assessor fuit. † 29. Dec. 1836. (Magyar Sion. 1865, 422.)

Alagovics Ladislaus. E dioecesi Nitriensi, ubi in Bossácsza parochum egit, 29. Nov. 1820. ad ADioecesis susceptus, jam 23. Nov. collatam accepit parochiam Detrekő-Szent-Péter, inde 1. Nov. 1821. transivit Szakolczam, ibi simul Decanus et I. I. Comit. Nitriensis et Trencsin. Tabulae jud. assessor fuit. † 31. Dec. 1846. aetatis 79.

Alapy Joannes. Fuit ab 23. Jul. 1742. usque 3. Jul. 1745. parochus in Egyházkarcsa, tunc transivit ad Nagy-Hind, ubi usque 1749. mansit. Eo agente ecclesiae aedificatio incoepa est.

Alaudovics Andreas. 5. Dec. 1755. capellanus in Galantha. 21. Jun. 1758. investitus parochus Endrefalvensis, inde 11. Jul. 1769. missus ad deficientiam Tyrnaviae. 1770. factus parochus Pusztafödemesensis, ubi † 3. Sept. 1774.

Albertonides, rectius Albertovics Paulus. 21. Nov. 1675. investitus parochus in Rohow (Rohó) et Ripka (Ribek) quas administravit usque 1. Febr. 1684.

Albertovich Michael. Collationem accepit 5. Maji 1675. pro parochia Ūrméncz, ubi nec integrum annum mansit.

Albrechtovich Paulus. Cui collata est 13. Febr. 1682. parochia Búr-Szent-Miklós, simul cum Búr-Szent-Péter. Hic 1693, ibi 1691. campanam procuravit. Transivit 30. Apr. 1700. ad Sasvár, accipiens dignitatem decani, quae cum munere hujus parochiae conjuncta est. Inde 27. Apr. 1703. transivit ad Paraszt-Dubova, in Árva, inde 25. Febr. 1712. ad oppidum Tarnócz, parvo interstitio 1714. intercedente, usque 1732. certe huic parochiae praefuit. Idcirco hoc a. jubilaris parochus fuit. Quod adhuc 1755. par. egisset haud credibile est.

Albertus. Occurrit 1332. inter et 1337. pleb. in Turdos (Tardos) qui juratus dixit, suum beneficium valere septem grossos, quos titulo census papalis exsolvit. (Mon. Vat. S. I. T. I. 201.)

Albertus. Occurrit 1332. inter et 1337. pleb. de Votquet, Votiquerti (Vadkert), qui collectoribus census papalis sub credulitate dixit, beneficium non valere ultra quam duas marcas cum media, solvit duodecim grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 229.)

Albertus. 1486. occurrit Posonii qua parochus ecclesiae ad S. Michaellem, qui immediate Nicolao de Sleibus praecessit. (Rakovszky, Tud. Értekező I. 157.)

Albertus. Occurrit 1525. Parochus Pestiensis. (In notatis Georgii Palkovics.)

Albertus. Occurrit 1559. Parochus in Kaproncha, (Kaproncza) Novus presbyter de Scepusio, necdum primitias celebravit, ordinatus Tyrnaviae, per Zakalyneczy, est sine uxore. Sic, de illo visorator, ADnus Joannes Derecskey.

Albertus. Occurrit 1560. parochus in Bossán, de quo visorator Michael Szegedi ADnus Nitriensis adnotavit, quod sit homo nequam, qui propter seductionem puellae nobilis e domo parochiali expulsus est et in domo alicujus rustici inquilinum agere debet. Cum quaesitus fuisset, in taberna inventus est; intelligens praesentiam visoratoris cu-

currit ad arma, adsumto gladio et pixide, coepit clamare: aperiā ecclesiam bestiae clave ista, quam manibus teneo. Arma intelligebat. Quamvis admonitus ut mitius ageret, tamen videri potuit, quod cum illo nihil proficere possit. Ne maius scandalum oriatur, illum reliquerunt. Ille est unus eorum, dicit idem visitator, qui se a convocazione in Váralja absentarunt.

Albertus. Occurrit 1560. parochus in Liptó-Sz.-András, de quo visitator Michael Szegedy ADnus Nitr. adnotavit: Juvenis, uxoratus. Viennae per Eppum Nauseam sacris initiatus, totus haereticus. Eucharistiam in loco consveto non tenet. Baptisterium non habet. Sacris caret liquoribus. Nativa lingua, sine canone et ostensione Eucharistiae missam celebrat. Apud infirmos, si indiget, Eucharistiam conficit. Sine usu Eucharistiam non credit. Indumentis ecclesiasticis in sacris non utitur. Horas canonicas nedum legere, verum neque quid hoc sit, novit. Libros haereticorum tantum legit, ut Brentium, Corvinum etc. De ciborum delectu, sicut canibus, ita illi, cura nulla. Dies festos tantum selectos colendos clamat.

Albertus Szolcsánensis. Occurrit 1560. parochus in Szolcsán de quo visitator Michael Szegedinus ait: De eadem villa oriundus. Tirnaviae sacris initiatus. Romanae ecclesiae ritum in omnibus sacramentis et ceremoniis observat. Praeter uxorem quam habet, et propter tonsuram et moribus laudatur.

Albertus. Occurrit 1560. parochus in Tepla, de quo visitator Michael Szegedy sic refert: «Juvenis et uxoratus. Viennae per R. D. Nauseam ordinatus 1548. Fontem aquae benedictae tenet. Ecclesiam habet bene ornata. Eucharistiam tamen non tenet et sub utraque specie communicat, aliis utitur ceremoniis.»

Albertus. Occurrit 1561. et 1562. plebanus in Misérd, et Dénesd de quo visitator a. 1561. ait: Discessit insalutato hospite, nempe visitatore. Servat omnia secundum ritum Romanae ecclesiae. Famulam duxit in uxorem. Visitator vero a. 1562. ait. Albertus parochus homo catholicus, mulierem tamen habere dicitur. Illum visitator hic, videre similiter non potuit, quia iterum se alio contulerat.

Albertus. 10. Oct. 1668. coll. parochia Hont, nunc filia ad Drégelypalánk, in cottu Hont.

Albrecht Joannes. Missus est 30. Maji 1758. pro capellano Scepusium. Ibidem ab 1764. usque 1767. parochus fuit in Polyanócz.

Albrecht Joannes. E seminario generali Pösson. 1788. ordinatus, factus cooperator in Csesztve. 29. Nov. 1792. investitus parochus in Grinád. Inde 1794. transivit ad Szárazpatak. Ibi 1804. VADnus ord. districtus Szomolánensis. † Szuhac, 14. Sept. 1829.

Albrecht Josephus. E seminario S. Steph. 9. Jul. 1770. missus in Scepusium, ubi cooperatorem egit in Gölnicz, inde 1774. factus parochus Küköviensis, sed mox transivit ad Jekelfalva et cum illa ad dioec. Scepusiensem.

Albrechtovics Joannes. E Pázmáneó 1773. missus pro cooperatore Szakolczam. Inde 1775. factus admin. in Chropó, qua talis † Petrovillae 17. Mart. 1784.

Alexander. Occurrit 1519. et 1535. parochus Tirnaviae, cui 1519. Leo X. Papa commisit excessuosos altaristas coecere.

Alexandri Paulus. Ab 8. Jul. 1638. fuit parochus in Malaczka. Sub quo introducti sunt Franciscani Malaczkam.

Alkus Ignatius. Natus 23. Jul. 1801. E seminario Mariano Tirnaviae, 21. Aug. 1827. ordinatus. Cooperator fuit in Püski, Szered et Majthény, ubi penes Josephum Brázay parochum, administratorem in temporalibus egit. Post hujus mortem 1831. parochus factus. 1. Maji 1836. transivit ad Bohunicz, ubi sub ipsius gubernio ecclesia aedificata fuit. † ibidem 4. Jul. 1865.

Almásy Andreas. E coll. Pázmániano 14. Apr. 1680. ordinatus 13. Maji 1680. jam investitus parochus in Hradist. Inde 12. Jul. 1681. collata est ei parochia Detrekeő-Szent-Miklós, ubi usque 1683. mansit.

Almásy Georgius. E collegio Apollinari Romano, 1697. in cura animarum applicatus. 16. Jun. 1699. investitus parochus in Felbár. Inde 1702. transivit ad Nagy-Födémes, ubi et ad Jókaiensem introductus est. 1702. fecit collectam pro aedificatione ecclesiae S. Michaelis, de qua existit hung. protocollum in archivo loci. † 28. Aug. 1720. Fuit SS. Theologiae doctor et protonot. apost.

Almásy Jacobus. Occurrit 1700. parochus in Tóthfalu, (Windischdorf, Slovenzka-Ves.) in Cottu Scepusii.

Almásy Michael. 3. Apr. 1698. collata est illi parochia Vilkensis in Cottu Neogr. ubi usque 1707. mansit. Dein transivit ad Scepusium, ibique qua vicarius Telkensis † 1. Sept. 1762.

Almásy Paulus. Investituram accepit 6. Mart. 1709. pro Bajna in cottu Strig. cum filiabus Nagy-Sáp, Sárísáp et Bajóth. Factus VADnus distr. Bajóthensis. Promotus 1715. ad capitulum Nitriense.

Almásy Stephanus. Natus 23. Dec. 1806. Veprováczii, in cottu Bács. E seminario S. Stephani Tyrnaviensi 29. Aug. 1834. ordinatus. Factus cooperator in Bajna ad Strig. Administrabat ab 1837. usque 1848. Uny. Tunc in Martio investitus est ad Vag-Sellye, ubi † 20. Febr. 1876. Habet merita literaria. (Szinyei, Magy. Irók, I. 126.)

Almásy Valentinus. Jam 1763. in Mátyásfalva parochus erat, ubi † 3. Jun. 1771.

Alóth Stephanus. Occurrit ab 1460. usque 1465. plebanus Budensis simul ADiaconus Camarcensis et canonicus, cancellarius regis Ladislai ac Ulrici comitis Ciliae. 1460. ille, cum duobus aliis plebanis Budensibus iudicium ferunt in causa Clarissarum Vetero-Budensium et Ursulae Lengel. 1461. agnoscit coram magistratu Budensi fundationem pro capella palatini Garay factam et ejus fidelem administrationem promittit. (Budavári főtemplom tört. 79.) Mortem ipsius, quae 20. Dec. 1465. accidit, adnotavit praestans historiographus Kercselich. (Hist. Eccl. Zagrab. I. 158.)

Alster Mauritius. Natus Modrae 16. Aug. 1827. Absolvit philosophiam et theologiam Tyrnaviae. Ordinatus 27. Jul. 1851. Cooperatorem egit in Alsó-Korompa, Csasztá et Pudmericz, tandem Konyhae. Hinc 1. Maji 1858. investitus parochus in Dévény-Ujfalu. Inde 10. Nov. 1861. transivit ad oppidum Récse.

Aman Leonardus. Occurrit 1630. parochus Poseniensis, qui synodo dioeceseanae sub Petro Pázmány eodem anno Tirnaviae celebratae, interfuit. (Péterffy, Conc. II. 317.)

Amandus (Arnoldus). Occurrit 1332. inter et 1337. pleb. de Lips in Liptovia (nunc Némét-Lipcse) juratus aestimavit suum beneficium ad octo marcas, solvit pro censu papali rectam decimam 45 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 198.)

Ambrosius. Occurrit 1552. plebanus Sti Aegy-dii in Petend seu Sancto-Benedicto (Garam-Szent-Benedek). — (Knauz, Garam-Szent-Benedek története, I. 210.)

Ambrosius. Occurrit 1561. plebanus in Chatay, (Csataj). »Nunc susceptus, vir catholicus, bonae vitae. Administrat Sacramenta catholice.» Sic de illo loquitur visitator ADtus Poson. a. 1561.

Ambrejkovics Joannes. Collationem accepit 6. Jul. 1687. pro Várkony, ubi usque 1689. mansit.

Ambrosius. Occurrit 1634. parochus in Ardánócz. De illo visitator Joannes Zolnensis, ADnus Nitriens. notavit: «Parochum ante duos menses introduximus, qui fuerat in Szolcsány. Dicitur dissolutior esse. Serio admonui illum, si non vixerit exemplariter, prout parochum decet, me in eum animadversurum.»

Ambrovics Joannes. Natus 1685. Theologiae tribus cursibus superatis e sem. S. Steph. ut theologus speculativus exivit, statim ad sibi 27. Jul. 1710. collatam parochiam Sopornya adpulit, ubi usque terminum vitae inhaesit. † 26. Jul. 1739. Visitator a. 1713. Paulus Com. Zichy de illo dicit: Libris bene provisos, perficit exacte omnia munia ecclesiastica secundum puncta a Sua Em. emanata. Alteram, illo gubernante, peregit visitationem 18. Maji 1731. Franciscus Com. Zichy.

Ambrovics Joannes. E Pázmányo 2. Apr. 1663. investituram nactus est pro Csiffár, inde 4. Maji 1665. transivit ad Várkony, quam una cum Ipoly-Nyék administrabat.

Ambrusovicz Martinus. Occurrit 1657. parochus in Úzbégh. De quo visitator Joannes Chér-lay sic habet: Parochus non bene commendatur a parochianis, et ille non commendat parochianos. Sunt inobedientes. Nullus comparuit, nec iudex, nec aedituus. Debebam propriis expensis ibi vivere. Ideo parochus libenter abiret, bono modo.

Ambshell Antonius. Natus 9. Mart. 1751. Jaurini, 1768. ad S. J. adscriptus. Studia Viennae absolvit, ibidemque doctor philosophiae proclamatus. Cassata societate Labaci annis 11. Viennae 19. phisices et mechanices Professor. 10. Aug. 1807. Canonicus Poson. 1808. parochus S. Martini, praepositus S. Eusebii de Csúth. 1809. resignavit parochiam. 1819. lector capit. † 15. Jul. 1821. Habet merita literaria. (Szinyei, Magy. Irók I. 154.)

Amerle Wolfgangus Andreas. Collationem accepit 14. Oct. 1722. pro Vizoka in cottu Hont. ast jam eodem anno abivit.

Amszler Tobias. E seminario generali 1777. ord. fit cooperator in Pobedim, deinde in Vág-Ujhely. 1782. accepit parochiam Hradist, ubi † 30. Jan. 1783.

Andaházy Ignatius. Terminatis studiis theologicis 1805. in seminario Mariano Tyrnaviae, coo-

peratorem egit in Pereszlény, Udvarnok et Krakován, 1. Oct. 1816. investitus in parochiam Füssensem, ibidem † 2. Jun. 1825.

Andaházy de Eadem et Liptó-Szent-Miklós **Josephus**. Oriundus ex Liptoviensi cottu, possessione Szent-András. Terminatis 1810. studiis theologicis in seminario AEppali Tirnaviensi ordinatus et pro cooperatore in Ūrmény missus. 11. Dec. 1811. investitus parochus in Besse. Inde 12. Sept. 1821. transivit Nagy-Kálnam, 1843. vero ad Tót-Gurab, ubi † 7. Oct. 1847. aetatis 60. Fuit I. I. comit. Bars et Poson tabulae judicariae assessor, et conv. S. Benedicti de juxta Gron conventualis.

Andics Franciscus, Paulus. 11. Sept. 1762. missus pro cooperatore Strig. reg. civitatis, inde 1. Nov. 1764. ad Misérd, abhinc 10. Jan. 1765. investitus parochus in Csicsó, inde 14. Jun. 1773. transivit ad Komárom-Szent-Péter, ubi 1780. ad munus VADni promotus. Inde 1782. Dec. translatus ad Udvard, ibidemque † 15. Dec. 1793.

Andorszeghy Franciscus. Natus 2. Jun. 1802. Transactis studiis theologicis in seminario Mariano Tyrnaviae 13. Mart. 1826. ordinatus, transacto anno in presbyterio Levam pro cooperatore inviatus. Inde 1833. Maji collationem pro Ipoly-Szakállos accepit. Ubi 1850. VADnus et 1854. Suae Sanctitatis capell. ad hon. factus. 12. Jun. 1864. ad Kemencze translatus, ubi † 26. Sept. 1864.

Andrasovicz Joannes. Accepit 1678. collationem pro Háj in Turócz, ubi usque 17. Dec. 1679. mansit. Inde transiens ad Szent-Ilona, ubi tantummodo paucos dies transegit. 1689. collationem accepit pro Turócz-Szent-György, quam usque 1690. possidebat.

Andrasovicz Michael. Istius tantummodo una collatio nota quam 1678. pro Kéménd in Cottu Neograd accepit. Ibi jam eodem anno munus cessit.

Andrasovszky Martinus. Qui 1660. Maji investitus est pro parochus in Pobedim, ubi usque 1663. mansit. Anno, quo venit inchoatae sunt matricae.

Andrássy de Szent-Király **Antonius**. Absoluto 1779. tertio anno theologiae in Pázmáneo, ordinatus et factus est cooperatore in Duna-Szerdahely, inde transivit ad Őlved. 1. Jan. 1784. vero installatus parochus in Dömös, ubi † 31. Mart. 1819. Fuit simul ab 1814. VADnus distr. Strig. et Consistorii Assessor.

Andrássy Ladislaus. E Pázmáneo 1778. or-

dinatus, factus cooperatore Budae in Aquatica, inde ad capellaniam aulae AEppalis promotus, ubi mansit usque investitionem suam pro parochus in Perbete 1781. Febr. peractam. In Sept. 1782. transivit ex Perbete ad Nagy-Zellő, ubi † 4. Sept. 1786.

Andrássy Petrus. In conscriptione cleri sub jurisdictione AEppis Strig. Georgii Lippay 1647. existentis occurrit parochus in Viszkelet, hodie Hidaskürt.

Andreánszky Stephanus. 7. Febr. 1758. missus est pro capellano Csermendiensi. 28. Jul. 1762. collationem accepit pro Nagy-Herestyén, inde 4. Maji 1767. transivit ad Fenyő-Kosztolány, ubi † 8. Oct. 1787.

Andreas, seu Endre. Fuit 1262. unus seniorum e sacerdotibus ADtus Neogradensis et vicarius ADAconi Neogradiensis in Dalan (Salgó-Tarján) qui cum pluribus aliis sacerdotibus edixit occasione inquisitionis, quod villa Joannis, Beren vocata, ab antiquo esset parochia ecclesiae OO. SS. de Beren. (Knauz, Mon. Strig. I. 481.)

Andreas. Fuit a. 1262. unus ex senioribus sacerdotibus ADtus Neogradiensis, in Losunc (Losoncz) qui edixit villam Joannis, Beren vocatam esset parochia ecclesiae OO. SS. de Beren. (Knauz, Mon. Strig. I. 481.)

Andreas. Fuit 1270. sacerdos ecclesiae SS. Cosmae et Damiani MM. in villa Monetariorum Strigoniensi, qui eodem anno 6. Julii cum Matthaeo custode capit. Strig. transegit circa praestandas candelas, ratione custodiae dare obligatas. (Knauz, Mon. Strig. I., 576.)

Andreas. Cui, et successoribus, 12. Mart. 1313. Thomas AEppus Strig. literas dedit sigillo suo consignatas, in quibus indigentiam parochi in Zeredahel (Vágszerdahely) sublevat liberans eum ab omnibus praestationibus ADno tribui solitis et quartam decimarum in Zeredahel et Zereth (Szered) ecclesiae S. Jacobi contulit. (Knauz, Mon. Strig. II. 678.)

Andreas. Occurrit nominatus 1330. et 1350. parochus in Somorja, in actis familiae Bottló de Királyfia.

Andreas. Occurrit 1332. inter et 1337. pleb. de Zember (Felső-Zember) in ADtu Vntensi, qui coram collectore census papalis juratus dixit, suum beneficium per annum non valere ultra marcam et fertonem. Solvit medium fertonem. (Mon. Vat. S. I. T. I. 221.)

Andreas. Occurrit 1332. inter et 1337. ple-

banus Sancti Joannis Evangelistae Strigonii, qui juratus dixit, non valere suum beneficium ultra marcam et dimidiam, solvit novem grossos collectoribus censuum papalium. (Mon. Vat. S. I. T. I. 224.)

Andreas. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Meget (Tótmegyer) qui juratus dixit, se non credere suum beneficium plus valere quam unam marcam, et solvit collectoribus census papalis sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 231.)

Andreas. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus ecclesiae Sancti Georgii de Basaret, Vasarati, (Vásárut) qui coram collectoribus census papalis dixit juratus non valere suum beneficium ultra marcam, solvit tres grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 186.)

Andreas. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Visc (Visk) in ADnatu Vntensi, qui aestimavit juratus suum beneficium ad marcam, et solvit collectoribus census papalis decimam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 221.)

Andreas. Occurrit 1375, rector eccl. s. Georgii (Turócz-Szent-György) in documento Jacobi episcopi Macariensis, Thomae AEppi Strig. suffraganei, 23. Jul. ejusdem a. edito, quo conventionem inter rectorem hujus eccl. S. Georgii et Georgium ac Thomam filios Obuch de Polereka, item Ladislaum filium Jacobi de Bobonuk rathabet. (Transumt. in arch. par.)

Andreas. Occurrit 1463. plebanus in Nagy-légh; produxit coram capitulo Poson. literas Joannis filii Egidii de Al-Szász, quibus hic, jugera, prata et arbores eodem plebano donaverat. (In archivo parochiae. Magy. Sion. 1868. 516.)

Andreas. Occurrit 1481. plebanus in Koross. (Ex not. Georg. Palkovics.)

Andreas. Qui ante 1493. erat parochus in Strázsa, dein translatus ad Bohunicz, hicque mortuus.

Andreas. Occurrit 1498. plebanus in Radván. (In actis Archivi familiae Justh in Neczpál IV. 11.)

Andreas. Occurrit 1514. plebanus in Csejthe, simul Decanus, seu VADnus, cui Thomas Bakocz AEppus commisit, ut praeposituram B. M. V. de Vágh-Ujhely, a hussitis devastatam, collectis elemosynis restauret. (Ex actis archivi praepositurae.)

Andreas. Occurrit 1551. plebanus in Zólyom-Lipcese. (Schemat. hist. dioec. Neosol. 1876. 206.)

Andreas. Fuit 1560. parochus in Nyitra-

Sárfő, cujus mentionem facit Michael Szegegy visitator ADtus Nitr. sic de illo scribens: Parochus uxoratus, sacris initiatus Posonii per R. D. Thompa. Ecclesiam bene dispositam et ornatam cum Sacramentis et ceremoniis omnibus et ornamentis ecclesiasticis habet et in moribus laudatur.

Andreas de Zakocha. 1560. «Parochus in Zakocha, (Szakolcza) — ait visitator Michael Szegegy, anni supradicti — bene et honeste suam vitam servat, ecclesiam bene ordinat, atque suas oves secundum ritum sanctae catholicae matris ecclesiae instruit et docet, sub una specie populorum communicat.»

Andreas. Occurrit 1560., et 1561. parochus in Szelecz, de quo visitator ADtus Zoliensis, Blasius Zathay a. 1561. adnotavit: Habet uxorem et filios filiasque, regit ecclesiam catholice. Is catholicorum curatorum hic postremus fuit.

Andreas. Occurrit 1560. parochus in Pestien (Pöstyén) de quo visitator Michael Szegegy ADnus Nitr. talia adnotavit: Ordinatus Olomucii per eppum Nicopolensem, concubina abutitur, admonitus quod illam ablegare debeat, dicit in aliam regionem se potius velle transferre, quam ea carere.

Andreedes Josephus. Terminatis 1802. Posonii studiis theologicis, qua diaconus pro cooperatore Schemnicium missus, ubi etiam post ordinationem permansit. Dein Budae in Aquatica, Strigonii in citte reg. cooperatorem egit, 14. Febr. 1809. investitus parochus in Csév, ubi † 13. Dec. 1822.

Andrejkovics Andreas. Jam 1763. fuit parochus in Toriszka in Scepusio, (nunc filia ad Felső-Répás) ubi etiam † 1775. Jun.

Andreikovics Basilius. Terminatis studiis theologicis in seminario Szechenyiano Budae 17. Oct. 1768. missionem accepit in Scepusium, ubi capellanum capitularem egit, inde 1741. parochus factus in Lethanfalva, usque 1775. quando Matthaei-Villam (Matheócz) accepit et cum ea transpositus est ad dioec. Scepusiensem.

Andreikovics Joannes. Theologiae in seminario generali Posoniensi studuit usque 1790. Post ordinationem accomodationem Tyrnaviae expectare debuit. Cooperatorem exstunc in Nagy-Jác egit, ast jam 1. Jun. 1792. investitus est parochus in Alsó-Merasicz. Brevi tempore exacto rediit ad pristinam cooperaturam, dein ad Nagy-Tapolcsány, inde 13. Maji 1801. investitus est parochus in Zavada ubi † 8. Febr. 1808.

Andrejkovics Michael. Jam 1763. fuit parochus in Hodermark, ubi etiam † 13. Aug. 1772.

Andreovics Adalbertus. Missus 12. Jun. 1749. pro capellano ad Stomfam. 18. Jan. 1750. investitus parochus in Magasfalva, ubi † 21. Sept. 1777.

Androvics Leopoldus. Ignatius, 1742. Pestinum pro capellano misus, ubi 1743. appulit. Jam anno sequenti 20. Maji 1744. parochus Vetro-Budensis factus, favente patrono comite Nicolao Zichy. Ast ibidem processum habuit et 1754. parochiam dereliquit. 26. Jul. 1762. feliciter investituram in parochiam Divény accepit, ubi 15. Aug. appulit et per suum fratrem germanum Adalbertum, parochum Hochstetnensem installatus est 5. Sept. Administrata zelose hac parochia † 22. Apr. 1765. et per fratrem suum Adalbertum in crypta ecclesiae tumulatus est.

Andrisovics Gabriel. Pulso 1639. per Franciscum de Reva ex ecclesia et parochia in Mosóc ministro protestantico, introductus est parochus catholicus, qui subin, circa 1647. iterum profligatus aufugere debuit. (Magy. Sion 1868. 761.)

Anderla, aut Andrla Joannes Nep. Finita 1808. theologia in Pazmaneo, factus cooperator Schemniciensis, inde promotus ad cathedram prof. historicae in lycaeo AEppali una praefectus studior. cleri jun. in semin. Mariano Tirnaviae. Doctor AA. LL. et Philosophiae proclamatus, demum 1822. ad curam animarum translatus, adeptus est parochiam Alsó-Récsény, ubi † Nov. 1830.

Angelus. Occurrit 1279. usque 1297. parochus ecclesiae Budensis principalis ad Assumt. B. M. V. qui processum habuit cum ceteris parochis Budensibus circa agnitionem jurium suae ecclesiae principalis. (Orsz. Dipl. Lt. 1059. et Knauz, Mon. Strig. II. 428.)

Angszts Georgius. E seminario antiquiss. S. Stephani 1805. ad curam animarum missus. Cooperatorem in Nagy-Tapolcsány egit usque suam promotionem 8. Mart. 1808. factam ad parochiam Zavada. Inde 1819. Aug. transivit ad Prasicz. Sub ipso 1841. visitatio ADnalis peracta, in qua de se fatetur: Tempus a laboribus parochialibus vacuum de hyeme lectione librorum, cui ex passione inhaeret, commodatorum, (cum tales ob paupertatem ipsemet procurare nequeat) transigit. Ibidem † 29. Maji 1845.

Angyal Emericus. Occurrit 1654. parochus in Somorja. (In actis archivi oppidi Somorja.)

Antal Ladislaus. Studia theologica in Pázmaneo absolvit Viennae. 11. Jun. 1750. missus est pro capellano ad Érsekujvár, ibi transacto uno anno 6. Jul. 1751. investitus est parochus in Nagy-Kér. Ibidem visitationes peractae sunt 1754. per Georgium Molnár ADnum Tornensem, delegatum visitatorem et 1755. per Antonium Com. Réva, eppum suffr. et ADnum Sasvár. qua delegatum. — Ibidem † 10. Apr. 1778.

Antal Michael, Collata est ei 9. Jun. 1732. parochia Litke in cottu Neogr. ubi usque 25. Mart. 1733. mansit, tunc investitus est ad Kökeszi in cottu Hont, quam usque 11. Nov. 1736. possidebat. Inde reversus est iterum ad cottum Neograd, die supradicta investituram accipiens ad parochiam Marczal. Statim primo anno in restorationem ecclesiarum 457 fl. rhenenses impendit. 1737. ac 1739. aedificavit ecclesiam in filia Csitár. Meritis plenus † 11. Jan. 1752.

Antalfy Stephanus. Investituram 29. Jul. 1706. accepit in parochiam Fülekk-Püspöki in cottu Neograd, ubi usque 1728. mansit.

Antali Georgius, Franciscus. Hunc 1660. in Szent-György in cottu Turócz parochum fuisse constat. Tardius, nempe 29. Mart. 1672. investituram ad parochiam Tepla in cottu Liptó accepit. 1673. circa festum S. Mathiae, Gabriel Thuránszky bonorum Likavensium praefectus cum aliquibus cath. sacerdotibus Trnoviense et Bobroviense templa a lutheranis recepit, item 13. Martii S. Michaelis in Liptó adimit et Georgio Antaly plebano oppidi Tepla administranda assignavit. Ille ex mandato eppi Bársony praep. Scepus. ecclesias Lyptovienses visitavit, et qua VADnus operatus est in revindicatione scholarum abalienatarum. (Ex notis Georgii Letvini.) 19. Apr. 1675. transivit ad Némets-Lipce, ubi usque 1692. mansit.

Antalik Joannes. E cooperatore Vágszerdahelyiensi, ubi vix annum transegit 2. Jan. 1772. investitus est parochus in Szent-Mihály-Ur. Sub eo, moderna ecclesia, sumptibus Adami Dióssy ord. vice-comitis cottus Nitr. et Stephani Závodszy directoris causarum AEppalium a fundamentis erecta est. — Inde 15. Maji 1776. ad Egerszeg transivit, ubi † 14. Jan. 1778.

Antalovich Joannes. Dicitur XVII. saec. fuisse parochus in Fel-Bár, exinde transivisse ad Csepreg.

Antalovich Joannes, Stephanus. Accepit 3.

Dec. 1701. investituram pro Novák in cottu Nitr. inde 3. Mart. 1709. transivit ad oppidum Oszlány, ubi usque 1711. morabatur, sub quo 16. Nov. 1707. ultimus augustanorum loci Georgius Para sepultus est.

Antoni Josephus. E seminario S. Stephani 28. Febr. 1766. missus pro capellano ad comitem Josephum Nyáry. Inde factus cooperator in Szokolcza. 28. Nov. 1766. autem in seminario generali praefectus studiorum factus, quo munere functus est, donec 22. Aug. 1767. investituram ad parochiam Nádas in cottu Hont accepit. Inde 1773. spiritualis factus seminarii S. Stephani, 1783. collegii Pázmániani, 1784. vero seminarii generalis Poseniensis, demum investitus 26. Jul. 1787. ad parochiam Alsó-Korompa, ubi † 13. Apr. 1790.

Antonides Michael. Occurrit 1630. parochus in Trubin, qui eodem a. interfuit synodo Tirnaviensi (Péterffy, Conc. II. 318.) deinde factus est canonicus Scepusiensis. 1647. can. cantor.

Antonius. Occurrit 1400. usque 1425. plebanus de Sarbov, rectius Sarlo, (Nagy-Salló) simul Canon. M. E. Strig. (Ex actis ejusd. Cap. et Mem. Basil. 129.)

Antonius. Occurrit 1417. parochus in Szucsán, ad ejus querimoniam Sigismundus rex Hung. demandavit Suchanensibus, ut parochus suo decimam solvant. (Orig. in archivo oppidi Szucsán.)

Antonius, magister. Occurrit 1496. parochus Neosoliensis, qui cum antea rectorem altariae S. Georgii Cremnicii egisset, altariamque ultro, qua parochus retinere voluisset, ad recursum civitatis, ab AEppo hoc anno contraria, voto illius sententia, lata est. (Tabular. civ. Neosol. 448. 17.)

Antonius. Occurrit 1525. parochus in Nyitra-Pásztó, per abbatem Lucam de Pasztov lite conventus. (E not. Georgii Palkovics.)

Antonius. Occurrit 1555. parochus in Pudmericz, qui circa quartam decimarum actionem movit. (Tab. Cap. M. E. Strig. 14. I. 16.)

Antonius. Occurrit 1561. plebanus in Nagy-Magyar, de quo in visitatione ADnali sub Nicolao Oláh AEppo ad synodum celebrandum, haec habentur. Servat juvenem servitricem, Sacramenta administrat secundum ritum Rom. ecclesiae. Occasione visitationis absens fuit. In visitatione vero a. 1562. sic de ipso: Tirnaviae per condam Ep-pum Zondinum ordinatus, mulierem habet. Populus est infectus haeresi.

Antonius. Occurrit 1562. plebanus in Madar, (Magyar, nunc filia ad Bátorkesz) de quo ADnus Comaromiensis visitator, magister Michael Dobrokuthy adnotavit. Est satis honestae et liberalis vitae, omnia in ordine rite administrat. Tres anni sunt, quod infirmitas illum invasit.

Antonius. Occurrit 1561. plebanus in Németdijos, (Felső-Diós) VADnus distr. Poseniensis sub montibus. De quo visitator Oláhiánus adnotavit, quod sit per omnia catholicus. Eum etiam visitator a. 1562. de sua catholicitate laudat, una cum populo catholico.

Apáthy Joannes. Occurrit 1657. parochus in Radosna, de quo visitator ejusdem anni Joannes Cherlay ADnus Nitr. adnotavit, quod saepe se absentat, ita ut cum infantibus baptisandis debeant ire ad vicinos parochos. Ab 1659. usque 1661. parochus fuit in Báhony.

Apáthy Joannes. Ex seminario egressus, investitus est 30. Jun. 1710. pro parochus in Felső-Micsinye, inde 28. Apr. 1715. transivit ad Balassagyarmath. Eo gubernante 21. Maji 1721. inquisitio facta est, sub iudice curiae Stephano Koháry, quisnam ecclesiam aedificaverit. Ex qua patuit, in fundo Sigismundi Géczy ex oblati, sub novissimis disturbii aedificatam fuisse per acatholicos. Sub illo peracta est 11. Jul. 1731. visitatio per Sigismundum Com. Berényi, in qua, quia pronus ad iram, et facilis ad verbera, non recommendatur. Tunc adhuc rudera antiqui templi steterunt. In Oct. 1736. renuntiavit et ad seminarium deficientium recessit, in quo † 10. Aug. 1746.

Apáthy Martinus. Occurrit 1630. parochus in Szomolian (Szomolány.) Qui Synodo Tyrnaviae, eodem a. 4. et 5. Oct. per Petrum Pázmány celebrato, interfuit.

Apáthy Nicodemus. Occurrit 1626. parochus in Nagy-Loucza, (Nagy-Lovcsa). Hujus facit mentionem visitator ejusdem anni. Forsitan mansit usque 1630.

Apell Joannes. Theologiam 1778. in Pazmaneo terminavit, pro cooperatore Bazinium missus, inde 1781. parochus factus in Zohor, ubi † 23. Febr. 1787.

Arady Franciscus. Theologiam Tirnaviae in seminario generali absolvit. 1765. cooperatorem in Dunaegerszeg egit, inde 19. Febr. 1772. investitus parochus in Nagy-Paka, inde transivit 1773. ad Egyházgelle. Hic 1775. complicatum casum habuit, in vicinitate pagi quaedam vidua thesau-

rum reperit, quem parochus vidit, imo ex eo participavit, attamen fiscus in illum thesaurum jus formavit, et parochum de nomine et habitatione viduae interrogavit, qui illam ea de causa fateri denegavit, quia haec res sibi ex confessione nota fuit. Res per Primatem ordinata est. † ibidem 28. Nov. 1816. transactis in hac parochia 43 annis.

Arady Ignatius. Investitus est 19. Apr. 1743. in parochum Püskiensem in cottu Posoniensi. Inde 10. Nov. 1751. transivit ad Csiffár, ubi introduxit congregationem Ss. Cordis Mariae. Abhinc 21. Nov. 1760. investituram accepit pro Szemere, ibidem usque 23. Jun. 1773. exhaerens, transpositus est ad Nádszeg, ubi † in Aug. 1777.

Arady Joannes. Natus Galgóczii, Theologiam absolvit in seminario S. Stephani Tyrnaviae. Post ordinationem, 19. Aug. 1755. pro cooperatore Tyrnaviam missus, 8. Aug. 1760. investitus parochus in Nagy-Ölved, ab 1772. una VADnus districtus Strig. Cis-Danubiani, 1778. protonot. apost. item assessor Strig. consistorii. 16. Dec. 1779. canonicus Poson. ab hinc 17. Nov. 1783. M. E. Strig, 11. Aug. 1794. Barsiensis, 7. Oct. 1796. Nitriensis ADnus, 25. Nov. 1803. praepos. S. Georgii et ADnus Cathedralis. 24. Mart. 1807. cantor, sequenti a. 11. Jan. lector est installatus. 1808. et 1809. gessit munus vicarii gen. Ser. ADucis Caroli Ambrosii cum honore eppi Dulcinensis. † Tirnaviae 1. Aug. 1810. Praeter pias dotes eccl. Ölved, Farnad et Kural, tum ludi literarii magistro in Damásd ac xenodochiis in oppidis capitularibus S. Benedicti et S. Thomae Strig. item in educationem puellarum in claustro monialium S. Ursulae Tirnaviensi largiter constitutis, residuae substantiae suae haeredes scripsit scholarum magistros in districtibus Miavaensi et Szeniczensi, tum cives urbis Posoniensis damna belli Gallici passos, ac demum pauperes nobili stemmate natos sexus muliebris personas Tirnaviae habitantes.

Aranyossy Ladislaus. Absoluto tertio anno theologiae in Pázmáneó, ordinatus, investituram 9. Dec. 1719. accepit ad exemtam parochiam Felső-Iszkász in cottu Vesprim. Inde 13. Maji 1732. transivit ad item exemtam parochiam in Somlyó-Vásárhely ejusdem cottus, ubi Sigismundus Berényi visitator exemtarum parochiarum in instrumento visitationis 1733. confecto, sic de ipso notavit: Habet libros a praedecessore suo legatos nro 73. in catalogo a visitatore subscripto connota-

tos. Est diligens, vitae exemplaris. Mansit hic usque 1735.

Aranyossy Ladislaus. Absoluta 1804. theologia in seminario Mariano Tirnaviae, qua diaconus Jaurinum se contulit. Ordinatus, cooperatorem egit in Szent-Antal, Szalka et Tardoskedd. Inde ab 1811. parochus in Szakal, 18. Jun. 1835. vero investitus ad Endrefalva. Pro hac promotione Canonicus M. E. Strig. Carolus Szabó die 8. Jul. sermone metrico gratias egit Vicario Stephano Kollár. Ibidem † 25. Jan. 1845. aetatis 63. Fuit I. Comit. Neograd. tabulae judicariae assessor.

Aranyossy Paulus. E seminario egressus 6. Apr. 1712. missionem accepit ad indifferentem, id est quamcumque parochiam in cottu Thornensi. Inde reversus 25. Apr. 1713. investitus est parochus Várkonyensis. Ibi tunc noviter erecta est domus parochialis. Inde 8. Jun. 1718. transivit ad Szalka, ubi usque 1732. mansit.

Arbesz Ignatius. Natus 5. Sept. 1819. Absoluta theologia in sem. S. Steph. 15. Jul. 1843. ordinatus. Anno in Presbyterio transacto, cooperatorem egit Posonii ad SS. Salvatorem, sub nomine concionatoris. Inde transivit in pari qualitate ad S. Martinum. 1853. factus est admin. Lazarethi civici, ubi in cholericam lue † 14. Aug. 1855.

Architectoris Paulus. Interfuit qua Licentiatu in S. Nicolao in ADtu Poson. (nunc Búr-Szent-Miklós in ADtu Sasvár) synodo 1630. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebrato. 1634. occurrit jam qua parochus in Cziffer, de quo visitator ejusdem a. Georgius Draskovics eppus Vaciensis, praep. et ADnus Poson. sic refert: Olim praedicans, nunc sacris initiatus. Hoc anno huc a me haud introductus, venit. Quadragenarius, doctrina non contemnenda. Caetera probus videtur, attamen mores quosdam praedicanticos non omnino exuit in modo concionandi et agendi cum hominibus. Breviarium est illi et libri catholici.

Argalásy Martinus. E seminario Generali 27. Dec. 1769. nominatus pro praebendato caput. Poson. inde 15. Aug. 1770. transpositus pro capellano in Lakács. 13. Jun. 1771. vero ad Nemcsény transivit. 21. Jul. 1772. installatus parochus Komjáthensis, cum quo loco ad Dioec. Scepusiensem transcriptus est.

Argauer Matthaeus. E seminario generali Pestiensis 1810. ordinatus et pro cooperatore Samariam, et Komaromium missus, inde 1812. Budam in praesidio ad Assumt. venit, ubi usque

17. Mart. 1820. mansit. Hac die investitus est parochus lib. reg. cittis Strig. ubi † 6. Sept. 1840. Fuit distr. Strig. Trans-Danubiani infer. VADnus, prout et scholar. national. inspector, s. sedis Strig. fiscalis, compl. I. I. Cottum tabulae jud. assessor. Habuit merita literaria (Szinnyey, Magy. Irók. I. 248.)

Argay Adamus. E seminario egressus 7. Apr. 1760. missus est pro coop. ad Udvarnok, inde jam 21. Maji 1760. transivit ad Lévárd. 25. Aug. 1762. investitus est parochus in Oszada, unde 1770. ad Hibbe transivit et cum ea 1776. ad dioec. Scepusiensem.

Argay Valentinus. Natus 9. Febr. 1817. Theologiam in semin. S. Stephani Tyrnav. absolvit 1839. Annum in Presbyterio transegit. 7. Maji 1840. ordinatus. Cooperatorem egit in Moravanka, ubi etiam admin. fuit, dein in Szenicz et Krakován. 18. Febr. 1850. investitus parochus Ardanóczensis, ubi † 20. Maji 1862.

Arnoldus. Occurrit 1285. sacerdos de villa Sanctae Mariae (Somorja) quem capitulum Poson. qua idoneum virum exmisit ad Miriszlov, filium Petri de Ana, ut hic coram illo testamentum conderet. (C. D. Árpád. cont. IV. 280.)

Arnoldus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus in Zebechu (Szebeléb) in archidiaconatu Vntensi (Hont) qui collectoribus census papalis juratus dixit, plebaniam suam non ultra decem marcas valere, solvit marcam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 221.)

Arnoldus. Occurrit 1561. parochus civitatis Posonien. de quo ejusdem a. visitator ADnatus Posoniensis notavit: Vir undique doctissimus et concionator catholicus. Tunc sacerdotes diversa munera gerentes, sub jurisdictione parochi erant sequentes: Mathias, presbyter, subrector et capellanus capellae S. Catharinae in civitate Poson. existente. Magister Franciscus De Andreis rector capellae S. Ladislai, in curia AEppatus Strigon. Posonii. Osvaldus capellanus capellae ss. Corporis Christi in civitate Poson. fundatae, quam Eppus Vesprimiensis habet.

Árokszálássy Martinus. Natus 1655. hungarus. E Pázmáneó, 27. Apr. 1680. investitus parochus in Egyházfalva, inde 21. Jul. 1687. transivit ad Füzes-Gyarmat, hinc 1689. in Aprili ad Nagy-Emöke, inde 30. Apr. 1691. ad Vásárut, sub eo 1695. per Stephanum Illyés delegatum peracta est visitatio canonica. Demum transivit 9. Jul.

1702. ad Várkony, ubi † 1705. mense Novembri et in ecclesia sepultus.

Árvay Balthasar. Occurrit 1626. parochus in Jasztrab, in ADtu Bars. Distr. Stae Crucis. De eo dicit Visitator ejusdem a. quod sit legitime ordinatus.

Árvay Georgius. Investituram 28. Apr. 1738. accepit ad Nadlány, ubi in matricis 31. Aug. 1739. ultima vice occurrit. † est eodem a. Galgóczii in obsequio pestiferorum.

Árvay Georgius. E seminario generali Budensi qua secundi a. theologus 1778. ordinatus et pro cooperatore ad Nagy-Salló missus in Sept. 1779. investitus parochus in Nagy-Endréd, ubi † 2. Jan. 1799.

Árvay Jacobus. Pro cooperatore 16. Maji 1758. Trsztenam in cottu Árva missus. 3. Jun. 1759. investitus parochus S. Annae in Liptó, ubi † 4. Maji 1764.

Árvay Joannes. Occurrit 1647. et 1657. parochus in Vittenz. Nominatur in conscriptione ADioec. jussu Georgii Lippay 1647. facta. Item visitator ADtus Nitriensis a. 1657. Joannes Cherylay illius sic facit mentionem: Parochus laudabiliter se gerit.

Árvay Joannes. Pro cooperatore missus est 2. Aug. 1759. ad Bát, 16. Mart. 1761. ad D. Josephum Baros in Kelecsény. Hinc 11. Maji 1762. investitus parochus in Alsó-Esztergály. Sub eo peracta est 1767. conscriptis parochiarum ADtus Neogradiensis. Inde 1780. remotus et ad deficientiam missus, jam 13. Maji 1781. in Esztergály mortuus.

Augustini Georgius. Investitus 10. Sept. 1665. parochus in Pruk (Hidas) ubi dum-modo usque 1666. mansit, 26. Nov. 1679. accepit investituram ad Limbach, itidem in Cottu Poson. Dein exivit ad Scepusium ubi 1699. parochus Batisfalvaensis, qui tempore persecutionum multa perpressus est. Binis vicibus e parochia ejectus. Sacrificium in curia (Sigismundovecz) celebrabat. Omni supellectili spoliatus, equo absque epiphipio impositus, ligatis infra ventrem equi pedibus Leutschoviam deductus et in carcerem conjectus est. Inde autem liberatus et tardius canonicus Scepusiensis factus est.

Augustini Stephanus. E seminario S. Stephani 16. Dec. 1667. ordinatus. Unum mensem, secundum matricas parochiae in Ternye, transigit, ab 1679. ad 1680. Tunc enim per Thomam

Ebeczky, commissarium Tökölianum minister aug. conf. intrusus est. 14. Jul. 1680. investitus parochus oppidi Verbó, ast jam 12. Oct. 1680. transivit ad Ujbánya ubi tantum usque 11. Jan. 1681. mansit, transiens hinc 16. Jan. 1681. ad Zsarnocam. Hinc etiam post breve tempus, eodem anno abivit.

Augustini Stephanus. Nobilis Trencsiniensis, apud Lutheranos studia absolvit, 1756. susceptus ad seminarium Budense, inde 1. Maji 1760. missus pro cooperatore ad Balassa-Gyarmat, hinc 15. Jan. 1762. missus et investitus est parochus in Tiszolcz, pro tunc libere collationis, tum ab 28. Aug. 1764. parochus Nagy-Szuhaensis. Inde 10. Dec. 1768. transivit ad Felső-Sipék, demum 24. Febr. 1772. investitus est in Prencsfalva. Ubi ipsius tempore peracta est 1779. visitatio Bathyaniana, in qua de ipso: Inter libros et quidem varios nro 22 comparet laus posthuma Illmi gubernatoris Daciae Sigismundi e comitibus Kornis. — Eodem anno a parochia recessit et ivit pro capellano curato ad Broczka, 1781. eodem qualitate ad Csaszta, 1784. vero deficiens factus, 1785. iterum capellanus et quidem in Lakács, 1787. factus est membrum instituti emeritorum parochorum. † 28. Nov. 1828. Tyrnaviae. Presbyter Jubilaeus in a. 18. aetatis 93.

Augustinus. Occurrit 1560. parochus in Üzbégh, de quo visitator a. eodem dicit, quod sit senex et totus Romanus.

Augustinus. Occurrit 1562. parochus in Egyházásfalva, de quo visitator a. eodem dicit, quod sit senex, catholicus, Quinqueecclesiis olim ordinatus, et populum habeat catholicum.

Aujeszky Franciscus. Natus 3. Dec. 1841. in Nagy-Lévárd, cottu Psoniensi. Studia philosophica Tirnaviae, Theologiam Strigonii absolvit. 25. Febr. 1866. ordinatus. Cooperator fuit in Ujvároska, dein in Nagy-Lévárd, ibique ab 1870. curator anabapt. conv. 28. Jan. 1876. ad parochiam Detrekő-Szent-Péter promotus. 1882. VADnus surrogatus dein ordinarius.

Aurifaber Andreas. Occurrit 1647. parochus in Sasvár in consignatione cleri jussu Georgii Lippay AEppi Strig. facta.

Aurifaber Joannes. Occurrit 1647. parochus in Longavilla in ADtu Poson. (Hosszufalu) in connotatione cleri ADioec. Strig. jussu Georgii Lippay AEppi facta. Ab 1652. usque 1655. in Báhony parochum egit, hanc deserendo Szuhensem (Szárazpatak) parochiam regendam assumpsit. Matricas incepit scribere ab 28. Nov. 1655. et duxit in ordine usque 17. Maji 1659. Rationes ecclesiae aequae adnotavit. Fuit etiam parochus in Gajar, ubi sub eo 1665. ecclesia est aedificata. Chronogramma in fornice sanctuarii hoc docens. Verum jam ab 1664. et in Bajmócz apparet, ubi usque 1667. fungebatur.

Aurszelnik (Kurczednik) Blasius. Investitus est 6. Oct. 1666. in parochum Prukensem (Hidas).

B.

Babanyay Stephanus. 27. Apr. 1690. collationem accepit pro licentia in possessionibus Csallonya (Nagy-Csalomja) Kohár et Terbegecz, quas usque 1692. administrabat.

Babarczy Dionysius. Occurrit 1561. et 1562. parochus in Egyházásbaár (Fel-Bár) de quo visitator a. 1561. sic: Senex vir, catholicus, infirmus, templum decenter servat, respondet officio sacerdotali secundum ritum romanae ecclesiae. Habet famulam. Visitator a. 1562. hoc idem confirmat adjicens, quod populus sit catholicus.

Babel Joannes. Fuit parochus Jekelfalvensis in Scepusio, ibique † 10. Apr. 1754.

Babocsay Gregorius. Occurrit 1398. plebanus de Pesth, capellanus regis Sigismundi specialis, amicus Demetrii praepositi ecclesiae Colocen-

sis, capellani et fidelis commensalis ejusdem regis, quem peculiariter diligebat. Hujus gratia dictus rex illi, anno suprafato nobilitatem et insignia nobilium donaverat. (Fejér, C. D. X. VIII. 439.)

Babocsay Paulus. Investitus 13. Apr. 1665. parochus in Léva, inde 9. Maji 1669. transivit ad Szebeléb, hinc 1672. ad Majtény, ubi † 1673.

Babothy Franciscus. Tirnaviae progenitus. Studia partim in loco nativo, partim Viennae absolvit. Habitum clericalem 1601. iunduit. 25. Mart. 1611. ordinatus. 2. Maji ejusdem anni ingressus est parochiam Gutaensem. 27. Jun. 1612. constituitur parochus Vágszerdahelyensis. 21. Apr. 1614. donatus est canonicatu Psoniensi. Quinque mensibus administrabat Vásárút. 3. Mart. 1615. electus est decanus capituli, et mansit uno anno. 8. Jul. 1615.

accepit rectoratum et domum altaris OO. SS. 1621. secunda vice decanus et mansit duobus annis. 1623. abbas SS. Trinitatis prope Siklós. 7. Febr. 1624. promotus ad capit. M. E. Strig. Eodem anno accepit rectoratum altaris S. Elisabethae Tirnaviae. 1625. electus praefectus seminarii, gubernavit uno anno. 1627. subcustos etiam sub synodo Pázmáni 1629. celebrata. 1631. ADnus Hontensis. † 1632. Tirnaviae. Conscripsit vitam AEpporum et Canonicorum Strig. et propriam texuit biographiam in libro sic dicto rubro. (Vide et Szinneyi, Magy. Irók, I. 312.)

Bachta Antonius. Presbyter dioec. Olomuczensis, 1846. factus admin. Dejthensis, dein parochus, ibidem † 18. Aug. 1853. aetatis 38.

Bachta Franciscus. E seminario S. Stephani Tirnaviensi, 1803. ordinatus. Cooperator Pestini ad S. Josephum, dein ad S. Spiritum (nunc ad S. Theresiam) 4. Aug. 1812. promotus pro parochus Nagy-Lóthensi, ibique † 19. Nov. 1836.

Bachta Joannes. Natus 13. Maji 1828. Theologiam absolvit in seminario S. Stephani, 23. Jul. 1852. ordinatus, cooperator in Érsekujvár, 26. Febr. 1858. parochus in Dévényujfalu, inde 22. Febr. translatus ad Récse, ubi usque mortem. † 7. Sept. 1861. in balneis Carolinis.

Bachtovics Martinus. E seminario egressus, investitus est 12. Dec. 1683. parochus Almásensis in cottu Poson. ubi usque Jun. 1685. mansit, 19. Apr. 1686. investituram accepit in Sándorf, inde 30. Nov. 1691. transivit Grinaviam, ubi simul annis 1694. et 1695. Tótgurab administrabat. Hinc 19. Dec. 1704. transivit od Jókő, ubi tantummodo usque 30. Aug. 1705. mansit. Tunc accepit Báhony, ubi usque 1715. mansit, jam 1716. apparet parochus in Füss, inde 6. Maji 1718. transivit ad Kemencze, inde jam in Julio ejusdem anni transivit Istvánfalvam, 29. Aug. investitus, hinc 24. Jul. 1720. transivit ad Gerenesér, demum 1732. rediit ad Istvánfalva, ubi usque 1735. mansit.

Bachtovics, vel Pachtovics Petrus. Missus 24. Nov. 1757. pro cooperatore ad Oszlány, inde 6. Jul. 1758. parochiam Fenyő-Kosztolán in cottu Bars accepit, inde 1767. capellanus curatus in Kis-Tapolcsány, Mijava. 1771. deficiens domicilians in Garam-Szöllös, dein capellanus domesticus apud Andream Tajnay in Sári, demum 1782. accepit Modrovkam (Nagy-Modró) ubi † 12. Aug. 1784.

Bacsák Antonius. Missus 20. Jul. 1751. pro capellano ad Érsekujvár. 22. Sept. 1754. investitus parochus Egeghensis, inde 20. Mart. 1758. transivit ad Csütörtök, ubi † 11. Maji 1770.

Bacsák Franciscus. Natus 1713. in Gelle. Theologus moralis e collegio Budensi. 23. Jun. 1736. investitus parochus Várkonyensis. Inde 27. Aug. 1741. transivit ad Egyházkarcsa. Exhinc 5. Jul. 1742. ad oppidum Egyház-Gelle. In visitatione a. 1756. per Joannem Galgóczy, praep. maj. M. E. Strig. peracta laudatur de vita exemplari et de peritia in linguis hung. germ. et slavica. Inde 15. Jun. 1757. transivit ad Duna-Szerdahely, ubi 26. ejusdem in praesentia Eppi Vesprimiensis est installatus, qui et praestantem sermonem de sensu hymni Ambrosiani «Te Deum» dixit. Hinc 15. Maji 1764. transivit Samariam (Somorja) ubi † 18. Apr. 1765. Sepultus in crypta antiquae ecclesiae, quae nunc Calvinistarum est.

Bacsák de Benefa Sigismundus. Filius Joannis, consiliarii locumtenentialis, viri a religione et sapientia spectabilis. Theologiam in seminario generali absolvit 1772. dein studiorum vice-praefectus in seminario S. Stephani factus, 1775. notarius metr. s. sedis Tirnaviensis, in Sept. 1778. parochus Vadkertensis, 23. Apr. 1779. canonicus Poson. 9. Jan. 1784. canonicus M. E. Strig. Eodem anno 28. Apr. lenta phtysi exstinctus Tirnaviae. Habet merita literaria. (Szinneyi, Magy. Irók, I. 321.)

Bacsáky Augustinus. Natus 27. Aug. 1839. in Csúz, cottu Komárom. Studia theologica Strigonii absolvit. Ordinatus 26. Jul. 1864. Cooperator fuit Galanthae et in Zsigárd. 20. Mart. 1869. collata est ei Alsó-Jattó. Inde 5. Maji 1886. transivit ad Kisbáb. Habet merita in literatura publicistica. (Uj Magy. Sion 1886. 90.)

Bácsmegyey Ernestus. Missus 5. Maji 1649. pro cooperatore Rosenbergam, inde 6. Nov. ejusdem anni ad Búr, 10. Jan. 1751. installatus parochus S. Mariae de Thurócz, inde 16. Oct. 1754. transivit ad Lutilla, ubi usque 1757. mansit. Demum 30. Maji 1761. investitus parochus oppidi Mossócz quacum transivit ad dioecesim Neosol.

Bada Josephus, Ignatius. Dum parochia catholica in Csetnek, ad S. Thaddaeum ap. 1734. erigebatur 5. Dec. investituram illuc accepit. Inde 29. Jul. 1736. transivit ad Csiffár, hinc 5. Mart. 1738. ad Tóth-Megyér. Inde vero 21. Apr. 1740.

ad Nagy-Surány. Ubi usque mortem mansit. †
24. Maji 1745. Tirnaviae.

Baerenkopf vide **Bernkopf**.

Baghy Josephus. Gyöngyösiensis, Clementis Baghy et Elisabethae Gálffy filius, natus 1605. Clericus dioec. Agriens. Fuit paedagogus nepotum Joannis Pyber Eppi Agriensis. Studia theologica in Pazmaneo absolvit, 1628. Tirnaviae ordinatus, eodem anno Püspökiensibus sacer curio datus est. 5. Dec. 1630. canonicus M. E. Strig. ac parochus in Érsekujvár, et interfuit 4. et 5. Oct. ejusdem anni per Petrum Pázmány celebratae synodo. Eodem anno in Érsekujvár Volfgangus Érsekujváry ADnus peregit visitationem, qui de parochus dicit, quod legitime sit ordinatus et recenset proventus ejusdem. Semet statutis synodi 1738. Tirnaviae celebratae sic subscripsit: S. Sedis Apost. Protho-Notarius, Abbas de monte Zebegény, ADnus Comar. et Canon. Strig. (Péterffy, Conc. II. 375.) 1642. iterum administravit Érsekujvár et tunc ibidem in praesidio mortuus est.

Bagothay Joannes. 6. Maji 1715. collatam accepit licentiatuam in Kurtakesz.

Báhonyi Georgius. Natus 1608. Absoluto anno secundo theologiae 1633. ordinatus. Occurrit 1639. parochus in Szelecz. Ab 1644. usque 1650. occurrit in Báhony, in catalogo Georgii Lippay 1647. adnotatus, possidens filiam Kápolna. 1657. vero occurrit usque 1666. in Nagy-Lovcsa, ubi Andreas Szily ADnus Bars. peregit visitationem, qui de parochus adnotavit, quod libris sit instructus, praeter synodale et conc. Trident.

Bahovics, vel Bahorics Georgius. Accepit 7. Maji 1699. collatam licentiatuam in Rudno cum Voznicza, quae illi 8. Jul. 1709. denuo collata sunt, 29. vero Maji 1710. factus est licentiatuus in Baczúr.

Bajan Paulus. Ad curam animarum admotus, investitus est 4. Sept. 1720. parochus in Spácza, inde 6. Dec. 1721. transivit ad Bohunicz. 20. Jul. 1722. accepit Stepanó, hinc 17. Febr. 1728. collata est ei Hradek, 1. Sept. ejusdem anni Vág-Szent-Kereszt, ast in priori haesit usque Majo 1729. hic vero functus est usque 28. Jul. 1743., quando ad Detrekó-Szent-Péter transivit, ubi † 2. Jan. 1760. aetatis 68. Pro successoribus suis legavit mille flos pro sacris annue celebrandis.

Baicsy Michael. Occurrit 1630. parochus in

Guta, qui eodem anno 4. et 5. Oct. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae synodo interfuit. 1634. occurrit parochus in Berencs. Tunc ibidem Joannes Zolnensis ADnus visitationem peregit, qui de parochus adnotavit: senex parochus conquestus est, quod ex duobus promontoriis sedecima illi denegata. Utitur calice ecclesiae filialis S. Benedicti et paramentis propriis.

Bajchy Thomas. E seminario S. Stephani Reg. 18. Apr. 1699. ordinatus. Ab 15. Apr. 1701. usque 1711. parochum egit in Maniga cottu Nitriensi.

Bajmóczy Georgius. Occurrit 1612. parochus in Vistuk. Fuit etiam in Zsarnócza. Verosimiliter inter annos 1613. et 1629, nam tunc ibidem cath. plebanus functus est. Dein occurrit 1634. in Pernek, de quo visitator ejusdem a. Georgius Draskovics Praep. Poson. connotavit: Eodem natus loco, sexagenarius, vir bonus ac simplex, vino tamen uti senes solent, delectatur et breviarium non semper recitat. In tumultu Rakocziano in Sárnocza hajdones ei et auriculas et membrum genitale penitus amputarunt. Manet hic a pluribus annis. Nuper altercatus cum officiali Baziniensi, plagas ei officialis intulit, quin citatus is a dno vicario fuerit. Visitator tandem rem totam composuit.

Bajmóczy Joannes. Occurrit 1630. parochus in Nemchen (Nemcsény), qui interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusdem anni per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. (Péterffy, Conc. II. 318.)

Bajmóczy Michael, Joannes. E Pázmáneo 27. Jan. 1672. investitus parochus Divényensis in cottu Neograd. Inde 8. Sept. 1673. transivit ad Dubova in cottu Zol. Hinc excurrit 1674. ad Libetbánya et ejati curioni in auxilio erat. 18. Sept. 1677. in fuga per dorsum globo trajectus et qua occisus relictus, postmodum tamen sanatus. (Visit. Nárayana, 1692.) Hinc 17. Sept. 1686. transivit ad Tót-Gurab. Inde in Oct. 1689. ad Pernek. Hinc 22. Maji 1691. ad Nagy-Lovcsa, simul administrans et Zsdány, usque 17. Jun. 1695. Tunc accepit Geletnek, donec demum 5. Maji 1703. transiret ad Vieszka, ubi usque 1710. mansit.

Bajcsy Stephanus. Absoluto tertio anno theologiae in seminario generali Budae, 1778. ordinatus, cooperatorem egit in Magyar-Szölgyény et Lekér. In Aprili 1783. factus parochus Csúziensis. Ubi sub ejus gubernio a. 1802. conscriptio proventuum est instituta. † ibidem 9. Mart. 1808.

Bajza Josephus, Ignatius. Natus 5. Mart. 1755. in Predmér in cottu Trencsényensi. Theologiam tertii anni in Pázmáneó absolvit. 1780. ordinatus et pro praebendato chori ecclesiastici M. E. Strig. missus. 18. Aug. 1783. investitus parochus in Alsó-Dombó. Aedes reparari curavit. Per cambium cum Joanne Koreszka hinc transivit 1805. ad Pritrsd (Oszuszkó) Inde 26. Jul. 1815. accepit Üzbégh. 1827. factus est canonicus Posoniensis. Ibique † 1. Dec. 1836. Foundationes fecit etiam in Alsó-Dombó. Habet merita in literatura ideomatis slavici. (Szinnyi, Magy. Irók. I. 353.)

Bakay Martinus. Occurrit 1657. licentiatu in Keszi et Podlusan, (Garamkeszi, nunc filia ad Garamujfalu) de quo visitator ejusdem a. Andreas Szily ADnus Bars. adnotavit: Aetatis 62 (ergo 1595. natus) adhuc satis vegetus.

Bakay de eadem Joannes. Natus Bakabányae 17. Jun. 1778. Absolvit theologiam in seminario Mariano Tirnaviae 1803. quo anno 24. Mart. et ordinatus. Cooperator fuit in Komjáth, sequenti anno Comaromii. 17. Sept. 1806. investitus parochus in Imely. Inde 26. Apr. 1829. transivit ad Perbete, ubi 1836. VADnus factus. Hinc 4. Apr. 1841. promotus ad capitulum M. E. Strig. 7. Jan. 1850. ADnus Nitriensis. Eodem anno 5. Apr. naturae debitum solvit Strigonii in domo propria, quam emit in platea Budensi. Legata fecit pro piis finibus et suis cognatis indigentibus.

Bakay Michael. Fuit ab 24. Apr. 1664. usque 1669. parochus Szeniczensis.

Bakics Joannes. Natus 3. Jun. 1853. Theologiam Strigonii absolvit. 1. Jul. 1877. ordinatus. Cooperatorem egit in Radossócz, Soponya, Cseszte. A Jan. 1883. usque Sept. ejusdem a. administrator fuit in Nagysenkvicz, abhinc in Dubova.

Bakics Stephanus, vide **Lakics.**

Bakó Andreas. Theologiam in seminario S. Stephani absolvit Tirnaviae. Annum 1821. in presbyterio transegit. Cooperator fuit Comaromii, dein chori ecclesiastici M. E. Strig. praebendatus, mox succentor. 5. Nov. 1829. investitus parochus in Szob, ubi † 3. Maji 1831.

Bakó Joannes. Collatam accepit 6. Aug. 1687. parochiam Jolsva, ex qua 9. Sept. 1689. transivit ad Kraszna-Horka-Váralja, ubi usque 1691. mansit.

Bakonyi Jacobus. Pro parocho 1626. ad-

venit in Sándorf, de quo visitator anni hujus Joannes Kőszeghy ADnus dicit: «Quomodo in templo et extra illud parochus se habeat, non poterant sufficientem dare informationem parochiani, nam tunc primum, cum visitarem ecclesias (30. Mart.) parochiam hanc susceperat. Commendatur nihilominus quod sit diligens in officio suo. Habitum et tonsuram habet clericum decentem. Cum parochus in Stepanó 1632. obivisset, transivit illuc. Ubi 1633. visitatio est peracta per Joannem Kőszeghy, qui de illo sic: Antea habebat concubinam sed eam jam dimisit, et illa manet in Szomolány. Propriam filiam habet penes se maritatum, illa cum viro curam domus habet. Senioribus, consule, iudicibus et juratis convocatis praemisso juramento examinaui seorsim singulos an concubinam ejus viderint in domo parochiali, ad quod responderunt negative. In aliis vero omnibus supra modum dilaudabant parochum et salarium ipsius auxerunt.

Bakoss Joannes. Transegit annum scholarum 1820. in presbyterio, dein cooperator in Ürmény et Dorogh. Ad hanc parochiam 12. Mart. 1830. investituram accepit. Ibique † 26. Jun. 1833.

Bakoss Nicolaus, Ignatius. Ex Pázmáneó theologus quarti anni ordinatus 1701. et ad curam animarum applicatus. Ab 1702. parochum egit in Majthény usque 3. Apr. 1710. Tunc promotus ad oppidum Nagy-Léva. Ibi, ut visitatio 1714. per Emericum Pongrácz peracta testatur, tunc divina in domo dominii peragebantur. Dabatur ibidem altariolum ex ebore B. M. V. Dolorosae per comitem Adamum Kollonich donatum. Sub illo et altera visitatio est celebrata per Joannem Jelenffy 1731. in qua dicitur: Divina celebrabantur in oratorio Lutheranorum, donec cardinalis Sigismundus e com. de Kollonicz AEppus Vienensis, haereditarius loci novam sumtuosi operis basilicam e fundamentis erigeret, cui ultima manus tempore visitationis inposita. De parocho ipso autem sic: Testimonium ei bonum dederunt, quod licet frequentioribus infirmitatibus obnoxius sit, muneri tamen suo pastoralis satisfaciatur, vitamque ducat statui suo convenientem. † ibidem 25. Jan. 1740. aetatis 67.

Bakos Tobias, Joannes. Occurrit 16. Jan. 1652. plebanus in Galgócz.

Baksay, vel Baxay Andreas. E seminario S. Stephani regis 17. Dec. 1672. ordinatus. 9. Jun. 1673. investitus parochus Naszvadensis. Ast eodem

anno 9. Dec. transivit ad Féll. Inde 20. Mart. 1676. ad Fel-Bár, ubi tantum brevi tempore mansit, jam 16. Maji successorem nactus.

Baksay vel Baxay Michael. 31. Jul. 1669. investitus parochus Hedervárensis, ubi intra murum coemeterii capellam S. Rosaliae extruxit una cum provisoro Mathia Pisarovics. (Ex visit. a. 1697.)

Balás de Sipek Georgius. Natus Magno-Varadini 8. Apr. 1815. Philosophiam Tirnaviae. Theologiam, cum primo rigoroso examine Viennae absolvit. Ordinatus 26. Jul. 1839. Fuit octo mensibus subsidiarius Budae ad Ass. dein cooperatores in Perbete. Ab 1841. eppi suffr. Majthényi cecrimonarius et qua talis juratus consistoralis. Hinc 15. Nov. 1844. ad Ipolynyék praesentatus est, inde 1887. ad quietem recessit et 26. Dec. 1889. defunctus est.

Balásházy Petrus. Occurrit 1647. parochus in Várkony. Nominatur in catalogo jussu Georgii Lippay AEppi Strig. anno supradicto conscripto.

Balaskó Stephanus. Investitus est 25. Febr. 1696. parochus in Felső-Ludány in cottu Neogr. ubi usque 1719. mansit.

Balassa L. B. Paulus. Filius Andreae et Mariae Bakos. Prius Soc. Jesu adscriptus, ad ADioecesim susceptus, ab Apr. 1678. usque Mart. 1679. parochum egit in Jóka. Jam 28. Apr. 1677. obtinuit stallum M. E. Strig. In Martio 1680. ADnus Gömöriensis, 16. Maji 1684. praeposituram S. Georgii et ADnatum Cathedralis, jam praeposituram Orodiensem adeptus. In Aug. 1689. descendit ad ADtum Sasvárensem. 1690. ad titulum eppi Bosonensis consecratus, una s. caes. et reg. et ap. Majestatis consiliarius factus est. Munus vicarii generalis undecim annis gessit. 3. Oct. 1705. terminum vitae posuit.

Balassa Stephanus. Natus 24. Mart. 1812. Theologiam in seminario Mariano absolvit. Ordinatus 30. Sept. 1835. Cooperatorem egit in Kis-Gyarmat, Bajóth, Lédecz, Kis-Apáthi et Nádas, 1846. factus est administrator in Nagy-Fajkürth. In Octobri 1850. transivit administrare Néved, ibique † 24. Febr. 1860.

Balásy Aloysius. E Pázmáneo 1781. ordinatus. Cooperator fuit Strig. in l. reg. civitate. 22. Jul. 1783. investitus parochus in Tölgyes, hinc investitus est 2. Jul. 1792. in parochum praesidii Budensis ad B. M. V. Assumt. 14. Sept.

1795. abbas S. Margaritae de Bela. Ibidem † 4. Sept. 1803.

Balásy Antonius. Natus 1697. Theologus speculativus e Pázmáneo. 1722. ad curam animarum missus. 11. Oct. 1725. investitus parochus Kis-Tapolcsányensis. Hinc 21. Febr. 1727. transivit ad Felső-Diós, ibi 1731. per Joannem Jelenffy visitatio peracta, in qua de parocho: Cum non parva visitatoris consolatione testatum est, eum esse concionatorem insignem, qui omnia ad contentionem fidelium facit. 14. Dec. 1734. transivit ad Nagy-Lévárd, ubi cura ipsius 1744. ecclesia in Kis-Lévárd restaurata. Fuit districtus ejusdem VADnus, † 1. Jan. 1749.

Balásy Joannes. 26. Maji 1662. investitus parochus in Szárazpatak, ubi tantum usque sequentem annum 1663. mansit. 22. Apr. 1671. investitus in Prassicz, hinc 19. Maji 1674. transivit ad Nagyjác, inde 13. Apr. 1680. ad Jókó, ubi usque 1690. mansit.

Balásy Joannes. 25. Apr. 1716. dimissus est ad cottum Gömör ad indifferentem parochiam, 16. Sept. 1724. investitus est in parochiam Gesztete. Sub illis gubernio 1733. visitatio est peracta. Ibidem † 16. Jan. 1742.

Balásy Valentinus. 1688. collatam accepit licentiam in Kökeszi, Sirák, Keszihocz, Csáb et Gyürki in cottu Hont.

Balazsovic Jacobus. E religioso 1787. factus est cooperatores in Moravanka, 1788. vero parochus in Ó-Lehota, ibi † 29. Dec. 1806.

Balazsovic Joannes. Qui 16. Mart. 1710. investitus est in Neczpál, dum 11. Jun. 1711. iterate investiretur jurisdictionem parochi etiam in Szent-András, accepit. quam jam ab 1710. administrabat. Ibi † 14. Jul. 1741.

Balazsovic Michael. E coll. gen. Cleri Hung. 5. Apr. 1680. ordinatus. Jam 15. Maji 1680. investitus est parochus in Alsó-Rakoncza, in Dec. 1680. collata est illi Szenográd et simul 14. Dec. provisio xenodochii in cottu Hont existentis. Mansit in Szenográd usque 1685.

Balásy Francisus. Natus Budae. Parens fuit consul civitatis. E seminario Mariano 1803. qua diaconus missus est pro cooperatore ad praesidium Budense, ad B. M. V. Assumt., ubi et post ordinationem mansit. 1805. surr. archivarius eppi suffraganei factus. Mox archivarius, 1807. iterum cooperatores et quidem Budae, ad S. Annam, 9. Aug. 1810. investitus parochus in Tarján,

hinc 3. Maji 1714. transivit Budam ad B. M. V. visitantem, consistorii assessor. 19. Jan. 1820. resignavit beneficium. 1822. curatus in Piszke. 4. Dec. 1827. investitus parochus in Kirva, ubi † 12. Febr. 1840.

Balázsy Georgius. Natus Kolthae in cottu Comáromiensi 31. Jul. 1811. Theologiam usque 1833. in seminario generali absolvit Pestini. Annum sequentem 1834. in presbyterio transegit Strigonii. 10. Aug. ejusdem anni ordinatus est. Cooperatorem egit in Szölgyény, Udvard, dein legionis equestr. ord. hung. archi-ducis Ferdinandi de Este nro 3. capellanus castrensis. 1845. s. sedis Strig. notarius nominatus, qua talis 1849. praesentatus et 2. Oct. 1850. investitus parochus in Nagy-Czétény, ubi ab 1865. munus VADni gessit. 1888. resignavit beneficium. † 17. Jul. 1889. Edidit poema occasione jubilaei archi-ducis, proprietarii regiminis in quo servivit. (Petrik, Bibliogr. I. 163.)

Balkó Josephus. E seminario Psoniensi 1793. ordinatus, cooperatorem in Tardoskedd, dein praefectus herulorum comitis Rudolphi Pálffy in Vöröskő. 1795. parochus in Pudmericz. 1821. VADnus, consistorii Tirnaviensis assessor. 1831. colleg. eccl. Tirnav. ad S. Nicolaum praepositus et canonicus ben. nominatus. † 15. Febr. 1834.

Balkó Mathias. 30. Mart. 1739. investitus parochus in Spácza, hinc eodem anno transivit ad Litava, inde vero 22. Apr. 1751. ad Némethi in cottu Hont. demum 29. Jun. 1753. investitus est in Bozok. Ubi 1766. conscriptio parochialis fuit peracta. † ibidem 23. Jan. 1773. Aetatis 60. Sepultus in crypta capellae Dolorosae Matris.

Balla Paulus. 6. Jul. 1762. missus pro capellano ad Kraszna-Horka-Váralja, inde in pari qualitate 3. Jul. 1763. Samariam, mox ad Szerdahely. 2. Oct. 1764. factus admin. in Keszegfalva, ubi usque 3. Jan. 1786. mansit. Hinc intrans institutum emeritorum Parochorum Tirnaviae. † ibidem 8. Mart. 1797.

Ballady Andreas. Natus 1642. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 2. Maji 1669. investitus parochus in Nagy-Kér. Hinc 11. Jun. 1671. transivit ad Nagy-Czétény. Inde vero in Apr. 1692. ad Naszvad, ubi 2. Sept. 1697. per Adamum Nigrinyi visitatio ADnalis est peracta. † ibidem 1703.

Ballon Joannes. Missus 6. Oct. 1747. pro Capellano ad Bajmócz. 1. Febr. 1735. investitus parochus in Ujlak. Certe hic mortuus intio 1736. quia exstat testamentum ab 1735.

Ballon Joannes. Natus in Szobotist 1717. E seminario Széchényiano Budensi 1745. egressus, cooperatorem egit in Bajmócz. 29. Jun. 1752. investitus parochus in Cziffer. Ubi 1757. visitationem peregit Joannes Galgóczy, qui de parochio notavit, quod sit diligens et exemplaris. † ibidem 8. Sept. 1799.

Ballon Thomas. E seminario Psoniensi 1794. ordinatus, factus cooperatorem in Pjerg-Szélakna. 21. Aug. 1799. investitus est in capellaniam localem in Kolpach, hinc 5. Jul. 1805. investitus parochus in Kormossó, inde eodem anno 10. Dec. praesentam accepit ad Prencsfalu, ubi † 11. Maji 1817.

Ballus Davidus. E seminario egressus, missus est 20. Maji 1754. pro capellano ad exemptam parochiam abbatiae de Pécsvárad, Kéménd. Hinc 8. Nov. 1756. ad Vetus-Budam, inde 11. Aug. 1757. ad Balassa-Gyarmat, semper in pari qualitate. 3. Jul. 1758. vero investitus est parochus in Divény, in cottu Neograd. Jussu Majestatis 1767. conscriptio parochiae peracta est. † 6. Apr. 1768. ibidem.

Ballus Franciscus. 12. Oct. 1735. investituram accepit in parochiam Turócz-Szent-Péteriensem, ubi usque 1740. mansit. 1754. factus est parochus in Nagy-Modró. † ibidem 1. Aug. 1756. aetatis 47.

Ballus Georgius. Investitus est 24. Jul. 1731. in parochiam Koosiensem, hinc 6. Maji 1737. transivit ad Bossán, ubi † 15. Nov. 1758.

Balogh Alexander. E seminario egressus, investitus est 12. Aug. 1723. in parochiam Marczal. Ubi sub ejus gubernio 1731. visitationem peregit Sigismundus Berényi, qui de parochio dicit, quod libris necessariis sit provisos, singulis diebus dominicis pro populo sacrificet et in cura animarum diligens sit. Inde transivit 28. Oct. 1736. ad Rimócz, ibique † 7. Nov. 1757.

Balogh Alexius. Missus 10. Apr. 1750. pro capellano ad Galantha, hinc 16. Apr. 1751. investituram accepit in parochiam Szemere, inde 13. Jul. 1752. accepit Perbete, ubi sub ejus gubernio Georgius Molnár 1754. visitationem ADnale peragit. † ibidem 17. Jun. 1758. aetatis 34. Fertur fuisse illum Tirnaviensem.

Balogh Andreas. Cursum theologicum in seminario S. Stephani 1777. terminavit, post ordinationem cooperatorem factus est in Léva, inde 1780. parochus in Nemes-Oroszi. Hinc 19. Apr.

1783. transivit ad Nádas in cottu Hont. Ubi ab 25. Sept. 1805. munus surr. dein ord. VADni districtus Hont-Ipoly. gessit. † ibidem 10. Mart. 1826. Fuit I. comit. Hont. tab. jud. assessor.

Balogh Franciscus, Leopoldus. E collegio generali cleri Hung. 21. Dec. 1691. ordinatus, factus educator herulorum eomitis Leopoldi Pálffy, qui illum mense Oct. 1824. praesentavit pro parochia Besztercze, 22. Oct. 1826. vero ad Stomfam fuit praesentatus. Multum laboravit in emolumentum beneficii. Hortum pomario provisit. Vir aestimatus fuit. In fluvio Morva per submersionem † 4. Jul. 1841. Fuit ab 1831. districtus Stomfaensis VADnus et scholarum nat. inspector, item comit. Poson. tabulae judicariae assessor.

Balogh Georgius, Franciscus. Investituram accepit 17. Apr. 1703. in parochiam Hárskút in cottu Tornensi, inde 31. Dec. 1710. investitus est in parochiam Tornensem, ubi item et munus VADni gessit. Hinc 11. Jun. 1714. qua emeritus VADnus, investitus est in parochiam Vadkertensem, quam una cum Patakiensi administrabat usque 1725.

Balogh Georgius, Joannes. Investitus est 29. Mart. 1730. in parochiam Kőbölökút, hinc 8. Sept. 1733. transivit ad Tardos, inde vero 1734. ad Kövesd, demum 8. Nov. 1734. ad Héreg, quatalis. † 29. Febr. 1736. in Tardos.

Balogh Ignatius. Natus in Málás, in cottu Bars. E seminario S. Stephani, ubi philosophiae lauream 1734. adeptus est 21. Apr. 1739. investitus est parochus in Csúz. Ubi 1754. per Georgium Molnár peracta est visitatio ADnalis, 1763. multa passus est propter ingentem terrae motum, qui in filiali Tür ecelesiam S. Nicolai penitus destruxit. Ab 1742. usque 1747. simul parochiam Jászfalu administrabat. 28. Nov. 1765. transivit ad Szölgyény. Sub ejus gubernio 1767. informatio de statu ecclesiae officiosa confecta est. † ibidem 26. Oct. 1780. (Magy. Sion. 1865. 420.)

Balogh Joannes. Natus 8. Nov. 1806. in Léva. Linguae latinae perbene gnarus. Theologiam in Stephaneo Tirnaviae absolvit et 17. Aug. 1831. ordinatus est. Post ordinationem missus est pro administratore in Nadlány. Postea cooperatorem egit in Koross, Lekér, Nagy-Oroszi, Bajna Strigoniensi, Drégely-Palánk, ab 1842. una admin. in spirit. et tempor. Ibi factus est sedis praed. de Verebely et Sz.-György tab. jud. assessor, ac demum in Perbete. 9. Jun. 1847. investitus est

parochus in Kóspallag. Illius cura erecta est ara lateralis ad S. Joannem Nep., 4. Sept. 1862. transivit ad Szémő. E pedum profluvio multum aegrotabat, quapropter cooperatorem intertenere debuit. Imo 29. Oct. 1879. nactus est coadjutorem Stephanum Gaal. 5. Oct. 1882. infirmans Adalbertino aggregatus est. † 31. Dec. 1885. Sacerdos jubilaeus. Illo agente sumptibus Joannis Card. Simor ecclesia in Szémő restaurata et ampliata fuit.

Balogh Josephus. Natus 1776. Theologiam in seminario Posoniensi 1799. terminavit et ordinatus est. Cooperator fuit in Ipolyság, hinc factus est 24. Oct. 1802. capellanus localis in Keszegfalva. Ab 1803. iterum cooperatorem egit et quidem in Marczal et Rimócz. Hinc 1811. parochus factus est in Bussa, ubi multa perpessus est. 20. Jun. 1814. tectum ecclesiae et turrim ignis consumsit, campanas conflavit. Hoc infortunium iterabatur 1841. dum ictus fulminis tectum ecclesiae et turrim combussit. Solertia hujus parochi damna haec reparata sunt. Praeerat parochiae usque 1. Nov. 1844. Quieti donatus recessit ad Szécsény, ubi † 26. Jul. 1853.

Balogh Martinus. E collegio Pázmáneo 17. Dec. 1679. ordinatus, jam 24. Dec. ejusdem a. investitus parochus in Szent-Mihályfa, hinc 1685. transivit ad Püspöki, inde 1688. canonicus Posoniensis. 1689. exivit pro administranda parochia in Somorja, ubi usque 1690. mansit. Fuit praepositus de Okra, dein lector. † 1712.

Balogh de Galantha Nicolaus. In comitatu Turóczensi 1625. natus. Philosophicas et theologicas disciplinas excepit Romae. Unde redux 24. Sept. 1655. appulit Tirnaviam. Breve tempus in cura animarum explevit, quo ob eximiam dicendi facultatem laudem consecutus. 15. Oct. 1657. canonicus Strig. 6. Aug. 1663. ADnus Barsiensis, 1668. praep. S. Georgii, jam prius abbas de Lekér salutatus est. 1675. tabulae regiae praelatus, 22. Apr. 1676. lector, 1677. eppus Noviensis, 1681. eppus Csanadensis, 16. Maji 1684. praepositus major installatus est. 16. Apr. 1685. eppus Vacziensis et praepositus Scepusiensis creatus. Vacium se conferre ob infirmitatem jam non potuit. † 6. Oct. 1689. Fundavit votivum de S. Nicolao in M. E. Strig. celebrandum. Habet merita literaria. (Szinyei Magy. Irók, I. 478. — Karcsu, Vác város tört. V. 181.)

Balogh Stephanus. Investitus est 5. Jun. 1715.

in parochiam Sávoly, hinc 21. Aug. 1722. transivit ad Marczal, ubi † 1723. Exstat testamentum ejus.

Balsan Mauritius. Ex-Paulinus. Administrabat ab 1787. usque 1788. Ó-Lehota, dein cooperatorem egit in Moravanka, ubi † 24. Aug. 1789.

Balsánay, vel Baksányay Georgius. Natus 1673. post absolutam theol. speculat. ordinatus 1696. Investitus 7. Sept. 1709. parochus Velicnsensis. Illo regnante peracta est 1713. visitatio per Paulum Zichy ADnum Nitr. qui de ipso dicit, quod sit vir idoneae doctrinae, quam explicare solet. Eodem anno transivit ad Bogdány, ubi usque 1718. mansit.

Balthasar de Chinorán. Occurrit 1559. parochus in Krasnó (Széplak) de quo visitator ejusdem anni adnotavit: juvenis, non uxoratus totus catholicus, et ecclesiam servat catholice.

Baluch Georgius. Absoluto tertio anno theologiae in seminario generali 1774. ordinatus et pro capellano curato missus est ad Bozok, inde 20. Jul. 1778. investitus est parochus in Felső-Zelle. Domus parochialis 1778. erecta est. Tempore aedificationis in Szilad habitabat. 1781. transivit ad Udvarnok. Hinc 1782. ad Szemere, inde per cambium cum Francisco Pokorni 25. Sept. 1796. factus est admin. in Alsó-Esztergál, et quidem ultimus, nam post ejus abitum 1798. ad Kékkő filiata est. Ab hoc anno beneficiatus erat in arce Strigoniensi usque terminum vitae. † 24. Jan. 1810.

Baluch Simon. In seminario generali Posoniense quintum annum cursus theologici 1786. absolvit, unum annum in domo presbyterorum S. Josephi Tirnaviae transegit. 1787. pro cooperatore missus Szakolczam, ibi octodecim annis laboravit. 1805. parochus factus est in Szenicz, ibique † 30. Aug. 1832.

Bán, vel Baán Emericus. Primus parochus 10. Febr. 1725. investitus in neo-erecta parochia Alsó-Pálensi, qui ibidem matricas inchoavit. 10. Jun. 1731. transivit ad Ó-Bars, ibi 1753. fornice providebat ecclesiam. † 4. Dec. 1758. ibidem.

Bán, vel Baán Emericus, Ladislaus. Tirnaviensis, natus 1722. susceptus 1737. Posonii rhetoricam, Viennae philosophiam absolvit. E seminario egressus et 1745. ordinatus. 22. Jul. 1746. missus est pro cooperatore ad Verbó, 17. Oct. 1748. investitus est parochus in Nagy-Szuha, hinc 1756. transivit ad Nagy-Modró, 15. Aug. 1759. autem ad Ürméncz. Parochiae hujus 12. Dec.

1767. valedixit, ut munus spiritualis in Seminario S. Stephani aggrederetur, ex quo iterum ad curam animarum exivit, 19. Sept. 1770. investitus est in parochiam Garam-Szóllós. Ibi 1771. ejus solertia ecclesia erecta. 1779. munus VADni in se assummere debuit. Ipso regente peracta est 20. Sept. 1779. visitatio Batthyana. Per annum 1787. administrabat et Csejkő. † 15. Oct. 1791. Benedictam memoriam unquam emori sinent foundationes. Successoribus vineam, xenodochio loci 6000 flos, et illud haeredem fecit reliquae substantiae. Item eccl. horologium quod 1810. appositum est.

Banik Antonius. Theologiam in quintum annum 1787. in seminario generali Posoniensi absolvit. Annum sequentem in domo presbyterorum S. Josephi Tirnaviae transegit. Inde cooperator in Lédecz et Tirnaviae. 1795. factus parochus in Cseklész. 1715. in VADnus, † 28. Sept. 1842. annorum 78.

Bankó Andreas. Investitus 13. Apr. 1671. in parochiam Janólehota, ubi matricas ordinate scribere coepit. Hinc 18. Sept. 1673. transivit ad Prochot. Inde vero 12. Aug. 1680. ad lib. reg. civitatem Cremniciensem (Körmöczbánya) ubi usque 1685. mansit.

Bankó Stephanus. Natus 1707. in Héviz in cottu Pest. 1731. ordinatus. Investitus est 5. Maji 1732. parochus Jókaisis. Oblata a Clarissis Poson. parochia Nagy-Magyar, 2. Maji 1735. in hanc investitus est. 1764. munus VADni obtinuit. 15. Oct. 1781. dum card. Batthyán in Püspöki personaliter visitationem Nagy-Magyarensis tractaret, etiamque Bankó adesset, nunciata fuit mors canonici Fandl, tum sua Emtia instantanee venerandum hunc senem canonicum denominavit. † 17. Oct. 1782. Fuit procera statura, miti genio, veneranda canitie, instar albae columbae.

Banó Andreas. E seminario egressus 5. Maji 1745. missus est pro capellano ad Nagy-Bobrócz, 22. Jun. 1748. investitus est parochus in Komjáthna, hinc 28. Oct. 1755. transivit ad Velicnsna, inde vero 13. Oct. 1762. ad Trsztena investitus est. Fuit VADnus et ab 1771. abbas de monte S. Mariae. Una cum parochia transpositus ad dioec. Scepus.

Bánóczy Georgius. E seminario Mariano, Szelepcsényiano 2. Mart. 1703. ordinatus, jam 29. Mart. 1704. investitus parochus in Bogdány. Hinc transivit 31. Jan. 1712. ad Turócz-Szent-György, ubi usque 1730. mansit.

Bánóczy Joannes. Natus 1715. in Privigye. Studia speculativae theologiae Tirnaviae in coll. gener. absolvit. 1740. ordinatus. Investitus 5. Jun. 1742. parochus in Alsóbottfalu, hinc 5. Sept. 1748. transivit ad Pobodim, inde vero 22. Nov. 1753. ad Dojcs, ubi 1761. conscriptio fuit peracta, in qua de ipso: vita ejus et mores laudabiles sunt, tonsuram et habitum clericalem defert. Juxta statum suum non utitur fumo tabacae, nec alit mistaces, nec utitur armis. † 20. Jan. 1778. ibidem.

Bánóczy Martinus. Occurrit 1647. parochus in Árva-Váralja, quem catalogus cleri Lippayanus nominat. Fuit etiam conventualis B. M. V. de Turócz.

Banovics Ferdinandus, Ladislaus. Ex Szomolánka. Theologiam in seminario S. Steph. Tirnaviae absolvit. Investitus 25. Maji 1720. parochus in Sárffő, hinc 20. Apr. 1728. transivit ad Privigye. Inde vero 17. Apr. 1735. promotus ad capitulum Strig. Fuit etiam praepositus B. M. V. de Scepusio, rector altariae Corporis Christi. † 20. Aug. 1747. Tirnaviae. Aetatis 50.

Banovics Ferdinandus. Szomolányensis. Ex semio. S. Stephani 1741. exivit. Investitus est 18. Apr. 1744. parochus in Kovarcz, simul VADnus districtus Nagy-Tapolcsányensis. † 17. Oct. 1757. ibidem.

Banovics Josephus. Natus in Divék. E seminario S. Stephani egressus, investituram accepit 19. Dec. 1750. in parochiam Nahács, hinc 2. Maji 1752. transivit ad Nyitra-Pereszlény, ubi 1755. visitationem canonicam Antonius comes Révay peregit, in qua parochus a recto ordine laudatur. † 10. Sept. 1755.

Banovics Paulus. Investitus est 4. Jan. 1712. in parochum Kis-Apáthiensem, hinc 13. Apr. 1713. transivit ad Némethi in cottu Bars, ubi simul et Berzencze administravit. Inde 14. Apr. 1722. accepit investituram in Holics, ubi 1727. conscriptio de statu parochiae fuit peracta. † 18. Jul. 1728. ibidem.

Bánovszky Georgius. Occurrit ab 1581. usque 1604. parochus Tirnaviae. 1570. ad canonicatum Strig. promotus. 1578. subcustos, dein ADnus Comaromiensis. Parochus Tirnaviensis fere per quinque lustra. 20. Aug. 1597. praepositus S. Stephani. In extrema aetate senili resignavit parochiam et in domum propriam in platea sic dicta Hierosolymitana recessit, ubi 7. Oct. 1606. vitam

clausit. Sepultus in eccl. S. Nicolai ante altare OO. SS.

Bánovszky Georgius, Bellusiensis. Investitus 11. Mart. 1714. parochus in Lekér, ubi usque 1717. mansit. Praesentam accepit ab abbate Joanne Okolicsányi, cujus munificentia ecclesia 1716. restaurata est.

Bánovszky de Borin Joannes Adalbertus. Investitus est 17. Febr. 1674. in Nagy-Bossán, ubi usque 1679. mansit.

Bánovszky Paulus. Natus 1695. in Dezsér. In seminario S. Adalberti absolvit tertii anni theologiam speculativam 1720. in qua anno et ordinatus et 19. Aug. investitus parochus Czifferensis, ubi 1731. per Emericum Csáky praep. et ADnum Poseniensem visitatio est peracta, in quo de illo dicitur, quod quoad functiones pastorales nullam in eum querelam possissent. 1738. recessit a parochia ad Dezsér, ubi † 15. Oct. 1758.

Bányay Joannes. Natus 18. Apr. 1800. Curus quatuor theologicos 1824. in seminario S. Stephani Tirnaviae absolvit, unum annum in presbyterio Strigonii transegit. 26. Mart. 1825. ordinatus est. Dein cooperatorem egit in Galantha, Rimócz et Köbölkút, ubi I. I. sed. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor est electus. Ab 1837. parochus in Almás, ab 8. Apr. 1838. in Kis-Gyarmat, ubi † 24. Sept. 1850.

Bányay Ladislaus. Galantensis. 1731. baccalaureatum, sequenti vero magisterium philosophiae in seminario S. Stephani Tirnaviae adeptus est, 29. Aug. 1739. laurea theologiae ornatus. Jam 20. Apr. 1736. investitus parochus Ujlakensis in cottu Nitr., hinc 26. Aug. 1739. transivit ad Sopronya, inde vero 23. Jan. 1749. ad canonicatum Strigon. 13. Sept. 1755. ADnus Bars. 16. Aug. 1760. lector capituli. Hanc dignitatem deponens, 20. Jun. 1769. praepositus S. Thomae factus est. Fuit abbas S. Michaeli Arch. in insula B. M. V. prope Budam. Sede vacante vicarius generalis capitularis. Fuit etiam protonotarius apostolicus, cancellarius universitatis Tirnaviensis. † 28. Apr. 1772. Aetatis 61. Tirnaviae. Vir, sicut integer vitae, ita profanis ac divinis litteris excultissimus.

Bárány Nicolaus. Occurrit 1700. licentiatius in Gerlachfalva (Gurelsdorf) in cottu Scepusiensi, qui extra beneficium constitutus, † 28. Nov. 1746. in S. Andrea in Scepusio.

Baranyai Andreas. Occurrit 1630. et 1631. paroshus in Deáki. Interfuit qua talis 4. et 5.

Oct. anno priori per Petrum Pázmány celebratae synodo Tirnaviensi. 1634. vero fuit parochus Surányensis, de quo Joannes Zolnensis ADnus Nitr. in visitatione eodem anno habita dicit, quod ei dominus terrestres bene providet, sed ille saepius discedere et conqueri solet, quasi defectus patiens, sed visitator horum nihil invenit, idcirco illum sedavit et pacificavit, imo minas promittens si vagari praesumat.

Baranyay Andreas. Ex S. Benedicto in Bars. Investitus est 12. Jan. 1714. in parochiam Garam-Ujfalú, hinc 17. Jan. 1718. transivit ad Deménd, ubi usque 1745. mansit. Extra beneficium constitutus † 18. Jun. 1747. in Szent-Benedek.

Baranyay Mathias. Ex Pohorella in cottu Gömör. Theologiam in seminario Mariano absolvit. Missus 6. Jun. 1714. ad capellanatum Prividiam. 21. Maji 1718. investitus parochus in Vieszka, hinc 4. Sept. ejusdem a. transivit ad Novák, inde vero 5. Jan. 1731. ad Polonka, ubi 3. Aug. 1733. visitata fuit ecclesia. † 2. Febr. 1763. ibidem.

Baranyay Mathias, Thaddaeus. Neosolio oriundus, nobilis. Philosophiam Tirnaviae, theologiam in collegio Pázmáneó absolvit. 1771. ordinatus. 22. Febr. 1772. cooperator factus in Ólved, hinc 2. Febr. 1776. investitus parochus in Zsemlér, ubi 15. Sept. 1779. visitationem ipse AEppus Josephus a Batthyán asservavit. Hinc in Apr. 1786. transivit ad Lédecz, ubi † 24. Maji 1816.

Barcsay Joannes. Pernekensis. E seminario s. regis Stephani 17. Dec. 1677. ordinatus. 13. Oct. 1679. investitus parochus in Nagy-Súr, abhinc jam 8. Nov. ejusdem anni transivit ad Alsó-Korompa, 6. Jan. 1680. ad Nahács, quae cum Felső-Korompa conjuncta fuit. Tantummodo usque Mart. ejusdem a. mansit.

Barczay Martinus. Ab 1654. parochus in Zsarnócza, de quo visitator a. 1657. Andreas Szily ADnus Bars. sic refert: Aetatis 31. in parochia a. 3. theologus moralis, pauper et lacer.

Barczay Martinus. Investitus 5. Jan. 1727. parochus in Spácza, inde jam 7. Aug. ejusdem anni transivit ad Stepanó. Ubi item in eodem anno conscriptio est peracta. Hinc 30. Apr. 1740. transivit ad Radossócz, inde vero 7. Febr. 1744. ad Unin, ubi novam ecclesiam una cum turri 1749. erexit. † 17. Sept. 1761. ibidem.

Bardányi, vel Bacsányi Andreas. Investitus 10. Nov. 1673. parochus in Kis-Krstyene, ubi usque 1674. mansit.

Bárdy Adamus. Solnensis e cottu Trencsén. Missus 29. Sept. 1756. pro capellano ad Ó-Tura, inde 19. Dec. 1758. investitus parochus in Lieszkó, hinc 28. Maji 1760. transivit ad Ó-Tura, 1. Febr. 1772. vero Miavam. Hinc 1776. factus canonicus Rosnaviensis, ibi praepositus. Fuit el. eppus Serbiensis. † 1821. Rosnaviae.

Bárdy Antonius. Missus 11. Maji 1746. pro capellano Detvam, 5. Febr. 1748. investitus parochus in Felső-Micsinye, hinc 1761. recessit et extra beneficium constitutus. † 2. Aug. ejusdem anni Ocsovae.

Bárdy Gabriel. 24. Apr. 1692. collationem accepit pro indifferenti parochia in Scepusio.

Barinka Franciscus. Tirnaviensis, 28. Oct. 1735. venit e semin. Mariano ad Szechenyanum Budense pro theol. morali. Investitus est 10. Febr. 1749. in parochiam Subvilkensem in cottu Árvensi, ubi † 15. Aug. 1761.

Barinka Joannes. Investitus est 22. Febr. 1743. in parochiam Nizsna in cottu Árvensi, ubi usque 1749. mansit.

Barinka Josephus. Tirnaviensis, 30. Oct. 1738. susceptus in semin. Budense. Cooperatorem egit ab 1. Sept. 1745. in Holics, hinc 18. Dec. eodem anno applicatus est qua capellanus aulicus apud comitem Stephanum Eszterházy, hinc 26. Mart. 1747. transivit ad comitem Antonium Eszterházy, 3. Dec. 1748. investitus est parochus in Badin in cottu Zoliensi, inde vero 7. Apr. 1752. in Valaszka, ubi † 18. Sept. 1753.

Barinyay de Monostor Josephus. Natus 18. Jun. 1812. Papae. Studia phil. et theol. absolvit Tirnaviae. 24. Jun. 1835. ordinatus et pro suppl. cooperatore missus ad Nagy-Maros, dein pro ordin. in Vallem Mariae. 1837. archivarius officii vicariialis Tirnaviae. 1839. notarius s. sedis ibidem. 1849. notarius metr. s. sedis Strig. eodem anno secretarius primatialis. 1852. director cancellariae primatialis. 24. Oct. 1853. electus in praepositum curatum B. M. V. de Vágújhely. Fuit s. sedis Tirnav. assessor, conventus in Beczkó syndicus apost. † 17. Jul. 1871. in Vágújhely, aetatis 59.

Barinyay Stephanus. Investitus 17. Aug. 1759. parochus Galantaensis, hinc 24. Febr. 1770. canonicus Poseniensis. 1773. parochus ad S. Martinum, 1776. abbas S. Aegydi de Simighio. † 18. Jun. 1778.

Barmos Antonius. Theologiae quatuor an-

norum cursum 1801. absolvit in seminario Poseniensi. Cooperatorem egit in Tardoskedd, Lekér, Strigonii ad S. Ignatium, hinc 1813. factus est parochus in Nagy-Bárkány, inde vero, per cambium cum Emerico Specziár, 1. Nov. 1816. transivit ad Bátorkesz, huic 1821. renuncians ad deficientiam recessit. † 2. Apr. 1829. Tirnaviae.

Barna Gabriel. Natus 1651. E collegio gener. cleri Hung. seu rubrorum in Jul. 1688. ordinatus. In Apr. 1689. investitus parochus in Turdossin. Ibidem 1697. Emericus Pongrácz visitationem peregit, in qua de parocho dicit, quod exemplariter vivit. Hinc 5. Mart. 1697. transivit ad Oravka, ubi 1700. peregit visitationem idem Emericus Pongrácz.

Barnabas. Occurrit parochus 1466. in Liptó-Szent-Mária, qui eodem anno in filiali ecclesia sua Szelniczensi ad OO. SS., localem capellanum admisit. (Ex notatis Palkovicsianis.)

Barnay Mathias. Occurrit 1616. parochus in Némethi in cottu Hont. Fuit simul VADnus.

Baros Georgius. Occurrit 1647. parochus in Divény in cottu Neogr. Nominatur in catalogo Lippayano.

Baros Joannes. 1. Sept. 1729. factus coadjutor parochi Hibbensis in cottu Liptó, dein parochus. † 22. Apr. 1770. ibidem.

Baros de Bellus Joannes. Natus in Vág-Besztercze. Qua physices auditor 8. Nov. 1720. intravit seminarium S. Stephani. Baccalaureus et magister philosophiae, item 1723. baccalaureus theologiae. Succentor capituli et conventualis S. Benedicti. 25. Sept. 1727. investitus parochus in Berzencze, simul et in Némethi in cottu Bars, inde 20. Febr. 1740. canonicus Poseniensis, 17. Apr. 1741. Strigon. 24. Dec. 1743. ADnus Hont. 21. Febr. 1749. Zoliensis installatus. Fuit praepositus de Ivancza. † 7. Nov. 1751. Tirnaviae.

Baros de Bellus Nicolaus. Natus in Vág-Besztercze. Studia in Pázmáneó absolvit. Post ordinationem 11. Maji 1730. investitus parochus in Zámoly, hinc 22. Nov. 1737. transivit ad Óhaj, inde vero 19. Nov. 1757. ad Szölgyény, ubi † 22. Nov. 1765.

Baróthy Franciscus. Occurrit 1644. et 1647. parochus in Érsekujvár. Anno posteriori occurrit etiam qua canonicus Poseniensi in conscriptione cleri jussu AEppi Strig. facta. Fuit etiam praepositus Titelensis, altarista Poseniensis, beneficiatus Soproniensis et protonotarius apostolicus.

Bársony de Lovas-Berény Georgius. Natus 3. Martii 1626. in Péterfalva in Cottu Nitriensi. Clero adscriptus, Romam profectus, sed ob infirmitatem paulo post rediens Viennae studia terminavit. Ab 1650. usque 1653. parochum egit in Dunaszerdahely. 8. Nov. ejusdem anni canonicus Strig. factus, 20. Jan. 1655. ADnus Bars. 21. Apr. 1661. praepositus S. Georgii, 16. Febr. 1663. praepositus major una vicarius et mox 19. Jul. ejusdem anni praepositus Scepusiensis et el. eppus Magno-Varadiensis creatus est. 15. Maji 1667. consecratus. † 11. Jan. 1678. Scepusii, sepultus Cassoviae, ubi sedem eppi Agriensis, sibi 13. Dec. 1675. collatam, habuit. 1674. ab haereticis captus in Turoluka crudeliter trucidatus et semivivus relictus. Hinc lectulo usque mortem affixus erat et ab ipso pontifice consolari meruit. (Magy. Encycl.)

Barta, vel Bartos, aut Bartalos Joannes. Óvárenses in cottu Mosony. 2. Dec. 1714. susceptus in semin. Budense. 2. Apr. 1718. ordin. expeditus pro cooperatore Szegedinum. Investitus 31. Jul. 1720. parochus in Vámos, hinc 3. Dec. 1722. transivit ad Várkony, ubi ejus expensis altare S. Joannis Bapt. erectum est, hinc 12. Maji 1724. promotus ad parochiam Püspöki, ubi ejus sumptibus erectum est altare S. Crucis. † 7. Aug. 1741. ibidem.

Bartáni, vel Barthány, aut Bársonyi Nicolaus. Liptoviensis, natus 1630. Physicus et casuista. 1657. factus parochus in Kis-Krstina. Ubi eodem anno Andreas Szily ADnus peregit visitationem. Hinc 12. Sept. 1667. ad Brezán, inde vero 2. Aug. 1668. investitus est in parochiam et praeposituram Novákensem, inde demum 17. Maji 1674. investitus est in Oszlány, ubi eodem anno Andreas Péterffy ADnus peregit visitationem, in qua dicitur: parochia est commoda duarum contignationum, cum cubiculo proprio et cameris necessariis, horreum item adjacens et hortus conjunctus. Hic mansit usque 1680.

Bartakovics Franciscus, vide Bartosovics.

Bartakovics Michael, Joannes. Szalakuszensis. E collegio rubrorum 1742. egressus. In tertium annum fuit Tyrnaviae cooperatore germanus. 3. Jun. 1745. investitus parochus Nagy-Surányensis. Illo operante erecta est ecclesia in filiali Kis-Várad. Transivit 31. Jun. 1752. ad Süttő. Hic 1755. per Georgium Kussanics visitatio fuit peracta. Ibi usque Aug. 1759. mansit. Dein recessit ad seminarium S. Emerici Tirnaviae, ubi † 8. Jan. 1772.

Bartakovics de Kisappony Paulus. E Pázmáneo 1704. factus est parochus in Cseklész, hinc 14. Apr. 1710. investitus in Némethi in cottu Bars, inde 13. Apr. 1713. transivit ad Garam-Szöllös, ubi et Csejkő possidebat, hinc 13. Apr. 1715. nominatus canonicus M. E. Strig. unaque Christiani Augusti a latere canonicus. 1719. praefectus bonorum in S. Benedicto. 1720. ADnus Nitriensis, jam praepositus in Sámson. 15. Aug. 1723. ADnus Comaromiens. 6. Julii 1727. Lector, 17. Apr. 1735. resignato sponte lectoratu installatus in praeposituram S. Stephani, jam el. eppus Almisiensis, causarum fori spiritualis auditor generalis. 3. Oct. 1741. praepositus major creatus, hanc quoque resignavit 9. Jan. 1743. et descendit iterum ad praeposituram S. Stephani, jam tunc tabulae septemviralis praelatus. Post mortem Christiani Augusti vicarius capitularis. † 24. Jun. 1758.

Bartal de Bélaháza Ladislaus. Natus 22. Nov. 1821. in Vanyola cottu Vesprimiensi. Philosophiam et jus Jaurini absolvit, dein sub diaeta vero 1843/4. egit juratum tabulae a., subin 1845. censuram advocatiam subivit. 1854. et sequenti theologiam absolvit Strigoni. 27. Jul. 1856. ordinatus. Ex cooperatore l. r. cittis Strig. 1861. factus parochus in Csúz, hinc 10. Jun. 1873. transivit ad Egyházgelle. Spiritualis Districtualis.

Bartalovics Petrus. Ordinatus 1693. quo anno 23. Apr. investitus parochus in Nagy-Kosztolán, hinc 27. Apr. 1697. transivit ad Pöstyén, ubi 1700. per Emericum Pongrácz visitatio fuit perfecta. Ille incepit 1701. matricas scribere. Hinc 22. Apr. 1704. investitus est in parochiam Sándorf, ubi usque 1712. mansit.

Bartek Franciscus. Investitus 26. Maji 1762. parochus Vichnyensis, hinc 11. Oct. 1770. transivit ad Nadlány, ubi † 5. Jan. 1771.

Bartek Joannes. Natus 21. Dec. 1794. Theologiam in seminario S. Stephani absolvit 1817. Tirnaviae et 18. Mart. 1818. ordinatus est. Factus praebendatus chori ecclesiastici coll. eccl. Poson. una cooperatore ibidem. Ab 1828. usque 1862. parochus lib. reg. cittis Szent-György, dein instituti S. Adalberti membrum. † 2. Sept. 1862. Posonii in Virágvolgy.

Bártfai Valentinus. Occurrit 1504. parochus Posonii ad S. Laurentium, fuit simul canonicus ejatis ecclesiae collegiatae ad S. Martinum.

Bartha Adalbertus. Investitus 16. Maji 1731. parochus in Sávól, hinc 10. Dec. 1740. investitus

in Tardos et jam 16. Jan. 1741. in Héreggh quia utramque parochiam possidebat, uti et praedecessorum ejus quinque, qui potissime in Tardos habitaverunt. † 26. Mart. 1742.

Bartha Michael. Fuit alumnus seminarii S. Stephani, 1. Maji 1669. investitus parochus in Nagy-Tapolcsány, 8. Dec. 1672. tradita est curis etiam ejus Koross, quam usque 1677. retinuit, 12. Jan. 1687. factus canonicus Strig. 1691. ADnus Barsiensis. Fuit abbas B. M. A. de monte Zebegegy. † 12. Jul. 1703. aetatis 66. Fundavit 500 finis votivum S. Michaelis.

Barthal Stephanus. Studia theologica in seminario Mariano Tirnaviae 1804. absolvit, ordinatus et missus est pro coop. Strigonium in civitatem AÉppalem, dein fuit in Kürth, et Drégely-Palánk, qua talis ab 8. Jul. 1812. administravit Ipoly-Szécsényke, donec ibidem 26. Sept. 1814. investitus est. Fuit I. I. com. Hont. et Neogr. tabulae judicariae assessor. † 25. Nov. 1830. ibidem, aetatis 50.

Barthalóczky Josephus. Parens ejus erat provisor Ladislai l. b. Vajay. Susceptus ad album cleri 1760. Rhetoricam Posonii, philosophiam in sem. S. Stephani audivit, magisterque ejusdem creatus, theologiam in Pázmáneo absolvit, ab Nov. 1769. praefectus heruli Joannis com. Eszterházy Tirnaviae, dein ab 1770. cooperatore, item ab 18. usque 30. Jan. 1772. administrator Vetero-Budensis, postea capellanus Posoniensis, hinc 26. Apr. 1773. investitus parochus Zseliziensis. 1779. peregit ipse AÉppus Josephus Batthyani visitationem ibidem. In Sept. ejusdem anni transivit ad Vadkert, quam 26. ejusdem occupavit. Fuit una VADnus primo Szécsényensis, eoque diviso Vadkertensis. † 5. Mart. 1810.

Barthó Adamus. Occurrit 1630. parochus in Prassicz. Qua talem nominat illum visitator ADtus Nitriensis Wolfgangus Érsekujváry. Eodem anno interfuit synodo 4. et 5. Oct. Tirnaviae per Petrum Pázmány celebratae, sed qua parochus Nagy-Maróthensis ex ADtu Bars. (Aranyos-Maróth). Transivit 1631. ad Hosszúfalva, ubi 1634. Georgius Draskovics praep. et ADnus Posoniensis visitationem peregit, qui de illo adnotavit: «Tres anni sunt ex quo parochiam hanc incolit tametsi a me introductus non sit. Superavit annum quinquagesimum, sufficienti doctrina, bonisque moribus excultus, amatur a cunctis.»

Bartholomaeus. Occurrit 1360. rector et

plebanus ecclesiae b. Martini. (Turóc-Szent-Márton). Nominatur in diplomate Petri eppi Candemorensis, de eodem anno. (Transumpt. capit. Strig. in archivo paroch.)

Bartholomaeus. Occurrit 1425. parochus in castro Strigoniensi ecclesiae S. Crucis. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Bartholomaeus de Dresden. Occurrit 1500. parochus in Regio-Monte (Ujbánya). (Nominatur in schemat. hist. dioec. Neosol. 1867. 333.)

Bartholomaeus. 1562. parochus in Chyeszthe, alias Sathmanija (Cseszte). In visitatione ADtus Poseniensis peracta eodem anno sic de ipso habentur: claudus qui et corpore et anima claudicat, et quamvis habeat aquam in baptisterio et in loco ubi servatur aqua benedicta, et hostias more solito pro sacramento, sed alio tempore, ut revera accepi, nunquam solet habere, et nec tunc quidem erant consecratae. Breviter, homo ille est haeresi pessima Sacramentarium infectus, qui jam olim damnatam haeresim inter rudem et indoctam plebem spargit. Cultores veteris ipsius religionis et personas, virosque ecclesiasticos, conviciis et infamibus publice lacerat. Sacramenta sub utraque specie distribuit, coronam non defert, uxorem habet, habitum tamen sacerdotalem gerit, et dixit se malle sacerdotio valedicere, quam missam celebrare.

Bartók Stephanus. Döbrödiensis penes Jászó. Jam 1644. canonicus Poseniensis, qua talis ab 1645. usque 28. Maji 1647. parochus in Püspöki. 28. Maji 1647. canonicus M. E. Strig. et praefectus seminariorum B. M. V. et S. Stephani. 1. Jan. 1649. subcustos et praefectus bonorum capituli Strig. 6. Febr. 1650. ADnus Bars. 31. Maji 1651. Neograd. 16. Febr. 1652. Gömöriensis creatus. 1655. Abbas de Pécsvárad, in qua 26. Dec. 1656. benedictus. 14. Jan. 1655. ADnus Zoliensis. 19. Jul. 1663. praepositus major. † 19. Mart. 1666. Habuit merita in literatura. (Szinnyei, Magy. Irók I. 647.)

Barton Antonius. Occurrit 1630. parochus in Felső-Vesztenicz, qui synodo 4. et 5. Oct. eodem anno per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae interfuit. Eodem a. parochia visitata.

Barton Franciscus. Natus 10. Jul. 1813. in Zohor in cottu Poson. Studia absolvit Tirnaviae et 26. Jul. 1839. ordinatus est. Cooperator fuit in Radossó. Ab 1848. usque 1856. parochus in Nagy-Kovaló, abhinc usque 1861. in Kúti, tunc sub-

sidiarius factus in Nyitra-Pereszslény. 25. Nov. 1864. accepit Felső-Vásárd. 1867. hinc recessit qua valetudinarius ad misericordianos Posonii. Adscriptus instituto emerit. parochorum. † 4. Aug. 1871. Tyrnaviae.

Barton Josephus. Natus 4. Febr. 1821. in Zohor in cottu Poson. Studia philosophica Tirnaviae, theologica Viennae cum examine rigoroso e studiis biblicis absolvit. 30. Jul. 1845. ordinatus, factus cooperator in Nagy-Maros, 1846. in Érsek-Ujvár, 1849. Pestini ad S. Leopoldum, 1850. ibidem ad S. Theresiam, 1852. catecheta in scholis elementaribus, 1853. in schola industriali Pestiensis, 1855. catecheta in schola sup. reali, necnon exhortator instituti polytechnici Budae, 1857. director scholar. element. ibidem. 1858. in c. r. consiliarium distr. Budensis nominatus. 1860. abbas de Casar, 1862. reg. consiliarius et sup. director distr. Poseniensis. 1. Aug. 1876. praesentatus parochus Vág-Sellyensis. † 16. Apr. 1877. ibidem.

Bartosovics Franciscus. E collegio Pázmáneco egressus, 30. Mart. 1663. investitus parochus in Verbó, hinc 16. Sept. 1668. transivit ad Báhony, inde 31. Jan. 1669. ad Radosocz, 26. Aug. 1675. etiam ad Szobotist investituram nactus, quam usque 1678. administravit, 21. Nov. 1679. transivit ad Zólyom-Lipcese, hinc 31. Aug. 1682. per Thomam Ebeczky commissarium Tökölianum amotus, usque 25. Sept. 1685. apud Georgium Schmauchler civem Neosoliensem delituit, restituta pace parochiam, ad quam 8. Febr. 1684. iterato jam investitus fuit, repetiit. In Majo 1689. transivit Vetero-Zolium ubi usque 1692. mansit. Demum 16. Apr. 1693. investitus in Rózsavölgy, ubi 1705. fungi desiit.

Bartoss Jacobus. Sto Crucensis in cottu Bars. E seminario S. Adalberti, qua tertii anni theologus ordinatus 1728. et mox, id est 13. Aug. investitus primus parochus Bakaensis, ubi 1732. per Joannem Jelenffy visitatio est peracta, in qua illi bonum dedit testimonium. 4. Febr. 1733. transivit hinc ad Zseliz. Tunc Alexander comes Eszterházy extrui curavit cryptam familiae in medio ecclesiae, qua occasione invenerunt lapideum sarcophagum cum inscriptione. † 15. Sept. 1745. ibidem.

Bartoss, vide Barta Joannes.

Bartoss Joannes. Origine Poseniensis. E seminario Mariano Tirnaviensi post absolutam theo-

logiam 1803. ordinatus et factus cooperator in Föl-Bár, tardius in Varbó, hinc Budae arcensis ad Assumt. inde 23. Dec. 1811. praesentatus parochus in Uj-Bars, ubi tempore bellico non obstante, infatigabili zelo aedificavit a fundamentis parochiam et reparavit ecclesiam ac nova turri providit. † 6. Mart. 1820. ibidem, aetatis 40.

Bartoss Joannes. Natus in Érsekujvár 11. Apr. 1840. Studia philosophica Tirnaviae, theologica Strig. absolvit. 25. Jul. 1866. ordinatus. Cooperatorem egit in Dorogh, deinde ab 1868. in Vág-Sellye, quam parochiam ab 16. Mart. 1877. usque 1. Apr. 1878. administrabat. 12. Mart. 1879. admin. 27. Aug. 1879. vero parochus in Pered.

Bartoss Ludovicus. Natus Litavae 4. Jan. 1815. Theologiam Tirnaviae absolvit. 29. Sept. 1838. ordinatus. Cooperatorem egit in Ipolyszakkallos, Nemcsény, Naszvad et Szölgyén. Hinc 2. Oct. 1850. praesentatus parochus in Kis-Gyarmath. † 17. Jul. 1876. Strigonii. Vir altae et robustae staturae, boni cordis, qui et in vita magna emolumenta ecclesiae et parochiae procuravit et ex massa posthuma largas fecit pias foundationes.

Bartoss Michael. E Pázmáneo 20. Sept. 1704. ordinatus, jam 13. Jul. 1705. investitus est parochus in Liptó-Szent-Miklos, hinc jam 23. Apr. 1706. transivit ad neo-erectam parochiam Tóth-Ujfalú, (nunc Zsitva-Ujfalú, filia ad Taszár) cum filiabus Néved, Tajna et Mány. Hinc 1. Mart. 1714. transivit ad Kemencze, ubi usque Maji 1718. mansit.

Bartoss Stephanus. Nitriensis. 1770. susceptus in seminarium Szécsényianum Budae. Ibidem absaluto anno tertio theologiae ordinatus et 15. Apr. 1773. pro cooperatore ad Lakács missus, hinc 29. Maji investitus est parochus in Felső-Vásárd, ubi † 20. Febr. 1782.

Bartossik Joannes. Natus 11. Maji 1833. in Kis-Pritrsd. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. Ordinatus 29. Jul. 1860. Missus pro cooperatore ad Nagy-Ölved, hinc Sassinium translatus, dein ad Holics. Hinc in Szomolanka 1876. factus int. Admin. mox parochus. In Sept. 1879. transivit ad Dojcs, inde vero in 26. Jul. 1882. ad Broczkó.

Bartovics Josephus. Natus 15. Aug. 1817. in Sellye. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Maji 1841. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Salló, Lédecz et Nagy-Surány. Postmodum inter. administratorem in

Nyitra-Sárfő, ab 1849. vero administrabat Assakürt, ubi dein parochus investitus. 1887. huic beneficio renuntiavit et ad quietem recessit. † 12. Aug. 1880.

Bartovics Mathias. E seminario s. Stephani 20. Mart. 1677. ordinatus. 18. Jun. ejusdem anni investitus parochus in Tölgyes, hinc 29. Apr. 1693. transivit ad Korpona, ubi usque 1695. mansit. Ab 1697. usque 1702. fuit parochus in Ipolynyék.

Bartovics Michael. Ab 1666. usque 1668. fuit parochus in Horvátgurab.

Bartus Josephus. Natus 26. Jun. 1811. in Sook in cottu Nitr. Studia philosophiae et theologiae Tirnaviae absolvit. Cooperator fuit in Egyházkarcsa et Szered. Parochus investitus est 4. Oct. 1842. in Egyházkarcsa, ibidem † 18. Mart. 1878.

Barvik Christianus. Moravus Petrovicensis ad limites Silesiae, ex dioecesi Olomucensi, 11. Nov. 1722. susceptus in alumnatum Szechenyanum. Absolvens secundum annum theologiae, quia incendium 28. Mart. 1723. seminarium devastavit ad curam animarum exire debuit, eo magis quum uno die prius, nempe 27. Mart. Vacii subdiaconus fuit ordinatus. Presbyteratum 24. Apr. accepit. 24. Jun. 1724. investitus est parochus in neo-erecta parochia suburbii Budensis ad visit. B. M. V. hinc in Dec. 1728. translatus est Vetero-Budam, ubi sub, eo 1738. introductus est ordo Trinitariorum. † 20. Jun. 1739. ibidem.

Basilides Stephanus, Franciscus. Occurrit 1710. licentiatus in Rákos.

Basnai Georgius. Investitus 13. Mart. 1682. parochus in Lopassó, ubi usque 1684. mansit. 15. Febr. 1688. parochiam Nagy-Modró adeptus est, hinc 31. Mart. 1690. transivit ad Felső-Attrak, ubi usque 1694. mansit.

Bassay Ladislaus. Investitus est 22. Maji 1740. parochus in exemtam parochiam Felső-Iszkász in cottu Veszprém.

Batay Adalbertus. Investitus 1. Nov. 1749. parochus in Gácsfalva, ubi usque 1753. mansit.

Bátay, vel Bászay Andreas. Zsidiensis in Cottu Szalad. 1713. baccalaureus philosophiae. Investitus est 28. Oct. 1717. in exemtam parochiam Somlyó-Vásárhely in dioec. Vesprimiensi, ubi usque 1732. mansit.

Báthory Martinus. Hujus parochi in Érsekujvár, mentionem facit Volfgangus Érsekujváry

ADnus in visitatione anno 1630. peracta, ubi dicitur de illo, quod monstrantiam satis magnam, ex argento, rebusque diversis et sacris ejusdem loci, per industriam suam comparaverat.

Báthy Franciscus. Fuit ab 1730. usque 1732. parochus in Turócz-Szent-Péter.

Báthy Julius. Natus 22. Jun. 1846. Theologiam in seminario S. Stephani Strigonii, 2. Aug. 1870. absolvit ejusdem anni ordinatus, statim pro cooperatore missus ad Lédecz, inde 1874. transivit ad Aranyos-Maróth. 19. Dec. 1881. factus parochus in Némethi in cottu Bars.

Báthy de Eadem Ludovicus. Natus 19. Maji 1832. Theologiam absolvit, 25. Jul. 1866. ordinatus. Cooperatorem egit in Ürmény ab 1869. in Soponya, ab 1870. in Hidaskürth. 1878. inter. admin. dein parochus in Nagy-Mácséd.

Báthy Mathias. Occurrit ab 1514. usque 1528. commendatarius et admin. praepositurae et parochiae in Vágújhely, quem AEppus Thomas Bakocz una cum Martino praeposito de Rudnicz idcirco constituit, ut dirutam praeposituram collectis eleemosynis aedificent et sic restituta, post mortem Martini reddetur pristinis possessoribus canonicis regularibus S. Augustini.

Batkay Martinus. 31. Jul. 1678. investitus est parochus in Egyházfalva, ubi tantummodo usque 1679. mansit.

Bátorkeszy Casparus. Occurrit 1630. licentiatius in Kéménd, qua talis interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusdem anni sub Petro Pázmány Tirnaviae celebratae.

Batthyányi de eadem et Geresgál Ludovicus. Theologiae quatuor annos 1804. in seminario Mariano absolvit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Holics, Aranyos-Maróth et Üzbégh. 29. Sept. 1807. investitus parochus in Kurtakesz, hinc 21. Febr. 1826. transivit ad Tardoskedd, cui 1845. renuntians instituti emer. parochorum adnumeratus. † 17. Apr. 1847. Livinae. Aetatis 63. Fuit I. I. comit. Strig. et Comar. tab. jud. assessor.

Batyovics Nicolaus. Origine Gajarinus, absoluto tertio anno theologiae in seminario generali 1766. ordinatus et pro cooperatore ad Gajar missus est. Hinc 2. Sept. 1767. investitus parochus in Haszprunka, (Szent-István) relicto sui isthic apud omnes fere bonos desiderio, indefesum et sedulum vineae domini operatorem semet exhibuit, ob tenuitatem proventuum beneficii, qui cognatis ejus quos apud se habebat sustentandis

non sufficiebant inde 26. Maji 1771. transivit ad Szolosnicza (Széleskút) demum 1773. ad Gajar, ubi † 10. Nov. 1779. aetatis 44. apoplexia tactus.

Bauer Philippus, Osvaldus. Fuit ab 1651. usque 1653. parochus in Ottóvölgy.

Bazalicza Mathias. Theologiae quatuor annos in seminatio Tirnaviensi 1810. absolvit. Cooperatorem egit Budae ad S. Annam, Stomfae et Tirnaviae. Ab 1821. usque 1825. fuit parochus in Sissó, hinc 7. Nov. 1825. praesentatus ad Nyitra-Perezslény. Huic parochiae 1848. renunciavit et instituto emeritorum parochorum adnumeratus † 27. Sept. 1848. Budae aetatis 61. Fuit celebratus sui temporis pomologus, unde et meruit tabellae in horti parochialis aediculo existentis inscriptionem: MATHIAS BAZALICZA PAROCHVS, HVIVS HORTI CVLTVRA, SVAVES FRVCTVS ATQVE SOLATIA SVIS PARAVIT SVCCESORIBVS. Habet merita in literatura pomologica. (Szinyei, Magy. Irók, I. 729.)

Bazilides Josephus. Ab 1825. cooperatorem egit in Udvarnok, deinde in Ó-Tura, Ujlak, Nádas et Unin. Ab 1834. deficiens. Ab 1835. usque 1836. administrabat Apaj. Inde vero iterum deficiens. † 19. Sept. 1848. Szakolczae. Aetatis 55.

Bazoray Joannes. Ab 8. Dec. 1711. munere licentiatius functus est in Imely in cottu Comar. usque incertum tempus.

Becker a Denkenberg Joannes. Natus 1781. Ab 1798. usque 1803. alumnus seminarii AEppalis Poseniensis, deinde Tirnaviensis. 1864. ordinatus et factus cooperatorem in Buda-Eörs, 1806. in Kéménd, 1807. in Bajóth, 1811. Tirnaviae. 26. Mart. 1813. investitus parochus in Karancsságh, hinc 30. Apr. 1830. transivit ad Vadkert, ubi et surr. VADnus factus. 9. Febr. 1837. canonicus Strig. una praefectus S. Benedicti. 1839. Abbas S. Mariae in Scepusio. 1844. ADnus Comaromiensis. † 11. Mart. 1849. Strigonii. Habet merita literaria. (Szinyei, Magy. Irók, I. 736.)

Becsereky Stephanus. In Pázmáneó absolvit theologiam moralem. 1716. ordinatus et 5. Maji ejusdem anni investitus parochus Tallósenensis. Hinc 26. Sept. 1718. transivit ad Nagy-Czétény, ubi 23. Mart. 1732. visitationem peregit Franciscus Zichy ADnus, qui de parochia dicit, quod intra decursum novem annorum ecclesiam parochialem restauraverat, et in filia Pann ecclesiam, quae magnitudine fere matrem adaequat,

totam sub fornicibus in honorem OO. SS. 1723. auxiliis fidelium eleganter aedificaverat. Hinc 8. Apr. 1739. transivit ad Udvard, ubi † 24. Apr. 1742.

Beczko Stephanus. Fuit ab 1646. usque 1672. in Namesto, qui 1656. et 1672. in exilium ire coactus fuit. Fideles sine pastore relictis affiliati sunt parochiae Lokcsensi.

Bede de Baróth, alias Lemhény Nicolaus. In sede siculicali Kézdi in Transilvania natus 1679. Postquam theologiam in Pázmáneó absolvisset 1704. ordinatus. 20. Jun. 1768. investitus parochus in Diószeg. Ubi 1714. per Josephum Pongrácz visitatio est peracta, qua de parochia sic: A concione et bona vita laudatur, est bonus oeconomus ecclesiae quam e fundamentis erexit et coemeterio cinxit. † 1730. ibidem.

Bedeő Paulus. Natus 29. Jan. 1805. in Ásvány in cottu Jauriniensi. 1829. in alumnatum susceptus philosophiae Tyrnaviae, theologiae Pestini studuit. 27. Febr. 1827. ordinatus. Cooperatorem egit in Diószeg annis duobus, Szent-Mihályfalvae pariter duobus annis. Hinc in Martio 1832. parochus factus in Illésháza. 16. Maji 1834. ob infeliciter gestum processum beneficium resignavit et factus est educator epud D. Zaborszky, ubi plures libellos pro scholis typis vulgavit. Penes regulationem Danubii utilia servitia praestitit officii geometrali. Docens privatus. Hospitali italico dell'impresa et domus laboratoriae civitatis Psoniensis presbyter. 1846. ecclesiae Lazareti ibidem administrator et director hospitalis. Ab 1850. parochus in Királyrév, hinc 18. Sept. 1855. parochus in Szémő, inde vero in Sept. 1862. ob infirmam valetudinem pensione donatus. † 31. Oct. 1873. Budae. (Szinyei, Magy. Irók. I. 741.)

Bedicz, vide Belicz Jacobus.

Bednár Paulus. Natus 20. Oct. 1857. E seminario antiquissimo Strig. 29. Jul. 1881. ordinatus. Cooperatorem egit in Szenicz et Nagylévárd, 1886. fuit administrator in Vistuk, hinc iterum cooperatorem et quidem in Pudmericz. 1889. administrator in Grinád, 1890. parochus in Felsővásárd.

Bednárík Joannes. Ab 1788. cooperatorem Szklabonyaensis, hinc 8. Mart. 1792. factus est capellanus localis, ab 1808. autem parochus in Pecsenicz. Ubi † 18. Febr. 1821.

Bednary Christophorus. E seminario Tirnaviensi s. Stephani, ubi tertium annum theologiae ab-

solvit 1774. ordinatus et pro cooperate missus ad Kéménd in cottu Baranya. Hinc 8. Nov. 1775. investitus est parochus in Dobsina cum qua transivit ad dioecesim Rosnaviensem.

Bednary Mathias. Occurrit circa 1700. parochus in Szucsza, qui suam parochiam ex coturnario creato ministro Georgio Petek cedere debuit. Hic ad agrotum sutorem vocatus, ut ad aeternitatem illum praepararet, qui illum sic allocutus est. Abi in malam crucem, quis enim unquam vidit, ut sutor coturnario confiteretur? Idcirco subduxit se metuens verbera et revocatus est parochus catholicus. (Steph. Dubniczay, Metamorphosis.)

Bednary Michael. Nagy-Tapolcsánensis. E seminario S. Stephani 20. Jun. 1697. baccalaureus philosophiae. Investitus est 2. Maji 1703. parochus in Nyitra-Sárfő, ubi usque Nov. ejusdem anni mansit.

Bednary Stephanus. Nagy-Tapolcsánensis. E collegio rubrorum. Investitus 15. Nov. 1712. parochus in Szent-Antal. Qua parochus ad doctoratum ss. theologiae promotus. Hinc 8. Febr. 1715. transivit ad Felső-Thúr, inde vero 5. Nov. 1717. ad Varbó, demum 19. Jun. 1721. ad Kemencze, ubi usque 1727. mansit.

Bedros Jacobus. Cursum theologiae quatuor annorum in seminario AEppali Psoniensi 1795. absolvit et ordinatus est. Factus cooperatorem in Rimócz et dein in Ipolyság. 1. Maji 1799. investitus capellanus localis in Ipolyfödemes. Hinc 1812. spiritualis in Pázmáneó, 1814. verum spiritualis in seminario S. Stephani. 13. Aug. 1816. investitus parochus in Lédecz, hinc 1821. transivit pro administratore ad Egerszeg, ubi † 23. Mart. 1828.

Behányi Andreas. Natus 9. Nov. 1789. in Rajecz. In seminario S. Stephani terminavit 1813. quartum annum studii theologici, 26. Aug. ordinatusque est. Cooperatorem egit in Karancsság, ab 1821. in Párkány, 1824. fuit admin. in spirit. et temp. parochi Thaszárensis, dein cooperatorem in Kürth et 11. Aug. 1823. praesentatus parochus in Kóspallag, reparata ibidem ecclesia et parochia, 632 fl. pro campana relictis 13. Oct. 1831. transivit ad Uj-Bars, hic scholam aedificavit. Vir summae eruditionis, insignis concionator, zelosissimus pastor animarum † 8. Aug. 1843. Fuit I. I. cott. Bars. et Árva tab. jud. assessor, conv. S. Benedicti de juxta Gron conventualis.

Behányi Stephanus. Natus in Geletnek, 1759. ordinatus et 10. Martii ejusdem anni pro cooperatore in Gajár missus, hinc 11. Jan. 1761. investitus parochus in Haszprunka, (Szent-István), ibi † 18. Jul. 1767.

Behunek Aloysius. Natus 22. Aug. 1846. in Nagy-Senkvicz. Absolutis studiis Posonii et Strigonii 31. Jul. 1871. ordinatus. 16. Aug. ejusdem a. misus pro cooperatore ad Szomolány, ubi 1875. etiam per trimestrem int. administratorem egit. 16. Sept. ejusdem a. factus parochus in Lancsár.

Beichtmann, vel Peichtmann Franciscus, Georgius. Posoniensis filius, natus 1647. Theologiam in secundum annum absolvit in Pázmáneo. Qui jam 1673. in Ujbánya functus est, in quam parochiam 21. Jun. 1674. investitus est. Sub disturbiiis Tökölianis in fuga salutem quaerere debuit. His sopitis redux, 24. Jan. 1681. iterum investitus est, ast jam 1682. secundario in exilium actus. Tunc nempe agente ministro Martino Krizsán per magistratum sub poena capitis catholico sacerdote divina publice absolvere prohibitum fuit. Eo tempore paucos hic loci viventes catholicos noctu et in cellario, hodie dum stante, domus tunc temporis notarii, divinum cultum occulte peregrisse, ac mortuos suos in hortis sepelire debuisse, adnotat historia domus. 1674. Andreas Péterffy ADnus Bars. peregrit hic visitationem, qui dicit: Templum in medio cittis per tartaros totaliter destructum, ut nisi rudera videre sit. Parochia habetur satis ampla.

Beitei Joannes. Occurrit 1630. parochus in Keresztur, qui 4. et 5. Oct. ejusdem a. sub Petro Pázmány Tirnaviae celebratae synodo interfuit.

Beitel Joannes, Josephus. Origine Silesius. 13. Maji 1720. investitus parochus l. r. ac montanae exemptaeque cittis Cremniciensis. Fuit subin praepositus de Glogonca. 21. Apr. 1731. canonicus Posoniensis. † 8. Dec. 1748. ex apoplexia in sacristia capitulari. Celeber contionator. Contionum aliquot typis vulgavit. (Szinnyei, Magy. Irók. I. 757.)

Beke Franciscus. Occurrit 1645. parochus in Léva, qui eodem anno desinit fungi.

Beke Ladislaus. Theologiae quatuor cursus in seminario S. Stephani absolvit 1803. Tirnaviae. Dein cooperatorem egit in Karancsság, Szölgyény, Kéménd, Drégely-Palánk, Tölgyes. 1. Nov. 1812. factus est admin. in Ipoly-Födemes, ubi 14. Mart. 1815. investitus est parochus. Hinc per cambium

cum Casparo Faragó transivit 5. Dec. 1837. pro administratore ad Pereszlény, ubi † 18. Dec. 1838. Fuit I. com. Honth. tabulae judicariae assessor.

Bélafalvay Joannes. Investitus est 14. Jul. 1691. parochus in Ásvány, ubi usque 1719. functus est. Intermedio tempore ab 4. Aug. 1701. usque 1702. etiam parochum egit in Zámoly.

Belesik Mathias. Absoluto 1787. quinto anno theologiae in seminario generali Posoniensi missus est cooperatorem agere in Pöstény, hinc 1790. transivit ad Ó-Tura, inde vero 1791. factus est parochus in Vedród, ubi † 26. Jun. 1811.

Bedicz, vel Belicz Jacobus. Investitus 1. Aug. 1669. parochus in Maniga, ubi usque 1673. mansit. Ab 1677. usque 1687. parochus fuit in Velkopole. 30. Apr. 1691. vero investituram accepit in Bogdány, ubi usque 1694. functus est.

Belacsics Georgius. Natus 1664. Croata et slavus. Theologus moralis ex Pázmáneo. 23. Apr. 1692. investitus parochus in Nahacs, ubi 1694. Stephanus Illésházy visitationem peregrit. Hinc 25. Jul. 1696. transivit ad Zohor in cottu Poson. ubi usque 1712. mansit.

Belányi Joannes. Investitus 26. Apr. 1728. parochus in Kraszna (Széplak), hinc 21. Apr. 1730. transivit ad Endrefalva, ubi † 14. Maji 1738.

Belányi Petrus. Investitus 1. Jun. 1672. parochus in Torna-Almás.

Belányi Zacharias. Investitus 30. Apr. 1732. parochus in Hárskút, ubi hac vice usque mensem Oct. mansit, ast post tres annos reversus, ab Oct. 1735. usque terminum vitae mansit. † 5. Jan. 1765.

Bélay Edmundus. Fuit primus capellanus localis in Assakürt, qui hoc munus ab 1787. usque 1797. gessit. Certe ex-religiosus.

Bélay de Felső-Béla Joannes. Fuit 1689. alumnus Pázmánei. 11. Apr. 1701. investitus parochus Nagy-Zellöensis, 17. Apr. 1703. vero investitus est in parochiam Patak, hinc 16. Apr. 1711. transivit ad civitatem Korpona. Ab 1712. usque Oct. 1713. simul et Bozók administrabat. In Febr. 1720. canonicus Strig. 17. Aug. 1732. ADnus Neogr. † 24. Febr. 1735. In nova crypta ad latus evang. in navi templi Tirnaviensis tumulatus. Fuit etiam bonorum capituli Strig. praefectus. Ultimus in capitulo qui barbam aluit.

Belicza Stephanus. Natus 11. Febr. 1816. in Alsó-Dióš. Studia philosophica et theologica absolvit Tirnaviae. 23. Jul. 1842. ordinatus est. Eggit cooperatorem Modrae, Dejthae et in Nadas

in cottu Poson. 27. Aug. 1847. investitus parochus in Sándorf, hinc per cambium cum Josepho Vietoris 28. Mart. 1853. transivit ad Szenicz, ubi 12. Apr. investitus est. 1861. munere VADni surr. dein ord. decoratus. 5. Nov. 1883. parochiam renuntiavit, et 1. Oct. 1884. Adalberto adnumeratus est.

Bélik Andreas. Qua alumnus seminarii S. Stephani 3. Dec. 1767. ordinatus, et pro capellano ad Oszlány missus est, inde transivit ad Nemcsény. Hinc 15. Jun. 1771. investitus est parochus in Nagy-Szuha, cum qua transivit ad diocesim Rosnaviensem.

Bélik de Dezsér Josephus. Natus in Dezsér 1. Dec. 1758. Fuit 1778. primus seminarii generalis Budensis alumnus. Theologiae quintum annum 1782. in Pázmáneo absolvit. Jam 1781. ordinatus. Cooperatorem egit in Csúz et Udvard. Tribus annis ab 1784. in seminario generali Posoniensi studiorum praefectus. 1787. ibidem theologiae moralis professor, 1790. ibidem vice-rector. Cassato seminario 24. Jul. 1790. investitus est parochus in Zsigárd. 1808. VADnus factus. 28. Aug. 1809. canonicus Strig. 1811. Abbas B. M. V. de Monostra. Ab eodem anno usque 1818. rector seminarii Pestiensis. 10. Aug. 1818. ADnus Barsiensis, 5. Oct. 1820. praepositus S. Stephani, et post translationem capituli primus vicarius generalis Strig. 1821. el. eppus Pharusiensis. Mense Martio 1823. episcopus Scepusiensis electus et 2. Maji 1824. intronisatus est. † 5. Mart. 1847. (Biographiam publicavit. Religio és Nevelés, 1847. I. 181.) In latinis sermonibus ejus sublimis fulget classicitas, idcirco illi fuit commissum Carolo Ambrosio principi ac primati Posonii 1809. parentare. (Szinnyei, Magy. Irók. I. 796.)

Bélik Josephus. Natus in Alsó-Dömbő 1764. Theologiae quinque annos in seminario generali absolvit 1788. Posonii, eodemque anno missus est pro cooperatore ad Egbell, hinc 1792. promotus est ad parochiam in Jabloncza. Illo agente 1818. ex eremo S. Catharinae exuviae familiarum Korláthkeői, Otlík et Erdődy levatae et partim in eccl. parochiali, partim Galgocii in eccl. Franciscanorum repositae sunt. 1805. VADnus. 1827. s. sedis Tirnav. assessor. † 10. Jan. 1837.

Bellányi Antonius. Investitus 2. Nov. 1715. parochus oppidi Torna, hinc 18. Aug. 1729. transivit ad Jolsva, ubi ab 1636. munus VADni Gömörensis gessit. Inde vero 30. Sept. 1743.

factus est canonicus Posoniensis. † 17. Aug. 1749.

Bello Carolus. Natus 6. Mart. 1806. Schemniczii. Studia philosophica et theologica Tirnaviae absolvit et 19. Dec. 1829. ordinatus est. Jam ab 1827. usque 1829. concionatorem egit apud Ursulinas Tirnaviae. Hinc cooperator fuit Stomfae. Ab 31. Dec. 1833. parochus in Hochstettno (Magasfalva) usque 30. Sept. 1884. quando assumtus est ad institutum S. Adalberti. † 9. Oct. 1885. in Magasfalva.

Bellocsics Jacobus, Ignatius. Investitus 7. Febr. 1685. parochus in Gajar, ubi campanam septem cent. procuravit. Hinc in Apr. 1690. transivit ad civitatem Szent-György, ubi usque 1691. mansit.

Bellocsics Joannes. Investitus in Jul. 1689. parochus in Vieszka et Ladomér, hinc 13. Nov. 1690. transivit ad Detrekő-Szent-Miklós, 1703. accepit Malaczkam, ast priorem parochiam etiam retinuit usque 1711. Factus VADnus. 20. Oct. 1714. autem canonicus Posoniensis. † 27. Jul. 1737. Fuit etiam protonot. apost.

Bellocsics Lucas. Natus 1642. Investitus 3. Maji 1666. parochus in Búr-Szent-Miklós, hinc 25. Aug. 1668. transivit ad Malaczka, ubi usque 1679. mansit. Illo fungente 1673. per Ferdinandum Com. Pálffy visitatio fuit peracta. Ubi de parochotatum, quod habeat, pro festo paschatis facultatem bis celebrandi. Jam 10. Jul. 1676. canonicus titularis Posoniensis installatus per Franciscum Boriczky can. ejatem cui dein successit, ut hic ei praedixerat. † 1692.

Bellussy Franciscus. E collegio cleri hung. 3. Apr. 1677. ordinatus, 2. Dec. 1678. investitus parochus in Felső-Szeli, ubi usque 1679. mansit. 15. Aug. 1680. autem investitus est parochus in Nagy-Paka, ubi usque 1681. mansit.

Beluszky Georgius. Cursum quinquennalem theologicum in seminario generali Posonii 1787. terminavit. Cooperatorem egit in Tornócz et Vág-Szerdahely. 1790. factus parochus in Alsó-Nyárasd, ubi † 31. Mart. 1830.

Belzár Joannes, Jacobus. Investitus 10. Jan. 1711. parochus in Majtény, hinc 19. Apr. 1714. transivit ad Fenyő-Kosztolán, ubi usque 1727. mansit.

Benáczy Ladislaus. E seminario generali egressus, ordinatus et 27. Jan. 1767. pro cooperatore Galgóczium missus. Hinc 10. Apr. 1770.

investitus parochus in Eözdeghe, hinc 3. Mart. 1771. transivit ad Zavada, ubi usque 1772. mansit. 14. Sept. 1773. investitus est parochus in Nyitra-Bajna, hinc 1779. ad Radosna transivit, ubi † 5. Dec. 1784.

Bencsáth Casparus. Missus 3. Jan. 1755. pro cooperatore Vetero-Zolium, 9. Dec. ejusdem anni investitus est parochus Ternyensis, hinc 26. Apr. 1763. transivit ad Szász, cum ista parochia incorporatus est neo-erectae dioec. Neosoliensi.

Bencsáth Mathias. Missus 10. Nov. 1749. pro cooperatore Rosenbergam, 17. Nov. 1751. investitus parochus in Liptó-Szent-Anna, hinc 5. Jan. 1756. transivit ad l. r. ac montanam cittem Libetbánya, inde vero 21. Nov. 1757. ad Predajna, cum qua ad neo-erectam dioecesim Neosoliensem.

Bencsik Josephus. Natus Tirnaviae, theologiae quartum annum 1796. in seminario AEppali Psoniensi absolvit. Cooperatorem egit Levae, et mox in aula AEppali notarius s. sedis et officii vic. cancellista factus et qua talis juris utriusque doctoratum adeptus est. Dein munus notarii metropol. s. sedis gessit. 15. Maji 1803. praesentatus est parochus cittis Bazin, quam usque 20. Dec. 1821. gessit, factus tunc bibliothecarius una archivarius primatialis. † 11. Apr. 1827. Strigonii. Fuit I. I. com. Poson. et Strig. tab. jud. assessor. In campo literaturae merita acquisivit. (Szinnyei, Magy. Irók, I. 809.)

Bencze Stephanus. E seminario S. Stephani 15. Sept. 1771. missus pro cooperatore ad Muzsla, 1773. factus parochus Sávolyensis usque mortem. † 1776. in Érsekujvár.

Bende Franciscus. Quartum annum theologiae in seminario AEppali Psoniensi 1794. absolvit. Cooperatorem egit in Patak, hinc 22. Sept. 1798. praesentatus est parochus in Vámos, 1830. VADnus, ord. et schol. nat. inspector. † 25. Dec. 1836. Fuit I. com. Jaurinensis, prout et sed. praed. de Bácsa et Füs tabulae judicariae assessor.

Benedek Georgius. Ab 1559. parochus in Aranyos-Maróth. De hoc parochio ejusque ecclesia visitator Joannes Derecskey ADnus Hont. talia notavit: Ecclesiam habet pulchram et turrim quoque, quae sine tectura. In ecclesia nullae sunt tabulae (imagines nempe sanctorum) nam turca combusserat ecclesiam, et nunc est aedificata. Servatur quidem in ecclesia Eucharistia, sed aqua baptismi erat foetida et vermibus abundabat. Plebanum, qui Posonii per eppum Georgium Tompa

fuit ordinatus, visitator de hac negligentia corripuit, qui respondit, novitium se esse et in posterum diligentiam adhibiturum promisit. Est sine uxore.

Benedek Georgius. E seminario S. Stephani reg. 4. Apr. 1670. ordinatus. 2. Mart. 1672. investitus est parochus in Görgö in cottu Tornensi.

Benedek Joannes. Theologiam per quatuor annos absolvit in seminario S. Stephani Tirnaviae. Annum 1822. Strigonii in instituto presbyterorum transegit. Cooperatorem egit in Ürmény septem, in Tornócz duobus annis. Ubi et administratorem egit. 16. Sept. 1831. accessit parochiam Bese, hinc 8. Dec. 1839. transivit ad Hidaskürt, ibi † 4. Febr. 1846. Aetatis 47.

Benedictus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos ecclesiae beatae virginis de Fas, vel Fus, (Füs) qui juratus dixit beneficium suum non valere ultra mediam marcam, solvit collectoribus census papalis tres grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 187.)

Benedictus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Bors (Ó-Bars) archidiac. qui suum beneficium juratus aestimavit ad III. marcas, et solvit collectoribus census passalis octodecim grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 223.)

Benedictus. Occurrit 1332. inter et 1337. sac. s. Spiritus de Nempsit in ADtu Nitr. (nunc Nemczics filia ad Nagytapolcsány) juratus dixit suum beneficium non valere quam marcam et mediam, solvit novem grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 185.)

Benedictus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos ecclesiae sancti Martini de Sempte, qui coram collectoribus census papalis, juratus dixit beneficium non valere ultra tres marcas, solvit octodecim grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 184.)

Benedictus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos de Sauar (Zavar) qui juratus dixit se non credere quod beneficium suum per annum plus valeretur quam octo grossos, quos collectoribus census papalis solvit. (Mon. Vat. S. I. T. I. 202.)

Benedictus. Occurrit 1391. plebanus in Püs-pöki. (Ex notatis Georgii Palkovics.)

Benedictus. Occurrit 1441. plebanus in Turócz-Szent-Márton. Celeber hic vir, unus fuit litteratorum illius aevi, vel certe diligens descriptor et copiator codicum; sic enim inscriptus est codici manuscripto parochiae Cremniciensis qui ho-

miliis Magistri Vilhelmi cancellarii Parisiensis in se continet: «Explicit per manus Benedicti presbyteri de Thurcz de Sto Martino, ultimo die anni 1441.» characteribus minusculis gothicis et pictis initialibus ornatus. (Schemat. hist. dioec. Neosol. 1876. 301. et Szinnyei, Magy. Irók. I. 823.)

Benedictus. Occurrit ab 1515. usque 1530. parochus ecclesiae b. Mariae Magdalенаe nationis hungaricae in novo monte Pestiensis, id est in castro Budensi. 1515. cum fratre Andrea Stoeso Norinbergensi, ordinis carmelitarum vicario generali et provinciali conventus Hungariae, respectu administrationis capellae S. Annae coram capitulo Budensi contractum inivit. (Knauz, A budai káptalan regestái 146.) 23. Oct. 1521. jam tunc custos et cantor ecclesiae Colocensis exaravit consignationem fundationum ecclesiae suae parochialis. (Ibid. 153.) Ante cladem Mohacsianam collector fuit thesauri ecclesiarum pro bellicis finibus occupati, qui ipse pauper quidquid obtinuerat consumpsit cum clericis, non ita Casparus Szeredy, qui socius ejus in collectione erat, hic opulens et magnificus factus est. (Szerémi Emlékirta. 115.) Particeps fuit oppugnationis castri Budensis 1530. per Turcas peractae. Tunc Georgius Szerémy capellanus aulicus Joannis regis vidit illum sedentem in várta super navem Ferdinandi. Plebanus hunc admonuit ne exponeret se periculo, ast ille audaciam ostendere volens approximavit ad locum ubi murus globis tormentorum terebatur, et in facie vulneratus est. (Ibid. 287. Vide et Turul. VI. 77.)

Benedictus. 1519. plebanus in Bethania (Mindszent) solvit 4 f. 8 d. pro decimas papales. (Wagner, Analecta Scep. II. 195.)

Benedictus. 1519. plebanus in Nagy-Szalók solvit decimas papales 5 f. 22 d. (Wagner, Analecta Scep. II. 197.)

Benedictus. 1519. plebanus de S. Michaelae distr. inf. Poprád. solvit decimas papales 2 f. 6. (Wagner, Analecta Scep. II. 196.)

Benedictus. 1519. plebanus de Rychnó, solvit decimas papales 3 fl. 25 d. (Wagner, Analecta Scep. 195.)

Benedictus. Occurrit 1525. parochus in Bajóth. (Ex notatis Georgii Palkovics.)

Benedictus. Occurrit 1525. parochus in Nyerges-Ujfalú. (Ex notatis Georgii Palkovics.)

Benedictus. Occurrit 1561. parochus in Szered, cujus templum intus et altaria omnino in-

decenter servata, et capellam Wolfgangi totaliter desertam, invenit visitator ejusdem anni, et de super displicentiam exposuit.

Benedikovicus Carolus. Natus Spacae in cottu Posen. 26. Oct. 1840. Philosophiae studuit Tirnaviae, theologiam inchoavit Strigonii, finivit Vienne. 26. Jul. 1864. ordinatus, Cooperatorem egit in Szenográd, ab 1865. Pestini ad S. Theresiam subin ad S. Josephum. 1869. ad exposituram in Kőbánya missus, ubi 27. Nov. 1881. parochus factus est.

Beness Josephus. Natus 18. Oct. 1807. in Hlinszkó in Bohemia, in circulo Chrudim. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 11. Maji 1832. ordinatus est. Cooperator fuit in Nagy-Surány mensibus quatuor, in Verbó annis decem demto uno mense. 24. Aug. 1842. missus pro curatore anabaptistarum ad Szobotist. 27. Oct. 1853. obtinuit parochiam Alsó-Bottfalú, ubi † 14. Oct. 1873.

Beniczky Casparus. Ab 1630. usque 1634. occurrit parochus in Szent-György. 4. et 5. Oct. anni prioris interfuit synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae, anno posteriori nominat illum Georgius Draskovics, de illo adnotans: Liptoviensis, huc ab initio adepti templi collocatus, annorum forte 45. In concionibus acceptus. Ignarus linguae germanicae, hoc loco opportuna. 1647. occurrit parochus in Récse in catalogo cleri jussu Georgius Lippay concinnato.

Beniczky Gabriel. Theologiam Romae in collegio Apollinari 1782. absolvit. Reversus cooperatorem egit in Drégely-Palánk. 1784. factus est parochus in Somorja, ibi † 25. Mart. 1802.

Beniczky Georgius. Natus 1721. theologiam in seminario S. Adalberti absolvit, 18. Aug. 1745. praesentatus parochus in Zámoly, ubi 1754. Georgius Molnár visitationem peregit, in qua dicitur, quod pro futuro vere adpromissa est aedificatio parochiae. Hinc 21. Maji 1757. transivit ad Nagy-Zellő, ubi † 22. Apr. 1761.

Benjamin. Occurrit 1647. licentiatus in Nagy-Csalomia in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Beniő Joannes. Occurrit 1630. parochus in Nagy-Vezekény (nunc filia ad Nemcsény) qui interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusdem anni per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae.

Benkóczy Joannes. Investitus licentiatus Apr. 1689. in Kőrmossó, hinc in pari qualitate 24. Mart.

1694. in Viszoka, Degés et Kopanicz. Haec colatio 13. Jul. 1696. iterata fuit. Mansitque ibi usque 1702.

Benkovics Adalbertus. Fuit 1694. parochus in Oravka, qui ibidem sacra fundavit.

Benkovics Georgius. Investitus est 17. Jun. 1668. parochus in Nagy-Appony (nunc filia ad Kis-Appony) hinc 27. Jan. 1670. transivit ad Kovarcz, ubi usque 1671. mansit. 25. Jan. 1675. investitus parochus in Jasztraba, hinc 1677. transmigravit ad Szaszka, hinc applicatus est 1. Maji 1680. in xenodochiali parochia Cremniciensi, sed inde jam 30. Oct. ejusdem a. investitus est in parochiam Ternye, unde mox abire debuit, nam eodem anno per Thomam Ebeczky commissarium Tökölännum minister aug. c. intrusus est. Post fata ab 1684. usque 1689. parochum egit in Lutilla. Hinc in Junio transivit ad Lopej, ubi simul et Zólyom-Szent-András administravit usque 1691. Tunc ab 27. Mart. Bacsur, cum Osztróluka providebat usque 23. Maji ejusdem a. qua die ad Dobronam investitus est. 22. Apr. 1692. transivit ad Libetbánya, ubi denuo Zólyom-Szent-András administrabat, hinc 16. Maji 1693. abivit. 18. Jul. 1695. in Zsdany, 25. Sept. autem in Nagy-Lovcsa, investitus est. Hic usque 1696. mansit. 29. Apr. 1699. iterum in Ternye investitus, hinc 18. Mart. 1701. transivit ad Vieszka, hinc 2. Apr. 1703. potitus est iterum Nagy-Lovcsa et 23. Apr. 1704. similiter secunda vice Szaszka, eodem anno et in Szent-Kereszt in cottu Bars functus est, quam 22. Jun. 1711. repetita vice accepit. Senio confectus † 1714. in Bars-Szent-Kereszt. Hic infatigabilis vir per quadraginta et tres annos, viginti et quatuor parochias administrabat.

Benkovics Joannes. Investitus 17. Nov. 1671. parochus in Ternye. Fuit usque 1674.

Benkovics Joannes. E seminario s. reg. Stephani 15. Mart. 1680. ordinatus. Eodem anno 8. Apr. ad indifferentem parochiam in cottu Zol. investitus est, anno sequenti 1681. jam parochus Libet-Bányaensis factus, qui sub persecutione Tökölyana, licet pecunia se redimere potuisset, nihilominus ob magnum zelum ejus in fidem catholicam, ob quem adeo auctus est furor ipsum invadentium, ut ductus ad montes, sibi ipsi sepulchralem foveam effodere debuerat, ac sic decapitatus fuerat 1683. (Ex protocollo VADnali sup. distr. Zoliens.) Imago illius hodie dum conservatur in ecclesia Dubravicensi, quae arte chalcogra-

phica quoque edita est. (Schemat. hist. dioec. Neosol. 1876. 194.)

Benkő Thomas. Theologiae quatuor annorum finem posuit 1796. in AEppali seminario Posoniensi, annum sequentem qua ordinandus Tirnaviae transegit. Cooperator solummodo in Drégelypálánk fuit. 1808. parochus in Vadkert factus est, ubi ab 1818. etiam munus VADiaconi et scholarum nat. inspectoris gessit. † ibid. 31. Mart. 1832. Fuit I. com. Neograd. tabulae judic. assessor.

Benkovics Michael. E Pázmáneó 27. Aug. 1752. pro capellano Scepusium missus, parochus Jekelfalvensis factus, ubi † 17. Jan. 1774.

Benkovics Nicolaus. E seminario Mariano qua theologus moralis egressus, subin parochus factus et quidem 1. Aug. 1717. investitus in Nagy-Szelezsény. Hinc 8. Sept. 1718. transivit ad Pöstyény. Ibi 1731. per Franciscum Zichy ADnum visitatio fuit peracta. † 22. Maji 1746. ibidem.

Benkovics Paulus. Natus 1692. E Pázmáneó qua theologus speculativus 1719. egressus, tribus annis capellanum egit, 9. Maji 1722. investitus est parochus Almásensis, ubi 1755. Joannes Galgóczy visitationem peregit in qua de parocho sic: «Diligenter exequitur officium suum parochiale.» Post exantlatos labores per 35 annos, 1757. parochiam resignavit, et qua emeritus † 20. Mart. 1761. ibidem.

Bentsch Josephus Cal. Theologiae quatuor annos in seminario Mariano Tirnaviae 1816. finivit. Cooperatorem egit Budae ad S. Annam, Samariae, Comaromii. 5. Nov. 1823. incepit administrare parochiam Kis-Oroszi, quam de facto 23. Dec. ejusdem anni accepit, Hinc 16. Jul. transivit ad Békás-Megyer, ubi † Apr. 1847. aetatis 55.

Benyáczky Dismas. In seminario S. Stephani 1806. theologiae quartum annum absolvit. Cooperatorem egit in Szélakna et Egbell. 10. Mart. 1814. praesentatus est parochus in Nagy-Kovaló, hinc 19. Dec. 1815. transivit ad Kuti, inde vero 1819. ad Sasvár. Ibi decanus et altariae S. Antonii de Pad. rector. † 29. Nov. 1834. ibidem.

Benyák Josephus. In seminario generali Budensi 1783 absolvit quintum annum studii theologici. Cooperatorem egit in Zsember, hinc 1. Sept. 1784. praesentatus pro Füss. Huic beneficio 30. Sept. 1816. renuntiavit, quia factus est spiritualis in seminario S. Stephani Tirnaviae, ubi † 23. Nov. 1819.

Benyovszky Carolus. Cursum theologicum quatuor annorum 1818. in seminario Mariano Tirnaviae absolvit. Aliquot tempus absque officio in Urbanov transegit, pro cooperatore ad Vág-Szerdahely fuit missus, hinc 8. Apr. 1825. praesentatus est parochus in Szob, ubi † 22. Oct. 1829.

Benyovszky de eadem et Urbanov Joannes. Natus 3. Sept. 1756. in Benyó. Philosophiam Tirnaviae 1775, et 1776. theologiam in Pázmáneo usque 1781. absolvit. 1782. cooperatore Szeniczii, 1783. vero capellanus aulicus cardinalis a Bathyán fuit. 1784. parochus in Szenicz, una VADnus usque 1805, tunc 29. Jan. canonicus Poseniens. 16. Jun. 1807. vero Strigon. 15. Sept. 1814. ADnus Barsiensis, 21. Oct. 1817. lector, 2. Sept. 1823. praepositus major installatus est. Eodem anno vicarius generalis. Fuit consecratus eppus Lystrensis. † 23. Aug. 1827. Sepultus in monte S. Thomae in capella calvariae quam ipse exstruxit.

Benyovszky Josephus. E seminario egressus 13. Maji 1747. missus est pro cooperatore ad Búr. 24. Jun. 1749. investitus parochus in Nagy-Bresztován, hinc 11. Aug. 1753. transivit ad Fenyő-Kosztolán, inde vero 15. Jan. 1756. ad Komjáthna. Hic 1767. conscriptio parochiae effectuada fuit. Demum 1. Jun. 1768. ad Turócz-Szent-Péter, huic 1770. renuntiavit et instituto emeritorum parochorum adnumeratus † 16. Dec. 1801. Tirnaviae.

Benus, vel Benyus Georgius. Natus 22. Apr. 1744. in Kajal cottu Poson. In seminario generali e ss. theologia laureatus. 28. Jul. 1770. missus ad Érsekujvár. Hinc 28. Jun. 1771. primus investitus est in neo-erectam parochiam Bajóth, quae eousque filia ad Nyergesujfalu fuit. Hinc 20. Jun. 1772. transivit ad Üzbégh, inde vere 20. Jul. 1773. ad Guta, demum in Dec. 1780. ad Szölgyény, 1797. VADnus cis Danubianus. † 24. Jan. 1798. ibidem. Fuit consist. et I. com. Strig. Assessor. Lapidem sepulchralem in coemeterio communi posuit ipsius soror Anna Benedicta ordinis s. Clarae professa. (Magy. Sion. 1865. 420.)

Benyus Thomas. Absuluto in seminario generali tertio anno theologiae 8. Apr. 1764. missus est pro cura animarum in Scepusium, ibidem cooperatorem egit in Szepes-Olaszi, hinc 1774. parochus factus est in Felső-Szalok. Cum parochia haec adscriptus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Beránek Michael. In seminario generali Poseniensi cum anno quinto 1785. absolvit studium theologicum. Cooperatorem egit Galanthae. 1.

Sept. 1787. praesentatus et capellanus localis in Alsó-Jattó, hinc 1. Maji 1793. transivit pro parochus ad Nagy-Súr. Installationem ejus solemnitate auxit depositio lapidis fundamentalis ipsius ecclesiae. Eo inspiciente surrexit speciosa fabrica hodiernae ecclesiae. † 15. Maji 1811. ibidem.

Berehthold, e comitibus, liber baro de Ungerschütz Franciscus Ser. Natus 24. Jun. 1730. Tirnaviae. Philosophiam in Pázmáneo, theologiam Romae in Apollinari audivit, ubi suprema theologiae laurea distinctus. Redux, in aula AEppi Nicolai e com. Csáky tantisper moratus. 20. Mart. 1754. investitus parochus in Verebély et ejusdem nominis districtus VADnus. 23. Jul. 1758. ad capitulum Strig. promotus, 19. Sept. 1760. ADnus Bars. 1764. abbas realis S. Salvatoris de Kapor-nak, 1766. el. eppus Noviensis. 27. Febr. 1773. praepositus Poseniensis. 1776. neo-erectae dioecesis Neosoliensis primus eppus. 1780. act. int. status consiliarius † 14. Aug. 1793. (Schemat. hist. dioc. Neosol. 1876. 9—23. Szinnyi, Magy. Irók. I. 898.)

Bereczky Benedictus. Ab 1631. usque 1634. occurrit parochus in Guta. Visitor ejusdem a. Josephus Baghy ADnus Comar. nullum in illo detexit defectum, imo vitam et probitatem ejus laudabilem dicit. Habuit honeste omnia et quoad paramenta et quoad munus suum. Paramenta propria industria aquisivit. 1647. occurrit in Izbégh, nunc Üzbégh, et nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay AEppi Strigon. exarato.

Beregh, vel Berec Joannes. Natus 1662. Theologiam in Pázmáneo absolvit. Investitus est 26. Jul. 1691. parochus in Kraszna-Horka-Vár-alja, inde 2. Jun. 1694. transivit ad Kövi. 1. Jun. 1696. investitus est parochus in Udvard, ubi tunc ab 80 annis non fuit parochus, uti ait visitor Adamus Nigrini ADnus Comar., qui 1697. visitationem peregit. Verum ob disturbia parochiam deserere debuit, idcirco eo usque donec redire posset, collatum accepit 21. Apr. 1702. oppidum Kakat, nunc Párkány, primus hic loci parochus, quia hucusque pertinebat ad cittem AEppalem, ast in visitatione 1701. jam proprium petierunt parochum. Ecclesia tunc recenter fuit aedificata, ubi olim turcarum, mecses erat. Paramenta omnia ex munificentia em. Kollonics AEppi accepit. Habuit et Libad, Ebed ac Köhidgyarmat, hanc usque 1702, administravit, donec transiret 1. Dec. 1709. ad Füss, quam usque sequentem a. 1710. ad-

ministravit, tunc reversus ad Udvard, ubi usque 1712. mansit. 24. Jan. 1714. investitus in Sárffő, et Német-Gurab. Hinc 13. Apr. 1720. demum accepit Szemere, sed brevi tempore mansit, jam 19. Sept. nactus est successorem.

Beregh, vel Berek Joannes. Koltensis donatarius nobilis, susceptus 1750. ad seminarium Széchényianum Budense, ubi philosophiam, theologiam vero Tirnaviae absolvit. 15. Nov. 1755. missus est pro cooperatore ad Szerdahely in Csallóköz, hinc 1. Jul. 1757. ad Lédecz, 30. ejusdem a. vero ad Egerszegh, semper in pari qualitate. 27. Jun. 1758. investitus est parochus in Nagy-Emőke. Ubi 27. Oct. 1779. nomine Josephi Bathány visitatio canonica fuit peracta per Franciscum Galgóczy ADnum. In Oct. 1783. parochiam, pedum doloribus afflicto resignavit et recessit ad lares paternos, ubi † 27. Jul. 1786. aetatis 55.

Berenházy Antonius. Natus 23. Oct. 1788. Theologiam Tirnaviae in seminario S. Stephani absolvit 1812. et eodem a. 26. Aug. ordinatus est. Pro cooperatore missus est ad Nagy-Lévárd, ubi post quatuor annos factus est parochus. Hujus parochiae curam quadraginta annis gessit. † 10. Aug. 1856.

Berényi de Karacs-Berény comes Antonius. Natus 24. Sept. 1795. Qua clericus dioecesis Jauriniensis absolvit 1824. theologiam in seminario generali Pestini. 23. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Jam a. sequenti 1825. praeposituram curatam B. M. V. de Vágújhely adeptus est. Quum haec sub sequestro existeret, ex indultu Primatis Josephi Kopacsy pro missionario Americam ivit et in New-York ac Rochester tribus annis operatus est. Redux 3. Febr. 1852. beneficium in manus Aëppi deposuit. † 1. Oct. 1859. Tirnaviae.

Berényi Franciscus. Investitus 8. Jul. 1687. parochus in Ujlak, hinc in Aprili 1689. transivit ad Nagy-Paka, ubi simul ad Szent-Mihályfa investitus fuit, quas usque 1690. administravit.

Berényi Josephus. Theologiam in quadrienni cursu absolvit 1798. in seminario Aëppali Posoniensi. Cooperatorem egit in Buda-Eörs et Tárján. 10. Aug. 1803. investitus capellanus localis in Kis-Oroszi, 2. Jan. 1816. parochus in Zsigárd. † 21. Oct. 1827. ibidem.

Beriny Joannes. 10. Dec. 1688. accepit investituram pro licentiatu in Bátorfalu, Terbegez et Ujfalú.

Berg eques de Liebenberg et Frankenstein Carolus. Neosolio oriundus, theologiae studuit Romae, redux cooperatorem uno a. Földvárini egit. In Aug. 1739. investitus Parochus in Nagy-Födemes, ubi usque Mart. 1741. mansit. 10. Jul. 1742. investitus est in Visegrád, ubi † 3. Jan. 1761. aetatis circa 50. Fuit ss. theologiae doctor et protonot. apost.

Bergam Michael. Pro cooperatore 4. Febr. 1754. missus ad Oravka in cottu Árva. 2. Aug. 1756. investitus parochus in Paraszt-Dubova, hinc 2. Oct. 1761. transivit ad Subvilk, ubi † 31. Jan. 1776. Fuit protonotarius apostolicus.

Berlonicz Martinus. Investitus 26. Jun. 1665. parochus in Horvát-Gurab, ubi usque 1666. mansit.

Bernardus. Occurrit ab 1463. usque 1468. parochus et canonicus coll. eccl. ad S. Martinum Posonii. (Rimely, Capit. Poson. 257.)

Bernász Franciscus. Natus 6. Apr. 1829. Theologiam Strigonii absolvit et 27. Jul. 1854. ordinatus est. Cooperatorem egit in Thaszár, Nádas in cottu Hont, in Valle Mariae, Bazin et Szakolczae. 1861. factus parochus in Verbócz. Hinc 23. Oct. 1865. transivit administrare parochiam Czerova, in quam 31. Jan. 1866. investitus est.

Bernátt Urbanus. Occurrit 1630. licentiatu in Táth, nunc filia ad Dorogh, qui in synodo Tirnaviae per Petrum Pázmány 4. et 5. Oct. ejusdem a. celebrata praesens fuit.

Berneczey Joannes. E seminario s. Stephani 7. Apr. 1689. ordinatus, jam Jun. ejusdem a. investitus est parochus in Kemencze, hinc 21. Maji 1692. transivit ad Szalka. 16. Apr. 1693. collationem accepit ad indifferentem parochiam in cottu Neograd. 28. Maji 1694. investitus in Visk, 17. Apr. 1695. accepit Nagy-Oroszi, hinc 28. Apr. 1698. transivit ad Nagy-Czétény, tum 28. Apr. 1699. ad Szete, 22. Jul. 1701. accepit Déménd, 26. Maji 1702. vero Köhidgyarmath, Libád, et Kicsind. 9. Maji 1706. accepit Bernecze, 7. Febr. 1711. Kemencze, 17. Maji ejusdem annii accepit administrandam Hered in dioecesi Vácziensi, 18. Julii ejusdem adhuc anni Ipoly-Szakállos, ubi usque 1713. mansit.

Bernkopf Alphonsus. Natus 2. Aug. 1848. Philosophiam et theologiam in seminario s. Stephani Strigonii absolvit. 7. Aug. 1871. ordinatus. Eodem a. pro cooperatore ad Divény missus. Hinc 26. Maji 1879. administrandam suscepit parochiam in Szent-István (Haszprunka) in cujus parochum

20. Jul. ejusdem a. denominatus. Hinc transivit 1888. ad Cziffer.

Bernkopf Carolus. Natus 4. Nov. 1860. Philosophiam et Theologiam in seminario S. Stephani Strigonii absolvit. 15. Jul. 1884 ordinatus est. Cooperatorem egit in Diószeg. Hinc 1887. factus est parochus in Pusztafödemes.

Bernolák Antonius. Natus 4. Oct. 1762. in Szlanicza, in cottu Árvensi. Theologiae quintum annum in seminario Posoniensi 1787. terminavit et ordinatus est missusque pro cooperatore ad Cseklész. 1791. cancellarius officii vicarialis et m. s. sedis Strig. 29. Apr. 1797. investitus parochus Érsek-Ujváriensis, jam 30. Maji ejusdem a. VADnus. † 15. Jan. 1813. Fuit ss. theologiae baccalaureus. Habet merita in literatura philologica slavica. (Szinyeyi, Magy. Irók. I. 959.)

Bertány, vel Bersány Matthaeus. Post licentiatos primus parochus in Kőkeszi 1704. per Martinum Mérey ADnum installatus, hinc 10. Apr. 1707. transivit ad Házás-Nénye, inde vero 9. Apr. 1717. ad Litke, hinc demum 15. Apr. 1719. ad Egyházfalva, ubi usque 1721. mansit.

Bersovich, vel Berzeviczi Lucas. E seminario qua philosophus et casista exivit, fuit annorum tunc 26. Tribus annis in cura animarum exactis, medio anno ante visitationem per Mathiam Schleglium ADnum Bars. 1647. in Csiffár peracto, illuc appullit. De quo visitator adnotavit, quod nec ullum requisitum librum habuit. Templam habet duo carentia tabulamento, in Tild turris absque tecto. Auditores sunt inobedientes, festifragi, negligentes in audiendis sacris et concionibus. 1657. fuit parochus in Berencz; eo anno ibidem Joannes Cherlay visitationem peregit, qui de parocho sic: Homo admirabilis, in divinis officiis negligens, blasphemus, ebriosus, percussor, a nullo commendatur, neminem honorat, a nemine honoratur. Ancillam manibus et pedibus ligatam percussit. 14. Oct. 1666. investitus est in Egerszegh, ubi usque 17. Jun. 1667. mansit, tunc transiens ad Lédecz et Kosztolán, usque 1671. ibi exhaerens.

Berstovics Laurentius. Ab 1653. usque 1659. fuit parochus in Modor. (E notis Georgii Palkovics.)

Bertics Joannes. Natus Eszekini, Philosophiam et theologiae duos annos in seminario s. Stephani absolvit usque 1769. E priori 1766. ad baccalaureatum promotus. 2. Aug. 1769. missus pro cooperatore ad Babarcz. Hinc in Majo 1772.

factus parochus in nova parochia Szajk in cottu Baranya. Isthinc fine Maji 1773. ad Maria Kéménd discessit pro cooperatore, ast morbo phthysico assumptus, in domo paterna † 8. Jun. 1775.

Bertoni Carolus. Philosophiae magister 1763. ex seminario S. Stephani proclamatus. 1764. e seminario generali rigorosa e theologia subvivo. Fuit usque 1768. alumnus seminarii Budensis Széchenyiani, e quo 14. Jun. ejusdem a. missus pro cooperatore Pestinum. Hinc 15. Sept. 1772. investitus parochus in Visegrád. Inde 6. Jun. 1775. transivit ad Durand, cum qua 1776. ad dioecesim Scepusiensem.

Berzáczy Josephus. Natus Tirnaviae. Theologiae quadriennem cursum in seminario S. Stephani Tirnaviae absolvit. 10. Dec. 1768. missus pro cooperatore ad Üzbégh. Hinc 28. Aug. 1770. investitus parochus in Felső-Attrak, cui 19. Maji 1773. renuntiavit et ad capellaniam Tirnaviensem recessit, 18. Jul. 1780 investitus est parochus in Ürmény, ubi † 8. Dec. 1804. Fuit protonot. apostolicus.

Berzák Aloysius. Natus 21. Jun. 1817. Tirnaviae. Philosophiam qua saecularis, theologiam qua clericus ibidem absolvit. 20. Nov. 1840. ordinatus. Adhuc 1839. qua diaconus missus est pro educatore ad familiam Jezerniczky, quod munus gesserat usque sui praesentationem 1846. factam pro parochia Báfony. In qua 1862. surr. 1866. ord. VADni munus gessit. † 7. Mart. 1879. ibidem.

Berzauter Antonius. Natus 6. Aug. 1811. in Ács in cottu Jaurin. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 27. Sept. 1835. ordinatus. Cooperatorem egit in Udvard medio, in Szölgyén medio anno. In Bajna tribus et Szomor tribus annis. In Szakal uno, item in Naszvad tribus annis. Ab 25. Sept. 1846. administrabat Nagybjacs. Hinc 14. Maji 1853. praesentatus est parochus in Révfulu, quam 1870. resignavit, ex qua, fine Jan. 1871. recessit. Instituto S. Adalberti aggregatus, † 10. Dec. 1877. in Győr-Sziget.

Berzenczei Emericus, vel de Burczuncze. Occurrit 1561. parochus in Nagyszelezsény. De quo Georgius Konyafalvay ADnus Bars. in eodem a. peracta visitatione notavit: Admodum juvenis et habet uxorem. Admonitus per visitatorem ut compareret in synodo, reposuit, se illic nolle remeare. Altera vice penes Cremnicium repertus est divigans.

Berzényi Joannes. Cui 15. Jun. 1668. collata est licentia in Kőbölkút, quam usque 1689. administravit.

Berzeviczy Georgius, Alexander. Ex Berzevicze in cottu Sáros, 2. Nov. 1735. susceptus in alumnatum Budensem Széchenyianum. Assecutus est presbyteratum et parochiam Felső-Szalók, ast eam resignavit et Leutschoviam recessit, ubi † 1. Sept. 1750.

Berzeviczy Nicolaus. Andrea de Lumnicza et Berzevicze equestris ordinis patre natus. Admodum adhuc adolescentem ob nobilitatem generis et existimationem doctrinae rex Ludovicus nihil dubitaverat novo monti Pestiensis, qui deinde Budavár appellatus est, praeficere curionem. Quo munere ab 1342. functus est. Ut sibi palatium pro aede parochiali aedificaret, domos monialium de insula leporum ad cimiterium penes ecclesiam existentem sitas occupaverat. (C. D. Andeg. IV. 627.) Homo opulentus fuit possidens in Scepusio possessionem Berbarn dictam. (l. c. IV. 472.) Ex rectoratu hujus ecclesiae 1347. elevatus est ad praeposituram Scepusiensem e favoribus regis Ludovici. (Mon. Vat. S. I. T. I. 441.) Qui adhuc aucti sunt, nam rex, ut clientem suum ornaret apud Romanum Pontificem egit, quod ecclesiam Scepusiensem cathedralem, ejus praepositum episcopum esse juberet. Addidit et literas et praeces Elisabetha regina (Péterffy, Conc. I. 193.) Hac spe evolutus Nicolaus, nihilo segnior fuit in iis, quae ad commodum ecclesiae attinebant, sic possessionem Jánosfalva ecclesiae 1354. vindicavit. In gravem morbum incidens Hunsdorfium, in solum gentilitium se transferri curavit, ubi † 1356. In ecclesia ejati sepultus. Tumulus lapide sepulchrali cum insigne gentilitio provisus. (Wagner, Analecta Scep. II. 343. III. 34. et Budavári főtemplom tört. 48.)

Berzik Josephus. Cooperatorem egit ab 1805. in Szomolán, ab 1807. in Csataj. 1. Oct. 1808. missus pro administratore capellaniae localis in Felső-Szöllös, ubi 9. Jan. 1810. praesentatus fuit. 12. Maji ejusdem a. praesentatus parochus in Nagysurány, hinc 28. Aug. 1827. transivit ad Rimóc, ast 5. Oct. ejusdem a. per cambium cum Francisco Kovács transivit ad Eözdöghe pro administratore, ubi † 6. Aug. 1830.

Beskó Adamus. Natus in Nagy-Tapolcsány. Alumnus fuit collegii gen. cleri hung. in quo 1692. baccalaureus et 1693. magister philosophiae crea-

tus est. 1695. tertium annum theologiae terminavit. Jam in Dec. 1694. ordinatus. 5. Apr. 1719. investitus parochus in Kis-Apáthi, ubi † 22. Maji 1751.

Beszedich Georgius. Investitus est 20. Mart. 1680. parochus in Besztercze in cottu Poson. ubi usque 1706. mansit.

Bethonius Andreas, vide Barton.

Berulay, alias Brezina Mathias, Georgius. Natus 1643. Tertio anno theologiae absoluto 1704. ad titulum mensae Nicolai Pálffy palatini regni ordinatus est. Eodem anno 14. Sept. accepit parochiam Magasfalu, (Hochstettno), ubi 1714. Emericus L. B. Pongrácz el. eppus visitationem peregit. † 14. Mart. 1730. Sepultus ante principalem aram.

Betulay Michael. Investitus 27. Jan. 1732. in Nagy-Lovcsa, hinc 19. Jan. 1735. transivit ad Liptó-Szent-András. Inde eodem adhuc anno abivit.

Bévész Paulus. Absoluto quarto anno theologiae 1790. sequentem adhuc annum qua theologiae practicus in seminario arcis Posoniensis transivit. Hinc pro cooperatore Vetro-Budam missus, inde vero 4. Maji 1792. investitus capellanus localis in Vámos-Mikola, quam stationem eodem anno reliquit, ut qua cooperator Budae in praesidio ad B. M. V. Assumt. fungi posset. 27. Aug. 1800. praesentam pro Nagy-Salló accepit, ubi † 1. Aug. 1807. fatali ex equo lapsu.

Bezák Josephus. Natus 6. Sept. 1835. Theologiam in seminario s. Stephani absolvit et 3. Sept. 1858. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kistapolcsány. Ab 1859. capellanum castrensem egit in legione huszárorum voluntariorum Nr. 14. quae ab Mauritio com. Pálffy ab Erdöd nomen gesserat. Inde redux applicatus est 1869. qua administrator in Bori, ibidem mox parochus factus et ab 1873. VADnus surr. distr. Nagykosztolány. 16. Aug. 1877. praesentatus ad Nagyjác, quam 1890. resignavit et pensione donatus est.

Bezák Stephanus. Natus 5. Aug. 1838. in Chinoran in cottu Nitr. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 24. Febr. 1862. ordinatus est. Pro cooperatore missus ad Sellye, dein ad Pudmericz, 6. Dec. 1867. constitutus est administrator in Biksárd. Hinc in Sept. 1879. transivit ad Maniga.

Bezák Stephanus. Natus 6. Maji 1851. Theo-

logiam Nitriae absolvit et ad titulum ejusdem dioecesis 26. Jul. 1876. ordinatus ac ad Nagy-Bossán pro cooperatore missus, ibi expleto anno factus admin. in spiritualibus in Ribén, ubi duobus et medio anno exactis laboribus valetudinarius factus, ad Meran ire debuit. Inde post septem menses redux cooperatorem egit in Divék. Quum clima asperum dioecesis Nitriensis illi. nequaquam profuisset, cum dimissione provisus 28. Maji 1881. ad ADioecesim susceptus et ad Sopornyam missus est pro cooperatore. Hinc 24. Dec. 1883. praesentam pro Kis-Lévárd accepit.

Beznák de Beznákfalva Paulus. Natus in vico Sissó in cottu Nitr. studuit philosophiae 1753. in seminario s. Stephani. Hinc Romam ad Apollinare missus, ubi doctor theologiae promotus. Ab 15. Jul. 1758. egit cooperatorem in Scepusio. 29. Febr. 1760. investitus parochus in Nagy-Ugrócz. Hinc 30. Apr. 1765. transivit ad Szenicz, ubi ab 1778. in districtu ejusdem nominis munus VADni gessit. Hinc 8. Maji 1784. canonicus Poseniensis, 15. Jan. 1787. vero Strigoniensis. 9. Apr. 1801. ADnus Sasváriensis, 11. Jan. 1808. custos, 1811. lector installatus. Fuit etiam abbas de Casa Nova. † 20. Jan. 1814. Tirnaviae.

Bezúr Mathias. Investitus 26. Apr. 1718. parochus in Úzbégh. Hinc 7. Febr. 1720. investituram accepit in Majthény, quam statim resignavit, quia jam 19. Febr. successorem nactus est. 4. Sept. 1723. investitus parochus in Alsó-Győröd, ubi ipse matriculas scribere et sub suis auspiciis Josephus comes Hunyady templum aedificare incoepit. Hic usque Sept. 1733. mansit. 10. Jul. 1734. investituram accepit ad parochiam Ivánka, vivente adhuc ejate parochio Nicolao Bucsány, qui ulterius ibi permansit.

Bezúr Stephanus. 21. Apr. 1741. investitus parochus in Köhidgyarmat. Sub eo M. E. Strig. capitulum novam ecclesiam curavit aedificari, quam Michael Frivaisz el. et cons. eppus 24. Maji 1748. consecravit. Hinc 6. Febr. 1749. transivit ad l. r. cittem Strigoniensem, ubi controversiam habuit cum Franciscanis propter sepulturam abbatis Lekérensis Joannis Caspari Germeten apud ipsos mortui. (Litterae de 8. Febr. 1752. in Arch. Vet. XXXII.) 1751. factus canonicus Poseniensis. Fuit praepositus S. Eustachii de Csuth. † 30. Apr. 1764. Fecit foundationes in Köhidgyarmat et Libád.

Bicskei Andreas, Samuel. Investitus 6. Sept. 1690. licentiatu in Szent-Mihályfa, de quo visi-

tatio per Stephanum Illyés 1695. peracta sic habet: ante annos quatuor ex praedicante Calviniano conversus, facta publice Posenii in ecclesia SS. Salvatoris fidei professione. Annorum circiter 50. Libris catholicis instructus.

Biela, vel Bielavius, aut Bella Thomas. Patria Szlécsensis in cottu Liptó. Jam aetatis anno 26. canonicus Poseniensis, qui 8. Jan. 1619. in processu fisci contra Thomam Balásffy, praepositum Poseniensem, percussorem sacerdotum, testem egit. Tunc simul concionator slavicus erat. (Arch. Vet. Intran: Fasc. 59.) Jam 1625. cantor. Quum 1629. ecclesia oppidi Récse a lutheranis diu inique possessa rursus recuperata fuerit, 17. Jun. primus parochus fuit constitutus. Teste visitatione 1634. Posenii, capellam per quam a septemtrione in templum S. Martini patet ingressus tunc qua rector renovari et novum altare parare et inscriptione provideri curavit. Eodem a. adhuc fuit cocionator slavonicus. Statutis synodi Tirnaviensis 1638. constitutis in nomine capituli subcripsit. Fuit tunc abbas SS. Trinitatis prope Soklyos. (Péterffy, II. 375.) In parochia Poseniensi jam 1629. et 1630. functus est, 1640. vero iterum parochus factus est, simul per novum patronum Paulum com. Pálffy in plebanum Bajmóczensem primus post restabilitam fidem suffectus est. Contra hunc proposuit Zacharias Lani pastor et superattendens Trencsiniensis opusculum: Dissipatio Luciferi Papistici reaccensi a Thoma Belavio. 1643. (Szabó, Régi m. könyvtár II. 177.) Ecclesiam filialem ad Bajmócz, Poruba missali caliceque piis expensis providit, uti ait visitatio a. 19. Oct. 1657. Testamentum 1644. condidit, in quo argentum pro monstrantia 304. marcarum ecclesiae loci natalis legavit, ut in nido illo haereticorum theophoria solemnus celebretur. † 1645. Testamenti executio 13. Maji peracta.

Bielcsik Joannes. Natus 22. Jun. 1856. Theologiam in seminario s. Stephani absolvit Strigonii. 30. Jun. 1880. ordinatus est. Cooperatorem egit Mijavae. 1. Nov. 1883. usque 20. Febr. 1884. administravit parochiam Szenicz, hinc transivit pro administratore ad Turoluka. Inde 1888. aggregatus est instituto emeritorum Parochorum Tirnaviae.

Biely Andreas. Detvensis 1689. magister philosophiae declaratus, theologiam usque 1692. in seminario rubrorum absolvit, et 5. Mart. ejusdem anni ad praeposituram Bajmóczensem ordinatus est.

21. Maji 1696. investitus est parochus Divinensis in cottu Neograd. ubi usque 1701. mansit.

Bieli Georgius. E seminario s. Stephani 7. Apr. 1689. ordinatus. Statim ad parochiam Badin et Szielnicz missus, hanc dimisit, illam ulterius retinens. 1692. Valaszkam accepit, 1. Jul. 1695. investitus est in Jablonicz. 17. Maji 1703. autem in Felső-Zsember. 28. Apr. 1709. accepit Üzbég, jam 26. Maji ejusdem anni Koloss, ubi usque 1711. mansit.

Bieli Michael. Investitus 9. Mart. 1687. parochus in Ocsava. Hinc in Aprili 1689. ad Dobronam transivit, inde vero 15. Apr. 1692. investitus est parochus in Némethi in cottu Bars. Hinc 26. Apr. 1701. ad Turócz-Szent-Márton transivit, inde demum 2. Apr. 1702. successorem nactus est.

Bieliczky Justinus. Natus 15. Jul. 1846. Philosophiam Psonii in Emericano et Tirnaviae in seminario Mariano, theologiam Viennae in Pázmáneó usque 1867. absolvit; qua absolutus theologus et diaconus privatum educatorem egit in Nyitravicsap. 22. Maji 1869. ordinatus et 12. Jun. ejusdem anni pro cooperatore ad Kürth, inde Schemnitium missus. 1872. factus est educator apud comitem Erdödy, 1873. cooperator in Udvard, dein Comaromii. Ab 18. Aug. 1881. administravit Bucsán, inde 1887. factus parochus in Podola.

Biliczensis Georgius. Occurrit 1560. parochus in Németh-Próna. De quo visitator Michael Szegedinus a. 1560. sic refert: Olomucii sacris initiatus, adultus, uxoratus. Ecclesiam habet imaginibus vexillis et aliis ornamentis decoratam, sacramentis vero privatam ac ceremoniis solitis. Instar Lutheranorum sacra celebrat et sub utraque specie communicat. Festos dies et jejuniorum observantiam praedicat. In politicis est humanus.

Bihary Daniel. Nobilis. natus in Felhéviz, fuit alumnus collegii generalis. 17. Aug. 1662. ad baccalaureatum philosophiae promotus. 20. Jun. 1664. investitus parochus in Féli, hinc 8. Nov. 1665. transivit ad Vajka. 2. Febr. 1675. investitus est ad Guta. 30. Apr. 1677. a Turcis captus fuit, sed feliciter liberatus. Eodem a. 1677. transivit ad Szempcz, demum 1682. ad Püspöki. Ibi graviter decumbens substitutum habuit Paulum Olasz, qui etiam valetudinarius factus, brevi ambo obierunt. † in Jan. 1684.

Bielek Joannes. In seminario Mariano theologiam quadriennem 1809. terminavit. Qua dia-

conus accomodatus est praebendatus chori ecclesiastici coll. eccl. Psoniensis. Abhinc ordinatus cooperatorem egit in Garam-Ujfalú. 25. Maji 1814. promotus ad parochiam Nemes-Oroszi. † 4. Apr. 1828. ibidem.

Bilik Joannes. Natus 1690. Theologiam in seminario s. Stephani usque 1714. absolvit, quo anno 9. Mart. investitus est parochus in Nagy-Kosztolán. Hinc 5. Febr. 1721. transivit ad Dejte, ubi 1731. Joannes Jelenffy peregit visitationem canonicam, in qua dicit, quod ei de parochia cum laude dederunt bonum testimonium. Demum 6. Dec. 1736. transivit ad Turóluka, ubi † 24. Dec. 1737.

Bilik Joannes Nep. Investitus 19. Apr. 1738. parochus in Nemcsény, ubi 1747. nova domus parochialis ipsius curis est erecta; 1751. vero capella in filiali Vezekény. Ad munus VADni promotus, quod post 25 annos 1776. resignavit. Parochiam quam desolatam accepit, per auctam aggrestem oeconomiam ad statum eximium elevavit, sed post exactos 43 annos, quum in senectute solertius habitationem in coelis quaesivit, iterum desertam reliquit. † 11. Apr. 1781. Sub illo 30. Oct. 1779. visitatio canonica fuit peracta.

Bilinszky Martinus. Várallyensis e Scepusio 1715, baccalaureus, 1716. magister philosophiae proclamatus, qua alumnus seminarii s. Adalberti, in quo usque 1718. theologiae studuit. 10. Febr. 1719. investitus parochus in Lakács, ubi usque 1722. mansit.

Birkés Acatius. Natus 21. Aug. 1849. Theologiam in seminario s. Stephani absolvit Strigonii. 22. Sept. 1872. ordinatus. Pro cooperatore ad Maria-Nostra missus, hinc 1873. transivit ad Püspöki, inde vero eodem anno ad l. r. civitatem Strig. 29. Dec. 1884. factus administrator in Nagy-Fajkürt, ab 11. Aug. 1886. in Uny, hinc 1889. transivit in pari qualitate ad Varbó.

Birkés Georgius. Natus 5. Apr. 1794. in Bajóth, philosophiam theologiamque absolvit Tirnaviae. 12. Aug. 1818. ordinatus. Ab eodem anno cooperatorem egit ad latus graviter infirmi parochi Mocsensis. Anno sequenti transivit ad Karancsság, 1820. vero ad Nyerges-Ujfalú. 15. Maji 1830. investitus parochus Palástensis. Hinc 12. Apr. 1837. transivit ad Bajta. Quam 1854. resignavit. Quiete donatus ab Apr. 1855. usque Aug. ejusdem a. administravit Alsó-Várad. † 21. Aug. 1871. in Bajóth.

Bíró Franciscus. E seminario s. Stephani reg. 29. Apr. 1766. missus pro cooperatore ad Nagy-Salló. Hinc jam 12. Apr. 1767. investitus est parochus in Zseliz, ubi usque 1773. mansit, in Mart. vel Apr. transiens ad stationem beneficiati Strigonii, ubi † 1. Dec. ejusdem anni.

Bíró de Gelse et Szolga-Győr Franciscus. Theologiae quatuor annos in seminario Posoniensi 1799. terminavit. Hinc missus est pro cooperatore ad Dorogh, inde vero 1804. ad Aquaticam Strigonii. Inde 22. Nov. 1804. praesentatus est capellanus localis in Érseklél, ast jam 1805. transivit ad Kirva pro parcho. Hinc 28. Aug. 1827. accepit Süttő, ubi † 17. Jan. 1844. Aetatis 68. Fuit I. I. cottuum Strig. et Vesp., sed. item AEppal, de Vajka et Érseklél tabulae judicariae assessor.

Bíró Georgius. Theologiae quatuor annos in seminario Posoniensi 1802. terminavit. Hinc cooperatorem egit in Hédervár, ab 1805. in Sto Andrea et ab 1809. Comaromii. 21. Maji 1812. praesentatus parochus in Kossuth, ubi † 1. Oct. 1848.

Bíró Stephanus. Occurrit 1510. parochus in Egyházgelle.

✓ **Bíróczy de Nagy-Bírócz Augustinus.** Natus 20. Sept. 1817. Theologiae quatuor annos in Pázmáneó 1839. terminavit, dein unum annum in presbyterio Strigonii transegit. 16. Nov. 1840. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagysurány, hinc 7. Jan. 1844. praesentatus parochus in Ardanócz. Inde 24. Jan. 1850. transivit ad Krakován, ubi † 12. Nov. 1865.

Biskupith Mathias. Occurrit 1647. Parochus in Dejtha. Nominatur in catalogo cleri ADioec. Strigon. jussu Georgii Szelepcsényi conscripto. Successorem habuit 1657.

Bisztricsány Joannes. Occurrit 1630. parochus in Maskofalva in ADtu Neogradiensi, qui interfuit synodo Tirnaviensi per Petrum Pázmány, die 4. et 5. Oct. ejusdem a. celebratae. (Péterffy, Conc. II. 317.)

Bitakovics Philippus. A 14. Mart. 1653. usque 1659. parochus in Ottóvölgy. Fuit magister philosophiae. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Bitter Laurentius. Strigoniensis, 18. Nov. 1727. susceptus in alumnatum Budensem Szechenyianum. 19. Mart. 1731. ordinatus et statim missus ad parochiam Tornensem, in quam 20. Sept. ejusdem a. investitus. Hinc 30. Maji 1732. transivit ad Patak, ubi et Deytár administravit.

Harum avulsio a Vadkert, occasione visitationis 1731. per Sigismundum Perényi peractae, declarata fuit, et sic primus introductus parochus. 1767. conscriptio parochiae fuit peracta. † 8. Apr. 1769.

Bittner Lazarus. Natus 26. Jan. 1841. Cremnitii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam inchoavit Strigonii, terminavit Viennae. 26. Jul. 1864. ordinatus, pro cooperatore Schemnicium missus, 1871. factus est parochus in Felső-Zsember.

Bivolényi Emericus, Franciscus Xav. Josephus. Ex Apollinari reversus, 1717. apud eppum Nitriensem accommodatus. 8. Dec. 1719. investitus parochus in Felső, alias Német-Diós, hinc 21. Febr. 1727. transivit ad Vittencz. Factus VADnus. Ibidem per Franciscum Zichy 1731. peracta fuit visitatio. Mansit ibidem usque 1732. Fuit AA. LL. et philos. magister ac SS. theol. doctor.

Blahó Adamus. Fuit 1684. Licentiatum in Bagyon, (nunc filia ad Prencsfalu) qui in domo sua a rebellibus captus, rebus omnibus spoliatus, captivus abductus ad lytrum extorquendum, tyranicum in modum excarnificatus, per membra, quae natura tegit, suspensus, donec lytrum pollicitus, liberaretur. (Ex informatione Georgii Szelepcsényi.)

Blahó Joannes. Investitus 5. Maji 1726. parochus in Litke, hinc 30. Nov. 1730. transivit ad Rimócz, inde vero 28. Oct. 1736. ad Balassa-Gyarmat, ubi plures difficultates habuit, in specie, Carolus com. Zichy, quia illum non praesentavit, noluit agnoscere parochum et subditos suos prohibuit dare praestanda. Imo Csesztvenses 1737. oratorium erigere intendebant et praedicantem Szügyiensem vocare. Szügyienses vero attentarunt turbare parochum occasione sepulturae nobilis Paczolay. De qua re diuturnus prodiit processus. † 20. Aug. 1755.

Blahó Joannes. Natus 4. Mart. 1815. Szakolczae. Et philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Jul. 1839. ordinatus, primum Modrae, dein Szuhae cooperatorem agendo, 1843. obtinuit parochiam Bogdány, cui 1881. senio confectus renunciavit. Pensione donatus in quiete vivit Posonii.

Blahó Paulus. Natus 26. Apr. 1844. Szakolczae. Ordinatus 2. Aug. 1868. et pro cooperatore ad Szent-Endre missus, hinc 1869. transivit ad Holics. Inde in Nov. 1882. promotus ad parochiam Dojcs. Est censor dioecesanus et notarius districtualis Sasvárensis.

Blasek Michael. Investitus 1. Maji 1732. parochus Pernekensis. Cum miserae fuisset valetudinis cooperatorem debuit intertenere. † 22. Sept. 1746.

Blasius. Occurrit inter 1332. et 1337. parochus in Epel (nunc filia ad Bajna) in ADtu Budensi, Vespr. dioecesis, qui tres grossos solvit instar census papalis collectoribus. (Mon. Vat. S. I. T. I. 373.)

Blasius. 1359. occ. rector eccl. de Werebel in Bars. qui cum duobus vicinis suis, nempe Paulo de Varad et altero Paulo de Bors ecclesiarum rectoribus, viribus discretis in ordinatione controversiae propter possessiones dominae quondam Mike exortae, collaboravit. (Fejér C. D. IX. III. 113.)

Blasius. Occurrit saeculo XV. rector ecclesiae S. Crucis in castro Strigoniensi. (Ex notatis Georgii Palkovics.)

Blasius. Occurrit 1505. parochus in Tót-Próna. (Schemat. hist. dioec. Neosol. 1876. 273.)

Blasius. Fuit 1519. pleb. de Quinto-foro (Csütörtökhely) et solvit decimas papales 5 f. 8. d. (Wagner, Analecta Scepus. II. 193.) Potest ille idem esse, qui 1529, per exactiones campiductoris Joannis Katzianer graviter vexatus fuit. (Ibid. 202.) Etiam adhuc 1533. ibidem qua parochus fungebatur. (Ibid. 217.)

Blasius. Fuit 1519. plebanus in Rusquin (Ruszkínócz) et solvit decimas papales 2 f. 25 d. (Wagner, Analecta Scepus. II. 194.)

Blasius. Plebanus de Teplicza. † 1519. tempore collectionis decimae papalis, quam solverunt vitrici 1 f. (Wagner, Analecta Scepus. II. 197.)

Blasius. Fuit 1519. plebanus de Villa Joannis, in districtu super. Paprad et solvit decimas papales 1 f. 1 d. (Wagner, Analecta Scepus. II. 197.)

Blasius. Occurrit 1528. parochus ecclesiae S. Mariae Magdalenaee intra civitatem Strigoniensem. (Ex notatis Georgii Palkovics.)

Blasius. Occurrit 1559. parochus in Bajna in cottu Nitriensi. De quo visitatio ejusdem a. sic: Uxoratus, sacramenta omnia ministrat catholice.

Blasius. Occurrit 1560. parochus in Nagy-Ölved, de quo in regesto ecclesiarum in cottu Strigon. existentium eodem a. confecto sic: Uxoratus, alioquin in omnibus ceremoniis et sacramentis Romanus.

Blasius. Occurrit 1561. parochus in Doijch, de quo in visitatione Gregorii Bornemisiana ejusdem

a. sic: Silesita, prius fuit regularis, ordinatus per Olomucensem, in monasterio Sarensi in Moravia, est in sua vocatione diligens, eum parochiani, propter suam modestiam amplectuntur.

Blasius. Occurrit 1561. et 1562. plebanus in Lamoch (Lamac) In visitationibus ad synodum Olahianam praeparantibus, annorum mox dictorum, de illo sic: Habet capellam ex lignis fabricatam, in qua sacramenta servat, quas juxta ritum s. matris ecclesiae administrat, populum habet croaticum. Famulam servat, a qua protes dicitur habere.

Blasius. Occurrit 1561. parochus in Levár (Nagy-Lévárd) de quo visitatio eodem a. 28. Mart. peracta sic: presbyter qui catholicus est et officio suo sufficienter satisfacit, sacramenta reverenter servat, ceremonias quoque ecclesiae juxta morem ecclesiae administrat ac consuetudines observat. Item vestes sacras, vasa domini et quaslibet alias res divinis usibus destinatas munde et honorifice servat. Ejus mores et consuetudines populus laudat. Injunxit visitator oppidanis, ut domum parochialem commodiorem aedificent, nam praesens ruinam minatur. Filiales S. Joannem et Secula diligenter administrat.

Blasius. Occurrit 1561. et 1562. parochus in Vajka, de quo visitationes pro synodo celebranda annis mox dictis peractae sic: Vir catholicus et solitarius. Habet populum catholicum. Sacramenta administrat secundum ritum catholicae fidei.

Blaskó Hyacinthus. Natus Comaromii. 9. Sept. 1757. baccalaureus philosophiae pronuntiatus. Theologiae duos annos in semin. S. Stephani 1760. terminavit, et 28. Jun. pro cooperatore ad Udvard missus, 17. Jul. 1762. investitus parochus in Sajó-Püspöki in cottu Gömör. Dum iteratis vicibus (1766. et 1771.) tumultus in ipsa ecclesia provocatus fuerat, parochus resignavit, et 20. Sept. 1771. pro cooperatore ad Kis-Vendég missus, hinc jam 19. Nov. ejusdem a. transivit ad Rimócz. Inde verum ad domum correctionis. Ex eo 16. Maji 1773. missus pro cooperatore ad Seward. Hinc demum ad institutum emeritorem parochorum susceptus. † 22. Oct. 1799.

Blaskó Joannes. Natus 17. Oct. 1853. Theologiam Strigonii in seminario s. Stephani terminavit et 1. Jul. 1877. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Ölved, Kövesd, Kisapáthi, Garamujfalu et Nadas. Ab 1890. parochus in Kékkő.

Blaskovics Franciscus. Natus 19. Febr. 1811. Pestini. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 28. Oct. 1836. ordinatus est. Anno in presbyterio transacto 1837. pro cooperatore ad Varbó missus est. Hinc 22. Jul. 1842. praesentatus est parochus in Nagy-Bárkány, inde 16. Jun. 1854. accepit Karancsság, hinc vero 18. Jul. 1872. Varbó. Unde 1878. promotus ad capitulum Posoniense. Est canonicus custos et abbas de Triszka.

Blaskovics Georgius. Ab 1681. usque 5. Jan. 1709. fuit parochus in Dévény in cottu Poson.

Blaskovics Joannes. Natus in Nádasd in cottu Poson. qua Alumnus seminarii S. Stephani, 1748. baccalaureus et 1749. magister philosophiae. Theologiae tertium annum 1751. absolvit. 13. Jul. 1752, missus est pro cooperatore ad Lévárd, 15. Febr. 1755. investitus parochus in Závod, hinc 28. Apr. 1762. transivit ad Búr-Szent-György, ubi † 17. Aug. 1782.

Blaskovics Joannes. Natus 24. Maji 1799. Neosolii. Philosophiam Posonii et Tirnaviae, theologiam vero in loco posteriori absolvit. 27. Jun. 1822. ordinatus est. Cooperator fuit in Nagy-Jác, Pereszlény et Garamujfalu, dein praebendatum egit Posonii per annum et trimestrem unum, hinc Pestinum ad S. Josephus pro cooperatore translatus est. 1836. accepit administrandam parochiam Némethi, cujus collationi renunciavit et 24. Nov. 1836. in parochiam Szent-Mihályúr praesentatus est, hinc tamen 15. Febr. 1837. transivit ad Némethi, in cottu Bars, ubi † 15. Dec. 1881.

Blaskovics de Dezser Josephus. Natus 14. Mart. 1837. in Bán, in cottu Trencsén, theologiam Strigonii absolvit. Ordinatus 29. Jul. 1860. Cooperatorem egit in Verebély, dein administravit parochiam Besse, qua missione terminata rursus ad priorem stationem rediit, ex qua 18. Jun. 1866. praesentatus est parochus in Alsó-Ludány.

Blaskovics Martinus. 1661. baccalaureus, 1662. magister philosophiae proclamatus. Theologiam in seminario s. Stephani terminavit. 2. Maji 1663. ordinatus est. Ab 1670. fuit parochus in Szász, hinc 15. Maji 1673. transivit ad Alsó-Esztergál, inde 11. Maji 1674. investitus parochus in Sasvár, hinc 14. Mart. 1680. transivit ad Felső-Vesztenicz, ubi usque 1681. mansit.

Blaskovics Martinus. E seminario s. Stephani reg. 21. Sept. 1690. ordinatus. 5. Apr. 1701. investitus parochus in Koloss, hinc 1709. transivit ad Felső-Attrak, inde vero 30. Nov. 1713.

ad Kisvendég, hinc 30. Maji 1714. ad Felső-Vásárd, quae tunc mater effecta, et quam, qua filiam ad Felső-Attrak administrabat. Collata nunc cum filiabus Alsó-Vásárd et Alsó-Attrak hucusque ad tempus ad Merasicz applicatis. Hic tantum usque 1715. mansit. Deinde 1721. usque 1723. fuit parochus in Felső-Zelle.

Blaskovics Michael. Investitus 5. Maji 1702. parochus in Závod, ubi usque 1705. mansit, 9. Maji 1706. investitus est in parochiam oppidi Ó-Tura, hinc 24. Sept. ejusdem a. transivit ad Nahács, inde vero 26. Aug. 1707. ad Hradist, donec 17. Maji 1709. transiret ad Jókó, inde demum 11. Sept. ejusdem a. ad Moravanka, ubi eodem adhuc a. fungi cessavit.

Blásy Josephus. Natus 25. Febr. 1813. in Lest, in cottu Neograd. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Mart. 1836. ordinatus et pro cooperatore ad Samariam missus, hinc 1837. transivit ad Pöstyény, 16. Maji 1843. renunciatus est parochus in Madunicz, 8. Aug. 1847. praesentam accepit pro Galgócz, ubi 1851. munus VADni assumpsit, 1859. s. sedis Tyrnaviensis assessor factus, 1860. in synodo dioec. Strigon. munus notarii gessit, 1863. in M. E. Strig. hon. et 1865. in Posoniensem canonicum nominatus. Fuit abbas S. Salvatoris de Szegszárd. † 24. Maji 1879. in Vásárút. Habuit merita literaria. (Szinyneyi, Magy. Irók. I. 1103.)

Blisesék Paulus. Natus 25. Jan. 1811. in Érsekujvár. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 28. Oct. 1836. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kövesd. Szob tribus mensibus intermaliter administravit. Dein fuit iterum cooperatorem in Garam-Ujfalu et Kisapáthi, 1838. factus talis in s. Benedicto et simul conventualis, 1846. praesentatus est ad Mellek, hinc per cambium cum Josepho Znamenák transivit 1856. ad Garamszöllös, ubi VADnus factus. 4. Jul. 1881. instituti s. Adalberti aggregatus. † 9. Sept. 1886. ibidem.

Block Mathias. Natus 21. Jan. 1835. in Galgócz. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 27. Jul. 1859. ordinatus est. Cooperator fuit in Bakabánya, non multo post in Siglisberga. Hinc administrator in Tepla in Jun. 1864. est constitutus, ubi multas miserias perpessus. † 19. Apr. 1879. ibidem.

Bludovics Joannes. Occurrit 1660. parochus Nemethiensis in cottu Hont, et 14. Apr. ejusdem a. in causa familiae Palásthy citationem peregit

(Palásthyak, II. 539.) Hinc 26. Apr. 1671. investitus est parochus in Krakován, inde vero circa finem Jan. 1672. electus in parochum Trencsiniensem. Subin promotus ad canonicatum Nitriensem. † in Mart. 1675.

Bobalius. Occurrit 1572. parochus in Trubin. Defunctus eodem anno, qui, ut plures, tempore reformationis uxoratus erat, cujus filium Laurentium Bobalium Trubinenses ab Antonio Verantio AEppo Strigon. sibi in parochum dari postulaverunt, ast ab eo via Michalis Miculyth officialis s. Crucensis ddo 14. Jul. ejusdem a. Vienna negativum tulerunt responsum. (E schemat. hist. dioec. Neosol. 1876. 360.)

Bobkovics Joannes. Natus 1698. Theologiam moralem in seminario S. Emerici Posonii absolvit et 7. Aug. 1723. ordinatus est. Primo accomodatus est praebendatus Posonii. Hinc 7. Jan. 1728. investitus est parochus in Besztercze, ubi 1731. Joannes Jelenfy visitationem peregit, in qua de parochia dicitur: quod ei bonum testimonium dederunt parochiani. 1755. vero Joannes Galgóczy asservavit visitationem, qui de parochia dicit, quod sit vitae exemplaris. In hac visitatione sublatus abusus exactionis lintheaminis et pulvilli a puerperis defunctis et strofiolis in funere, stabilitum tamen fuit ut pulvillus cum lintheamine pro 50 denariis, strofolum pro septenario redimatur. † 6. Febr. 1759. ibidem.

Bobkovics Joannes. Natus 1760. Jan. 20. Tirnaviae. Theologiae quatuor annos, et superadito adhuc anno pro cursu practico theologiae in seminario generali Poson. 1789. terminavit. Cooperatorum egit in Modor et in Bazin, 1794. ad parochiam Grinaviensem renunciatus est, ubi † 11. Mart. 1802.

Bobkovics Stephanus. Natus 27. Dec. 1760. Tirnaviae. In seminario generali Posoniensi quinquennem theologiae cursum 1787. absolvit. Munus cooperatoris egit in Hodrus-Bánya, Szenográd Moderstolnae, ab Julio 1794. capellanus localis fuit in Vajka, hinc iterum cooperator, et quidem in Balassa-Gyarmat, imo 20. Oct. 1795. praesentam accepit ad parochiam Ó-Gyalla, sed recusavit. Demum 27. Aug. 1798. praesentatus pro parochia Jászfalu. Hinc 1806. recessit, ut institutum emeritorum parochorum ingrederetur. † 21. Maji 1812. Tyrnaviae.

Bobok Paulus. Natus 22. Jan. 1731. in Felbár, in cottu Posoniensi. Philosophiae magister

21. Aug. 1749. creatus e seminario s. Stephani, in quo et primum annum theologiae absolvit. Pro ulterioribus studiis Romam missus, ubi 29. Oct. 1750. in collegio Apollinari appulit. Domum redux presbyter ordinatus et 9. Maji 1755. parochus in Püspöki investitus, ubi eodem a. per Joannem Galgóczy visitatio fuit peracta. In qua jussus catecheses pomeridianas reassumere. 1767. parochia privatus 24. Nov. ejusdem a. missus est pro cooperatore ad Mária-Kéménd. Ad interim ab 31. Aug. 1769. Bozsók administravit, unde ad pristinam stationem reversus. 12. Dec. 1769. translatus ad Báltaszék adhuc qua cooperator. Demum 30. Aug. 1772. investitus parochus ibidem, cum qua parochia incorporatus est dioecesi Quinqueecl. † 1. Dec. 1802. ibidem. (Brüsztle, Recensio cleri. II. 144.)

Bobor Joannes. Occurrit 1626. parochus in Vieszka, qui eodem a. nactus est successorem.

Boboth Franciscus. Investitus 7. Jun. 1721. parochus in Prácsa, (Szöllös) In conscriptione eccl. distr. Basin. 1723. facta, de ipso sic: Annorum 26. catechesim non facit, concionatur tamen. Bonae famae. Ibi usque 1729. laboravit. Dein videtur cooperator in Holics factus fuisse, ubi † 18. Jan. 1737.

Babóth Joannes. E seminario s. Stephani, fuit theologus speculativus, 24. Oct. 1706. ordinatus. Sequenti anno parochus in Udvarnok factus, ubi Paulus comes Zichy peregit 1713. visitationem, in qua de parochia: zelose, exacte perficit divina. Puncta suae Emtiae diligentissime observabit. Successorem 1727. accepit.

Boboth Joannes. Investitus 5. Maji 1666. parochus Závodensis. Eodem anno incoepit matricas scribere. Ibi usque 1680. gessit curam animarum.

Bobot Joannes, Michael. Natus in Kis-Szomolány in cottu Nitr. Qua alumnus semin. s. Stephani, 1688. baccalaureus 1689. magister philosophiae promulgatus. Theologiae studens 1. Maji 1691. ordinatus est. 27. Maji ejusdem a. investitus parochus in Vieszka, inde 11. Apr. 1693. transivit ad Szelec, quam usque 1696. tenebat. 28. Maji 1700. investitus est in Sándorf. 2. Apr. 1704. accepit Radossócz et jam 7. Maji ejusdem a. Egbel ubi usque 1722. operatus est in vinea domini.

Bobrovniczky Melchior. Investitus 13. Maji 1718. parochus in Barth, hinc 6. Apr. 1723. transivit ad Csúz, ubi † 1730.

Bobus Georgius. Investitus 26. Febr. 1668. parochus in Brezán, hinc 30. Mart. 1673. transivit ad Chronócz, ubi nec integrum annum transigit.

Bobuss Ignatius. Theologiam per quatuor annos in seminario Tirnaviensi didicit. Cooperatorem egit ab 1810. in Morva-Szent-János, hinc 1814. transivit ad Gajar, inde vero 1824. constitutus administrator in Detrekő-Csütörtök, 1. Aug. 1827. praesentatus est parochus in Kis-Lévárd, ubi † 10. Sept. 1831. ex cholera.

Bocskay Georgius, Franciscus, Theologiam in Pázmáneo didicit. Investitus 10. Apr. 1663. parochus in Pobedim, inde 3. Maji 1666. transivit ad Csejthe, ubi usque 1677. laboravit.

Bocskay Georgius. Natus in Vittencz in cottu Nitriensi. Qua alumnus seminarii Mariani Szelep-csényiani 1702. baccalaureus 1703. magister philosophiae proclamatus. Post absolutam speculativam theologiam ordinatus et 22. Oct. 1705. investitus parochus in Jókő. Ubi eodem a. incoepit matricas scribere. Hinc 14. Maji 1709. transivit ad Lancsár, inde vero 9. Sept. 1713. ad Dejthe. Ubi eodem a. per Joannem Jelenfy visitatio fuit peracta. In qua annorum 33 fuisse asseritur. 1721. desinit operari.

Bocskay Ignatius. Natus 10. Jan. 1789. Szakolczae. Philosophiam in Emericano, theol. in Stephaneo absolvit. 26. Sept. 1812. ordinatus est. Tribus annis egit cooperatorem germanicum Pestini ad S. Spiritum. Quinque annis in Sasvár. Defuncto parochus ejate per medium annum rexit parochiam. 4. Oct. 1820. investitus parochus in Csári. Hinc in Dec. 1835. transivit ad Sasvár, quam 1859. resignavit et instituti emerit. parochorum aggregatus, Szakolczam recessit, ubi † 19. Febr. 1864.

Boczák Georgius. Occurrit 1626. parochus in Berzencze, de quo in visitatione eodem a. peracta dicitur quod sit legitime ordinatus.

Boczardi Emericus. Fuit alumnus seminarii Pázmáni, ubi 1672. elegantem panegyrim S. Stephani reg. sub titulo «Divus Prometheus» dixit, quem Nicolao com. Draskovics dicavit et typis vulgavit. 16. Mart. 1676. investitus parochus in Fél. 25. Jan. 1681. concessae sunt ei dimissoriales a parochia Bös, ad comitem Nicolaum Draskovics usque ad beneplacitum suorum superiorum. (Szinnyei, Magy. Irók I. 1122.)

Boda Adalbertus. E Pázmáneo. Missus 15.

Maji 1713. ad indifferentem parochiam in cottu Thornensi. 25. Jan. 1714. investitus est in Hárskut. Hinc jam 11. Jun. ejusdem a. transivit ad Kökeszi, inde vero 15. Maji 1717. ad Vilk, ubi usque 1724. operabatur.

Boda Gabriel. Natus 10. Mart. 1840. in Paták in cottu Neográd. Philosophiam Tirnaviae, Theologiam Strigonii absolvit. 26. Jul. 1864. ordinatus est. Prima ejus statio fuit Kis-Tapolcsán, hinc ad Karancsság, demum Endrefalvam ad excoecatum parochum missus. Post mortem parochi administratio parochiae illi commissa, in qua 1872. investitionem accepit, 1888. munus VADni assumsit.

Boda Mathias. Occurrit 8. Maji 1689. parochus in Vadkert. Antecessor usque 1682. hic laborabat. 9. Maji 1700. investitus est parochus in Varbó. Sub hoc parochus jam 1697. fassiones factae sunt super eo, quod Lieszkó proprietatis sit ecclesiae in Hügyag, filialis ad Varbó, Mortuus 1701. in Szécsény ubi sepultus.

Bodó Georgius. 29. Apr. 1700. investituram accepit pro Csítár, in cottu Neográd, nunc filia ad Marczal.

Bódy Joannes. Investitus 17. Jun. 1754. parochus in Köbölkút, qui Nicolao Pálffy patrono a probitate doctrinae fuit commendatus. Hic zelosus parochus 1760. indulgentias plenarias in sua parochiali ecclesia lucrandas exoperatus est. † 11. Jul. 1762. ibidem.

Bódy Martinus. Theologiae duos annos in seminario S. Adalberti absolvit et 10. Oct. 1758. pro cooperatore ad Nyerges-Ujfalu missus est; hinc jam 13. Nov. ejusdem a. ad Nyitra-Egerszeg transpositus, ubi 2. Sept. 1763. investitus est parochus. † 9. Apr. 1776. ibidem. Legavit ecclesiae 1000 finos pro sacris.

Bogatfalvay Joannes. Occurrit 1634. parochus in Hedervár de quo Josephus Baghy ADnus in visitatione eodem a. peracta sic habet: paulo ante e collegio Pázmániano ad laborandum in vinea Domini missus, nec sibi nec suis deest, si omnibus posset sufficere.

Bogdanóczy Adalbertus. Occurrit 23. Maji 1606. parochus in Dejthe cui Thomas comes Erdődy competentias ab antiquo usu debitas extrodandas jussit. (Jedliceka. Kiskárpáti emlékek, II. 215.) Tardius operatus est in Bohunicz, ubi † 17. Apr. 1617. aetatis 56. Superest lapis sepulchralis ejus.

Bogdanóczy Daniel. Occurrit 1630. parochus in Nyitra-Sárfő, qui interfuit synodo per Petrum Pázmány 4. et 5. Oct. eodem a. Tirnaviae celebratae. 1633. investivit illum Emericus Losy parochum Hradiskoensem (nunc Hradist) cum filia Oszuskó, de quo Joannes Solnensis in visitatione 1634. peracta dicit, quod illum serio admonuerit, ne antiquum nexum continuat, et excessus ebrietatis relinquat, alias puniendus. In catalogo cleri jussu AËppi Lippay 1647. confecto nominatur qua parochus iterum in Sárfő.

Bogdanóczy Georgius. Baccalaureus philosophiae, theologiae casuista et moralista. Ab 1635. parochus in Bars-Szent-Kereszt, cum filia Kremniczka. Visitor Matthaeus Schlegelius ADnus a. 1647. de ipso dicit: Aetatis 39. Habet excepto conc. Tridentino omnes libros. Visitor a. 1657. Andreas Szily ADnus similiter nominat hunc parochum, quem 50 annorum esse dicit. Fuit etiam Vicesgerens in districtu Sto-Crucensi.

Bogisich Michael. Natus 10. Jan. 1839. Pestini, 1859. ad clerum juniorem susceptus theologiam Viennae absolvit. 27. Jul. 1863. ordinatus. Ex cooperatore in Szomor post annum constitutus est Kürthensis. Inde in Nov. 1868. Budam ad suburbium Taban, in Majo 1869. ad Aquaticam, in Dec. 1870. Pestinum ad parochiam principalem fuit translatus. 28. Jun. 1882. electus parochus Budae arcensis, 3. Maji 1883. praepositus Sti Pauli de Herpály. 1886. VADnus surr. 17. Apr. 1890. ordinarius denominatus. 20. Maji 1880. membr. corr. scient. acad. electus. Habet eximia merita circa musicam ecclesiasticam et in hujus literatura. (Szinnyei, Magy. Irók, II. 1166.) Per suam Majestatem annulo praetioso decoratus ob peritiam in cantu.

Bognár Andreas. E Pázmáneo, 4. Jan. 1694. investitus parochus in Jóká, qui simul Nagy-Födemes usque 1696. providit.

Bognár Casparus. Natus 10. Febr. 1835. in Szentmihályfa in cottu Poson. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 3. Sept. 1858. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vág-szerdahely, dein in Egyházgelle. 1861. capellanus castrensis nominatus, unde debitis immersus 1863. revocatus et ad domum correctoriam relegatus est. Hinc ad Mocs, dein ad Búr-Szent-György pro cooperatore dispositus 1865. factus administrator in Hrussó, ubi † 6. Jun. 1884.

Bognár Emericus. Theologiae quatuor an-

nos, superaddito cursu unius anni pro theologia practica in collegio generali 1789. terminavit. Hinc cooperatorem egit in Egyházgelle. Inde a 15. Sept. 1814. parochus in Nagy-Paka, 1823. VADnus. † 14. Febr. 1828. ibidem.

Bognár Stephanus. In seminario generali 1788. quintum annum theologiae terminavit. Hinc cooperator factus est in Somorja, inde vero 13. Dec. 1795. investitus, in sequelam praesentae ab AËppo acceptae, parochus in Baka, quum compossessores jus praesentandi evincerent, recedere debuit et reversus est ad pristinam stationem in Somorja. 1796. transivit ad Kiliti, vivo adhuc parochus pro administratore. Mortuo parochus 5. Jun. 1800. praesentatus est. † 4. Apr. 1808. ibid.

Bogner Bartholomaeus. † 1557. Jun. 25. qui fuit veneris, parochus Novocomiensis (Igló), Leutschovia anno priore huc translatus, mox post septimam ante meridianam mortuus est. (Wagner, Analecta Scep. II. 58.)

Bohacsek Augustinus, Simeon. Investitus 19. Maji 1680. parochus Broczkensis, ubi usque Febr. 1684. operatus est.

Boheim Joannes. Occurrit 1647. licentiatius in Kazar, nominatur in conscriptione cleri ADioecesis jussu Georgii Lippay eodem anno confecta.

Bohorics Georgius. Investitus 1699. Maji 7., licentiatius in Rudnó, denuo 1709. Juli 8.

Boht. Occurrit 1262. sacerdos Ecclesiae S. Michaelis Arch. de Kezo, (Karancs-Keszi) in ADntu Neogr. (Mon. Strig. I. 481.)

Bohuniczky Ignatius. Natus 27. Apr. 1828. Strigonii in oppido S. Thomae. Philosophia et primo a. theologiae Tirnaviae absolutis, ut qua honvéd statuatur semet ad fratrem in cottu Zalad. contulit, sed ibi in vicem fratris, qua nemzetör, contra Jellacsich pugnare coactus fuerat. Finito bello iterum receptus, studia theol. Tirnaviae finivit. Ordinatus 23. Jul. 1852. Vesprimii. Qua cooperator primo in Zseliz, dein in Nagy-Maros, tum Budae ad S. Annam, rursum in Nagy-Maros, iterum Budae Christinopoli, tandem Pestini ad S. Leopoldum fungebatur. 1. Jul. 1861. praesentam pro Bácsa accepit, hinc 1876. transivit ad Révfalu. Est VADnus districtus Hédervár.

Bohus Georgius, vide Bobus.

Bohus Emericus. Fuit a 18. Jul. 1711. capellanus ac administrator praepositurae de Vág-ujhely sub praeposito Nicolao Lippay de Zombor.

Bohuslaus, vel Bohuszlavszky Paulus. E

civitate montana Carponensi ortus circa 1589. Fuit 1630. parochus in Zavada, quem Volfgangus Érsekujváry ADnus Nitr. in visitatione, eodem a. peracta, nominat. Ab 1636. usque 1648. fuit in Hostet (Magasfalu), de quo Georgius Draskovics in visitatione 1634. peracta notavit: Vir bonus et simplex, annos natus 45. vere coelebs, oculis lippis praeditus. Fessus est breviarium a se nunquam omitti. Modicae doctrinae et exiguus concionator, plerumque ex charta legit, quae profert. Nominatur etiam in catalogo cleri ADioec. Strig. jussu Georgii Lippay 1647. parato.

Bojoni Andreas. Natus 1661. Ex Pázmáneo m. Apr. 1689. investitus parochus in Nagy-Szalatnya. Hinc 27. Mart. 1691. transivit ad Ternye, inde vero 20. Apr. 1692. ad Turócz-Szent-Péter. 1693. factus est parochus in Koloss, ibi 1697. Emericus Pongrácz ADnus Nitriensis peregit visitationem, in qua enarrat quidnam testes oculati contra illum sub juramento fassi sunt, quod sit pronus ad iram et tunc percussor. Imo quod frequenter inebriatur certo potu quem «goralka» nominat. 18. Jun. ejusdem a. transivit ad Komjáth 1700. accepit Szász. 28. Apr. 1702. iterum investitus est in Nagy-Szalatnya. Simul ab eodem a. usque 1703. applicatus erat et in Badin. 1705. desiit operari.

Bojoni Joannes. In Apr. 1694. accepit collationem pro Valaszka-Béla, eodemque a. discessit.

Bojtos Josephus. Theologiam in seminario AEppali Posoniensi 1795. terminavit. Duobus annis ordinationem Tirnaviae expectare debuit. Dein praefectum herul. Bernát Posonii egit. 1798. missus pro cooperatore ad Vajka, 1802. ad Duna-Szerdahely, hinc m. Oct. 1803. parochus factus in Jóka, inde 13. Mart. 1806. praesentatus in Mihályfa, ubi † 24. Jun. 1819. Vir politae dexteritatis.

Boka Franciscus. Missus 22. Jun. 1754. pro cooperatore Cremnicium, hinc 11. Aug. 1758. investitus est parochus Hajensis.

Boka Stephanus. Natus Tirnaviae, qua alumnus seminarii S. Stephani 1712. baccalaureus, 1713. magister philosophiae proclamatus. 15. Jul. 1715. investitus parochus in Marczal, quod munus usque 1722. gessit.

Bokoll Fabianus. Fuit ex abolito ordine S. Pauli primi erem. ADioecesi ingremiatus, in qua ab Sept. 1787. usque Nov. 1792. munus capellani localis in Bikszárd gessit.

Bokor Ladislaus. Natus Papae in cottu Vespr. Qua saecularis studiosus universitatis Tirnaviensis, 1701. baccalaureus, 1702. magister philosophiae proclamatus. In seminario Mariano 1704. tertium a. theologiae absolvit. 7. Mart. 1705. ordinatus. 17. Jan. 1706. investitus parochus in Fél, cum Pruck (Hidas) Eberhart et Hidvég. Hinc 16. Nov. 1706. transivit ad Nagy et Kis-Kér. In visitatione per Paulum Zichy 1713. peracta de parochia notatur: Omnibus punctis suae Emtiae se conformat. Commendatur ab omnibus. Ibi usque Maji 1718. parochi munus gessit.

Bokoz Joannes. Occurrit 1654. parochus in Fel-Bár, qui eodem a. infirmitatis causa Tirnaviam recessit.

Bokros Franciscus. Natus 8. Maji 1789. in Sissó in cottu Nitr. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 8. Sept. 1812. ordinatus est. Cooperatorem egit in Koros uno, in Apáthi 2. in S. Benedicto 11. annis. 1825. parochus nominatus in Sissó, cui ob debilitatem oculorum 1853. renuntiare debuit et ad Nagy-Tapolcsány recessit. 1. Maji 1865. est numero membrorum Adalbertini adlectus. † 14. Maji 1883. ibidem. Fuit Nestor ADioecesis.

Bokross Georgius. Theologiae quatuor annos in seminario Szelepcsényiano Mariano absolvit et 10. Jun. 1702. ordinatus est. 25. Apr. 1703. investitus est parochus in Nádas in cottu Poson. 8. Jul. 1706. translatus ad Rapp et Litke, hinc 3. Jul. 1709. ivit ad Rimócz, ubi 1713. Joannes Putanicz ADnus peregit visitationem. Coepit hic matriculam ducere 1716, sed non continuavit. † 6. Jan. 1721. ibid.

Bokros de Kis-Vezekény Joannes, Maximilianus. Jam 1813. fuit I. legionis equestris hung. archi-ducis Ferdinandi capellanus castrensis. Ab 1817. fuit parochus in Sissó, hinc 27. Dec. 1821. transivit ad Garam-Ujfalu, inde 3. Febr. 1824. ad Bozók, quod beneficium 18. Aug. 1833. resignavit et ab eo 29. Sept. recessit. Instituto emeritorum parochorum aggregatus. † 23. Mart. 1837. Buda. Fuit cruce de piis meritis insignitus et I. com. Zol. tab. judicariae assessor. Habuit peritiam in poesi latina. (Szinnyei, Magy. Irók, II. 1188.)

Bolavszky Joannes, sen. Fuit parochus in Lesnicze in Scepusio, ibique † 16. Nov. 1750.

Bolavszky Joannes, jun. Fuit parochus in Krempach in Scepusio et ibid. † 28. Sept. 1748.

Bolavszky Stanislaus. Fuit ab 1696. parochus in Kaczvinka in Scepusio. Occurrit adhuc in sequenti a.

Boldis Andreas. Investitus 19. Apr. 1731. parochus in Fenyő-Kosztolány, hinc 24. Jun. 1750. transivit ad Kis-Tapolcsány, ubi † 14. Apr. 1753.

Boldis Georgius. Prividiensis, qua secundi a. theologus in seminario Mariano, 1719. ad magisterium philosophiae promotus. Ordinatus 1720. et 20. Sept. ejusdem a. investitus parochus in Keökeszi. Ibidem Joannes Ujvendéghi ADnus Hont. 1731. visitationem peregit, in qua de parcho notatur, quod sit 36 annorum. Administravit eam usque 1733.

Boldoghi Josephus. E seminario s. Stephani qua quarti anni theologus 19. Febr. 1766. missionem accepit, ut sit praefectus comitelli Antonii Berchthold Tirnaviae. 1769. notarius s. sedis, hinc 18. Maji 1770. praesentatus parochus in Osgyán, ubi uno anno mansit.

Boledovics Georgius. Missus 9. Jun. 1759. pro cooperatore Zolio-Lipcsensi. 3. Jul. 1762. investitus parochus in Szeleczen. 1778. successorem nactus est.

Boleman Stephanus. Natus 24. Apr. 1827. in Kis-Koszmály in cottu Bars. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. Jam qua diaconus in qualitate subsidiarii adplicatus fuit in Nagy-Szelezsény, 30. Apr. 1850. ordinatus, tum ad Ó-Bars pro cooperatore dispositus, hinc 23. Jan. 1855. obtinuit investituram pro Alsó-Györöd, ubi † 12. Sept. 1889.

Bolényi Michael. E collegio Pázmáneo circa 1705. ordinatus. Fuit parochus in Szöllös, hinc 1. Nov. 1713. investitus est in Laáb, cum Csütörtök. ubi usque 23. Dec. 1727. mansit.

Bolengi Paulus. Natus in Egbel. E seminario s. Adalberti 1757. et 1758. ad baccalaureatum et magisterium philosophiae promotus. Quartum annum theologiae in seminario S. Stephani 1762. studendo ordinatus et 23. Mart. ejusdem a. pro cooperatore ad Madunicz, mox ad Bazin, hinc 28. Oct. ejusdem a. ad Holics, inde vero 6. Apr. 1764. ad Lévárd missus, inde 20. Apr. 1765. investitus parochus in Tótpróna, 4. Mart. 1766. transivit ad Tót-Gurab, ubi 1768. contra illum causa mota. Hic usque 1769. functus est, nam e parochia resignata 21. Jun. ejusdem a. cooperator factus est Vetro-Zolii, hinc 17. Apr. 1771. in pari qualitate ad Bajmócz, 4. Nov. 1772. ad Detva

translatus est. Demum absque officio Holicsii recessit, ubi † 22. Apr. 1804.

Bolerázy Joannes. Occurrit 1630. parochus in Bűr (id est Bűr-Szent-Péter, nunc filia ad Bűr-Szent-Miklós) nominatus inter illos, qui synodo 4. et 6. Oct. e. a. Tirnaviae celebratae interfuerant. 5. Mart. 1632. peregit hic visitationem Joannes Keöszeghi, qui de parcho dicit: Quod sub juramento examinati parochiani edixerunt, quatenus parochus dimiserat feminam, quam apud se habuerat, cum qua nullam amplius habet conversationem. Tonsuram et vestes sacerdotales decenter deportat, commendatur a diligenti administratione sacramentorum, concione, moribus ac conversatione. Libros videtur habere sufficientes. Ibidem † 1633. circa festum S. Georgii.

Bolerázy Martinus. Occurrit 1647. parochus in Nagy-Tapolcsány, nominatur in catalogo cleri ADiocesis Strig. jussu Georgii Lippay eodem a. confecto. 14. Sept. 1648. introductus est parochus in Radossócz, ubi 1651. successorem nactus.

Bolerázy Stephanus. Saeculo XVI. excoluit vineam domini in Nagy-Kér. 4. Oct. 1629. subscripsit synodo Tyrnaviae celebratae qua abbas Circensis. (Péterffy, conc. II. 264.)

Bolerázy Tobias, Rudolphus. Occurrit 1632. parochus et decanus in Sasvár, de quo Joannes Keöszeghy in visitatione eodem a. peracta adnotavit: qui optimum de seipso habet a suis parochianis testimonium, quod cum in ecclesia devote ac debito reverentiae cultu divina peragat officia, tum etiam extra ecclesiam honeste et cum aedificatione populi id gerat. 1633. transivit ad decanatum et parochiam Szakolcza, hic qua nominatus canonicus M. E. Strig. exstitit. Canoniatum 2. Jul. 1639. adivit et 23. Oct. ejusdem a. installatus est. † 1664. Fuit orator sacer slavorum.

Boletovics Michael. Investitus est 15. Sept. 1687. parochus Mátyásfalvensis.

Bolgár Andreas. Investitus est 16. Maji 1729. parochus in Magyarbél, hinc 29. Aug. 1730. investiturum accepit ad Zseliz, quae parochia 23. Jun. ejusdem a. helv. conf. addictis ademta fuit. Statim inceptit matricas scribere. Operatus est ibidem in vinea domini usque 1733.

Bolger Joannes. Occurrit 1492. inter et 1500. parochus in Selmeczbánya. Tunc ibidem plures erant parochi, quorum unus hic. Capellanum habuit Georgium de Olania. Sub illo ecclesia S. Catharinae a. 1491. aedificari coepta, 1500. con-

summata et 16. Nov. per Georgium eppum Se-
veriensem consecrata est.

Bollius Franciscus. Occurrit 1647. licentia-
tus in Terbeléd, qui in catalogo cleri ADioec.
Strig. jussu Georgii Lippay eodem a. parato no-
minatur.

Boltizár Augustus. Natus 10. Aug. 1831. in
Szent-János, in cottu Poson. Philosophiam Tir-
naviae, theologiam Viennae terminavit et 8. Sept.
1854. ordinatus est. Posonii primo ad SS. Trinit.
dein in coll. eccl. cooperatorem agendo, hinc 30.
Maji 1860. ad beneficium Zohor praesentatus est.
Inde m. Jun. 1868. transivit ad Gajar, ubi VADnus
distr. Malaczka factus. † 14. Febr. 1884. ibidem.
Regesta crucigerorum publicavit. (Magy. Sion.
1863.)

Boltizár Balthasarus. Natus 14. Sept. 1861.
Theologiae quatuor annos Strigonii absolvit et 1.
Febr. 1884. ordinatus est. Cooperatorem egit in
Pudmericz et Nagy-Levárd, ad quam parochiam
1889. praesentatus est.

Boltizár Joannes. E seminario egressus et
15. Sept. 1752. ordinatus, missus est pro coope-
ratore ad Csejthe, hinc 16. Jun. 1755. investitus
est parochus in Pöstyény, ubi † 17. Mart. 1757.

Boltizár Josephus. Natus 4. Febr. 1821. in
Szent-János in cottu Poson. Philosophiam Tirna-
viae, theologiam Viennae absolvit, ubi ex studio
biblico examen rigorosum subivit. 15. Jul. 1844.
ordinatus est. Egrot primo cooperatorem in Ujlak,
eodem a. cerimoniarium apud suffr. eppum Mar-
tinum Miskolczy, 1847. actuarius officii vicar.
Strig. 1849. cerimonarius et actuarius primatia-
lis. 1851. archivarius et bibliothecarius, 1852. se-
cretarius, 1854. capellanus hon. pontificius, 1857.
parochus l. r. ac montanae cittis Schemniciensis
electus, qua talis una cognominis distr. VADnus
1858. praepositus B. M. V. de Albey, 1874. fa-
ctus canonicus Strig. Successive cons. eppus My-
lasensis, solio pontificio assistens et praelatus do-
mesticus, praepositus S. Georgii de viridi campo
Strig. ADnus cathedralis, per distr. Tirnaviensem
in spirit. vicarius et causarum auditor gener., co-
mes Romanus.

Borbély Michael. Theologiam quatuor an-
norum, addito adhuc uno pro theologia practica
1790. in seminario generali absolvit et pro coo-
peratore Levam missus est. 26. Nov. 1794. inve-
stitus parochus in Alsó-Györöd ubi † 25. Jan.
1821. Legavit successoribus absque onere hortum.

Borcsányi Emericus. Absoluto cursu qua-
drienni theologico in seminario s. Stephani Tir-
naviae 1816. ordinatus et pro cooperatore ad
Lédecz missus, hinc 26. Apr. 1829. praesentatus
est parochus in Imely, ubi † 1. Febr. 1841. Fuit
I. I. com. Bars. et Comarom. tabulae jud. as-
sessor.

Boreczky Martinus. Studuit usque theolo-
giam speculativam in seminario S. Adalberti, 17.
Sept. 1700. titulo mensae com. Keglevich ordi-
natus et post annum pro cura animarum missus.
Investitus 12. Maji 1705. parochus in Závod, hinc
12. Maji 1707. investitionem accepit pro Veszele.
1713. ibi peracta est per Paulum Zichy visitatio,
in qua de parcho notatum est: quod habeat li-
bros necessarios et idoneos et in obeundo suo
munere sit sedulus. Ibi usque 1722. activus fuit.

Borinszky, vel Borneczky Joannes. Investi-
tus 2. Maji 1693. parochus in Árva-Váralja, ubi
usque 1697. mansit. 15. Maji 1698. autem inve-
stituram accepit in Alsó-Merasicz, unde 24. Aug.
1699. transivit ad Ujbánya, inde vero 19. Aug.
1700. ad Ruttká, 20. Nov. 1705. investitus ad
Bella, nunc filia ad Neczpál, ubi usque 1708.
mansit. 5. Dec. 1709. missus est cum investitura
ad indifferentem parochiam in cottu Turócz. De-
mum apparet ab 1729. usque 1733. parochus in
Szent-Ilona.

Born Christophorus. Investitus 16. Dec.
1674. parochus in Ottóvölgy, ubi curam anima-
marum usque 1677. gessit.

Bornemissza Joannes. Fuit XVI. saeculo
accomodatus licentiatu in Nagy-Salló.

Boros Laurentius. Investitus circiter m. Majo
1678. parochus in Kéménd, ubi usque 1690. la-
boravit.

Boross Petrus. Patria Sellyensis. Theologus
Romanus. A 12. Apr. 1668. usque 1669. parochus
et canonicus Posoniensis ad S. Martinum, dein ca-
nonicus Strigon. et simul ADnus Gömöriensis. †
1673.

Boros Stephanus. Theologiam quatuor a.
absolvit in seminario AEppali Posoniensi 1796.,
dein pro cooperatore ad Lekér missus, hinc 8.
Sept. 1802. praesentam accepit qua primus pa-
rochus pro Szent-Antal in cottu Poson. inde m.
Oct. 1804. factus parochus in Boldogfalva, inde
vero m. Aprili 1806. accepit Jóká, eamque guber-
navit usque 28. Jun. 1818., qua die inter bal-
neandum undis Danubii obrutus est. Vir omni-

bus gratus, et a cura nonnullorum morborum celebris erat.

Boros Valentinus. E seminario s. Stephani reg. 17. Dec. 1677. ordinatus. 12. Apr. 1690. investitus est parochus in Szalka, in cottu Hont. hinc 21. Maji 1692. transivit ad Kemencze in eodem cottu, ubi usque 1693. operatus est.

Borostyáni Georgius. Accepit 1676. licentiaturam in Letkés, in cottu Hontensi, nunc filia ad Tölgyes.

Bors Benedictus. Abolito ordine s. Pauli primi eremitae ad ADioecesim susceptus, dum Nagy-Bajcs, e filia ad Vámos, parochia fuisset erecta 1. Jan. 1788. primus parochus nominatus est, domo parochiali nondum perfecta. 1792. pensione donatus e parochia recessit.

Borsay Joannes. Natus in Püspöki. E seminario s. Stephani 1720. et 1721. baccalaureus et magister ex universa philosophia. Theologiae baccalaureatu 15. Maji 1725. decoratus, et jam qua parochus 1727. ad doctoratum promotus. 18. Dec. 1723. presbyter ordinatus. 4. Jun. 1725. investitus parochus in Tallos, hinc 31. Jul. 1731. transivit ad Vizkelet (nunc filia ad Hidaskürt.) Hinc 20. Maji 1739. investitus ad exemptam parochiam in Pápa, ubi usque 4. Jun. 1752. mansit. Ad capitulum Scepusiense promotus, factus est ibidem lector, et praepositus B. M. V. de Been, † 29. Maji 1757. Fuit simul protonotarius apostolicus.

Borsiczky Georgius. Fuit ab 1654. usque 1655. parochus in Püspöki, tunc factus canonicus Poseniensis. Ab 1657. praefectus seminarii s. Emerici. Munus parochi ecclesiae S. Martini annis 1658. usque 1664. et 1673. ac 1674. gessit. 1671. cantor capituli. Fuit abbas S. Margaritae de Béla, serius etiam S. Salvatoris de Lekér, item abbas de Batta. Videtur mortuus esse 1677.

Borsiczky Joannes. Ságiensis ex cottu Hont. 18. Aug. 1757. susceptus in alumnatum Budensem Szechenyianum. E seminario egressus 27. Mart. 1762. missus pro cooperatore Cremnicium, hinc 25. Aug. 1764. investitus parochus in Felső-Micsinye, ast ibi debitis oneratus, 1768. processus contra illum motus, 13. Jan. 1769. missus pro cooperatore ad Trsztena, ubi † 11. Febr. 1770.

Borsiczky Joannes. E Pázmáneo 1822. egressus duos annos in presbyterio transegit et ibidem ordinatus fuit. Hinc Moravankam pro cooperatore missus 1825. transivit ad Nagy-Lévárd,

hinc vero 1829. administrator factus est in Detrekeő-Csütörtök, qua talis † 31. Jul. 1832. Tirnaviae.

Borsiczky Romanus. Ex abolito conventu Franciscanorum Strigoniensi ad S. Crucem obtinuit 1787. neoerectam capellaniam localem in Érseklél, cui 9. Aug. 1793. renuntiavit.

Borsinszky Joannes. Occurrit 1697. parochus in Pucsov. (Putzov.) Nominatur in visitatione eodem a. per Emericum Pongrács peracta, qui indiguit facultate bis celebrandi, nam in parochia et in arce dominicis et festis diebus celebrare debuit.

Borsos Stephanus. Natus Corponae. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1716. sermonem panegyricum de S. Stephano dixit et typis divulgavit. (Sz. István, dicsbeszédek, 152. sz.) 1717. baccalaureus 1718. magister philosophiae promulgatus. Absoluta theologia 19. Aug. 1722. investitus in Izsa, in cottu Comar. Hinc 31. Aug. 1728. transivit ad Köhidgyarmat, ubi † 12. Apr. 1741. In ecclesia ante aram majorem sepultus.

Borszóky Michael. Fuit ab 1691. parochus in Mátyásfalva. Visitor Joannes Sigray praepos. Scepus. a. 1700. illum nominat et adnotavit, quod exiguis proventibus sit provisus.

Boskovics Joannes. Theologiam quatuor annorum, superaddito cursu pro theologia practica 1789. in seminario generali Posonii absolvit. 1790. in presbyterio Tirnaviae transegit. Duobus annis praebendatus et per totidem succentor capituli colleg. Poseniensis fuit. 1794. factus parochus in Zohor, inde vero 1826. canonicus Poseniensis. Fuit protonotarius apostolicus et praepositus S. Joannis Bapt. de Buda. † 16. Nov. 1838. Dotavit pauperes in Nagy-Lévárd. Habet merita in literatura slavica. (Szinnyei, Magy. Irók. I. 1775.)

Bosnay Mathias. Occurrit 1626. parochus in Bars-Szent-Kereszt. Inde transivit ad Szielnicz.

Bosnyák Adamus. Nobilis ex Panarócz. (Panya in cottu Nitr.) Qua alumnus seminarii Mariani 1723. et 1724. baccalaureus et magister philosophiae proclamatus. 21. Dec. 1726. presbyter ordinatus, 9. Jul. 1727. investitus parochus in Kosztolnafalva in cottu Nitr. ubi 1733. successorem nactus.

Bossánszky Georgius. Kis-Jáczensis, 1769. susceptus in alumnatum Budensem Szechenyianum pro theologia. 11. Apr. 1771. factus cooperatore Vetero-Zolii, hinc 15. Maji 1773. investitus paro-

chus in Baczur, inde vero eodem anno transivit ad Ternye, cum qua incorporatus est dioecesi Neosoliensi.

Bossányi Adalbertus. Investitus 7. Dec. 1709. parochus Valaszkaensis, hinc 1727. transivit ad Zolio-Lipcese, ubi † 17. Oct. 1741.

Bossányi Gabriel. Investitus 20. Jul. 1729. in Nagy-Zellő, hinc jam post breve tempus eodem a. recessit. 20. Jan. 1731. investituram accepit pro Cseklész, quam similiter post aliquot dies resignavit.

Bossányi Josephus. Zolio-Lipcsensis, e collegio gen. cleri Hung. 1738. magister philosophiae pronuntiatus. Theologiae tertium a. 1741. terminavit et missus est pro cooperatore ad Vittencz. 18. Apr. 1743. transivit in pari qualitate ad S. Crucem. 6. Jan. 1744. investitus parochus in Radvány, ubi † 20. Mart. 1748.

Bossány Josephus, Vendelinus. Post quartum a. theologiae e seminario AEppali Posoniensi 1800. egressus, cooperatorem egit in Üzbég, 1806. capellanus localis factus in Suránka. 1809. capellanus castrensis nob. insurr. hung. I. leg. equestris Nitriensis. Hinc 1810. redux cooperator accommodatus est in Kosztolán. 1811. parochus in Drahócz, hinc 1815. transivit ad Felső-Atrak, demum 8. Sept. 1823. ad Moravánka. Diarium scripsit, in quo connotavit quae in emolumentum parochiae fecit, descripsit item terrae motum 26. Febr. 1833. et quod visitavit illum AEppus Olomucensis Maximilianus L. B. Somerau Beech pedes veniendo ex Pöstyény † 25. Jul. 1840. dum infirmum in filiali Duczó provideret corrui et obiit.

Bossányi Paulus. Galanthensis, 1770. susceptus in alumnum Budensem Szécsényianum. Hinc transivit ad Pázmáneum, ubi absoluto tertio anno ordinatus et 1776. pro cooperatore ad Lakács missus. 16. Maji 1777. investitus parochus in Alsó-Dombó, ubi historicas connotationes fecit. Hinc 1783. transivit ad Jabloncza, ibique † 5. Febr. 1792.

Bossányi Stephanus. E seminario Budensi Szécsényiano 28. Apr. 1766. factus cooperator in Balassa-Gyarmat, hinc 8. Sept. 1767. investitus parochus in Csall, hinc 14. Aug. 1779. transivit ad Szent-Antal, ubi † 20. Nov. 1791.

Botiskovics Joannes. Investitus 26. Apr. 1700. parochus in Nagyfalú, (nunc filia ad Losoncz.) Hinc 16. Febr. 1701. transivit ad Divény in cottu

Neográd. Qui praeter alias eximias facultates etiam praestans chemicus fuit, et docuit quomodo ex lapidibus qui e fodinis educebantur via chemica adhuc abundanter aurum et argentum lucrari posset. † 15. Aug. 1735. repente, quum pridie ipse missam celebrasset, aetatis 64. (Mocsáry, Nográd vármegye I. 78. et Novák, Divény 44.)

Botlik Alexius. Natus 13. Jul. 1832. in Nagyker. Theologiam Strigonii didicit et 27. Jul. 1856. ordinatus est. Cooperabatur Bakabányae, in Verebély et in Vágszerdahely. Hinc 1860. pro capellano castrensi missus, dum 1. Nov. 1862. cessavit xenodochium, in quo applicatus fuit, ad ADioecesim rediit et pro cooperatore missus est Szeniczium, dein Podolam et rursum ad Vágszerdahely, hinc ad Vág-Hosszufalu, ubi 1867. subsidiarium, dein interim. administratorem egit et eodem a. parochus investitus est. † 29. Sept. 1884.

Botlik Bottyán Georgius, Alexius. Kossuthiensis ex cottu Poson. Pázmánita, ubi nepotum AEppi Emerici Eszterházy in philosophia correpetitorem egit. 6. Nov. 1735. ad alumnum Budensem Szécsényianum advenit. Post secundum a. theologiae ordinatus. Pestinum pro cooperatore 31. Jan. 1738. appullit. Ubi usque Apr. 1743. laboravit. (A pesti főtempl. tört. I. 259.) 23. ejusdem a. investitus parochus in Lekér, ubi denuo incepit matricas scribere. Effecit, ut in filia Damasa, ubi calviniani catholicum notatium trucidarunt, sententialiter coacti sunt, aut catholicam fidem amplecti, aut possessionem deserere. In filia Csata, sumptibus ecclesiae, ac oblatibus Paulinorum Nostrensiensium, fidelium et parochi 1747. e fundamentis aedificata est ecclesia ad S. Joannem Bapt. Hinc 20. Oct. 1751. transivit ad Zseliz, unde 2. Nov. 1752. abivit, 29. Mart. 1754. investitus est in Harkács, unde eodem a. abivit. 20. Mart. 1762. constitutus est administrator in Nagy-Herestyén, hinc 28. Jul. ejusdem a. abivit. Demum 6. Jun. 1763. factus est administrator in Házás-Nénye. Hic per Emericum Foglár 1766. conscriptio, 1779. autem visitatio canonica fuit peracta, in qua de illo dicitur, quod super omnes vicissitudines silenter degit. † 18. Mart. 1781. ibidem. aetatis 66.

Botmayer Franciscus. Etsi praedecessores et successores simul civitatem Strigoniensem intra et extra muros administrarunt, hic a 25. Febr.

1709. usque 10. Aug. 1711. tantummodo parochiam intra muros, sic dictam civitatis AEppalis, vel Aquaticensis possidebat.

Bozner Josephus. Fuit parochus Szmizsánensis in Scepusio, ubi † 18. Oct. 1759.

Böhm Carolus. Natus 13. Jun. 1853. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 16. Jul. 1876. ordinatus est. Qua cooperatore accomodatus fuit in Maria-Nostra, hinc 19. Mart. 1882. constitutus est administrator in Nagy-Modró, inde vero 1888. factus parochus in Maria-Nostra.

Böhm Georgius. Investitus 24. Jul. 1673. parochus in Mosócz, 4. Maji 1677. officiosam emissionem inquirendi habuit, 1680. in persecutione Tököliana recedere eoactus, sed 1684. iterum reversus, ast pro martyrio, nam a satellitibus ex parochia ad forum oppidi ductus, ibi multis plagis affectus et post plura verbera et ludibria capite plexus est. (Magy. Sion. 1868. 603.)

Böjtös Georgius. Theologiam in seminario B. M. V. Tirnaviae 1813. absolvit et pro cooperatore ad Kosztolány missus, hinc 1814. transivit ad Ujlak, inde 1817. ad Pöstyény. Hinc 1828. factus est parochus in Krajna, ubi † 28. Sept. 1833.

Bóssi etiam Búzy Josephus. Natus in Püspöki, e seminario s. Stephani reg. 1727. baccalaureus et 1728. magister philosophiae proclamatus. 30. Dec. 1730. investitus est parochus in Karancsság, ibi † 29. Jan. 1742.

Böytös Stephanus. Occurrit 1690. et 1691. parochus in Somorja. Fuit jam tunc praepositus S. M. de Felső-Eörs. 22. Apr. 1691. investitus est parochus in Szered. Vir magnae eruditionis et aestimationis. In universitate facultatis theologiae praesidium in rigorosis examinibus saepius gessit. Ipse quoque opus de criteriis rom. cath. ecclesiae divulgavit. (Szabó, Régi M. könyvtár II. 490. l.) 1697. transivit ad Pápa. Fuit SS. Theologiae doctor.

Bradács Casparus. Occurrit 1578. parochus in Csejkő, cujus mentio fit in processu metalli inter Rudolphum imperatorem et capitulum Strigoniense, sede AEppali vacante, ratione metarum S. Benedicti et Kis-Tajna obversante, qui processus in sua forma per extensum deductus adservatur in archivo eppi Neosoliensis in S. Cruce.

Brandeiszy Josephus. Natus 11. Mart. 1837. Manigae. Theologiam Strigonii absolvit et 29. Jul. 1860. ordinatus est. Cooperatorem egit Galanthae, dein Stomfae, ubi per duos et medio a. simul he-

ruli com. Pálffy praefectum egit, tum 5. Sept. 1863. praesentam pro Jakabfalva accepit.

Brankovics Georgius. Ordinatus 1673. Maji 7. ad mensam Joannis Com. Pálffy. 12. Febr. 1690. investitus parochus in Récsé, qui eodem die pro administratione accepit et Prácsa, (Szöllös) quas tantum usque 6. Apr. 1690. possidebat.

Brankovics Paulus. Croata Dubrovkaensis in cottu Poson. 22. Nov. 1720. susceptus, 5. Nov. 1722. ingressus in alumnatum Budensem Széchényianum. 4. Nov. 1728. per Vicarium ad Nagy-Maros missus, ubi 27. Mart. 1733. parochus investitus. Hic 1732. Joannes Ujvendéghy ADnus Hont. visitationem peregit, in qua de parochia dicitur, quod sit annorum 36. Tunc parochiam Marcus Peverelli administrabat. In Nov. 1736. accepit a comite Thoma Starchenberg patrono Visegrad, ubi 15. Dec. ejusdem a. inchoavit laborare. Hinc 22. Mart. 1742. investitus parochus in Nyerges-Ujfalú, ubi 1742. et 1746. stragem per ignis devastationem sustulit. Ecclesia etiam combusta et campanae solutae. Idcirco 19. Jun. 1750. transivit ad Neczpál in cottu Turócz, hinc jam 16. Sept. 1751. ad Turócz-Szent-György, ibi VADnus factus. Inde vero 13. Sept. 1752. per Nicolaum Pálffy praesentatus et 10. Oct. ejusdem a. investitus ad Divény in cottu Poson. Demum 18. Jun. 1755. accepit Malaczka, ubi † 15. Nov. 1770.

Braun Franciscus. Natus 1839. 25. Jul. Strigonii in Aquatica. Theologiam ibidem absolvit et 26. Jul. 1862. ordinatus est. Per biennium egit herulorum praefectum apud com Pongrácz, dein apud L. B. Révay. Hinc redux 1872. cooperatore factus est Budapestini ad S. Leopoldum, hinc 1884. accepit Ipolyszakállos

Braxatoris Mathias. Vieszkaensis ex cottu Bars. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1735. et 1736. baccalaureus et magister philosophiae proclamatus. In seminario S. Adalberti secundum a. theologiae 1738. absolvit, 29. Febr. 1740. investitus est parochus Alsó-Bottfalvensis, hinc 3. Dec. 1741. transivit ad Zsdány, ubi † 25. Apr. 1749.

Bráza Josephus. Natus 1762. Mart. 13. in Ürmény, cottu Nitr. fuit usque 1787. alumnus seminarii generalis prius Budensis dein Posoniensis, absolvens theologiae quinque annos, hinc pro cooperatore ad Szered missus, inde 1792. factus est parochus in Majthény, ubi † 7. Aug. 1831.

Bresztanovics Laurentius. Occurrit 1666. parochus in Bazin, qui nominatur in instantia Baziniensium eodem a. ad cameram regiam Poseniensem porrecta.

Bresztovánszky Stephanus. Natus 13. Aug. 1779. Theologiam in seminario S. Stephani 1803. terminavit et 27. Mart. ejusdem a. ordinatus est. Cooperator applicatus fuit Nyitra-Bajnae, hinc parochus factus in Alsó-Ludány, quam 28. Mart. 1808. adivit. Pensione donatus 25. Nov. 1843. instituti emeritorum parochorum aggregatus est. † 27. Nov. 1851. in Kamanfalva.

Bresztyánszky Georgius. Investitus 25. Febr. 1712. parochus in Paraszt-Dubova in cottu Árva, hinc translatus est 24. Febr. 1713. ad parochiam oppidi Trsztena, ubi usque 1731. activus erat.

Breyer Robertus. Natus 26. Oct. 1852. Theologiam Strigonii absolvit et 25. Jul. 1875. ordinatus est. Pro interimali cooperatore ad Bajnam Strig. missus, ubi et definitive mansit. 1889. factus est parochus in Bessenýb.

Brezánsky Stanislaus. Natus 7. Maji 1837. theologiam Strigonii absolvit et 1. Mart. 1861. ordinatus est. Cooperatorem egit in Mocs, Soponya, et Nagy-Tapolcsány, 1863. incepit administrare Zavada, ad quod beneficium 9. Febr. 1865. praesentam accepit, ibique † 17. Mart. 1878.

Brezányi, vel Brcányi Joannes. Natus 1660. theologus speculativus, 1686. ordinatus et 23. Apr. ejusdem a. investitus parochus in Alsó-Lelócz, hinc 1691. transivit ad Turócz-Szent-Mihály, ubi 29. Jan. 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem in qua de parochia notavit: diligens in reparanda ecclesia et parochia. Hinc 8. Maji 1697. transivit ad Felső-Kamenecz, ubi fungebatur usque 1704.

Brezniczky, vel Brezinczky Joannes. Investitus 24. Maji 1668. parochus in Nagymodró, hinc 7. Maji 1669. transivit ad Jabloncza, ubi multas rixas habuit cum praedicante Lutherano. Post cujus expulsionem suppellectilia ecclesiae a lutheranis expilata, restituta sunt. Hinc 26. Apr. 1671. transivit ad Alsó-Dió, 20. Oct. 1672. iterum investitus in Jablonicza. Inde 24. Jul. 1675. transivit ad Kolos, demum hinc 24. Maji 1679. investitus in Kis-Apony, ubi usque 1686. operatus est.

Brhlovits Josephus. Theologiae quatuor annos in seminario Tirnaviae absolvit. Ex eo exiens applicatus est cooperator in Nagy-Jác,

1806. transivit Schemniczium, inde 1808. ad Vág-Ujhely, hinc 1818. factus est parochus in Alsó-Szécsény, quam 1822. resignavit et ad Csejtha recessit, ubi † 22. Oct. ejusdem anni.

Bricciades Tobias. Occurrit 1630. parochus in Nádas in cottu Hont, qui synodo eodem a. Tirnaviae per Petrum Pázmány celebratae interfuit.

Briccius. Occurrit 1495. parochus in Turócz-Szent-Márton. Qui nominatur in testamento Valentini Trnovszky de Markovicz vicecomitis cottus Turócz a. suprafato confecto. (Schemat. hist. dioec. Neosol. 1876. 244.)

Briccius. Occurrit 1512. rector eccl. s. Jacobi de Zerdahely, (Vágszerdahely.)

Briccius. Fuit 1519. plebanus de Répás. Solvit 1 f. 25 d. decimas papales. (Wagner, Analecta Scepus. II. 195.)

Brix Josephus. Theologiae quatuor annos in seminario AEppali Poseniensi 1792. absolvit. Hinc accomodatus est cooperator in Modra, 1793. in Divěny ad Posenium et 1796. in Ó-Tura, hinc 1797. factus est parochus in Almás, inde 1807. transivit ad Detrekő-Szent-Miklós, ubi mansit usque mortem. † 11. Apr. 1826. in Laksár-Ujfalu.

Brlík Joannes. Natus 1706. in Stepanov in cottu Nitr. qua alumnus seminarii S. Stephani 1727. baccalaureus et a. sequenti magister philosophiae promotus est. 1731. theologiam terminavit, et eodem a. 26. Jan. investitus est parochus in Tóth-Gurab. Ibidem Joannes Jelenffy eodem a. visitationem peregit, qui de ipso ait: Commendatur a suis ob zelose praestita hactenus servitia. 12. Mart. 1746. transivit ad l. r. cittem Szent-György. Aditus hujus parochiae cum difficultatibus erat conjunctus, nam patres piarum scholarum, qui illam administrarunt, populum sibi plus aequo devinxerant, hicve populus non solum recusavit claves ecclesiae et parochiae novo parochia resignare, sed etiam sclopis armata plebs aditum eidem ad coemeterium prohibuit. In sequelam hujus vicarius gen. Nedeczky interdictum contra piaristas expediri fecit, nisi instantanee omnia ad jus parochi pertinentia resignarent, quo illis notificato, sine ulteriori renitentia, novus parochus jura sua aggredi potuit. In visitatione, per Joannem Galgóczy 1756. peracta, de parochia dicitur, quod sit baccalaureus theologiae, diligens, exemplaris. † 2. Aug. 1771.

Brna Joannes. Investitus 16. Oct. 1686. parochus in Fenyő-Kosztolán, in cottu Bars. hinc

10. Jan. 1687. transivit ad Bobrócz, ubi 15. Sept. ejusdem a. et Nádasfalva accepit, inde 12. Dec. 1705. investitus in Liptó-Szent-Mihály, hinc 20. Jul. 1706. ad Alsó-Mattyasócz, abhinc 12. Maji 1707. ad Rózsahegy, ubi iteratis vicibus. 3. Maji et 8. Jul. 1711. investitus. Demum 6. Aug. 1724. accepit Német-Lipcse, ubi usque 1729. fungebatur.

Brnolák Joannes. Szlaniczaensis in cottu Árva, qua seminarii S. Adalberti alumnus 1745. et 1746. baccalaureus et magister philosophiae promulgatus. Absolvens theologiae tertium annum ordinatus et 30. Mart. 1749. investitus est parochus in Neczpál, hinc 16. Jan. 1750. transivit ad Szucsány, in cottu Turócz, demum 3. Nov. 1755. investitus in Námeszto quam resignavit et † 31. Dec. 1761. in domo paterna.

Brnolák Mathias. Szlaniczaensis e cottu Árva, qua alumnus seminarii s. Stephani, 1746. et 1747. baccalaureus et magister philosophiae proclamatus. Theologiae quartum a. 1751. absolvit et 13. Jul. ejusdem a. investitus est parochus in Paraszt-Dubova, hinc 27. Jul. 1756. transivit ad Felső-Sipék, inde 27. Jan. 1759. ad Thaszár. In visitatione Batthyianiana 27. Sept. 1779. peracta de eo notatum est, quod habuerit gradus theologicos et fuerit altioris staturae. Sub illo moderna ecclesiae, quae 1758. coepit aedificari primarius lapis 11. Maji 1760. positus et per Raphaelem Szent-Iványi can. Strig. benedictus. 8. Sept. 1763. ipsa ecclesia per eundem benedicta et 1796. per Nicolaum Konde consecrata. Ab 1785. habuit administratores: Martinum Fritz, Josephum Bajczi, Stephanum Skrovaneck et Josephum Uhlarik. Demum parochiam in Jan. 1789. resignavit, ac ad Horvát-Gurab recessit, ubi † 22. Aug. 1792.

Brnolák Michael. Natus Szlavniczae in cottu Árva. E seminario s. Adalberti 1754. et 1755. baccalaureus et magister philosophiae proclamatus. Theologiae tertium a. 1758. absolvens ordinatus et 29. Jul. ejusdem a. pro cooperatore Csorbam, dein 23. Maji 1759. Jolsvam missus est. Circa a. 1763. factus parochus in Zsegra, quacum dioecesi Scepusiensi incorporatus.

Brnolák Paulus, Franciscus. Slaniczaensis ex cottu Árva, 30. Nov. 1749. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum. 6. Dec. 1753. missus pro cooperatore ad Námesztó, 20. Nov. 1755. vero investitus est parochus in Turdossin in cottu Árva, cum quo beneficio incorporatus est dioecesi Scepusiensi.

Brogyánszky Joannes. Theologiae tertium a. in seminario generali absolvit 1776. Tirnaviae, ordinatus et pro cooperatore missus est ad Lancsár, 1778. vero ad Vág-Ujhely, hinc 14. Sept. 1782. investitus est parochus in Nadlány. Ibi † 17. Jul. 1796.

Brogyányi Carolus. Nobilis de Brogyán e cottu Bars. Ad seminarium s. Emerici Posoni 1764. susceptus. Theologiam in seminario s. Stephani studuit. 29. Febr. 1772. accomodatus pro cooperatore in Zsemer, dein 24. Mart. 1773. in Szob, hinc 1774. factus est parochus in Köhidgyarmat, quam 4. Dec. 1787. ob fractas vires resignavit, et semet ad Dágh recepit, ubi † in Nov. 1793.

Brogyányi de Eadem Ludovicus. Natus 25. Aug. 1816. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 15. Oct. 1839. ordinatus est. Jam 6. Dec. ejusdem anni missionem ad castra accepit et regiminis LXI. tum equestris VII. demum pyrobolariorum V. capellanum egit, hinc reversus 25. Aug. 1850. praesentam accepit pro Lekér.

Brogyányi Stephanus. Cursum theologicum quinque annorum in generali seminario Posoniensi cum pleno superioritatis contentu 1791. terminavit. E seminario missus est pro cooperatore ad Naszvad, ubi exactis septem annis, transpositus ad Kemencze, ibi expleto semi altero anno administraturam Nényensem 2. Jul. 1799. obtinuit. Inde 27. Nov. 1799. obtinuit praesentam a comite Francisco Balassa pro Csáb, ubi 1812. visitatio Adnalis fuit peracta. † 26. Oct. 1827. ibidem.

Bröl Leopodus, Michael. Investitus 11. Jun. 1672. parochus in Limpach, (nunc filia ad Grinád) ubi usque 1674. vineam domini cultivavit.

Brozsek Martinus. Vittenczensis e cottu Nitriensi, qua alumnus seminarii s. Stephani, 1755. et 1756. baccalaureus et magister philosophiae factus. Theologiae tertium annum 1758. absolvens ordinatus et 6. Dec. ejusdem a. pro cooperatore ad Krakován missus, hinc 30. Jul. 1760. investitus est parochus in Felső-Vásárd, inde 28. Maji 1776. transivit ad Dejte, ubi † 4. Apr. 1806.

Brszkó Andreas. Ex Nemeckza in cottu Zol. qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1731. et 1732. baccalaureus et magister philosophiae. Theologiae tertium a. in seminario s. Stephani absolvit. 12. Febr. 1737. investitus parochus in Felső-Micsinye, hinc 18. Maji 1740. transivit ad Lopei, ubi † 6. Febr. 1741.

Brühl Antonius. Natus 24. Febr. 1842. Theologiam Strigonii absolvit et 2. Aug. 1868. ordinatus est. Cooperatorem egit in Majthény, ab 1870. Vetero-Budae, hinc 1. Nov. 1876. investitus parochus in Mária-Nostra, una director spiritalis in domo correct., hinc transivit 1888. ad Udvard, ubi simul VADnus districtus ejusdem nominis. Est simul cathedralis basilicae Lauretanae capellanus honor. et cruce aurea cum corona pro piis meritis decoratus.

Brühl Josephus. Natus 13. Apr. 1844. Theologiam Strigonii absolvit, et 2. Aug. 1870. ordinatus est. Missus pro cooperatore ad Vedröd, hinc 1871. factus praebendatus M. E. Strig. et parochiae cathedralis ibidem cooperator, 1872. factus beneficiatus ad S. Annam, inde vero 10. Maji 1879. praesentatus parochus in Ürmény. Sub illo positus est 14. Sept. 1878. principalis lapis asyli puellarum per Emericum com. Hunyadi fundati et sororibus S. Vincetii Graecensibus traditi, 6. Nov. 1879. vero Joannes Card. Simor, novum principale altare consecravit.

Brucker Augustinus. Natus 4. Mart. 1845. in Nagy-Tapolcsány. Theologiam Strigonii absolvit et 2. Aug. 1868. ordinatus est. Cooperatorem egit in Udvarnok, Szomolány et Galgócz. 29. Oct. 1872. investitus parochus ibidem.

Brunner Joannes. Natus 28. Jul. 1810. Pestini. Studium philosophiae qua saecularis in universitate Pestana, theologiam Tirnaviae absolvit. Qua diaconus supplens cooperator Pestini ad S. Leopoldum. 28. Jan. 1833. ord. cooperatorem egit Comaromii sex septimanis, Budae ad B. M. V. Visitantem mensibus octo, ibidem in Aquatica semi altero anno, in praesidio tribus annis. 1838. obtinuit Farkasd, hinc 1849. administrator factus in Buda-Eörs, ubi 2. Oct. 1850. investitus, inde 1855 transivit ad Budam-Veterem, ubi VADnus ord. constitutus, cui muneri 1868. parochiae vero 1877. resignavit. A 27. Mart. 1886. instituti S. Adalberti membrum. Habitat Graecii. Fuit celebratus concionator germanicus. Ejus sermonum aliqui typis vulgati existunt. (Szinnyei, Magy. Irók. I. 1366.)

Brunhuber Michael. Natus 17. Nov. 1820. Theologiam Strigonii absolvit, ubi 16. Jul. 1850. ordinatus et ad Egyházkarcsa pro cooperatore missus est. Ab 1852. in Nyerges-Ujfalu, ab 1853. Neo-Budae, et ab 1855. Budae ad S. Annam in pari qualitate fuit applicatus. Eodem adhuc anno

obtinet administrationem Lazareti Poseniensis. † 28. Dec. 1886. ibidem.

Bubla Josephus. Natus 17. Mart. 1780. Theologiae quatuor annos in seminario AEppali Poseniensi 1802. terminavit. 24. Mart. 1803. ordinatus est et ad Hidaskürt pro cooperatore missus, hinc in Jan. 1809. obtinuit parochiam Taksony, ubi 1833. VADnus factus, hinc 31. Dec. 1845. promotus ad capitulum Poseniense, ubi † 29. Sept. 1856.

Bublik Stephanus. Natus 17. Nov. 1785. Theologiam in seminario Mariano absolvit Tirnaviae et 12. Aug. 1811. ordinatus est. Cooperatorem egit in Sancto-Andrea, ab 1816. in Misérd, ubi 1818. parochus factus est, hinc 23. Aug. 1826. transivit ad Garam-Ujfalu, ubi simul VADnus, inde 27. Apr. 1837. ad Patak, jam 1838. ad Vág-szerdahely, demum 18. Oct. 1846. obtinuit Verebély, ibi simul VADnus districtus cognominis et praepositus B. M. V. de Liptó. † 14. Nov. 1865.

Bublovics Joannes. Fuit ab 1669. usque 1671. parochus in Verebély.

Bublovics Joannes. Natus in Nagy-Tapolcsány, qua saecularis 1688. et 1689. baccalaureus et magister philosophiae in universitate Tirnaviensi promotus. E seminario capitulari S. Stephani 1690. et 1692. rigorosa pro doctoratu SS. theologiae subivit. 5. Maji 1693. ordinatus et jam 19. Maji ejusdem a. investitus parochus in Kis-Apáthi, ubi 20. Jan. 1694. et ad Felső-Apáthi investituram accepit. 3. Mart. ejusdem a. accepit et Kis-Tapolcsány, retento Kis-Apáthi. 1697. transivit ad Szent-Benedek, ubi tempore disturbiorum per sex annos bonorum capituli M. E. Strig. praefectum egit, idcirco e concessione AEppi Strig. et principis e Saxonia per capituli suffragia in canonicum 10. Mart. 1709. electus, 8. Dec. 1710. ADnus Thornensis, 18. Dec. 1711. Barsensis, 13. 1715. Apr. Nitriensis, 21. Apr. 1719. Zoliensis, 13. Oct. 1721. Sasváriensis installatus. Fuit praep. S. Eustachii de Csúth, 11. Oct. 1711. in hac dignitate per Card. e Saxonia benedictus. 19. Jun. ejusdem a. concionatura slavonica Tirnaviae in capella S. Michaelis Arch. illi collata. † 16. Jun. 1725. in Nagy-Tapolcsány.

Bubovszky Andreas. Investitus 13. Maji 1688. parochus in Brezova.

Bublovics Michael. Natus in Nagy-Tapolcsány. Qua alumnus seminarii s. Stephani reg. 1702. et 1703. baccalaureus et magister philoso-

phiae. Theologiam ibidem absolvit et 20. Sept. 1704. ordinatus est. 13. Jul. 1705. investitus est parochus in Széplak, hinc 24. Jul. 1706. transivit ad Kovácsi in cottu Bars. (nunc filia ad Garam-Szent-Benedek), hinc 25. Apr. 1709. transivit ad Alsó-Ludány, ubi usque 1717. mansit. Dein factus est beneficiatus altariae S. Michaelis Arch. Tirnaviae et concionator slavonicus. † ibid. 14. Apr. 1753.

Buchoveczky Andreas. Investitus 6. Nov. 1729. parochus graeci ritus in Sumjác, in cottu Gömör.

Buchvald de Nissa Laurentius. Fuit 1549. parochus Menhardensis, qui eodem a. factus est senior fraternitatis. (Wagner, Analecta Scep. II., 256.) Dicebant ob ejus incuriam 13. Mart. 1556. incineratum fuisse oppidum et consumptum praetiosissimum thesaurum, videlicet omnia privilegia 24. plebaniarum regalium terrae Scepus. (Ibid. II. 257.) In congregatione 1. Jun. ejusdem a. Belae facta, fama hujus viri contra calumniatores in integrum restituta est. Hic bonus vir vix et ipse evasit periculo cum reculis paucissimis secum ablati. (Ibid. II. 259.)

Bucsány Georgius. Investitus est 17. Jun. 1701. licentiatus in Kövesd, in cottu Hont. ubi usque 1709. mansit.

Bucsányi Nicolaus. Tirnaviensis, 7. Nov. 1729. susceptus in alumnum Bud. 25. Oct. 1733. ordinatus, 9. Nov. ejusdem a. vero missus ad Ivánka, hinc 21. Jun. 1734. transivit ad Bart, inde 15. Apr. 1741. ad Salgó-Tarján, ubi usque 1745. mansit, dein ad seminarium S. Emerici deficientium Tirnaviae recessit, ubi † 28. Sept. 1753.

Buesegh Joannes. Natus 12. Jul. 1785. Philosophiam in seminariis s. Stephani, et Mariano absolvit, in hoc et theologiam terminavit ac 22. Aug. 1808. ordinatus est. Cooperatorem in Sellye egit. 21. Oct. 1812. investitus parochus in Nyitra-Pereszlény, hinc 20. Sept. 1825. transivit ad Lekér, ibi historiam parochiae diligenter notavit. 1836. VADnus factus. 1850. ad canonicatum Strig. promotus. 1854. abbas s. Seraphini de Lekér in Scep. 1860. ADnus Neograd. † 6. Jan. 1861. Strigonii. Legavit ecclesiae in Pereszlény pulchrum ornatum.

Bucsek Georgius. Natus 24. Dec. 1810. Modrae in cottu Poson. Philosophiam et theologiam Tirnaviae didicit. 30. Sept. 1835. ordinatus est. Cooperatorem egit Csejthae per annos sex et quadrantem, Galgóczii tres et quadrantem, 1845. factus parochus in Kisvendég, hinc 5. Jan. 1851. transivit ad oppidum Nyitra-Bajna, ubi † 17. Dec. 1868.

Bucsek Joannes. Szeniczensis, ex cottu Nitr. 1753. susceptus ad alumnum Budensem pro theologia. 21. Oct. 1754. ordinatus. 21. Jun. 1755. factus est cooperator Polonkensis in cottu Gömör, hinc 25. Jun. 1757. investitus parochus in Veszverés in eodem cottu. Neo erectae dioecesi Rosnaviensi una cum parochia incorporatus est.

Bucsics Joannes. Natus in Hidegkút in cottu Poson. Qua alumnum semin. s. Stephani 1745. et 1746. baccalaureus et magister philosophiae proclamatus defenditque universam philosophiam. Ordinatus et 30. Nov. 1749. pro capellano Bazinium missus, hinc 8. Jun. 1751. investitus parochus in Szent-István, inde in Aug. 1753. abivit. 1. Nov. ejusdem a. factus est capellanus domesticus in Kis-Vezekény apud Carolum Bacskády vice-comitem cottus Bars. † 4. Jun. 1755. extra beneficium constitutus in Dubravka.

Buczko Joannes. Natus 2. Jan. 1844. Trencsinii, philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit et 28. Jul. 1867. ordinatus est. Cooperator factus est in Nádas prope Tirnaviam, ab 1869. in Sasvár, hinc 1881. admin. in Péterfalva. 6. Oct. ejusdem a. occupavit parochiam Kukló, inde 1889. transivit ad Stepanó.

Buda Ignatius. Natus 5. Jul. 1814. Tatae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 11. Febr. 1840. ordinatus est. Mox qua praefectus herul. apud comitem Hunyady in Alsó-Pél accomodatus. 1841. cooperator factus in Szölgyén, inde 10. Jul. 1843. obtinuit parochiam Nagykálna, ubi 1863. factus VADnus surr. dein ord. † 17. Mart. 1887. ibidem.

Budaczky Gabriel. Occurrit 1647. parochus in Horvát-Gurab et nominatur in catalogo jussu Georgii Lippay eodem a. confecto. Successorem nactus 1652.

Budaházy Ladislaus. Horkensis ex cottu Scepus. 5. Nov. 1745. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum. Ordinatus et 10. Maji 1750. pro cooperatore Scepusium missus. 1763. fuit parochus in Nedecz, hinc 1765. transivit ad Görgö, cum qua parochia incorporatus est dioecesi Scepusiensi.

Budatinszky Andreas. Natus 2. Dec. 1803. Solnae in cottu Trencsin. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 31. Maji 1827. ornatus est. Cooperatorem egit in Bozók, dein in Komjáth, serius Siglisbergae, demum Bakabányae, 1834. factus est administrator Nagy-Lehotae, hinc

4. Aug. 1840. in pari qualitate transpositus ad Szkiczó, 14. Mart. 1854. investitus parochus in Felső-Zelle, in Aug. 1859. transivit ad Pusztavogyerád, inde 1870. ad Lakács, quam 1871. resignavit, 1. Maji 1873. aggregatus est instituto S. Adalberti. † 13. Sept. 1883. Tirnaviae. 1863. constitutus fuit VADnus districtus Nagykosztolanensis, sed sede vacante 1867. resignare coactus fuit, 1868. in hoc munus restitutus.

Buday Emericus. Natus in Nyitravicsap, qua alumnus seminarii generalis 1699. et 1700. baccalaureus et magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario qua ruber absolvit et 30. Nov. 1703. ordinatus est. 8. Febr. 1704. investitus parochus in Lédecz in cottu Bars. ubi usque 1710. activus erat.

Buday Franciscus. Missus 4. Jun. 1747. pro cooperatore ad Bolyk, hinc 3. Maji 1748. factus est parochus in Vilke, inde 29. Apr. 1754. transivit ad Karancs-Keszi. Ibidem 1767. conscriptio proventuum fuit peracta. Hac cum parochia incorporatus dioecesi Rosnaviensi.

Buday Georgius Fuit 1643. parochus in Récse, contra quem communitas conquesta est, quod noctu in area sua explosiones fecit et iudicem percussit. 1647. vero occurrit in Szőlös et nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem anno conscripto.

Buday Georgius. Investitus 10. Apr. 1728. parochus in Barth, hinc 16. Jan. 1734. transivit ad Várkony, ubi usque 30. Maji 1736. activus fuit, tunc se recipit Tirnaviam, ubi jam mense Junio mortuus est.

Buday Joannes. Tirnaviensis, 1760. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Hinc translatus ad seminarium s. Stephani reg. inde 28. Nov. 1766. missus pro cooperatore Szakolczam, hinc 2. Sept. 1767. Vetero-Zolium, 7. Jun. 1769. investitus parochus Badinensis, ubi † 4. Nov. 1769.

Buday Josephus. Olim societatis Jesu, 1760. novitius Budae. Postmodum ut presbyter 1770. Albae-Regiae professor rhetor. et poeseos, exhortator festivalis. Post abolitionem presbyter ADioec. Strigon. fit cooperatore in Pécsvárad, 1774. parochus in Szajk, hinc 24. Febr. 1776. transivit ad Pécsvárad, 29. Jun. 1777. praesentatus ad Mária-Kéménd, jam eotum dioecesi Quinque-Ecclesiensi ingremiatus. (Brüstle, Recensio cleri Quinque-Eccl. IV. 462.)

Buday Josephus. Natus 19. Febr. 1813. Rochniczii in cottu Zoliensi, philosophiam et theologiam Tirnaviae didicit, et 26. Mart. 1836. ordinatus est. Cooperatorem egit Miavae, in Vásárút et in Nagy-Kosztolán. 1849. factus et curatus anabaptistarum in Sancto-Joanne, 1853. statum pensionis ingressus, non obstante eo, cum ex 200 f. vivere nequiverat, cogebatur hinc inde subsidiarium agere, signanter Samariae, ab 1853—1855. in Pusztafödémés apud amentem parochum, in Valle-Mariae, 1855. in Boldogfalva, in Zeliz. Vagae vitae pertaesus in Jan. 1858. acceptavit administrationem curatae Moderstolnae, hac in Oct. 1862. relicta, vitam privatam egit Strigonii apud conscholarem Stephanum Lipovniczky. Abhinc ob defectum presbyterorum Budam Christinopolim, dein ad Besse et Verebély pro subsidiario missus. 10. Sept. 1863. obtinuit administrationem in Köpösd, unde semet dispensari orans 1867. iterum ad statum pensionis rediit, et pro capellano domestico ad Vecse semet contulit. Tardius ad Szobotist ad conversos anabaptistas missus fuit. Ab 1874. usque, 1878. curatum egit in Péliföld-Szent-Kereszt, demum administrator factus est eccl. ad S. Josephum Tirnaviae olim Paulinorum. † 4. Jan. 1892. Strigonii. Lyrae latinae faustus cultor. (Szinyei, Magy. Irók. I. 1387.)

Buday Paulus. Szemetiensis ex cottu Poson. 12. Nov. 1715. susceptus in alumnatum Budensem. 16. Jun. 1720. ordinatus. 21. Maji 1721. investitus parochus oppidi Nagy-Oroszi, ubi † 28. Aug. 1744.

Budiács Georgius. Origine e cottu Trencsiensi, possessione Mikussócz, natus Tirnaviae, conditione nobilis curialista. Studia humaniora Tirnaviae, philosophica et theologica per quatuor annos Posonii in seminario cleri Hung. 1791. absolvit, dein accomodationem expectans Tirnaviae morabatur, ab 1792. cooperatorem egit Hodrusbányae, ab 1796. in Nagy-Súr, et ab 1797. in Ujvároska. Eodem a. parochus factus in Hrachovistye (tunc adhuc Krajna,) hinc transivit 1806. ad Lopassó, ubi † 25. Mart. 1836. E marasmo senili, aetatis 69. Vixit exemplariter ab omnibus aestimatus.

Budiács Stephanus. Missus 14. Jun. 1758. pro cooperatore ad Vesztenicz, hinc 7. Febr. 1760. investitus est in noviter erecta et a matre Vesztenicz avulsa parochia Nyitra-Szucsány, ubi usque 1775. mansit.

Budócz Martinus. Occurrit 1647. parochus in Pobedim in ADtu Nitriensi, qui nominatur in catalogo cleri ADioec. Strig. jussu Georgii Lippay confecto.

Bugány Andreas. E seminario Mariano 1821. egressus adhuc unum a. in presbyterio Tirnaviae transegit, hinc 1822. factus cooperator in Somorja, 1825. transivit ad Kürth, hinc 1828. cooperator, 1832. autem administrator in Kéménd. 16. Jun. 1833. praesentatus parochus in Egerszeg, ubi simul I. comit. Strigon. et I. I. sed. praed. de Verebély et Szent-György tabulae judicariae assessor. † 25. Oct. 1845. ibidem aetatis 48.

Bugl Franciscus. Natus 17. Sept. 1764. Posenii qua alumnus seminarii generalis ibidem, theologiae quinque annos 1788. terminavit. Cooperatorem egit in Vindschacht, ab 1792. Posenii, 1794. administrator eccl. SS. Salvatoris ibidem, hinc 1803. se Tirnaviam recepit, ubi eodem a. apud Ursulinas solemnem sermonem dixit, et typis vulgavit. (Szinyei, Magy. Irók. I. 1402.)

Bukovinszky Franciscus. Theologiae quatuor annos, superaddito uno pro theologia practica Posenii in seminario generali 1789. terminavit. Duobus annis Tirnaviae accomodationem expectavit et 1791. pro cooperatore in Szent-Endre appulit, hinc 1797. factus capellanus localis in Assakürt, inde 1810. parochus in Ardanócz, ubi † 26. Febr. 1836.

Bukovinszky Stephanus. Natus in Almás Scepusiensi, qua alumnus seminarii S. Adalberti 1740. et 1741. baccalaureus et magister philosophiae. 1741. simul theologiae tertium a. terminavit. 30. Aug. ejusdem a. etiam investitus est parochus in Csév in cottu Strig. hic pater ipsius catholicam religionem amplexus est. Ubi usque 1751. mansit. 4. Sept. 1755. factus est cooperator in Nagy-Szetény et 17. Maji 1757. investitus parochus ibidem. 26. Oct. 1779. peracta fuit visitatio canonica Batthyanyiana, in qua propedie 64. annorum esse dicitur. Eodem a. in consistorio contra illum inquisito fuit mota. In Majo 1782. beneficium hoc resignavit et ad deficientiam recessit. † 5. Maji 1796. Tirnaviae.

Burg Josephus. Theologiae quatuor annos in Pázmáneó 1828. absolvit, hinc unum a. in presbyterio Strigonii transegit et 1829. applicatus est cooperator in Udvard, ibidem simul fuit I. I. sed. praed. de Verebély et Sz.-György tab. jud.

assessor, 1835. factus est parochus in Farkasd, quam 1838. resignavit et absque officio mansit. 1844. missionarius factus in America septemtrionali dioecesi Philadelphensi. † 16. Jan. 1849. in oppido Postville, aetatis 43. (Fasc. Eccles. 1842. I. 114.)

Burgstaller Joannes. Investitus 10. Maji 1758. parochus in Dévény-Ujfalú, ubi † 5. Jun. 1778.

Burián Stephanus. Natus 16. Aug. 1792. Theologiae quatuor annos in seminario s. Stephani absolvit Tirnaviae, et 17. Aug. 1816. ordinatus est. Cooperatorem egit Bajnae penes Strig. hinc 3. Jul. 1819. factus parochus in Sárísáp, ubi † 18. Jan. 1852.

Busziakovics Paulus. Ab 1634. parochus in Egyházzelle, de quo Georgius Draškovicz in visitatione eodem a. peracta notavit. Ungarus, Tirnaviensis, Roma e collegio germanico et hungarico hoc ipso anno isthuc appulit. In munere suo quantum aetas et initia patiuntur nec rudis nec segnis. Mensae a vice comite benevole et ordinarie adhibetur.

Butasovics Andreas. Burensis e cottu Nitr. qua alumnus seminarii s. Stephani 1698. et 1699. baccalaureus et magister philosophiae proclamatus. 15. Nov. 1705. investitus parochus Bernezensis (nunc filia ad Kemencze.) 23. Apr. 1708. vero investituram accepit pro Ipoly-Szakállos, ubi usque 1711. activus erat.

Butasovics Florianus. In seminario Mariano quatuor annos theologiae 1806. absolvit, hinc cooperatorem factus in Vindschacht, ab 1808. praebendatus chori M. E. Strig. in Febr. 1815. parochus in Spácza, ubi † 2. Apr. 1817. aetatis 36.

Butassovics Ignatius. Natus 1. Febr. 1825. Studii theologici, uti quarti anni theologus Strigonii 1850. finem imposuit et 16. Sept. ejusdem a. ordinatus ac pro cooperatore Modram missus est, hinc 1852. transivit ad Búr-Szent-György et 1857. ad Csaszta, ubi in Oct. 1860. administrator et 1862. parochus factus est, hinc 9. Oct. 1865. praesentatus et 17. ejusdem investitus in Alsó-Récsény, ubi † 28. Apr. 1886.

Butkovicz Franciscus. E seminario S. Adalberti, slavus. 14. Dec. 1690. investitus est parochus Szeniczensis. Ibi Emericus Pongrácz 1697. peregrit visitationem ADiaconalem, in qua de parrocho: Annorum 42, in cura animarum 19, in hac parochia 6. annis. Ultro adjicit visitator: Licet mortuus fuisset parochus hujas, tamen nullos libros

reliquit. Intermedio tempore, nempe ab Aug. 1693. usque 1695. etiam in Felső-Diós parochum fuisse, constat ex matricis hujus parochiae.

Buzássy Nicolaus. Kovarczensis ex cottu Nitr. qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1689. et 1690. baccalaureus et magister philosophiae promotus. Theologiam in seminario s. Stephani didicit. 15. Apr. 1693. investitus parochus in Nemcsén, hinc 2. Maji 1702. transivit ad Prassicz, ibi † 2. Apr. 1712. Legavit agrum ecclesiae Prassics.

Buzna Joannes. Natus 23. Nov. 1806. in Paczolai in cottu Nitriensi. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 19. Dec. 1829. ordinatus et pro cooperatore Miavam missus, hinc 1830. transivit ad Pöstyén, unde 1837. factus parochus in Kis-Vendég, hinc in Jul. 1845. transivit ad Prassicz, quam tamen ob malum pedis in Jul. 1860. resignare coactus, instituti emeritorum parochorum adnumeratus est. A 1. Maji 1873. vero membrum instituti s. Adalbertus. Victitavit in Nagy-Tapolcsány † 20. Febr. 1876.

Bütner Carolus. Natus 19. Aug. 1801. in Nagy-Oroszi in cottu Neograd. Philosophiam Tir-

naviae, theologiam Viennae absolvit, 30. Mart. 1825. ordinatus et pro supplente cooperatore ad Verőcze, in dioec. Vaciensi, permissus est, post tres menses factus praefectus herulorum apud Joannem Bory, post transactum annum cooperatore in Somorja et Dunaszerdahely per quindecim menses, hinc iterum in qualitate praefecti herulorum ad Thomam com. Schmidegg dispositionem accepit, expletis ibi duobus annis administrator in spir. et temp. constitutus est in Sós-Hartyán, post annum cooperatore factus Strigonii in AEppali civitate, unde post unum a. 1831. parochus Strigonii in oppido S. Georgii, inde vero promotus 27. Apr. 1837. ad AEppalem civitatem, ubi ab 1839. matrim. et rel. prof. defensor, ab 1840. VADnus, hinc 29. Apr. 1845. transivit ad Tardoskedd, inde demum 21. Dec. 1869. promotus ad capitulum Poseniense, ubi † 28. Dec. 1886. Versatus concionator hungarus. (Szinyei, Magy. Irók, I. 1436.)

Byssin Jonas. Occurrit 1608. parochus in Prassicz, qui juxta visitationem 1613. ibidem peractam aliquibus punctis conscriptionis anno 1608. slavico idiomate paratae, consensum dare noluit.

C.

Calovino Paulus. Theologiam per quinque annos in Pazmaneo didicit et 1781. absolvit, hinc cancellista factus aulae Principis Primatis. 1782. cooperatore Budae in arce et 1783. idem Posenii ad S. Martinum. 27. Apr. 1790. factus parochus Posenii in Virágvölgy, hinc 3. Sept. 1803. transivit pro administratura ecclesiae SS. Salvatoris ibidem, ubi † 17. Aug. 1804. Versatus concionator germanicus, qui jam puer in sermone dicendo excelluit. Ille sermo quem 1771. apud Trinitarios Posenii dixit, typis vulgatus existit. (Szinyei, Magy. Irók. II. 3.)

Capricorni Joannes. Fuit 1630. inter et 1634. parochus in Lakács. Priori a. nominat illum visitator Volfgangus Érsekujváry. Synodo eodem a. Tirnaviae celebratae non interfuit. Posteriori nominatur per visitatorem Joannem Solnensem, qui dicit: Parochus olim concubinarius jam viduus, totus podagricus, bibulus. Vocat illum Caprum. Cujus filius similis, qui parochiam Sárfiensem regit.

Capricorni Joannes. Fuit 1634. usque 1636.

parochus in Nyitra-Sárfő, de quo visitator a. prioris Joannes Solensis mentionem facit, illum Capri nominans. Filius parochi Lakácsensis, juvenis bibulus, brevium orare nescit. De quo visitator rescivit, quod in pago parochiali choreas ducit. Pro inscribendis baptismatibus etc. librum non habet. Nullum infirmum adhuc unxit sacro oleo. Quaesitus quare neglexit hactenus, respondit, quod non vocetur. Visitator hunc ebrium invenit. Parochus duo jugera habet post castellum e regione ecclesiae, quibus domini terrestres utuntur.

Casparus. Fuit 1519. plebanus de Busow, in distr. inf. Poprád. Solvit decimas papales 6 f. 14. d. (Wagner, Analecta Scepus. II. 196.)

Casparus. Fuit 1519. plebanus de Rauschenbach, (Nagy-Rőcze.) Solvit decimas papales 1 f. 11. d. (Wagner, Analecta Scepus. II. 195.)

Casparus. Fuit 1539. plebanus in Villa Durandi, apud quem praelatus Joannes Horváth praep. Scepus. ova comedit et dixit: «Pro festo s. Georgii synodum celebrabo et mandabo omnibus plebanis libere ova per quadragesimam manducare.»

(Wagner, *Analecta Scep.* II. 226.) Tunc temporis diebus abstinentiae ova comedere nondum licuit.

Casparus. Occurrit 1559. parochus in Német-Próna, de quo visitator a. hujus notavit: quod sit uxoratus, sacramenta autem, prout ostendit catholice servet.

Casparus. Fuit XVI. saec. parochus in Német-Lipcse. Qui huic parochiae legavit «Corpus Juris Canonicae.»

Casparus. Occurrit 1560. parochus in Kis-Palugya, de quo Michael Szegedinus visitator ADtus Nitr. a. eodem refert: Uxoratus ante sacerdotium bis, sacris Cracoviae per eppum Andream Laodicensem a. 1555. initiatus. Alia tenet secundum Rom. eccl. ritum ac formam, aquam tamen benedictam non habet, ac sub utraque specie communicat.

Casparus. Occurrit 1562. parochus in Chek-lez, (Csekléz) de quo in visitatione Oláhiana eodem a. peracta notatum: quod in ecclesia Baciensi fuisset ordinatus, senex.

Casparus. Occurrit 1569. parochus in Nagy-Megyer, qui eodem a. comparuit coram sacra sede spirit. Strig. ut accusationem proferat. (Protoc. S. Sedis Vol. III. ab 1568—1575.)

Cassius Isaac. Occurrit 1647. licentiatius in Nagy-Orosz, qui in catalogo cleri ADioec. Strig. Georgii Lippay connotato nominatur.

Castelain Petrus, Guilielmus. Fuit coll. eccl. S. Martini de Scepusio custos et canonicus, eppus Traguriensis et simul parochus ecclesiarum Váraljaensis et Olasziensis, † 4. Oct. 1747. Scepusii.

Catniasias Petrus. Fuit 1493. parochus Popradini et fundator sacelli S. Valentini ad latus ecclesiae. (Wagner, *Analecta Scep.* II. 292.)

Celly Josephus. Natus 16. Sept. 1855. Theologiam Strigonii absolvit, et 10. Nov. 1878. ordinatus et ad Ürmény pro cooperatore missus est. Ab 1880. in Radossócz, 1882. in Sasvár, in pari qualitate applicatus, 1888. vero parochus factus est in Kukló.

Cervini Daniel. Collata 22. Jan. 1691. per investituram licentia in Felső-Vásárd et Atrak.

Cernus Joannes. Occurrit 1562. parochus in Zavar, qui in visitatione Oláhiana, eodem a. peracta nominatur.

Cervus Jacobus. Fuit parochus Krempachensis in Scepusio, ubi † 15. Mart. 1744.

Cervus Jacobus. Fuit parochus Mátyásfalvensis in Scepusio, ubi † 23. Apr. 1751.

Chaholicz Mathias. 10. Jun. 1659. ex voluntate Francisci Szegedy vicarii Strig. resignando parochiam Német- alias Felső-Diós suscepit Szu-chensem gubernandam. Matricas scripsit a 15. Jun. 1659. usque 6. Apr. 1662. Item rationes ecclesiae adnotavit. † 18. Apr. 1662. ibidem.

Chalupkay Franciscus. Theologiam in seminario s. Stephani reg. Tirnaviae 1816. absolvit et cooperatore in Samaria factus, unde 1818. transivit ad Egyház-Gelle. 28. Nov. 1827. factus parochus in Alsó-Jattó, hinc 1833. transivit ad Hosszúfalu. 1835. recedit ad quietem et instituto emer. parochorum adlectus, † 24. Dec. 1836.

Chalupkay Georgius. Prividiensis, ex cottu Nitr. 1751. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 29. Mart. 1755. ordinatus, eodem a. 13. Oct. factus est cooperatore in Prividia. 19. Mart. 1759. investitus parochus in Alsó-Diós, ibi ex herbis exurebat liquores, emplastraque ad sanandum aegrotos excoquebat, idcirco Aesculapius dioeceseos vocitatus. Hinc 1892. transivit Strigonium, ubi in capella Bakocsiana beneficiatum egit. † 3. Dec. 1794. aetatis 64. Strigonii in Aquatica.

Chemy Nicolaus. Occurrit 1559. ac 1562. parochus in Szucsán, de quo visitator a. prioris dicit: Plebanus nomine Nicolaus senex uxoratus, est vicearchidiaconus. Totus catholicus et vere laudabilis. Visitator vero Michael Szegedinus a. 1560. sic: Verum Rom. cath. ecclesiae membrum, laudatur tum in moribus, tum in religionis negotiis. Illum pro VADno Turóczensi 1562. Nicolaus Oláh constituit, liquet ex originali documento in archivo oppidi Szuchan. (Schemat. hist. dioec. Neosol. 1867. 254.)

Chenaden de Gerhardus. Occurrit 1390. et 1392. parochus Budensis ad Stum Petrum mart. qui fuit hujus parochiae libertatum strenuus confirmator, cui praeter alios erant Thomas, Benedictus et Petrus Enrici presbyteri servientes. (Schier, *Buda Sacra*, 70.)

Cherlay Joannes. Occurrit 1634. et 1637. parochus in Rohó. Priori a. nominat illum visitator Joannes Solnensis ADnus dicens: Alumnus Emmi card. (Petri Pázmány. Ergo fuit Pázmánita.) Habet ecclesiam novam parvam sed pulchram. ADnus ipse introduxit illum, quem parochiani aestimarunt, quia solertior erat quam suus prae-

decessor. Posteriori a. 11. Aug. retulit vicario quod Kovalovienses aliquod legatum ecclesiae factum detineant. 1642. fuit parochus in Vittencz. (Jedlicska, Kiskárpáti Eml. II. 305.) Ipse in visitatione 1657. notavit: «Me existente parochus Vittencziensi, tempore Gabrielis com. Erdödy habebam educillum proprium diebus rogationum per unam hebdomedam.» 1645. factus praepositus et parochus oppidi Bajmócz, hinc 15. Jan. installatus canonicus Strig. et simul ADnus Hont. 1657. ADnus Nitr. quando visitationem in ADtu suo peregit. Tirnaviae concionatoris slavici munus gessit. † 15. Jan. 1654. ibidem.

Cherny de Csernahora Aloysius. Natus 4. Sept. 1818. in Gejar iu cottu Poson. Philosophiam et theologiam Tirnaviae didicit et 15. Jul. 1843. ordinatus est. Cooperatoris munus gessit in Nagy-Jác quatuor, in Unin vero decem mensibus, demum in Sasvár, hinc 1853. factus est parochus in Szomolánka, a 15. Apr. 1855. usque 1. Maji ejusdem a. interim aliter administravit et Kukló, 4. Sept. 1859. transivit ad Broczkó, hinc 22. Febr. 1862. ad Unin, hinc demum 10. Jan. 1867. ad Sasvár, ubi factus est praepositus de Rév prope Budam. † 8. Jan. 1887. ibid.

Cherny de Csernahora Antonius. Natus 11. Nov. 1821. in Gajar. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jan. 1847. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ujlak, dein in S. Joanne. 17. Jan. 1851. accepit Szobotist, hinc 20. Sept. 1852. cambium invitum Paulo Halus pro Verbocz, quam administravit donec 7. Maji 1861. transiret ad Csermend, hinc 1. Maji 1873. praesentatus et 27. ejusdem investitus est in Nagy-Rippény, ubi factus VADnus.

Cherrier Petrus. Natus 16. Aug. 1835. in Nagy-Ösz in cottu Torontál. Theologiam Strigonii absolvit et 21. Oct. 1858. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Maros, hinc 23. Mart. 1866. missus est pro admin. ad Úny. † 11. Dec. 1886.

Chibovics Casparus. Occurrit 1700. parochus in Repás in cottu Scepus, nominatur in visitatione per Joannem Sigray eodem a. peracta.

Chilkó Ignatius. Natus Bazinii, qua alumnus collegii gener. 1721. et 1722. baccalaureus et magister philosophiae proclamatus, theologiae tertium a. 1725. absolvens 31. Mart. ejusdem a. ordinatus et 15. Maji pro cooperatore Bazinium missus est. 15. Febr. 1727. investitus parochus

in Szucsány in cottu Turócz, ubi usque 1729. in activitate fuit.

Chilkó Joannes. Prassnociensis in cottu Nitr. E seminario generali 1750. et 1751. baccalaureus et magister philosophiae, 1754. theologiae quartum annum absolvens ordinatus et 22. Dec. missus est pro cooperatore Scepusium. Occurrit qua parochus 1763. in Vidernik, ab 1766. usque 1768. autem parochum egit in Teplicska.

Chilkó Joannes, Emerieus. Natus Prividiae in cottu Nitr. qua saecularis 1682. et 1683. baccalaureus et magister philosophiae in universitate Tirnaviensi proclamatus. E seminario s. Stephani regis, ubi theologiae tres a. absolvit, 26. Mart. 1687. ordinatus et pro praebendato chori eccles. E. M. Strig. missus. 2. Jun. 1688. investitus parochus in Tót-Próna, in visitatione ibidem per Emericum Pongrácz 1697. peracta dicitur, quod sit 37 annorum et per novem a. activitatis in hac parochia ad 80 lutheranos convertit. Hinc 22. Mart. 1705. investitus in parochiam privilegiati oppidi Prividensis in cottu Nitr. Fuit praepositus S. Augustini de insula Lazari, hinc per praesentationem a Joanne com. Pálffy factam 7. Aug. 1718. investitus parochus Bajmóczensis. Hic quaestionem habuit respectu decimis Szucsánensium et quartarum Rutkensium. (Vet. Arch. intr. acta.) Franciscus Zichy in visitatione 15. Oct. 1731. peracta de praeposito refert: qui rector capellae S. Antonii habetur administrat parochiam ob sui infirmitatem, medio duorum capellanorum Michaelis Fabri et Vanyek. † 1736. ibidem. Jam 1732. testamentum condidit.

Chinorányi Georgius. E seminario S. Stephani reg. 18. Mart. 1666. ordinatus, 16. Jul. 1675. investitus parochus in Keresztur, ubi usque 1693. operabatur, 8. Febr. 1719. investitus parochus oppidi Turán, hinc 24. Mart. 1724. transivit ad Alsó-Récsén in cottu Nitr. ubi mox mortuus est.

Chinorányi Joannes. Ex Chinorán in cottu Nitr. e seminario s. Stephani reg. qua secundi a. theologus 1717. magister philosophiae, 7. Maji 1718. investitus parochus in Füss, ubi usque 1729. operavit.

Chinorányi Michael. Investitus 5. Sept. 1604. parochus in Koross, ubi usque 1617. hoc munus gessit. Parochia ab ipsum antiquum librum dono acceperat.

Chinorányi Stephanus. Occurrit 1630. paro-

chus in Nayia, (Nagyjác), qua talis praesens fuit in synodo Tirnaviensi 4. et 5. Oct. ejusdem a. per Petrum Pázmány celebrata. (Péterffy, Conc. II. 317.) Ab 1632. parochus in Alsó-Korompa, de quo Georgius Draskovich in visitatione 1634. peracta sic habet: Ante biennium huc emandatus ex partibus Nagytapolcsányibus. Sine me introductus. Aetatis floridae, doctrinae exiguae, vitae haud probatae. Concubina non quidem audet in eodem pago habitare, sed in vicinis villis oberrat. Est etiam vino deditus et res ecclesiae non sumit cordi. Primis vicibus plures simul confitentes absolvebat, a vicario castigatus, imposterum cavit.

Chlebian Joannes. Investitus 2. Nov. 1714. parochus in Kazár, in cottu Neogr. ubi usque 1729. activus erat.

Chmel Georgius. Zabensis, e seminario S. Stephani. Occurrit 1647. parochus in Vistuk nominatus in catalogo cleri ADioec. Strig. jussu Georgii Lippay conscripto. 1654. et 1655. fuit parochus in Tótgurab.

Chmel Georgius. Laabensis ex cottu Poson. 10. Nov. 1740. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Baccalaureatum Tirnaviae 21. Apr. 1643. acquisivit. Fuit alumnus Helenae Amade, relictae Francisci Nagy-Mihály. 4. Apr. 1744. ordinatus et 28. Maji ejusdem a. pro cooperatore ad S. Crucem, dein ad Sasvár missus. 7. Jan. 1748. investitus parochus in Zohor, ibi Joannes Galgóczy 1755. visitationem peregit, qui de parocho dicit, quod sit 36. annorum et quod instar vicinorum Austriacorum parochorum brevi veste utatur. Hinc 1766. ad desiderium patroni recessit, et ad deficientiam se recepit. Demum 21. Febr. 1767. investitus est in Felső-Sipék. † 16. Oct. 1768. Posonii apud Misericordianos.

Chmela Josephus. Natus 6. Mart. 1833. in Detrekő-Csütörtök. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae didicit et 27. Jul. 1857. ordinatus est. Cooperatorem egit in Búr-Szent-György, hinc 1861. usque 12. Jan. 1863. administrator fuit in Hidegkút, ubi miseriae pertaesus semet ad Lévárd pro curatore anabaptistarum transferri curavit. Hinc ad Závod pro administratore missus, quo beneficio non obtento sui a dioecesi dimissionem oravit, ast 1864. ad Nagy-Lapás pro administratore missus, hinc m. Mart. 1868. constitutus est adm. in Bori, mox ibidem parochus, ast eodem a. transivit ad Nagy-Szelecsény, ubi 6. Apr. 1869. introductus, hinc initio a. 1890. obtinuit Madunicz.

Chmelik Nicolaus. Natus 5. Dec. 1819. in Szent-János (Szekula) in cottu Poson. Theologiam Tirnaviae absolvit et 15. Jan. 1846. ordinatus est. Cooperatorem egit in Galantha, Vedrőd, Ujvároska, 1850. in Unin, 1851. in Szent-János. 1858. missus est pro administratore ad Hidegkút, ubi post sex menses parochus investitus. 12. Nov. 1861. praesentatus ad Dévényujfalu.

Chmelnicsek Nicolaus. In seminario AEppali Posoniensi cum quinto anno 1801. terminavit studium theologicum et ad Nagy-Maros pro cooperatore missus est, post 26. Maji 1815. factus est admin. in Visegrad et 26. Jul. ejusdem a. praesentatus parochus, hinc 27. Aug. 1823. transivit ad Nagy-Maros, ubi † 21. Aug. 1844. aetatis 67.

Chnapkó Joannes. Dubovaensis e cottu Nitr. qua saecularis 1721. baccalaureatum et qua alumnus seminari s. Adalberti 1722. magisterium e philosophia in universitate Tirnaviensi acquisivit. 1725. theologiae quartum a. absolvit, ast jam 23. Sept. 1724. presbyter ordinatus. 20. Apr. 1725. investitus parochus Felső-Vásárdensis, ubi usque 1726. fungebatur.

Chnorecz Georgius, Martinus. Missus 6. Mart. 1763. pro cooperatore ad Udvarnok, hinc 17. Maji ejusdem a. ad Bajmócz, 27. Oct. 1772. ad Balassagyarmat, inde vero 11. Jan. 1773. investitus parochus in Alsó-Récsény. Sub illo 1775. benedicta est ecclesia per antecessorem consummata. Hinc m. Majo 1781. transivit ad Nagy-Rippény, ubi † 19. Maji 1795.

Choján Emericus. Vágújhelyensis, 16. Nov. 1747. pro repetenda physica Tyrnavia ad alumnatum Budensem, 30. Apr. 1751. pro cooperatore ad Oszlány missus, hinc 29. Jan. 1753. investitus parochus in Spácza, ubi 1755. Joannes Galgóczy peregit visitationem, in qua de parocho notavit: Annorum 29. diligenter exequitur officium parochiale, catecheses jussus reassumere. 27. Mart. 1762. Princeps Primas et AEppus Franciscus Barkóczy visitavit parochiam, quacum contentus erat. † 11. Jul. 1776.

Chotiborszky Casparus. Natus 5. Jan. 1805. Theologiam in seminario s. Stephani 1829. absolvit et 29. Dec. ejusdem a. ordinatus est. Transacto uno a. in presbyterorum instituto, a 3. Mart. 1830. coop. in Bozók, 18. Mart. 1831. in Búr-Szent-Miklós, 24. Oct. 1832. concionator ad SS. Salvatorem Posonii, 21. Dec. 1834. in eccl. collegiata ibidem. 29. Sept. 1839. administrator in Assakürt,

ab 1842. parochus ibidem. Mense Jul. 1844. transivit ad Bori, pro administratore, ast 1. Apr. 1845. parochus factus est. 1858. munus VADni in se assumpsit. 1863. pensione donatus, recessit Posonium, ubi † 16. Aug. 1866. Versatus concionator germanicus. (Szinnyei, Magy. Irók. II. 59.)

Chovancz Michael. Natus 9. Oct. 1836. in Bogdanócz in cottu Poson. Theologiae Tirnaviae studuit, 29. Jul. 1860. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Surány, mox in Kuti, hinc in Sasvár, demum in Nádas, in cottu Poson. In Jul. 1872. factus administrator in Nagy-Rippény, hinc 1. Maji 1873. accepit Csermend, ast jam 10. Jul. ejusdem a. transivit ad Suránka, semper qua administrator. Ibi † 29. Jun. 1890.

Chovancz Stephanus. Natus 23. Jun. 1840. Philosophiae Tirnaviae, theologiae Viennae studuit. 26. Sept. 1862. ordinatus est. Mox in gymnasio AEppali Tirnaviensi doctrinae religionis, linguarum item hung. et slav. professorem egit. 26. Sept. 1867. examen approbatorum pro docente religionis subivit. 21. Sept. 1871. factus parochus in Szemere, ubi † 18. Mart. 1878.

Chovancsek Joannes. Cursum theologiae quatuorenem Posonii in seminario AEppi 1792. absolvit, hinc accomodationem Tirnaviae exspectare debuit. 1793. pro cooperatore missus est ad Varbó, inde 1799. transivit ad Vittencz. 1804. parochiam Veszele accepit, et 1831. munere VADni et scholarum national. inspectoris decoratus est. † 12. Aug. 1835. ibidem.

Chovancsek Thomas. Árvensis, 1769. susceptus in alumnum Budensem Széchenyanum. Theologiam in Pázmáneó terminavit et 18. Dec. 1772. pro cooperatore in Cseklész applicatus est, hinc Tirnaviam transivit, illinc 2. Sept. 1776. investitus est parochus in Spácza, sub quo 13. Sept. 1782. lecta est visitatio Batthyanyiana. Mense Mart. 1783. transivit ad Vittencz, ubi 1792. munus VADni accepit, † 10. Maji 1814. ibidem. Fuit protonotarius apostolicus.

Christian Venceslaus. Investitus 28. Jan. 1699. parochus in Kaproncza, hinc 27. Apr. 1702. transivit ad Turócz-Szent-Márton, inde 27. Apr. 1703. ad Aranyos-Maróth, ubi usque Febr. 1704. mansit et demum 16. Jan. 1706. investitus in Ujbánya, ubi m. Augusto ejusdem a. nactus est successorem.

Christianus. Fuit inter 1257. et 1272. parochus S. Mariae de Buda, quae nunc ad As-

sumpt. B. M. V. in Budensi praesidio. Complicatus fuit in lite parochorum Budensium coram AEppis Strig. Benedicto et Philippo pertractata. Mentionem ejus facit legenda Neopolitana b. Margeritae filiae IV. Belae regis, in qua dicitur, quod domina Agnes, filia quondam Herlip teutonici, nepotis Conradi judicis de Buda, quae proxima fuit morti, illi confessa, ab eodem et sacramento provisa est. Haec tunc exclamavit: «Si quis me portaret ad Sanctam Margaritam, ibi reciperem sanitatem.» Et revera mirabiliter resanata est, quod evenit 1272. (Magyar Sion. 1868. 572. et Pray, Vita B. Margaritae 348.)

Christianus. Occurrit 1428. usque 1438. parochus Posonii ad S. Laurentium, qui fuit simul canonicus coll. eccl. ad S. Martinum. (Rimely, Capit. Poson. 256.)

Christianus. Occurrit 1518. plebanus in Somorja, qui hoc anno fecit notationes in quoddam missali secundum chorum almae eccl. Strig. (Magy. Sion. 1869. 252.)

Christofovicz Ludovicus. E seminario s. Stephani 21. Dec. 1658. ordinatus. 18 Jun. 1664. investitus parochus in Alsó-Korompa, ubi usque Apr. 1675. mansit.

Christophorus. Occurrit 1313. parochus in Hajnik. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 104.)

Christophorus. Fuit 1543. parochus in Felka, quem huszárones Ladislai Merse, quia parochi XXIV. regalium, cathedralicum Andreae Báthory tradere recusarunt, captivare voluerant, sed hic conscensa turri, se salvavit. (Wagner, Analecta Scepus. II. 24.)

Christophorus. Occurrit XVI. saec. parochus in Nagyker. In antiqua adnotatione matriculari vocatur «Kristóf pap».

Christophorus. Occurrit 1634. parochus in Krakovicze. Hrachovistye. de quo visitator Joannes Solnensis, ADnus Nitr. in visitatione eodem a. peracta sic notavit: «A multis annis, quamvis aliquot annis hinc inde ibat oberrans, rursum rediit, facit utique suas, tamen post hac diligentior esse debet.» Certe ea ex causa, quia fideles habuit praestantes, qui ex propriis sumptibus aedificarunt turrim templi et campanam majorem procurarunt.

Chvala Michael. Ex Szolocsnicza, in cottu Poson. 1742. susc. in alumnum Budensem pro theol. morali. 4. Apr. 1744. ordinatus. 28. Apr. 1746. factus est administrator in Vieszka, hinc 10. Maji

1763. investitus est parochus Zolio-Lipcsensis, ubi † 4. Maji 1772. Pro organo ecclesiae 400 finos legavit. Magnam operam impendebat in eruendo, quidnam in persecutione Tököliana curiones sup. distr. VADnalis Zoliensis perpessi sunt.

Cini Joannes, Paulus. Qua canonicus regularis et culinae praefectus ad s. Nicolaum Passaviae 7. Sept. 1697. a conventu 150 f. mutuo levavit, in Hungariam venit et hic remansit. 1706. assedit Budae administrans Neo-Budam, nunc Ujlak, 1708. parochus factus est in Buda-Veteri, retento priori, hinc per magistratum Pestiensem 10. Sept. 1710. praesentatus et abeunte S. J. 17. Nov. installatus est. Mox praepositus B. M. V. de Albei factus, ast in parochia solummodo 3. Jan. 1712. investitus per ipsam suam Emtiam card. a Saxonia, qui erga illum magnam testatus est addictionem. Diuturnae infirmitatis matura mors finem posuit † 31. Mart. 1712. Aetatis 46. Sepultus ante magnum altare ecclesiae parochialis. (Pesti föttemplom története. I. 241. 289.)

Ciriacus Joannes. Investitus 1. Maji 1671. parochus in Nagy-Magyar, ubi usque 1673. fungebatur.

Ciriacus Georgius, vide Cyriacus.

Cisper Franciscus. Missus 12. Dec. 1754. pro cooperatore ad exemtam parochiam Szebény intra abbatiam Pécsvárad, hinc 1755. accepit neo-erectam exemtam parochiam Bozsók, inde 15. Oct. 1757. investitus est sine praesenta parochus in Szebény, retenta et priori. Ob causam gravem privatus est beneficio et transivit ad dioecesim Csanadensem, ibi 1770. obtinuit Glogovác, 1779. Blumenthal, et 1786. Kis-Becskerek, ubi † 1. Jun. 1786. (Brüsztle, Recensio cleri Quinque-Eccl. II. 331. et IV. 580.)

Clemens. Ab 1279. usque 1297. occurrit parochus ecclesiae b. Mariae Magdalенаe nationis hungarae in novo monte Pestiensi, seu in castro Budensi. Priori a. nominatur in causa litigiosa parochorum Budensium (Archiv. regnic. dipl. nro 1059.) 1297. vero Lodomerus AEppus Strig. prohibuit parochus castri Budensis ecclesiae B. M. V. taxas ab isto parochus exigere. (Knauz, Mon. Strig. II. 428.)

Clemens. Sacerdos ecclesiae Sanctae Trinitatis de calidis aquis Budensibus circa 20. Dec. 1315. praesens fuit dum Petrus medicus et apothecarius Budensis testamentum suum conderet. Idcirco illum conventus cruciferorum pro coordina-

tionem hujus testamenti destinavit. (Knauz, Mon. Strig. II. 715. 716.)

Clemens. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus in Beyot (Bajóth) in ADtu Budensi, dioec. Veszprimiensis, qui collectoribus census papalis solvit grossos tres. (Mon. Vat. S. I. T. I. 373.)

Clemens. Occurrit initio XV. saeculi canonicus et plebanus ecclesiae s. Trinitatis de suburbio castri Budensis. (Formul. Strig. 69.)

Clemens. Occurrit 1560. parochus in Gugh (in ADtu Nitriensi districtu Kér, nunc filia ad Szémö.) De quo visitator ejusdem a. Michael Szegedy ADnus Nitr. haec notavit: Canus, uxoratus. Lutheranam sectam, quam annis superioribus redolere visebatur rejecit et instar fidelis pastoris ecclesiae Romanae, ecclesiam et parochiam regit, ornat et dirigit. In moribus laudatur.

Clemens Jacobus. Neosoliensis, 1570. Nov. 8. senior creatus fraternitatis, parochus Menhardensis. 23. Oct. 1571. in senioratu confirmatus. (Wagner, Analecta Scepus. II. 261. 262.)

Clement Carolus Pestiensis. E seminario generali 1767. baccalaureus philosophiae proclamatus. Absoluta theologia in collegio Pázmáneó ordinatus et 22. Mart. 1769. pro cooperatore ad Misérd missus, hinc 15. Maji 1770. investitus parochus in Csütörtök. 31. Mart. 1771. inquisitio mota in defectus ipsius, quia plane perlectionem evangelii dominicalis negligit. 1778. amotus et Franciscus Vörös illuc constitutus. Demum 1779. abivit ad deficientiam, hinc in Dec. 1789. constitutus capellanus localis in Boldogfalva. Sub illo 1791. ecclesia vestimenta ecclesiastica e depositario aerali Budensi accepit. In Junio 1798. ad institutum emeritorum parochorum recessit Tarnaviam, ubi † 1. Sept. 1812.

Clementis Lucas. Investitus 8. Mart. 1722. in exempta parochia Versend, nunc Versend-Barcz, ubi usque 1728. fungebatur.

Clibanides Paulus. Rosenbergensis, ex cottu Liptó, 7. Nov. 1725. susceptus in alumnatum Budensem. 16. Apr. ordinatus. 29. Aug. in curam animarum expeditus et 21. Oct. ejusdem 1729. a. investitus primus parochus Lozornensis, qui matrices scribere incoepit 1731. peregit hic Joannes Jelenfy visitationem, qui de parochus adnotavit, quod bonum ei dederint testimonium. 1735. ecclesiam restaurare curavit. Altera visitatio sub illo peracta fuit 1755. per Joannem Galgóczy. † 4. Febr.

1769. Aetatis 66. Legavit Franciscanis Poseniensibus decem metretas frumenti.

Cloto. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus in Dausa (Bussa) in ADtu Neográdiensi, qui juratus dixit, non ultra unam marcam beneficium valere et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 228.)

Colombo Davidus. Occurrit 1663. et 1664. parochus in Pernek.

Concilinus. Occurrit 1318. et 1319. plebanus plebis de Peste (Pest) Vaciensis dioecesis, qui Rufino collectori census papalis asseruit, quod suum beneficium ascenderet in universo ad 24. marcas fini argenti, hujus medietatem in duobus terminis solvit, nempe 12. Febr. 1318. et 27. Febr. 1319. Quum una marcha valeret 4. flos auri, solvit loco 12. marcharum 48. flos auri. (Monum. Vat. S. I. T. I. 24.)

Conradus. Occurrit 1382. parochus Posonii ecclesiae S. Laurentii, simul canonicus coll. eccl. ad S. Martinum ibidem. (Rimely, Capit. Poson. 253.)

Corneli Joannes, Stephanus. Investitus 17. Maji 1672. parochus in Szlaszka, hinc 13. Oct. 1673. investitus est in parochiam oppidi Pojnik, 13. Dec. 1673. accepit Szász cum Bábaszék, 11. Maji 1679. transivit ad Egbell, hinc 17. Apr. 1686. investitus in Sasvár. In protocollo investiturali stat de illo: «valde ingratus». Ubi et dignitatem decani gessit 1689. incoepit matriculas scribere. Fungebatur hic usque 1697. Dicitur canonicum Poseniensem factum fuisse, sed in regesto inventum tantum sequentem.

Corneli Martinus. In alumnatum seminarii S. Stephani 1667. suscriptus. 19. Maji 1671. ordinatus, dein factus succentor capituli Strigon. 1685. promotus ad capitulum Poseniense. 1687. praefectus seminarii s. Emerici. Aetatis 36. testis contra canonicum Visa. 1697. custos. B. M. V. de Arad. † 1703. sepultus primus in nova crypta capituli.

Corradus. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos Sancti Nicolai de Tirnavia, (Nagy-Szombat), qui juratus dixit, se credere, quod beneficium non valeat ultra triginta marchas et solvit tres marchas Budenses collectoribus census papalis. (Mon. Vat. S. I. T. I. 188.)

Corus Balthasar, Ernestus. Occurrit 1647. parochus in Egbel. Nomitatur in catalogo cleri ADioecesis Strig. jussu Georgii Lippay parato.

Crachynus. Occurrit 1253. sacerdos S. Petri

de Galla (Egyházgelle,) qui in causa metali litigiosa coram palatino Rolando tractata, per capitulum Poseniense exmissus fuit. (C. D. Arpad. cont. II. 243.)

Crettier Franciscus. Natus 26. Dec. 1801. Pestini. Philosophiam Agriae, theologiam in Pazmaneo absolvit et 9. Mart. 1827. ordinatus est. Cooperatorem egit in Rimócz mensibus quatuor, dein per totidem tempus administravit eandem parochiam, iterum qua cooperatorem in Nagy-Maros duobus, Budae in Aquatica uno, ibidem in praesidio quatuor annis et mensibus decem laboravit. 21. Oct. 1835. investitus est parochus in Kis-Oroszi, hinc 22. Mart. 1837. transivit ad Nyerges-Ujfalú, inde vero 20. Mart. 1857. ad Kéménd, ubi 1868. obtinuit munus VADui districtus Párkányensis. 1871. resignavit parochiam et Pestinum recessit, ubi † 24. Nov. 1883.

Crispini, vel Krispini Stephanus. Fuit ab 1646. parochus in Kovács, nunc filia ad Garam-Szent-Benedek, de quo Mathias Schlegelius ADnus Barsiensis in visitatione 1647. peracta notavit: Conventualis ad S. Benedictum, magister philosophiae, theologus duorum annorum, vegetus, annorum circiter 35. sacerdos decem annor. Librum synodorum habens, baptisatorum fieri curabit.

Csabi Benedictus. Investitus est 15. Oct. 1674. parochus in Füzes-Gyarmath, hic 1687. nactus est successorem. Dein egit parochum in Egyházás-Bást, ubi 26. Oct. 1703. adjuncti sunt ad illius parochiam, Hered, Vecseklő, Hidegkút, Ó-Básth et Barna. Successorem hic 1718. accepit.

Csádó Josephus. Natus 6. Jun. 1820. in Nagy-Salló. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 15. Julii. 1844. ordinatus est. Agendo in Koross, subin in Diószeg cooperatorem, in Aprili 1847. factus parochus in Boldogfalva, hinc m. Julio 1855. transivit ad Puszta-Födemes, hinc 6. Jun. 1862. cambialiter accepit Nagy-Magyar, quam administravit usque † 9. Maji. 1888.

Csajkovicus Andreas, Joannes. Vágszerdahelyensis. E collegio generali, seu rubrorum 1698. baccalaureus et 1699. magister philosophiae. Theologiae quartum a. absolvens 2. Apr. 1702. ordinatus est. 15. Apr. 1704. investitus est parochus Nagy-Palugyensis, nunc filia ad Liptó-Szent-Kereszt. 1734. factus canonicus Scepusientis, ubi qua lector capituli † 8. Jan. 1745.

Csáktornyay Antonius. Natus 17. Oct. 1820.

Jaurini. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit, 23. Dec. 1842. ordinatus est, hinc educatorem egit herulorum Georgii Fiath. 1845. factus cooperatore in Karancsság, 1849. autem Comaromii, ubi 29. Mart. 1852. usque 28. Jul. 1853. qua administrator parochiam rexit, hinc factus int. administrator in Csicsó, quod beneficium 1. Sept. ejusdem a. obtinuit, ubi 1876. surr. et 1886. ord. VADnus factus. † 23. Dec. 1890.

Csáky Andreas, Georgius. Sarnoviensis ex cottu Bars. 29. Oct. 1734. venit ex Pázmáneo ad alumnatum Budensem Széchényianum. 6. Maji 1740. investitus parochus Ujlakensis, tempore pestis hic laboravit, hinc 30. Jan. investitus in Zavada per cambium cum Josepho Jelencsics. † 31. Dec. 1747. ibidem.

Csáky de Keresszegh et Adorján comes Carolus Emanuel, Julius. Natus 24. Jul. 1852. Sopronii, parentibus Emanuele et Carolina Buddeus. Theologiae Strigonii studuit et 25. Jul. 1875. ordinatus est. Cooperatorem egit in Tardoskedd, mox ad aulam principis primatis Joannis card. Simor accomodatus, 19. Apr. 1880. parochus l. r. cittis Strig. factus, ubi summi pontificis cameraarius ad hon. creatus. Ipso agente servatae sunt missiones. 1882. ecclesia parochialis interius et exterius splendide restaurata, introductae sunt devotiones Ss. cordis Jesu et B. M. V. in mense Majo, item domus parochialis commodius transformata ac renovata. 9. Maji 1885. secessit Ponium ad occupandum stallum canonicale. 1889. ad M. E. Strig. capitulum promotus. Est abbas s. Petri de Cholt. Incl. cottus Scepus. perpetuus supr. comes. Habet etiam merita litteraria. (Szinyei, Magy. Irók. II. 149. et Eszt. Közlöny. 1891. 52. sz.)

Csáky de Keresszegh et Adorján comes Ladislaus. Natus 11. Nov. 1761. Kluknaviae in cottu Scepus. Studium theologiae cum quinto a. 1785. in seminario generali terminavit. In eodem seminario praefectus studiorum, item spiritualis factus. 1788. ad aulam AEppi Josephi com. Batthyany qua ceremoniaris applicatus. Mense Maji 1789. factus parochus Pestini ad S. Josephum, hinc 29. Jan. 1790. collatam accepit Kéménd, inde vero m. Aug. ejusdem a. factus canonicus Poseniensis. 11. Aug. 1792. vero translatus est ad capitulum Magnovaradiense. Ibi factus cons. eppus Tininiensis, praepositus s. Crucis de Aszód, praepositus major, sede eppali vacante vicarius ac caus. audit. ger. capitularis. Perpetuus ter-

rae Scepus. et I. cottus Scep. perpetuus Comes, etc.

Csáky de Keresszegh et Adorján comes Nicolaus. Perpetuus terrae Scepusiensis. I. comit. ejusdem nominis perpetuus comes. Theologiam Romae studuit. Inde redux praeposituram et parochiam in Vágújhely nactus est. quam ab 1781. usque 1785. administravit. Hoc anno, 24. Maji canonicus Strig. 7. Oct. 1796. ADnus Bars. 1806. custos, 11. Jan. 1808. cantor installatus est. Transeunte capitulo Strigonium accepit facultatem Tirnaviae remanendi, ubi † 9. Mart. 1824. Aetatis 67. Fuit etiam praepositus in Csöpörfő. Totam posthumam substantiam legavit pauperibus.

Csáky Stephanus. Theologiae studuit in Pázmáneo, hinc 30. Sept. 1733, investitus est parochus in Harkács, hinc 1742. accepit Derecske. Ubi 26. Aug. 1761. conscriptio parochialis est peracta, in qua de parochia sic: VADnus districtus Gömör. 55. annor. hungarus, infatigabilis zeli vir, vitae etiam probatae. Diebus dominicis semper concionatur, a meredie catechizat. Parochiam habet ligneam, ob vetustatem incommodat. † 13. Febr. 1767. Uberes fecit foundationes.

Csallóközy Andreas. Occurrit 1656. parochus in Verebély. Jam sequenti a. successorem habuit.

Csallóközy Andreas. E seminario s. reg. Stephani 15. Apr. 1675. ordinatus. Eodem a. factus parochus in Szent-Mihályfa, ubi usque 1678. mansit, 1679. accepit Egyházfalva, hinc 22. Jun. 1680. investitus est ad Lédecz, inde vero 14. Mart. 1687. ad Divény, in cottu Neograd. 27. Mart. 1691. vero accepit Nagy-Szalatnya, demum 9. Jun. 1693. transivit ad Csermend, ubi usque 1696. activus fuit.

Csapkay Stephanus. Theologiam in Pázmáneo 1808. absolvit, hinc cooperatorem egit in S. Andrea, inde 1812. transivit ad Bajóth, inde vero 1814. accepit administrandam parochiam Szomor, ubi 8. Jan. ejusdem a. investitus est. † 24. Jan. 1825. ibidem. Sepultus in crypta capellae coemeterii. Fuit versatus concionator. (Szinyei, Magy. Irók. II. 141.)

Csaplár Josephus. Natus in Szerdahely in cottu Poseniensi. Theologiam in seminario generali absolvit. 3. Jun. 1769. cooperatore factus in Felső-Szeli, hinc 3. Oct. 1771. transivit ad Nagy-Magyar. 18. Nov. 1773. investitus parochus in Illésháza, hinc 24. Maji 1774. transivit ad Vajka,

ubi 1785. VADnus distr. insulani infer. factus. † 24. Mart. 1787. ibidem.

Császár, etiam Kaiser Ignatius. Natus 27. Jul. 1805. Tirnaviae. Philosophiam et Theologiam in loco natali absolvit ac 25. Oct. 1828. ordinatus est, hinc cooperatorem egit in Sellye, Vasáruth, Búr-Szent-Miklós, Gajar et Holics per annos 11. ac menses 10. In Aug. 1840. incoepit administrare parochiam Rarbach, in qua 6. Sept. 1842. investitus est, hinc 26. Mart. 1844. transivit ad Drahóc, ubi † 28. Sept. 1871.

Csasza Anselmus. E sublato ordine s. Pauli ad ADioecesim susceptus, ab 1787. usque 1791. administratorem egit neo-erectae parochiae Czerova, hinc factus admin. in Alsó-Récsény, ibi laboravit usque 1803. Ad quietem recessit Szakolczam, ubi † 27. Febr. 1804.

Csatay Stephanus. Investitus 17. Apr. 1679. parochus in Alistál, hinc jam 18. Nov. ejusdem a. transivit ad Szémő, inde 2. Apr. 1690. accepit Nagy-Salló, inde vero 12. Aug. 1693. investitus est in Léva cum filiabus Kis-Salló et Szent-György. Illo regente ecclesia parochialis per Nicolaum lib. bar. Jaklin 1697. restaurata est. In matrica proprio pugno notavit: quod post multas vexationes quas civitas per ignem, ferrum, famem, clades perpressa est, ultimo illam ipsimet incolae accenserunt igne, quo tota, una cum ecclesia in cineres redacta fuit. Dum ecclesia iterum restauraretur, illam matricam scribere incepit, anno aetatis suae circiter 59. sacerdotii 31. et Domini 1712. Eodem adhuc a. † 5. Nov. ibidem.

Csebe, vel Chebe, aut Zsebey Andreas. In seminario s. reg. Stephani theologiae per quatuor annos usque 1809. studuit, hinc cooperatorem egit in Verebély, inde 1816. administrator parochiae Nagy-Fajkürth, ubi 29. Apr. 1817. praesentatus, hinc 7. Apr. 1820. qua spiritualis seminari s. Stephani accomodatus, inde 1. Jan. 1823. parochus in Nagy-Szelezsény, demum 5. Jun. 1840. collatam accepit Üzbégh. † ibidem 18. Aug. 1846. Aetatis 61. Fuit I. comit. Bars., item sed. praed. de Verebély et Szent-György tabulae judic. assessor.

Csobe, aut Chebe, vel Zsebey Emericus. Theologiam in seminario Mariano 1805. terminavit, hinc cooperatorem egit in Lekér, 1806. factus parochus in Nagy-Sáró, quam cambium ineundo cum Paulo Okolicsány, 16. Maji 1818. permutavit cum oppido Nagy-Oroszi, ubi † 27. Jan. 1845. Aetatis 66. Fuit I. I. comit. Bars. et Neográd. tabulae judicariae assessor.

Csebe, vel Chebe Emericus. Natus 31. Jan. 1807. Zelizii, in cottu Bars. Theologiae Tirnaviae studuit et 8. Mart. 1830. ordinatus est. Cooperatorem in Deménd uno, Comaromii duobus annis egit. 2. Aug. 1833. factus administrator in Nagy-Bajcs. Hinc in pari qualitate 9. Jan. 1837. transivit ad Vámos, ubi 1853. parochus investitus. Ibidem † 12. Febr. 1873.

Csefalvay Emericus. In universitate Tirnaviensi 27. Apr. 1656. baccalaureus philosophiae promulgatus. 28. Apr. 1663. parochus investitus in Tardoskedd.

Csefalvay Joannes. Cursum quatuor annorum theologiae in semin. Poseniensi 1797. terminavit, hinc cooperator factus Comaromii, inde 22. Maji 1804. investitus parochus in Révfulu, ubi 19. Sept. 1812. Adalbertus Tarkó de Emőke ADiac. Comarom. visitationem peregit, in qua de parochia: Incendio libris privatus, matriculas habet, catechisat, licet populus vicinae civitati asvetus, illum negligat. Ab humanitate, liberalitate laudem habet. Hinc 1. Mart. 1819. transivit ad Felbaár, 1853. pro VADno substitutus. Contra dolores gutturis vomitorium sumpsit, quod vitam ipsius breviter exstinxit, † 22. Sept. 1834. Aetatis 60.

Cseh Joannes. Occurrit ab 1629. usque 1632. parochus in Sissó.

Cseh Joannes. Besztercensis in cottu Posen. 27. Febr. 1742. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Jam 1740. in universitate Tirnaviensi baccalaureus pronunciatus. 3. Apr. 1746. investitus parochus in Radvány, hinc 18. Apr. 1747. transivit ad Zólyom, demum 1751. ad Dobrona, ubi † 11. Jun. 1763. Testamentum in archivo prim.

Cseh Joannes, Chrysostomus. Missus 23. Jun. 1753. pro cooperatore Szakolczam. Dispositio haec 22. Febr. 1757. iterata fuit. 1. Aug. 1759, investitus parochus in Nádas in cottu Poseniensi, ubi jam 1761. in amentiam lapsus ac ejus substantia tutori tradita. Demum 1773. a beneficio amotus. † 16. Jan. 1793. Posenii.

Cseh Josephus. Nádasiensis e cottu Posen. Qua alumnus seminarii S. Stephani 1748. baccalaureus et 1749. magister philosophiae proclamatus. Post absolutionem tertii a. theologiae ordinatus et 18. Dec. 1753. investitus parochus in Pobedim. 25. Jul. 1756. petiit parochus ab ordinariu confirmationem congregationis s. Francisci.

20. Aug. ejusdem a. vero Vágszerdahelyienses institerunt, ut pro ipsis cooperatores interteneantur. † 31. Mart. 1779. ibidem.

Cseh Paulus, Ignatius. A 27. Mart. 1703. parochus Istvánfalvensis. Installatus per Paulum Haczkó VADnum et parochum Baziniensem. Jam a. sequenti 1704. nactus est successorem.

Csehy Martinus. Occurrit 1634. parochus in Tardoskedd, de quo visitator a. ejusdem Joannes Solnensis ADnus Nitriens. dicit: quod de illo nihil mali audiat. Res quae ad calicem, pro celebratione missae necessariae sunt, parochus habet proprias. 1647. occurrit qua parochus oppidi Sempte in catalogo cleri Strig. jussu Georgii Lippay confecto.

Csehy Michael. Occurrit 1599. parochus in Rimaszombat et fuit simul rector altariae s. Antonii, quae molam possidebat, circa quam processus formatus, cujus acta in archivo cottus Hont. deposita habentur. 1602. fuit canonicus Agriensis.

Csehrovius Andreas. Fuit circa 1580. parochus Szokolczae.

Csejtey Josephus. Natus 15. Dec. 1785. Theologiam in Pázmáneó absolvit et 10. Aug. 1809. ordinatus est. Cooperatorem egit Samariae, Muslae et in Szölgyény. Hinc 24. Nov. 1814. praesentatus, 1. Dec. autem investitus parochus in Kis-Gyarmath. Ibidem 1836. munus VADni in se assumpsit. Sede vacante per exc. cameram reg. aulicam 14. Mart. 1838. praesentatus, 6. Apr. investitus parochus in Kemencze. VADnus districtus Szalkaensis. † 6. Oct. 1859. ibidem.

Cseke Benedictus. Investitus est 26. Jul. 1691. licentiatum in Lehotka et Gyarmath in cottu Bars, nunc filia ad Mellek. 30. Maji 1695. in pari qualitate applicatus in Balassa-Gyarmath, hinc 9. Jul. 1698. accepit Alsó-Óhaj, ubi jam pridem m. Apr. 1696. appulit et usque 1700. mansit.

Cseklézi Joannes, Georgius. Investitus 12. Apr. 1671. parochus in Palást, ubi usque 1674. fungebatur. 31. Mart. 1675. investitus in Libetbánya, ubi † 1677.

Cselka Ferdinandus. Natus 10. Jul. 1834. in Vámos-Mikola. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae per tres annos, quartum annum Pestini absolvit. 27. Jul. 1857. ordinatus est. Pro cooperatore missus ad Varbó, dein 28. Jan. 1858. Neobudam, hinc Pestinum ad S. Theresiam, non multo post ad Assumtam, et iterum ad S. Theresiam, ubi simul ab 1860. catecheta in instituto

coecorum et ab 1869. usque 1872. redactor ephemeridum «Religio». Per suam Sanctitatem propria manu suscripta epistola de 7. Mart. 1871. honoratus, 28. Maji 1872. autem camerarius h. creatus. 2. Maji 1877. electus in parochum Vetero-Budensem, ac simul VADnus districtus Budapestiensis, 23. Dec. 1882. factus praepositus ss. Trinitatis de superioribus aquis calidis Budensibus, seu Felhéviz. 1890. ad capitulum Pisoniense promotus. (Adatok a felhévizi praepostság történetéhez et Purt, Cselka élete és működése. Merita literaria recensentur: Szinnyi, Magy. Írók, II. 245.)

Cselkó Ignatius. Theologiam in Pázmáneó 1816. terminavit, hinc qua diaconus pro cooperatore missus fuit ad Nagy-Salló ubi et post ordinationem 1818. factam permansit, donec eodem a. transiret ad Cseklész. Hinc 1821. factus est parochus in Felső-Szeli, ubi † 8. Jul. 1845. aetatis 52.

Cselkó Joannes. E seminario s. Stephani qua casuista 1666. egressus, ac 19. Mart. ejusdem a. ordinatus et 20. Maji ejusdem a. investitus parochus in Nagy-Súr, ubi sub eo 1673. peregit Ferdinandus Pálffy visitationem, tunc quamvis in Súr nulli erant acatholici, tamen in tribus pagis ad Súr pertinentibus fere omnes tales erant. Hinc 29. Mart. 1674. transivit ad Cziffer, ubi 1687. Stephanus Szenczy praep. Pison. peregit visitationem. Hinc 1693. transpositus ad Verbó. De illo Emericus Pongrácz visitator a. 1697. notavit: quod sit 55 annor. Hic mansit usque 1699.

Cselkó Joannes, Josephus. E seminario s. Stephani 23. Aug. 1722. investitus parochus in Kis-Keszi, hinc 11. Aug. 1724. transivit ad Házasnénye, ubi 1731. per Joannem Ujvendéghi peracta fuit visitatio, in qua dicitur esse 42 annor. Inde m. Dec. 1736. accepit Kőkeszi, quam 1748. resignavit et se ad Sirák recepit, ubi † 24. Jun. 1754.

Cselkó Joannes. Absoluto 1782. quarto a. theologiae in Pázmáneó, pro cooperatore Szeniczium missus, hinc 1783. transivit ad Szob. 1786. factus est parochus in Felső-Sipék, inde 15. Jun. 1794. transivit ad Kövesd, ibi munus VADni in se assumpsit. Hinc 24. Aug. 1813. ad Nagy-Salló transpositus, 7. Jan. 1831. beneficium resignavit et recessit ad Sirák, ubi † 8. Jan. 1838. Fuit I. I. com. Hont. et Bars. tabulae judicariae assessor.

Cselkó Josephus. Absoluto theologiae se-

cundo anno, 30. Jul. 1836. factus est parochus in Szklabonya, ubi † 27. Sept. 1852. aetatis 47.

Cselkó Josephus. E seminario Széchényiano Budensi m. Sept. 1764. factus cooperatore in Segszárd. Hinc transivit 30. Jan. 1766. ad Stomfa, 29. Nov. ejusdem a. vero ad Bazin, inde 7. Apr. 1768. investitus parochus in Neczpál, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Cselkó Josephus. Natus 20. Sept. 1816. Zsolnae in cottu Trencsin. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Oct. 1839. ordinatus est. Cooperatorem egit Galanthae uno et medio, in Ujlak medio, Szeredini autem duobus annis. 1844. obtinuit parochiam Nagy-Mácséd. Ibi munifice dotavit ecclesiam, scholam et pauperes, quapropter a sua Majestate pro meritis aurea cruce cum corona decoratus est. † 15. Jan. 1878. ibidem.

Cselkó Mathias. Investitus 14. Jul. 1667. parochus in Kis-Krsztyene, hinc 11. Jul. 1673. investitus parochus Nagy-Ugróczensis. Quum eodem a. ultimus minister aug. Vetrozoliensis ad delegatum iudicium Poseniense citatus et in exilium missus fuisset, parochiam et ecclesiam dux Colalto recuperavit, tunc illuc 17. Oct. ejusdem a. in parochum investitus est. Successorem nactus 1681.

Cselle Joannes. Nyáradiensis e cottu Poseniensi, qua alumnus seminarii s. Stephani 1734. baccalaureus et 1735. magister philosophiae proclamatus. Theologiam cum tertio a. 1738. terminavit. Tres annos transegit qua capellanus in Dénesd et Szemere 10. Apr. 1741. investitus parochus in Nagy-Födemes. Hic 1756. peregit Joannes Galgóczy visitationem, qui de parochia sic: Annorum 42, diligens, exemplaris. Jussus reasumere catecheses. Hinc 29. Apr. 1765. transivit ad Somorja, ubi usque 1783. mansit, dein Sároslavam recessit, ubi † 24. Aug. ejusdem a.

Cselovszky Josephus. E seminario B. M. V. 21. Apr. 1745. missus pro cooperatore Scepusium. Qua parochus Szepes-Olasziensis † 15. Maji 1763.

Csemez Andreas. Natus 30. Nov. in Tonkháza. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 10. Aug. 1809. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vajka, ab 1813. in Érsekujvár. Hinc 31. Oct. 1822. transivit ad Vajka, hic mansit donec 1. Dec. 1831. Albaár accepit, quam 1. Jun. 1859. resignavit et ibidem ad quietem recessit, ubi † 14. Jul. 1869.

Csemez, rectius Chemez de Galántha Antonius. Natus 16. Jan. 1835. in Alsó-Szeli. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 25. Jul. 1858. ordinatus est. Cooperatorem egit Samariae. 1861. factus administrator in Kajal, ubi 1. Aug. ejusdem a. investitus. Qua talis 17. Aug. 1866. obtinuit beneficium Szelőcze. Hinc 1888. transivit ad Naszvad.

Csemez Ludovicus. Natus 24. Nov. 1811. Theologiam in seminario S. Stephani 1834. terminavit et eodem a. 22. Nov. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vásárút, Tallós, et Hidas-Kürt, hinc 4. Maji 1843. parochus factus est in Alsó-Jattó, ubi † 12. Apr. 1853.

Csenkey Adalbertus. Nobilitate et origine de Csenke e cottu Posenien. E seminario s. Stephani 1764. baccalaureus proclamatus. Theologiae primum a. in semin. gener., duos in Pázmáneo absolvit. Post tertium a. ordinatus ad Nagy-Magyar se contulit, ubi mox cooperatore factus est. Hinc 3. Oct. 1771. investitus parochus in Jóká. 11. Oct. ejusdem a. installatus, qua die etiam crux, a Martino Turányi donata, turri imposita est. Hic 15. Jan. 1779. inquisitio peracta fuit contra judaeos ejates, qui in proportione tenentium oneribus satisfacere recusarunt et sic parochum in proventibus damnificarunt. 30. Apr. 1784. transivit ad Nagy-Paka, ubi 11. Apr. 1787. VADnus factus. † 28. Aug. 1794. repentina morte. Fuit vir placidi ingenii ast nequaquam firmae valetudinis. Fidelibus sat acceptus.

Csepregyi Jacobus. Fuit saeculo XVI. parochus in Egyházgelle. Tardius canonicus Strig. Sermones latinos 1583. scriptos reliquit, qui in archivo capituli Poseniensis asservantur. (Knauz, Magyar Sion. 1869. 52. et Szinnye, Magy. Irók. II. 277.)

Csepregyi Mathias. Investitus 16. Apr. 1702. parochus in Ipoly-Szakállos, ubi usque 1703. operatus est. 29. Oct. 1705. investitus in Szete, ubi usque 1714. fungebatur. Postea parochia translata est ad Ipoly-Szakállos, pulso illinc ministro aug. conf.

Csepregyi Michael, Franciscus. Occurrit 1657. parochus in Vámos, qui citationem peregit e mandato Thomae Pálffy vicarii gen. 22. Aug. ejusdem a. editam, pro parte Georgii Pongrácz canonici Strig. contra Jaurienses.

Csepy, vel Chephy Ladislaus. Occurrit 1561. et 1562. parochus in Nagymegyér et simul vicege-

rens. In regesto visitationis de a. priori dicitur de parochio: »Est verus catholicus et veram fidem tenet. Ecclesiam quoque bono ordine ornatam habet et omnia Sacramenta vero ordine administrat et evangelium Christi vere concionatur.» Visitor a. postirioris asserit, quod in illo nulla sit zizania.

Csepy de Várbogya Paulus. Natus 28. Apr. 1862. Theologiae Strigonii studuit. 15. Mart. 1865. ordinatus est. Cooperatorem egit in Naszvad, et Tardoskedd, 1890. factus parochus in Deménd.

Csereney, aut Cherenenus Michael. Occurrit 1630. inter et 1634. parochus in Szelec. Praesens fuit 4. et 5. Oct. a. prioris in synodo Tirnaviensi, per Petrum Pázmány celebrata. De quo Martinus Apáthi in visitatione anno posteriori peracta ait: »Dicit se esse catholicum. Objurgatus a me, cur scholae rectorem non habeat? Litigiosus, raro celebrat missam. Jussus dimittere concubinam, secus puniendus ad exemplum aliorum.»

Cserøy Stephanus. Transilvanus. 1636. collegii Pázmáneani alumnus. 30. Nov. 1639. diaconus ordinatus. In catalogo cleri ADisecc. Strig. jussu Georgii Lippay 1647. occurrit parochus in Érsekujvár. Inde factus canonicus Jauriensis. Hinc 28. Jan. 1650. capitulo Strig. ingremiatus, 1676. ADnus Hont. † eodem a. Tirnaviae. Capitulo donavit suam domum, civitati cedendam erga deponendos 600 fnos dum capitulum Strigonium rediret.

Csergeő Florianus. Natus 18. Febr. 1828. in Pann in cottu Nitr. 20. Jul. 1847. ord. Philosophiae Tirnaviae, theologiae Viennae studuit. Cooperatorem egit in Egyházkarcsa, dein per quatuor annos et tres menses in Ürmény et per medium a. in Nagy-Lévárd. 27. Oct. 1852. praesentam accepit pro Tornócz, ubi 13. Maji 1853. investitus, 21. Aug. 1864, transivit ad Ürmény, ubi 1860. munus notarii et mox VADni gessit. † 21. Mart. 1879. ibidem. Lirae hungaricae versatus sodalis. (Szinnyei, Magy. Irók. II. 302.)

Cserha Joannes. Natus 11. Decz. 1841. Theologiam Strigonii absolvit et 25. Jul. 1869. ordinatus est. Cooperatorem egit in Lekér, Nagymegyér, 1876. factus parochus in Nemesoroszi.

Cserhalmi, antea Kirchknopf Ludovicus. Natus 24. Sept. 1852. Theologiae in Pazmaneo studuit. 16. Jul. 1876. ordinatus est. Cooperatorem egit in Mocs, in Nagymagyar quatuor, in lib. reg. citte Strig. duobus annis. 21. Jun. 1882. investitus

parochus in Zámoly, hinc 1889. transivit ad Hédervár: Notarius districtualis.

Cserháthy Josephus Pápaensis. Qua alumnus seminarii s. reg. Stephani 1747. philosophiae baccalaureus et 1748. magister proclamatus. Theologiam 1752. absolvit in seminario s. Adalberti, hinc cooperatorem egit in Guta. 24. Jan. 1754. investitus parochus in Várkony, hic 1756. Joannes Galgóczy visitationem peregit, in qua dicitur, quod domum una cum ludimagistro habeat inhabitabilem, ex integro restaurationem indigentem, † 26. Oct. 1791. ibidem.

Cserlik Stephanus. Investitus 27. Aug. 1681. parochus in Felső-Szeli, ubi usque 1682. mansit. 5. Sept. 1685. capella S. Magdalenae erigi coepta. In Majo 1689. transivit ad Némethi penes s. Benedictum, ubi usque 1691. operatus est.

Csermák Andreas. Theologiam 1704. in seminario Mariano Szelepcsényiano terminavit et eodem a. 20. Sept. ordinatus est. 29. Nov. 1705. investitus parochus in Haszprunka (Szent-Ivány.) ubi Emericus Pongrácz 1714. peregit visitationem, qui de parochio dicit, quod sit 36 annorum. 1731. vero ibidem Joannes Jelenffy qua visitor functus est, qui de eodem dicit: illum esse aetatis 55. In cura animarum 26. quibus omnibus ibi laudabiliter desudat. Parochiani ei bonum testimonium magna cum laude conjunctum, praebuerunt, quin et ipsi mores parochianorum et mundities ecclesiae, pastorem suum comendant. † 14. Apr. 1751. ibidem, aetatis 75. Historia parochiae teste: Gregi Dominico sanctissime praefuit et solertissime. Cujus memoria apud populum in benedictione manet.

Csermák Georgius, Josephus. Szenicziensis, in universitate Tirnaviensi 1657. et 1658. baccalaureus et magister philosophiae proclamatus. 26. Jul. 1667. investitus parochus Prividiensis, ubi usque 1689. operatus est.

Csermak de Hrádek Josephus. Investitus 24. Aug. 1756. parochus Sancto-Crucensis, sub eo Jalna 1767. avulsa et in distinctam parochiam erecta. 1769. ad deficientiam discessit, hinc 29. Jan. 1771. investitus est parochus in Ocsova, quacum incorporatus est neoerectae dioecesi Neosoliensi.

Csermák Michael. Investitus 24. Aug. 1669. parochus Szeniczensis, tunc ibidem fuit sedes ministrorum aug. conf. facile princeps, in qua superintendentes rebus potiebantur, uti docuit slavica

inscriptio in matrica. Anno demum 1672. ob violentam aggressionem processionis theophoricae hinc exesse jussi. Ingressu hostili in cineres reducto Szeniczio et mortuo parochus in Dojcs, illuc se recepit, ubi usque 1682. operatus est.

Csermák Nicolaus. E seminario s. regis Stephani qua theologus specul. tertii anni 23. Apr. 1666. ordinatus. 25. Maji ejusdem a. investitus parochus in Nagymodró, hinc 7. Maji 1667. transivit ad Alsó-Dió, inde vero 5. Maji 1671. ad Bogdány, 17. Maji 1672. accepit Berzencze in Bars. ubi simul Némethi administrabat. Ibidem 1674. visitationem peregit Andreas Péterffy, qui de parochus dicit, quod sit quadraginta annorum. Domus parochialis tunc nondum fuit aedificata. Intermedio tempore 7. Aug. 1674. investitus est in Zsarnóca, quam usque 1675. tenuit. 1676. qua parochus in Szász petiit altare portatile. Ubi multas persecutiones perpessus est, ita in persecutione Tököliana, una cum P. Liszkovszki capti, dure percussi et litro mille florenorum tantum modo elibati. (Ex protocollo VADnali sup. distr. Zoliensis.) Idcirco saepius e statione sua amotus et saepius reductus ac investitus fuit, sic m. Apr. 1689. ac 12. Apr. 1690. Propter persecutionem diutius abesse debuit, ideo 1682. operatus est in Felső-Apáthi, hinc 21. Maji 1686. transivit ad Dubova, ubi usque 1690. mansit, nam tunc redire potuit ad Szász. Demum 25. Apr. 1700. transivit ad Nádas in Hont, ubi † in Dec. 1708.

Csermanszky Michael. Accepta 1710. investitura pro parochia Nagy-Szalatnyaensi inter Számpor et Zolnam incidit in latrones. Semivivus Neosolium delatus post horam exspiravit. Sepultus 1. Martii. (Ex notatis parochiae Neosol.)

Csermey Martinus. Nominatur 1647. parochus oppidi Báth in catalogo cleri Strig. jussu Georgio Lippay conscripto.

Csernak Georgius. Theutopronensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1696. et 1697. baccalaureus et magister philosophiae proclamatus. Qua theologus quarti anni e seminario s. Stephani 26. Mart. 1701. ordinatus, et 19. Maji ejusdem a. investitus parochus Koosiensis, hinc 1. Nov. 1709. transivit ad Handloviam, inde vero 18. Dec. 1716. ad Nemes-Prónam, ubi † 1729.

Csernak Joannes. Milites hungari, 1. Jul. 1678. tunc parochum Gybbensem, (Hibbe) origine Tirnaviensem, ante solis occasum ceperunt

et postquam 100 imperiales numerasset, in sequenti media nocte liberum dimiserunt.

Csernák Josephus. Natus 30. Mart. 1796. Budae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 19. Aug. 1819. ordinatus est. Primum interimiter applicatus erat ad latus parochi Budensis praesidii, subsequo a. Neo-Budam in qualitate cooperatoris missus, exactis ibidem novem mensibus iterum ad praesidium appulit, hinc post 5 annos et tres menses 1825. ad aulam cels. principis primatis Rudnay assumtus, ubi capellani protocollistae, cerimonarii, cancellariae expeditoris, defensoris matrimoniorum munera gessit annis sex, 23. Apr. 1831. factus parochus AÉppalis civitatis Strig. una VADnus et matr. defens., hinc 22. Mart. 1837. transivit ad Érsekujvár, ubi pariter munus VADni gessit. 1846. nominatus in canon. hon. E. M. Strig. 4. Febr. 1860. factus canonicus Pisoniensis. † 17. Maji 1871. Fuit aurea cruce cum corona decoratus. Qua versatus concionator celebrabatur. (Szinyei, Magy. Irók. II. 315.)

Czernáky Joannes. Investitus est 20. Oct. 1665. licentiatu in Ghymes-Kosztolány.

Csernyák Stephanus, Andreas. E collegio cleri hung. generali 13. Jul. 1663. ordinatus, 9. Apr. 1701. investitus parochus in Gyürki (nunc filia ad Kökeszi.)

Cserni Andreas. Nominatur 1647. licentiatu in Marczal, in catalogo cleri Strig. jussu Georgii Lippay confecto.

Csernik Aloysius. Natus 31. Maji 1857. Theologiam Viennae absolvit et 16. Aug. 1880. ordinatus est. Cooperatorem egit in Buda-Eörs, Kőbánya, ubi baccalaureatum ss. theologiae adeptus est. 1884. transpositus ad arcem Budensem ad Ass. B. M. V. Hinc 1889. parochus factus in Nagy-Herestyény.

Csernik Andreas. Theologiam in seminario generali 1768. terminavit, hinc pro cooperatore missus ad Trsztena, inde 19. Jan. 1769. transpositus ad Nameszto, in locum valetudinarii Joannis Kaviák. 17. Jan. 1770. investitus in neo-erectam parochiam in Zubrohlava, quacum dioecesi Scepusiensi incorporatus.

Csernik Franciscus de Paula. Natus 10. Nov. 1783. Pestini. Absolutis Vesprimii scholis grammaticalibus, Pisonii logicae studuit. In clericum assumtus secundi anni philosophiam uno semestri Pisonii, translato seminario Tirnaviam, altero se-

mestri ibidem in Stephaneo audivit. Tres theologiae annos in Mariano absolvit, pro quarto Pestinum ad generale missus. Ordinatus Jaurini 1807. accomodationem Posonii expectavit. Pro cooperatore Holicium missus. Exactis ibidem duobus annis, translatus est ad Stum Andream, ubi totidem temporis transegit. 1810. factus est educator herulorum Josephi Mayerfy in Jöd, dein comitis Sándor Budae. Hinc 1812. pro quatuor septimanis ad s. Annam Budae, ac pro octo mensibus Comaromium, inde Budam ad arcem missus, ubi septem annos et medium qua cooperatore exegit. Hinc 14. Oct. 1820. investitus parochus cittis AÉppalis Strig. et simul matrimoniorum et religiosae professionis defensoris officio provisus est. † 11. Apr. 1831. ex hydrope. Fuit comit. Strig. et Comar. tabulae judic. assessor. In concionibus excelluit. (Szinnyi, Magy. Irók. II. 324.)

Csernovák Stephanus. Investitus 14. Jul. 1688. licentiatu in Nagy- et Kis-Hind, ubi usque 1696. operatus est.

Csernus Joannes. Sóvárensis ex cottu Sáros, 1715. indutus veste clericali in capitulo Scepus. 14. Nov. 1717. vero susceptus in alumnatum Budensem. 12. Sept. 1718. expeditus in curam animarum. 6. Jan. 1719. investitus parochus in Nagy-Szelezsény, hinc 27. Jun. 1721. transivit ad Szolcsán, ubi † 6. Mart. 1740.

Csernusky Michael. Istvánfalvensis in cottu Poson. 1707. magister philosophiae promulgatus. 1. Dec. 1709. investitus parochus in Zsdány, hinc 13. Febr. 1710. transivit ad Hajnik. Ex odio fidei 1719. trucidatus.

Cservenák Stephanus. Investitus est 27. Jun. 1670. licentiatu in Vág-Vecse. (Nunc filia ad Tornócz.) 12. Sept. 1693. vero investitus est in pari qualitate in Szenes, in cottu Bars.

Cservenka Nicolaus. Theologiam in seminario Mariano 1834. terminavit, hinc missus pro cooperatore ad Pereszlény, inde 1836. ad Holic, 1843. ad Sasvár. Ex hinc in Jan. 1846. factus est admin. in Unin usque Apr. ejusdem a. Paulo post administravit Kukló, 1847. autem factus est parochus in Szomolánka, ubi † 10. Aug. 1849. aetatis 41.

Cserveny Josephus. Natus in Vág-Ujhely. In universitate Tirnaviensi 1744. et 1755. defendit universam philosophiam. In collegio rubrorum tertium annum studii theologici 1758. ter-

minavit. 7. Jun. ejusdem a. ad Pobedim pro cooperatore missus. 28. Jul. 1765. investitus parochus in Nyitra-Pereszlény, hinc 1. Febr. 1772. transivit ad Ó-Tura. Plures difficultates habuit cum acatholicis loci, qui illum false accusarunt, ideo 1766. et 1767. inquisitio fuit mota. Inde 3. Sept. 1776. transivit ad Miava, ubi 1778. VADnus factus. Demum 1788. accepit Sasvár, ubi simul rector altariae s. Antonii, atque VADnus. Ibidem † 3. Jan. 1807. in ipsa die quando in canonicum Posoniensem fuit nominatus.

Cservenyánszky Joannes. 5. Maji 1762. pro cooperatore ad Szenicz missus. 26. Mart. 1763. investitus parochus Krajnensis (nunc Hrachovistye) Hinc 3. Sept. 1776. transivit ad Ó-Tura, ubi simul VADnus districtus Miavensis fuit. † 30. Jan. 1790. ibid.

Csery Joannes. Theologiae quadrennium in seminario Mariano 1803. absolvit. Pro cooperatore missus ad Pobedim, inde 1805. transivit ad Szent-Endre, 1806. factus parochus primus in neo-erecta parochia Koltha, hinc 7. Aug. 1820. accepit Jászfalu, ubi † 3. Nov. 1827.

Cseszneky, vel Csesznekovics Joannes. Investitus 11. Jul. 1677. parochus in Hibbe, hinc 22. Nov. 1678. transivit ad Szárazpatak, ubi usque Aug. 1690. activus fuit. Gratam hic reliquit memoriam, nam ecclesiae parochiali e proprio aere curavit organum 300 fnis, cum septem mutationibus et pedali, pro quo circa 7. Aug. anniversarium requiem persolvendum est. Capellae autem novae in coemeterio in honorem s. Francisci erectae, vineam legavit.

Csetényi Stephanus. Investitus 12. Maji 1721. parochus in Nagy-Endréd, cujus ecclesia turbulenta duorum saeculorum temporibus ad extremam devenerat desolationem, sed 1725. post 190 annor. ruinas ope hujus assurrexit; hinc 9. Apr. 1725. transivit ad oppidum Szécsény, inde 30. Jan. 1730. ad Nagy-Kálna. Quum calviniani Kis-Kalnenses claves oratorii ruinae proximi tradissent, illud occupatum et 4. Jul. 1733. parochus illuc introductus. VADnus districtus Levensis factus. † 7. Dec. 1756.

Csetneky Sigismundus. Tirnaviensis, qui qua saecularis in ejati universitate 1698. et 1699. ad baccalaureatum et magisterium philosophiae promotus. In seminario s. Stephani theologiae studuit. 2. Apr. 1702. ordinatus est. 28. Sept. ejusdem a. investitus parochus in Várgede, inde 20.

Sept. 1705. transivit ad Derecsk per cambium cum Stephano Kövesdy. Hinc 18. Jan. 1712. investitus in Csetnek, inde ad breve tempus, nempe a 3. Jan. 1719. usque 20. Febr. ejusdem a. ad Karancsság, sed jam 16. Jul. eodem a. transivit ad Litke, quam 1726. resignavit, ut capellanus domesticus fieret apud Alexandrum l. b. Vécsey in castello Felediensi.

Csetney Martinus. Occurrit 1657. parochus in Szenicz, in quo anno nominatur per Volfgangum Érsekujvári, qui in visitatione de parochia sic: laudabiliter se gerit et jam habet catholicos ultra 600, sed domum non habet. Cum ecclesia res etiam pessime stetit, nam visitatori dominus terrestris, Ludovicus Nyáry inhibuit illam intrare. Catholici utuntur capella in fundo Gabrielis Horczky exstructa.

Csiba Joannes. 1645. factus parochus in Szárazpatak, qui turbulentissimo tempore per spatium duorum annorum et sex mensium matricas ducere non potuit, quia gregem sequendo hinc inde latitare debuit. In catalogo cleri 1647. jussu Georgii Lippay conscripto, nomen ejus continetur. Hic laboravit usque 1648. Effigies ejus oleo delineata in refectorio parochiae conservatur. Dein occurrit parochus in Kis-Krstyene, ubi usque 1673. operatus est.

Csicsay Ladislaus. Theologiae quatuor annos in seminario AEppali Posoniensi 1796. terminavit. Pro cooperatore Samariam missus, post breve tempus administraturae in Joka. 21. Jun. 1799. investitus est capellanus localis in Nagy-Légh, ab 1809. vero parochus. 28. Jul. 1831. hemiplectico ictu tactus coactus fuit resignare, quod 29. Mart. 1832. ratihabitum est. Emeritorum parochorum instituto aggregatus victitabat in Nagy-Paka, ubi † 2. Oct. 1852. Fecit aestimabiles connotationes historicas parochiae atque aetatis suae. (Magyar Sion, 1868. 515.)

Csicsmanczay Josephus. Natus 16. Dec. 1788. Theologiam in seminario Mariano absolvit Tirnaviae et 26. Aug. 1812. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Oroszi, Comaromii et ab 1814. Budae ad s. Annam, hinc 22. Oct. 1816. accepit Nagy-Kereskény, inde vero 12. Apr. 1824. investitus est in Óhaj, hinc 17. Sept. 1827. transivit ad Nagy-Surány, sed jam in Oct. rediit ad Óhaj, hinc per cambium cum Francisco Horváthy 9. Apr. 1834. transivit ad Helemba, inde similiter per cambium cum Paulo Prisztics 24. Maji

1837. accepit Felső-Thur, demum 3. Mart. 1843. factus est administrator in Sós-Hartyán, inde in Jun. 1845. factus est deficiens presbyter et in Felső-Thur victitabat, ubi etiam † 20. Sept. 1855.

Csida, antea Tschida Carolus. Natus 21. Jul. 1811. Posonii. Philosophiam ac theologiam Tirnaviae 1833. absolvit, 7. Aug. 1834. ordinatus est. Qua diaconus in concionatorem nominatus Posonii ad ss. Salvatorem, simul et catecheta fuit. Munus hoc usque 1840. gessit. Exinde in pari qualitate ad ecclesiam collegiatam transpositus. 1845. factus cooperator ibidem una catechista apud Ursulinas ibidem. 1852. capellanus localis in Zuckermendl, in Apr. 1855. factus parochus in Csolnok, ubi † 20. Oct. 1876. Fuit versatus concionator germanicus. (Szinnyei, Magy. Irók. II. 350.)

Csigó Stephanus. Theologiam in seminario s. Stephani Tirnaviae 1837. terminavit, annum unum in presbyterio Strigonii transegit et 1838. pro cooperatore Gutam missus, hinc 1839. qua talis Comaromium transivit, ubi simul cottus Comar. sed. item praed. de Vajka et Érseklél, nec non de Füss tabulae jud. assessor fuit. 1845. factus administrator in Ekel, ubi † 20. Aug. 1849.

Csiki Andreas. Occurrit 1647. parochus in Varbó. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Csiky Joannes. Investitus 7. Jun. 1668. parochus in Egyház-Terénye, nunc Kis-Terenne, ubi usque 1671. operatus est.

Csiky Stephanus. Investitus 18. Jul. 1665. parochus in Salgótarján et in Karancskesz, ubi usque 1668. activus fuit.

Csiky Thomas. Investitus 1. Dec. 1679. parochus in Alistál, et quidem ultimus, nam adfiliabatur ad Vásárut, a quo 1713. avulsa.

Csillingh Joannes. Féliensis ex cottu Poson. 4. Nov. 1745. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum. 4. Nov. 1750. missus est pro cooperatore ad Börzsöny. 7. Dec. 1755. investitus parochus Viskensis. 1767. jussu Majestatis conscriptio hujus parochiae facta. † 1. Maji 1771. ibidem. Testamentum ejus praesto est.

Csima Stephanus. Natus 17. Oct. 1805. in Deáki in cottu Poson. Philosophiam Tirnaviae, theologiam in Pázmaneo absolvit, 25. Oct. 1828. ordinatus est. Pro cooperatore ad Lekér missus, hinc 7. Apr. 1832. vocatus ad officium vicariale Strig. pro archivario una protocollista, jam 31. Dec. ejusdem a. in s. sedis notarium nominatus, 18. Maji

1837. obtinuit parochiam Mocs, quam 1. Maji 1878. resignavit et instituto s. Adalberti aggregatus est. † 13. Jul. 1878.

Csintalan Ignatius. Natus 18. Aug. 1810. Pestini. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 11. Sept. 1833. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szent-Péter, Marczal, Karancsságh, Felső-Ludány, Ipolyszakállos, Szomor et Kövesd annis 12, mensibus quatuor. 9. Jan. 1846. obtinuit parochiam Felső-Sipék, hinc 8. Maji 1852. transivit ad Szete, quod beneficium 40 catastr. jugeris auxit. † 15. Maji 1885. ibidem.

Csiszár Josephus. Natus 10. Febr. 1795. Theologiam in seminario s. Stephani Tirnaviae absolvit et 23. Aug. 1819. ordinatus est. Cooperatorem egit in Cszazta, ab 1824. in Valle Mariae, 1825. se Tirnaviam contulit, ubi absque officio exstitit. 1827. factus cooperatorem in Stomfa. Hic 1. Jan. 1829. obtinuit administraturam in Rarbach, inde vero 1. Sept. 1840. parochus factus in Bikszárd, ibidem † 7. Febr. 1866.

Csiszár vel Csiszár Rudolphus. Natus 16. Jun. 1826. Zvoncsinii in cottu Poson. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 30. Apr. 1850. ordinatus est. Cooperatorem egit Bazinii, Szakolczae, in Sellye, demum in Nádas penes Tirnaviam. 1856. praesentam accepit pro Alsó-Merasicz, ubi notarius distr. factus.

Csitáry Joannes. E seminario s. Stephani reg. 18. Apr. 1700. ordinatus et applicatus in Ūrmencz. 25. Nov. ejusdem a. investitus parochus in Lekér, hinc 10. Mart. 1704. transivit ad Kis-Báb. 1706. pro brevi tempore accepit Ujlak, nam 26. Nov. ejusdem a. investitus parochus in Ūzbégh, hinc 23. Maji 1709. transivit ad Nagy-Hind, ubi usque 1710. mansit. 25. Apr. 1714. accepit Nyitra-Perezslény, hic usque 1717. operatus est.

Csizik Georgius. Investitus 1. Maji 1714. parochus Ūrmenczensis, hinc 25. Jan. 1722. transivit ad Alsó-Ludány ubi usque 1726. activus erat.

Csizmazia Ferdinandus. A mense Nov. 1888. administrator in Bohunicz. Ex ordine s. Francisci minorum 1889. saecularisatus et ad ADioecesim susceptus.

Csizmazia Joannes. Origine Levensis, Theologiam in Seminario AEppali Posoniensi 1800. terminavit, hinc cooperatorem factus est Lévae, 15. Apr. 1803. factus parochus in Egegh, ubi † 26.

Mart. 1828. Fuit sedium AEppalium de Verebély et s. Georgii tab. jud. assessor.

Csizmazia Joannes. Theologiae tertium annum in Pázmáneo 1816. absolvit. Cooperatorem egit Pestini ad S. Josephum et ab 1819. ad S. Leopoldum. In Oct. 1831. factus parochus in Bajna Strigoniensi, 1833. VADnus distr. Bajóth. Ob discordiam inter illum et patronum Mauritium comitem Sándor exortam beneficium cedere debuit et obtinuit Deménd, retento honore VADnali. Ibidem † 25. Mart. 1842. aetatis 52. ex febris frigida. Fuit complur. cottum tabulae judicariae assessor.

Csizmazia Joannes. Natus 23. Apr. 1798. Érsekujvári. Philosophiam et theologiam Tirnaviae, in seminario Mariano 1821. absolvit. Annum 1822. in presbyterorum instituto transegit Strigonii. 27. Jun. 1822. ordinatus est. Hinc statim per tres menses adhibitus pro supplente parochi Felsőthurensis. Per unum annum fuit educator apud Paulum Victoris Szerdahelyi herul. Comaromii. Subin 1823. factus cooperatorem in Nagy-Salló, dein in Drégelypalánk, 1827. administravit Palást et per annum adhuc 1828. Egegh. Interim iterum cooperatorem factus in Ipolyság. 1829. admin. in spirit. et tempor. in Nagy-Salló et 1830. in Uj-Bars. 1831. missus pro admin. ad Kóspallag, ubi 6. Jun. 1832. factus parochus. 16. Jan. 1844. transivit ad Uj-Bars, hinc 1849. ad Nagy-Sáró, quod 1855. resignavit, quia politicae inquisitioni subjectus et incaptivatus fuit. 1859. eliberatus, annis duobus susidiarium egit in Dorogh. Hinc 1862. administrator factus in Köpösd et 20. Jul. 1863. parochus in Szilincs, ex quo 23. Apr. 1866. Szuham promotus est, ubi † 19. Aug. 1870. Habet merita in literatura. (Szinyeyi, Magy. Irók. II. 391.)

Csizmár Martinus. Natus 4. Jul. 1856. theologiam Strigonii absolvit et 19. Mart. 1882. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kis-Tapolcsány, Kis-Apáthi et ab 1887. in Garam-Szent-Benedek. In Nov. 1889. factus admin, in Csév, hinc 1890. transivit administrare ad Dágh.

Csmelko Georgius. In seminario s. Stephani tertium annum theologiae 1762. absolvit et 11. Jul. ejusdem anni missus est pro cooperatore ad Lakács. Hinc 13. Dec. 1764. accepit neo-erectam parochiam Tardos, quae eousque filia fuit ad Héreggh. 7. Dec. 1794. parochiam resignavit. Etsi 1. Febr. 1795. pro recessione destinatus fuit, tamen

tantum 1. Jun. abivit, et quidem Tatam, ubi † 9. Febr. 1812.

Csóka de Tejfalu Alexander. Natus 1809. Theologiae per quatuor annos in seminario Mariano studuit Tirnaviae usque 1832. et 11. Maji ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szent-Mihályfa, Egyházkarcsa, Sellye, Szakolczae, Holics, Zsigárd, hic factus est sed. AEpisc, de Vajka et Érseklél tab. jud. assessor, demum in Ujlak, hinc administrator factus 1844. in Assakürt, ubi 17. Jul. ejusdem a. parochus factus est. Hinc 17. Apr. 1847. transivit ad Szokolócz, hinc ob patriotismum suum captivus ad carceres abductus est. † 10. Oct. 1851. Theresiopoli in Bohemia. Illo absenti parochiam administrarunt P. Marianus Wallovics ord. s. Francisci et Stephanus Mrazik parochus Pöstyéniensis.

Csóka de Tejfalu Ferdinandus. Natus 29. Jan. 1811. in Zeliz in cottu Bars. Philosophiam Nitriae, theologiam Tirnaviae absolvit et 29. Aug. 1834. ordinatus est. Cooperatorem egit in Koros, Nagy-Kosztolán, demum in Nagy-Tapolcsány per septem annos. Hinc 24. Oct. 1846. factus administrator in Hradist, inde vero 15. Aug. 1852. praesentatus est pro Ūrméncz, ubi 21. Jan. 1863. investitus parochus.

Csóka Gabriel. Theologiam 1794. absolvit in seminario AEppali Posoniensi, hinc cooperator factus in Tallós, inde accepit 1798. parochiam Nádszeg hinc 1814. ad deficientiam recessit. 1816. et 1817. applicatus fuit qua administrator in Ekel. Hinc factus domesticus capellanus familiae Ordódy, 8. Maji 1821. parochus Kolthae, cui 11. Febr. 1826. renunciavit, ac pensione donatus recessit ad Szémő, ubi † 13. Maji 1830.

Csoma Franciscus. In seminario AEppali Posonii tertium annum theologiae 1798. absolvit. Cooperatorem egit in Egyházgelle, ab 1799. in Naszvad, ab 1802. in Negyed, hinc 1803. usque 1804. capellanus localis in Érseklél, 1805. accepit capellaniam localem in Úny, quam prima vice 8. Oct. 1808. resignavit, sed manere debuit. Secunda vice 1. Apr. 1810. facta resignatio acceptata fuit et missus est pro cooperatore ad Nádas. Adhuc eodem a. iterum localis capellanus factus in Duna-Szent-Pál, ubi usque 6. Aug. 1812. operatus est. Dein instituto emeritorum parochorum aggregatus † 16. Nov. 1843. in Szémő. Aetalis 60.

Csonka Franciscus. Ex Óhaj, nobilis. Susceptus in clericum 1763. Studia in generali se-

minario Tirnaviae absolvit. In philosophia magister, in theologia baccalaureus, defenditque universum jus canonicum. 9. Dec. 1770. pro cooperatore missus ad Drégely-Palánk, hinc 18. Jul. 1773. investitus parochus in Szemere, inde m. Jan. 1778. transivit ad Nyitra-Egerszeg, ubi per ipsummet AEppum Batthyány 22. Maji 1780. fuit visitatio peracta. † 23. Apr. 1817. Fuit VADnus distr. Galgóczensis.

Csorba Stephanus. Occurrit 1657. parochus in Nagy-Czétény. In visitatione eodem a. per Joannem Cherlay peracta de parochia sic: Alumnus Pázmáni collegii, commendatur de sedulitate ab omnibus parochianis, de probitate et diligentia in divinis. In schemate parochorum Nagy-Kérensium per parochum Bokor confecto nominatur ea cum adnotatione, quod una cum famulo monachus factus sit.

Csőmez Ladislaus. Nobilis Csenkeiensis e cottu Posen. Qua alumnus seminarii S. Adalberti 1744. baccalaureus et 1745. magister philosophiae factus. Cum tertio a. theologiam speculativam 1748. terminavit et 12. Sept. ejusdem a. missus pro cooperatore Papam. Hinc 10. Oct. 1751. pro coadjutore ad latus Stephani Némethy parochi Vajkensis missus, ubi post hujus mortem, 8. Apr. 1755. parochus investitus. Ibidem eodem a. Joannes Galgóczy visitationem peregit, qui adnotavit: Factae sunt dispositiones, ut absoluta ecclesiae structura, domus parochi restauretur. 1763. nobiles Vajkensis contra parochum querelas moverunt, ideo abivit et 4. Jun. ejusdem a. investitus est parochus in Bást in cottu Gömör. Hinc 1766. factus cooperator in Szölgyén, 1768. deficientis, demum ab 1769. administrator in Nagy-Abony, ubi † in Julio 1772.

Csubai Mathias. Tres annos theologiae in seminario s. reg. Stephani usque 1775. terminavit. Qua secundi a. theologus duas praestantes orationes latinas dixit, quae typis vulgatae sunt 1774. Cooperatorem egit Szeredini. 10. Febr. 1777. investitus parochus in Keresztur, ubi † 8. Jun. 1794. (Szinnyei, Magy. Irók. II 439.)

Csulen Martinus. Natus 31. Maji 1823. in Broczkó in cottu Nitriensi. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 12. Dec. 1848. ordinatus est. Cooperatorem egit in Majthény per medium annum, aequae in Nagy-Lévárd. 1852. professor factus penes gymnasium Neosoliense, 1855. transivit ad gymnasium Posoniense, inde vero 1859.

director gymnasii Szatmáriensis, ubi simul sacrae sedis ejatis assessor factus. Ab 1863. in pari qualitate Neosolii, 1868. Leutsoviae, et 1869. Znyóváraljae applicatus. 9. Dec. 1875. parochus factus in Cseke. Ubi simul examinatore prosynodalis, spiritualis districtualis. Reg. hung. et c. r. Viennensis soc. geol. commembrum. Scripsit librum scholare matheos. (Szinnyei, Magy. Irók. II. 447.)

Csulén Stephanus. Natus 12. Aug. 1815. in Broczkó in cottu Nitr. Philosophiam Tyrnaviae, theologiam in generali seminario Pestini absolvit et 15. Jul. 1844. ordinatus est. Cooperatorem egit duobus a. in Nagy-Lévárd, quinque annis in Gajar. 30. Jun. 1852. factus parochus in Pernek. E piis parochianorum oblatis curavit 1853. pingi ecclesiam et 1857. turrim ecclesiae lamina tegi alba. Hinc 1879. transivit ad Malaczka, ubi VADnus factus est.

Csulik Martinus. E collegio Olomucensi, theologus moralis. Investitus 18. Jul. 1698. parochus in Csal, hinc 2. Mart. 1702. transivit ad Prencsfalu. Habuit illud infortunium, quod ecclesia in Beluja 1705. per august. conf. addictos fuit occupata. 11. Nov. 1706. investitus in Nagy-Tapolcsány, 28. Apr. 1709. accepit Zsarnócza in cottu Bars. hinc 23. Aug. ejusdem a. transivit ad Krakován. 12. Aug. 1710. investituram accepit pro parochia oppidi Galgócz, ibidem visitationem 1713. peregit Paulus Zichy. Qui dicit, quod Xenodochii, per familiam Thurzó fundati, parochus sit primarius inspector, qui exigit rationes a vice inspectore et a iudice Xenodochii. 12. Jul. 1715. accepit parochiam lib. reg. cittis Veterozoliensis, hinc transivit ad Liptó-Szent-András, ubi usque 1722. mansit. Demum ad deficientiam recessit. † 22. Febr. 1737.

Csunderlik Martinus. Theologiam in seminario Mariano absolvit Tirnaviae. 13. Sept. 1833. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szenicz, hinc 1837. parochus factus in Rohó, inde 1842. transivit ad Szobotiszt, demum 2. Apr. 1843. ad Turóluka, ubi 1848. VADnus districtus Miavensis factus. Pertinet inter maximos benefactores parochiae. Multos agros proprio aere emptos reliquit parochiae. Aedificium parochiale in honestum statum deduxit. † 27. Jan. 1862. in Vágujhely.

Csupovics Josephus. Theologiam in seminario Mariano 1816. terminavit, hinc cooperatore factus est in Aranyos-Maróth, inde 29. Apr. 1823. administrator, 17. Jun. ejusdem a. vero parochus

factus est in Szkiczó. Hinc 1827. transivit ad Velsicz, ubi † 27. Nov. 1840. Fuit cottus Bars. item sed. praed de Verebély et Szent-György tabulae judicariae assessor.

Csuti Stephanus. Csehiensis ex cottu Comar. 8. Nov. 1747. ex coll. gen. cleri Hung. absolutus theol. primi anni ad alumnum Budensem Széchényianum missus. Hic 28. Oct. 1749. cooperatore denominatus in Udvard. 3. Mart. 1752. investitus parochus in Kisgyarmath. Sub ipsius protectoratu congregatio in honorem S. Francisci floruit, hujus membra albo intexuit. † 17. Jan. 1768. ibidem.

Cupetius, potius Cupec Sebastianus. Investitus 28. Mart. 1675. parochus in Keresztur una cum Farkashida, hic jam in Majo ejusdem a. nactus est successorrem. 14. Nov. 1679. investituram accepit pro Bohunicz, sed hinc jam in Majo 1680. abivit ad Jabloncza, ubi 14. Jul. ejusdem a. investitus est, nec ibidem diutius quam usque Sept. mansit. 14. Jun. 1681. investitus est in Zsdány, hinc demum 18. Apr. 1687. transivit ad Nagysúr, ubi usque 1688. functus est.

Cyriacus (Cziráky) ab Hortis Georgius. 27. Jul. 1636. ordinatus ad titulum ordinantis Georgii Lippay. Adeptus parochiam Nagy-Kér, 1640. factus canonicus Agriensis et mox praepositus B. M. V. de Liptó. 4. Maji 1644. qua cathedralis ADnus Agriensis rogavit Lippayum, ut possit acceptare canonicam Jaurinensem et praeposituram s. Adalberti, Ab 1645. canonicus Jauriensis, simul, praepositus s. Adalberti de monte Jaurin. abbas de Madocsa. Subscripsit synodo qua secretarius ejusdem et ablegatus capituli Jaurinensis. (Szvórényi, Synopsis decret. synodalium. 98.) 26. Febr. 1649. canonicus Strig. et simul praepositus S. Georgii, una ADnus cathedralis, inscriptus sub nomine «Czirákus.» † 12. Febr. 1652. Posonii.

Cyriacus Joannes, vide Ciriacus.

Cytharetus Thomas. Ab 1559. usque 1560. parochus in Turócz-Szent-Péter. Michael Szege-dinus in visitatione a. posteriori peracta de illo dicit: Uxoratus, parvus, niger, nihilsciis, bonus alioquin. Communicat sub utraque specie, quia aliter sui patroni (domini David) uti malunt. Obedientiam promisit.

Czabaffy Joannes. Natus Tirnaviae. Qua alumnum seminarii s. Stephani 1717. baccalaureus et 1718. magister philosophiae. 19. Dec. 1822.

presbyter ordinatus. Vix canonicus Scepusiensis factus, jam † 28. Jan. 1764.

Czabaffy Martinus. Investitus 22. Apr. 1686. parochus in Niszna. Hinc 1. Febr. 1688. accepit aliquam parochiam in cottu Árva cujus nomen non est notatum. Inde vero m. Aprili 1689. transivit ad Alsó-Kubin. Demum 2. Apr. 1692. investitus est in Hibbe, ubi multas toleravit vexationes. Aca-tholici Aug. conf. 1704. antiquum templum iterum ingressi et parochus expulsus. Decimas oppidum percepit. 1709. acatholici e templo ejecti ad oratorium suum redire coacti et parochus reversus. 1725. beneficium 4. sessionibus quidem ampliatus, sed decimae adhuc subtractae. 1729. obtinuit coadjutorem Joannem Baros. Visitator Joannes Ujvendéghy 1732. dicit de parochia: quod sit 75 annorum, hic 46. (videlicet in cottu Árvensi in cura animarum) annis.

Czaban Andreas. Natus 7. Dec. 1813. in Szelcsén in cottu Zoliensi. 1828. in alumnum susceptus, theologiam 1834. in seminario Mariano Tirnaviae terminavit. Tres annos in instituto presbyterorum Strigonii qua subdiaconus et diaconus transegit et 22. Febr. 1837. ordinatus est. Cooperatorem egit in Komját. 1844. factus parochus ibidem, † 2. Maji 1860. Linguas octo caluit, nempe: lat. hung. germ. slav. rus. illyr. gall. et polonicam. In literatura slavica merita sibi acquisivit. (Szinnyei, Magy. Irók. I. 1.)

Czabány Martinus. Investitus 30. Jun. 1729. parochus in Egyház-Karcsa, ubi incoepit matricas, usque 1733. operatus est.

Czabányik Michael. Natus 27. Sept. 1792. in Geletnek. Theologiae quatuor annos in seminario s. Stephani 1816. Tirnaviae terminavit et 17. Oct. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Mánya, ab 1822. in Surány, ab 1824. in Komját, 30. Apr. 1828. accepit Felső-Szöllös et hinc 12. Aug. 1830. Eözdöghe, ubi † 18. Jul. 1856.

Czagányi Andreas. Natus 28. Febr. 1807. Theologiam in Pázmáneó 1829. absolvit, mox sequentem annum qua diaconus in instituto presbyterorum exegit Strigonii. 8. Mart. 1830. ordinatus est. Cooperatorem egit in Rimócz, ab 1832. in Lédecz, ab 1838. in Visk, ab 1839. in Ipoly-Szakállos, ab 1840. in Bajóth, demum ab 1841. in Nagy-Salló, hinc administrator factus in Ó-Gyalla, ubi † 6. Oct. 1858.

Czagányi Georgius. Investitus est 31. Maji

1680. licentiatu possessionis Csall, (nunc filia ad Csábrág), ubi usque 1686. mansit.

Czajbolt Joannes. Investitus 28. Aug. 1697. parochus in Szemő. Eodem a. Adamus Nigrini ADnus peregit visitationem in qua de parochia sic refert: Pázmánita, sex annis theologus speculativus. 24. annor. Ipsa die visitationis, nempe 1-a Sept, installatus. Residet in parochia bona, penes quam habet hortum et alium extra pagum. 1710. transivit ad Vizkelet, nunc Hidaskürt, ibidem † et 27. Dec. 1711. in crypta ecclesiae Szuhaensi sepultus.

Czajkovski Evaristus. Natus 4. Apr. 1858. Theologiae Pázmáneó studuit et 1. Sept. 1882. ordinatus est. Cooperatorem egit Strigonii in civitate regia. Ab 1883. praebendatus chori eccl. coll. ad S. Martinum Posonii una cooperatorem. Ab 1885. cooperatorem Comaronii. 1888. administrator, et mox parochus in Veszele. Spiritualis distr.

Czambert Joannes Ev. Theologiam in seminario Mariano Tirnaviae 1805. terminavit, hinc concionator Posonii ad ss. Salvatorem factus. 1810. transivit ad s. Martinum pro concionatore una chori eccl. coll. eccl. praebendato, simul cooperatorem parochiae interioris. 1815. factus praefectus herul. Francisci comitis Amade Posonii. Ab 1824. apud Joannem L. B. Frimont, principem de Antrodoco Neapoli et Mediolani. 1837. factus administrator, subin fundator parochiae ecclesiae ss. Trinitatis Posonii, ubi activus erat usque 1843. Canonicus Magnováradiensis. † m. Oct. 1849. Sepultus in crypta eccl. ss. Trinit. Posonii. Fuit simul ss. canonum doctor, sed. AEppal. de Vajka et Érseklél tab. jud. assessor, et academicae soc. Veronensis agriculturae, commercii et artium membrum. Fuit in physica versatus, praestans concionator et scripsit multa pro communi utilitate. (Szinnyei, Magy. Irók. II. 469.)

Czár Franciscus. Theologiam in seminario s. Stephani absolvit. Ex praebendato coll. capituli Posoniensis 27. Oct. 1720. investitus et 5. Nov. ejusdem a. installatus parochus Dévényensis. In visitatione 26. Aug. 1731. per Joannem Jelenffy peracta de parochia sic: illi parochiani bonum testimonium dederunt, cum laude conjunctum, quod muneri suo parochiali in omnibus ex esse satisfaciat. Fuit tunc aetatis 38. Ab 14. Jul. 1744. usque 25. Sept. 1744. simul Dévényujfalu administravit. † 2. Jun. 1752. Tumulatus die 5. ejusdem in crypta eccl. parochialis.

Czedő, vel Csedő Michael. Transilvanus, ex Szent-György in sede Csikiensi. Primum collegii Pázmániani, ubi magisterium philosophiae adeptus dein 1668. collegii Apollinaris Romae, ubi studia theologica absolvit, fuit alumnus. 11. Jun. 1671. investitus est parochus in Nagy-Kér. E cineribus collegit matriculam. Tunc in latissima peripheria vix alicubi erat parochus et proles baptisandas ex Komjáth, Csornok, Ondrohó, Berencs, Nagyfalva, Gargelyfalva, Lüki, Ujfalva, Árkos, Ürmény, Ivánka, Czéthény, Pann, Szöllös, Surány, imo ex Födémes, Érsekujvár et Tardoskedd illuc adtulerunt. Hinc 22. Apr. 1676. promotus ad canonicatum Strig. 25. Jun. ejusdem a. parochiae valedixit. 1685. ADnus Tornensis. Eliberata arce Érsekujvár e jugo turcico 15. Sept. ejusdem a. pro curione illuc missus. Qui ibidem etiam inchoavit matricas. Jam a. sequenti successorem nactus. 1687. factus substitutus vicarius. Tunc jam abbas B. M. V. de monte Zebegény. † 12. Jan. 1689. Aetatis 47. Sepultus in crypta proxima sanctuarii ecclesiae Tirnaviensis ad S. Nicolaum. Vir prorsus insignis, ac omnibus amabilis. Ex relictis mobilibus fundatum est votivum Csendöianum. Alterum votivum ipse testator fundavit in Csik-Szent-György, cum centum aureis.

Czeke Michael. Investitus 6. Maji 1665. parochus in Ipoly-Bolyk, ubi usque 1669. operatus est.

Czelleus Mathias. Hunc lib. reg. civitas Neosoliensis, jure patronatus gaudens, etsi parochiam Societas Jesu possidebat, 1673. pro parochia designavit, sed in vanum.

Czentár Franciscus. Natus 21. Oct. 1796. Theologiam in seminario Mariano 1819. terminavit et 5. Dec. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorum egit in Samaria, ab 1821. Budae ad B. M. V. de Sanguine, ab 1822. in Buda-Eörs, ac 1825. in Windschacht. Mense Nov. 1829. administrator, 11. Mart. 1830. autem parochus factus in Kolpach, ubi † 6. Jun. 1860.

Czepnák Joannes. 1677. parochus in Liptó-Szent-Iván et Péter, motus exemplo P. Joannis Hradecz S. J. parochi Nicopolitano, qui auxilio militum praesidiariorum multa avitae fidei catholicae revindicavit et hic conamina adhibuit quibus maxime familia Szent-Iványi semet opposuit. (Ex notis Georgii Letvini.)

Czerlik Franciscus. Investitus m. Majo 1691. parochus in Kisbáb et simul in Ujlak, inceptit matriculam scribere. Jam 1692. desinit fungi.

Czettner Jacobus. Natus 20. Jan. 1770. In seminario generali, respective AEppali Posoniensi theologiae quatuor annos 1792. terminavit. 23. Jan. 1793. ordinatus est. Cooperatorem egit Budae ad s. Annam, mox in Buda-Eörs, ab 1798. Pestini ad Assumt. Hinc 12. Maji 1809. factus est parochus Pestini ad s. Josephum, quam parochiam 5. Jun. 1822. resignavit. † 6. Mart. 1853. Pestini.

Czifferi Joannes, Stephanus. Investitus 11. Aug. 1711. licentiatus in Kurta-Kesz. Interim etiam 8. Aug. 1713. Csaba accepit. 30. Apr. 1716. investitus qua talis in Nagy- et Kis-Lóth in cottu Bars.

Cziger Matthaeus, Georgius. Natus in Velkopole in cottu Bars. 1703. baccalaureus, 1704. magister philosophiae, qua alumnus seminarii s. Stephani, in quo 1706. theologiam terminavit et 26. Oct. ejusdem a. ordinatus est. 1707. factus parochus in loco nativo, ubi usque 1718. operatus est.

Czigliányi Andreas. E seminario Budensi Széchényiano cooperator in Csiffár, hinc investitus 22. Sept. 1752. parochus in Szemere. In visitatione per Georgium Molnár ADnum 1754. peracta, dicitur esse annorum 35. Hinc 9. Dec. 1758. transivit ad Jászfalu, inde demum 14. Febr. 1767. ad Cseke, per cambium cum Casparo Süttő. 1769. sumptibus aerarialibus jussu Mariae Theresiae rege ecclesia erecta. † 22. Mart. 1770. ibidem.

Czigliédy Martinus. Theologiam in seminario AEppali Posonii 1795. terminavit. Hinc cooperatorem egit in Tölgyes, inde vero 1798. factus parochus in Bessenýö, ubi † 1810.

Czihanek Andreas, vide Tihanyi.

Czillich Ludovicus. Natus Budae, qua alumnus et primi anni theologus seminarii s. Stephani, 1752. factus magister philosophiae, 1755. quatuor annos theologiae terminavit. 24. Febr. ejusdem a. factus est cooperator Vetero-Budae. 8. Nov. 1756. investitus in exemptam Parochiam Buda-Eörs, hinc 1. Aug. 1761. accepit aequae exemptam parochiam in Duna-Földvár. Hinc 1776. factus praefectus seminarii Széchényiani Budae et praepositus de Cholt, 19. Dec. 1777. creatus rector ecclesiae universitatis Budensis, una praepositus S. Sigismundi et custos s. dexterarum s. Stephani regis. (Szvorényi, Hist. Amoenitates, Fasc. V. 168.) Dum universitas Pestinum fuit translata, huic officio valedixit et se pro quiete ad Zircz

recepit, ubi † 12. Mart. 1792. (Ibidem 169. A vörös csillagos keresztes vitézek rendjének működése Magyarországbán. 49. Magyar Sion 1882. 759. et Szinnyi, Magy. Irók. II.)

Czillinger Stephanus, Josephus. Fuit 1793. primi anni theologus in seminario AEppali Posoniensi. 1794. factus cooperator in Misérd, pro 1797. transivit ad Vajka et eodem a. reversus iterum ad Misérd, ubi viginti et unum annum exegit, hinc 18. Oct. 1816. factus est parochus in Alistál, ubi † 20. Jun. 1850.

Czimra Mathias, Martinus. Detsvensis a cottu Zol. qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1724. et 1725. factus baccalaureus et magister philosophiae. Theologiae secundum a. in seminario s. Adalberti 1727. absolvit. 19. Maji 1731. investitus parochus in Felső-Hámor, hinc 19. Maji 1747. transivit ad Zsarnócza, ubi † 20. Apr. 1755.

Czinege Ignatius. Theologiam in seminario generali Posonii 1790. absolvit. In sequenti a. accomodationem exspectare debuit Tirnaviae et eodem 1791. anno factus est cooperator in Guta, hinc 1800. parochus in Ballony, alias Medve. Ubi usque mortem operatus est. † 5. Aug. 1807. Jaurini in domo custodis Joannis Kelcz.

Czingel Joannes. E Pázmáneó 4. Jan. 1771. missus est pro cooperatore ad Bozók, hinc 4. Maji 1774. investitus parochus in Litava. Illo agente erecta est domus parochialis. 30. Nov. 1785. consummata. 26. Maji posuit primarium lapidem in aedificio navis ecclesiae e fundo religionis erigendae. Quae una cum nova turri 9. Oct. 1790. consummata. 9. Mart. 1789. misit libellum slavicum de missae sacrificio pro approbatione ad vicarium Strig. 16. Oct. 1798. accepit Szenográd, ubi † 25. Jan. 1799.

Czingel Josephus. E Pázmáneó. 1. Jul. 1741. investitus parochus in Tornóc. Tunc Joannes Szalay cryptam erexit et centum florenos pro

dote ecclesiae donavit, quos parochus in reparationem tecti adhibere posse ab officio petiit. 1752. autem familia Biróczyana cryptam in Vecse aedificavit. 1753. visitationem Georgius Molnár ADnus Comar. peregit. 1754. petiit facultatem celebrandi sacrum ad statuum s. Joannis Nep. † 14. Jan. 1758. ibidem. Testamentum ejus praesto est. Fuit doctor ss. Theologiae.

Czintula Augustinus. Natus 17. Jan. 1846. Theologiam Strigonii absolvit et 2. Aug. 1870. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ürmény et ab 1871. in Szuha, ab 27. Jul. 1875. usque 1. Nov. ejusdem a. interimalem admin. egit in Jókő. Hinc redivit pro cooperatore iterum ad Szuha, ab 1875. in Vittencz, 1881. factus parochus in Bori. Est notarius districtualis.

Czipeziár Jacobus. Valaszkensis e cottu Zol. E seminario s. Adalberti 1730. et 1731. baccalaureus et magister philosophiae factus. Theologiae secundum a. 1733. absolvit. 22. Apr. ejusdem a. investitus est parochus Spáczaensis, hinc 14. Sept. eodem a. transivit ad Szlaszka, inde vero 20. Febr. 1739. ad Radván, hinc 12. Mart. 1740. ad Libetbánya, exhinc 29. Mart. 1741. ad Lopej, demum 9. Jul. 1754. ad Dubova, ubi † 13. Sept. 1757.

Cziprian Andreas. Czabajensis in cottu Nitr. 29. Dec. 1757. susc. in alumnatum Budensem Széchényianum 16. Mart. 1763. missus pro cooperatore ad Bajmócz, inde 19. Jul. 1765. factus est parochus in Nagy-Ugrócz quacum incorporatus est dioecesi Neosoliensi.

Cziráky Georgius, vide **Cyriacus.**

Czirszky Simeon. Graeci ritus uniti sacerdos. 15. Dec. 1732. investitus parochus in Horváthi in cottu Thornensi, ubi † 26. Febr. 1754.

Czwickel Nicolaus. Occurrit 1484. parochus Posoniensis ad s. Laurentium, cui 1486. commissum fuit, ut una cum parocho s. Martini, Martinum parochum in Szent-Mihály installet. (Tud. Ért. I. 147.)

D.

Dallos de Mátra-Verebély Paulus. Natus 18. Maji 1802. 2. Apr. 1825. ordinatus. Cooperatorem egit 1833. in Lekér 1834. transivit ad Felső-Eörs in Dioecesi Vesprimiensi. 1835. iterum cooperator in Rimócz. 1836. absque officio in Legénd. 1838. Posonii, 1843. Strigonii, ab 1844. coopera-

tor in Muzsla. 1846. usque 1852. administrator in Kirva. Qua deficiens † 8. Dec. 1861. Sopronii.

Dalmady Emericus. Natus 10. Jan. 1860. Theologiae Strigonii studuit et 2. Maji 1883. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kövesd. Ab

1888. usque 1889. int. administravit Nagy-Csalomja. Deinde iterum cooperatores in Kisapáthi.

Daniel. Occurrit 1559. parochus in Szent-György. (Turócz) De quo visitator ejusdem a. notavit: Juvenis sine uxore, qui sacramenta omnia servat secundum ritum ecclesiae Romanae.

Danielis, alias **Mensik Georgius.** Occurrit 1647. parochus in Kovarcz. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay conscripto.

Daniss Michael. Czeténiensis in cottu Nitr. 1760. susceptus in alumnatum Bud. pro theologia morali. 27. Oct. 1761. factus coop. in Nyék, in cottu Hont. 26. Jun. 1764. investitus parochus in Gestete. Ubi 1. Jul. 1767. cottus testimonium dedit, quod parochus occasione novae repartitionis agrorum non sit injuria facta per Alexandrum baronem Vécsey. Via cambii cum Georgio Ujváry accepit Gyerk, ubi 14. Nov. 1767. investitus est. † 13. Maji 1776. ibidem

Dankovics Joannes. Ex Kis-Kovalócz in cottu Nitriensi, qua saecularis 1698. et 1699. baccalaureus et magister philosophiae. Tres annos theologiae in seminario s. Adalberti 1701. terminavit, quartum a. in Stephaneo discens 2. Apr. 1702. ordinatus est. Eodem a. investitus parochus in Kosztolna, nunc Kosztolnafalu. Hinc 7. Maji 1703. investitus in Divékujfalu. Inde 13. Maji 1710. transivit ad Vesztenicz, hinc demum 18. Jan. 1716. ad parochiam oppidi Radossócz, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. † 9. Mart. 1737. ibidem.

Dankovics Michael. Ab 29. Apr. usque 1699. Aug. fuit parochus in Tardoskedd.

Danner Joannes. Natus 15. Nov. 1820. in Gönyő, cottu Jaur. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit, 3. Apr. 1845. ordinatus et ad Marczal pro cooperatore missus, in quod beneficium 13. Jul. 1860. investitus est. Hinc 1885. discessit et subsidiarius in Varbó factus est, ubi † 27. Jun. 1888.

Darás Paulus. Natus in Kis-Völcsse in cottu Sopron. 1699. et 1700. baccalaureus et magister philosophiae qua alumnus seminarii generalis. Theologiam uti ruber absolvit. 20. Dec. 1704. ordinatus est. 27. Apr. 1705. investitus in Gyerk, cum Pereszlény et Tomka, hinc 23. Dec. 1712. transivit ad Léva quam 7. Jan. 1713. amplexus est. Matriculam scribere incoepit, quae 1728. explicuit. Visitator Joannes Bublovics a. 1713. de illo dicit, quod sit 33 annor. Ad cancellariam aul. in negotio re-

ligionis 1719. ponderosam relationem confecit contra aug. conf. introductionem. Visitator Paulus Kubovics a. 1731. de illo habet: Callet linguas hung. slav. et germ. ita, quod confessionem possit excipere. Annorum 50. Theologiae baccalaureus formatus. Districtus Levensis VADnus. Defert tonsuram et habitum statui conformem. Libris partim propriis, partim ecclesiae in exemplaribus 14 existentibus provisos. Aedificia oeconomica in domo parochiali et in alodio exstruxit ex propriis. † 1732.

Darásy Sigismundus. Occurrit 1505. et 1509. parochus Strigonii in castro ecclesiae s. Crucis. A. priori qua canonicus s. Stephani testem egit. A. vero posteriori notatur in catalogo Babotiano. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Darvas Emericus. Fölbárensis ex cottu Poson. E seminario s. Stephani 1764. baccalaureus philosophiae. Theologiae tertium a. 1768. absolvit. Cooperatorem egit in Udvard, hinc 19. Aug. 1776. investitus parochus in Szémő. Ibidem canonicae visitationes peractae sunt 3. Maji 1780. et 30. Oct. 1781. per card. Josephum a Batthyány. Per priorem visitationem pagus Kamocsa, nonnisi per helv. conf. adictis inhabitatus a Naszvad avulsus et Szemő adfiliatus est. Hinc m. Febr. 1782. transivit ad Soós-Hartyán et 30. Apr. ejusdem a. munus suscepit. † 12. Mart. 1784.

Dávid Casparus. Csejthensis origine, possessorio autem de Turócz-Szent-Péter. Postquam pater ejus Gabriel octogenarius sectam Lutheri abjurasset, adolescens opera Sigismundi Berényi eppi 5. Eccl. educatus. Judex nobilium in cottu Turócz factus. Susceptus ad clerum 1753. rhetoricam Posonii absolvit. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1756. et 1757. baccalaureus et magister philosophiae creatus. Primum theologiae a. 1758. absolvit. Pro secundo Romam missus et ibidem philosophiae et theologiae doctor factus. Fuit ibi ductor camerae s. Hieronymi. Redux a primate Barkóczy pro capellano aulico assumptus. Post obitum hujus 5. Oct. 1765. investitus parochus in Lakács. Illius industria aedes parochiales elegantiores erectae quam destinatae erant. 1772. factus VADnus. 1775. delegatus ad visitandum carcerem Franciscanorum Galgóczyensium. In visitatione Batthyániana 1780. peracta familiae Dávit origo, ad tempora Belae IV. regis ponitur. Adhibuit conamina, ut nova ecclesia erigatur, ast mors activae vitae finem posuit † 4. Jul. 1789.

Dávid Franciscus. E collegio generali cleri hung. 6. Apr. 1697. ordinatus. 31. Aug. 1699. investitus parochus in Sándorf, cum filiabus Bikszárd, Leszkó et Rozbehi, hinc 14. Jan. 1706. transivit ad Moravanka, ubi incepit matricas scribere. Inde 26. Aug. 1709. investitus est in Jókő, ubi † 8. Oct. ejusdem a.

Dávid Joannes. Occurrit 1700. usque 1709. parochus in Szelec, per Rákóczyanos deturbatus, qui ministrum aug. conf. intruserant.

Dávid Paulus. Trsztenensis e cottu Árva. E seminario s. Stephani, 1728. et 1729. baccalaureus et magister philosophiae, quam universam defendit. 1731. absolvit theologiae secundum annum. Qua tertii anni theol. ordinatus et 11. Mart. 1732. investitus parochus in Szent-Antal, hinc 6. Jan. 1733. transivit ad Nizsna, hinc 8. Jan. 1743. ad Velicsna, inde 5. Febr. 1754. ad Oravka, exhinc 3. Nov. 1755. ad Alsó-Kubin. 21. Nov. 1756. accepit facultatem benedicendi ecclesiam Usztenensem, filialem ad Trsztena. Eodem a. factus VADnus, qua talis 1761. connotavit fundationes totius districtus. 16. Dec. ejusdem a. investitus in Nemesztó, ubi † 7. Apr. 1762.

Dávid Petrus. In seminario generali Budensi quartum a. theologiae 1779. terminavit et factus est cooperator in Balassa-Gyarmat, hinc ab 1780. usque 1782. administravit Alsó-Esztergál, inde factus coop. Schemnicii, 1783. in Lévárd, hinc 5. Maji 1792. praesentatus in Veszle, hanc vero parochiam non occupavit, sed illam in Alsó-Merasicz. Hinc 4. Jun. 1795. transivit ad Nagy-Ripény, ubi 1807. factus VADnus distr. Radosnensis. 1818. resignavit parochiam et instituto emer. parochorum aggregatus est Tirnaviae, ubi † 26. Dec. 1819.

Davidis Martinus. Occurrit 1657. licentiatius in Zsitva-Ujfalú.

Davorányi Joannes. Occurrit 1657. parochus in Kisvendég, de quo in visitatione eodem a. per Joannem Cherlay peracta, sic: Libenter bibit et tempore visitationis non erat praesens.

Deák David. Qui 6. Jul. 1692. investituram accepit ad indeterminatam licentiaturam.

Deák Joannes. Szécsénykeensis, ex cottu Hont. 28. Oct. 1737. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum, hinc 17. Sept. 1745. missus pro cooperatore Samariam, inde 21. Jan. 1746. investitus parochus in Méhi, ubi † 10. Mart. 1751.

Deandreatz, vel Dendriades Antonius, Augustinus. Szakolczensis, qua alumnus Aeppi Strig. 1639. baccalaureus philosophiae in universitate Tirnaviensi creatus. 15. Jul. 1646. parochus in Unin. Catalogus cleri jussu Georgii Lippay 1647. conscriptus nominat illum parochum in Péterfalva. Pro a. 1653. matricae et Broczkóenses et Pernekenses illum vindicant. Ibi duobus annis mansit. Hic successorem m. Majo 1655. accepit. 17. Apr. 1665. investitus est parochus in Szuha. Qui tunc parochus Istvánfalvensis fuisse dicitur (Jedlicska, Kis-Kárpáti Eml. I. 263.) qui hanc parochiam a. 30. Aug. 1670. regendam suscepit et matricas scribere incepit. Historia parochiae Szuhaensis dicit de illo: Vir integritate vitae et doctrinae conspicuus. De seipso in matrica defunctorum dicit: 1665. administrans parochiam in calamitoso rerum statu, quia neque hunc librum prae manibus habere potui, in domino defunctos, quorum memini, hic adnotavi. Post incendiū campanas novas fundi et parochiam restaurari curavit. Imago ejus in refectorio conservatur. 20. Jun. 1673. transivit ad Nahács, hinc 28. Apr. 1674. ad Stepanov, ubi usque 1681. operatus est.

Debnár Ignatius. Natus 31. Aug. 1810. Siglisbergae. Philosophiam et jus Agriae, theologiae primum a. Rosnaviae, secundum Nitriae et reliqua Tirnaviae absolvit ac 11. Sept. 1833. ordinatus est. Cooperatorem egit Samariae, ac in Pudmericz. Abhinc 1843. administrator factus est Dubovae, ad quam 29. Aug. ejusdem a. praesentatus est. 1848. transivit ad Ottóvölgy, ubi † 26. Aug. 1870.

Debinszky Joannes. Natus 29. Dec. 1817. Vacii. Philosophiam et theologiam Tyrnaviae absolvit et 15. Jul. 1844. ordinatus est. Cooperatorem egit in Egyházgelle, Vedröd, Búr-Szent-György et Ujlak. Hinc Ujvároskam pro subsidario ordinatus. Dein iterum cooperator in Nagy-Kosztolán, Ó-Tura et Siglisbergae. Hinc 28. Jul. 1855. factus administrator in Skiczó, m. Sept. 1859. transivit in pari qualitate ad Nagy-Fajkürth, hinc vero 24. Sept. 1863. praesentatus est et 7. Oct. ejusdem a. investitus est parochus in Alsó-Badin.

Deés Alexander. Natus in Zörcsök in cottu Vesprim. Qua alumnus semin. s. Stephani 1743. baccalaureus 1744. magister philosophiae proclamatus. Theologiae quartum a. 1747. absolvit. Factus parochus in Tapsony in dioecesi Vesprimensi, hinc 29. Jun. 1766. investitus est in Somlyó-

Vásárhely, hinc 1771. factus est spiritualis in seminario Széchényiano Budae. ubi † 22. Jul. 1776.

Degen Eugenius. Natus 28. Sept. 1832. Pestini. Philosophiam Tyrnaviae, theologiam Viennae absolvit et 27. Jul. 1856. ordinatus est. Cooperatorem egit Neo-Budae et mox ad s. Annam. Hinc 7. Nov. 1868. electus est primus e clero saeculari parochus Tabanensis, quod beneficium ordo s. Francisci prov. Capistrana administrabat. † 4. Jun. 1877. ex inflammatione pulmonum. Fuit vir optimi cordis, exemplaris sacerdos, largus benefactor pauperum.

Degen Titus. Natus Pestini 18. Aug. 1836. Philosophiam Tyrnaviae, theologiam ibi et Strigonii absolvit. 2. Jan. 1859. ordinatus est. Cooperatorem egit Budae Christinopoli, Pestini ad s. Theresiam et ad Assumtam. 26. Oct. 1881. electus est parochus ad neo-erectam parochiam ad s. Elisabetham. 23. Mart. 1892. factus abbas B. M. V. de Egres.

Dejthey Joannes. Fuit 1604. parochus Radosnaensis et qua talis commissionem habuit officiosam citationem peragendi. Dein versabatur in Szered. 1634. obtinuit Felső- seu Német-Diós. Eodem a. visitator Georgius Draskovics de illo notavit: Tres omnino menses sunt, ex quo hanc parochiam me inscio ac non introducente, suscipit. Vanos inibit in Transilvania mores.

Dejthey Lucas. Post Vitkovszky factus parochus in Pereszlény. Qua talis interfuit 4. et 5. Oct. 1630. per Petrum Pázmány Tyrnaviae celebratae synodo, jam tunc Vicesgerens. Volfgangus Érsekujváry in visitatione eodem a. peracta de parocho facit mentionem. Joannes Solnensis ADnus, qui 1634. visitationem peregit, illum jam vivum non invenit et sic de illo loquitur: «Mortuus ibidem et reliquit libros et necessaria ornamenta, quae recepit Jacobus succentor Tyrnaviam. Repe-tenda si non debito modo occupata. Domini M. Apponi uxor invasit in propria persona parochiam et seras perfergit et cum improprio ad parochum facto subditum parochi dimisit, qui illum in sinistra mutilum fecit.» Sic visitator.

Deithei Mathias. Fuit 1618. parochus et decan. in Sasvár, qui 2. Oct. ejusdem a. causam movit contra Martinum Czobor, quod in ecclesia publice sub concionibus suum pastorem reprehendere moris habeat, ac mendacii arguat. Incattus negavit, quod illum concionantem unquam repre-

hendisset, sed dum idem fabulas narrasset pro concione, tunc respondisset, non est verum. 1625. autem actionem movit contra Nicolaum Koross, raptorem virginis.

Delacz Joannes. Fuit 1647. parochus in Dévény, filiarum Horváth-Ujfalú et Hidegkút. Nominatur hoc a. in catalogo cleri jussu Georgii Lippay conscripto.

Delat Jacobus. E collegio cleri generali, seu rubrorum 10. Apr. 1667. ordinatus. 28. Apr. 1668. factus parochus in Nagy-Lovcsa. Ibidem 1674. Andreas Péterffy peregit visitationem. Hinc 1675. transivit ad Pojnik, ubi usque 1678. mansit. 14. Jun. 1688. investitus est parochus in Dobrona et Szász. Inde demum m. Apr. 1689. ad Zólyom-Lipce, ubi 1695. successorem nactus est.

Delat Mathias Ignatius. Occurrit 1656. parochus in Galgócz, de quo Joannes Cherlay, qui 1657. ibidem visitationem peregit, sic notavit: commendatur ab omnibus, qui tempore pestis multum laboravit, et jam morientes convertit. Satis miser afflictus ab haereticis, tamen opponendo se illis secundum posse suum laborat, in ecclesia Dei sicut bonus miles. Demum adjicit, quod visitatorem illum, haeretici non admiserunt. Ab 1659. usque 1660. parochum egit in Modor. 20. Jun. 1668. factus canonicus Poseniensis, abbas B. M. V. de Bors-Monostor. In civitate Körmöczbánya post occupationem e manibus lutheranorum 1674. primus introductus parochus, qui zelo suo effecit, ut non solum Cremnicii fides catholica majora coeperit incrementa, sed etiam circum-jacentia curiones accepit. (Schemat. hist. dioec. Neosol. 1876. 310.) Andreas Péterffy ADnus in visitatione 1674. peracta de parocho dicit: Annor. 45. theologus tertii anni. † 1680.

Demán Michael. Theologiae quinque annos in seminario generali Posenii 1787. terminavit. Hinc factus cooperatore in Rimócz. Inde 27. Febr. 1792. capellanus localis in Hruszó, ubi † 30. Dec. 1796. Aetatis 35.

Demény alias Demédy Joannes. Ohajensis in cottu Bars. 18. Sept. 1722. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum 10. Jun. 1724. ordinatus et 13. Oct. ejusdem a. investitus parochus Barkaensis et Lucskaensis in cottu Torn. 19. Apr. 1730. investituram nactus pro neo erecta parochia in Zsemlér, cum Nagyód, hinc 5. Dec. 1733. transivit ad Kemencze, ubi in filiali Bernecze congregatio S. Josephi tunc florebat.

Inde 7. Mart. 1737. ad Vilke, quam 1740. resignavit et ad seminarium deficientium recessit, ubi † 3. Jul. 1741.

Demjén Joannes. Occurrit 1647. licentiatius in Nagy-Darócz, nunc filia ad Osgyán. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay conscripto.

Demeter Joannes. Theologiam quadriennem absolvit 1791. in seminario Poseniensi. Anno 1792. Tirnaviae in instituto presbyterorum accommodationem expectavit, hinc factus cooperatore in Püspöki, 1799. transivit ad Nagy-Salló, 1801. vero ad Kürth. Hinc 16. Mart. 1803. praesentatus pro Héreg, quam 28. Febr. 1832. resignavit pensione donatus. Conturbata mente recessit ad domum Misericordianorum Budae, ubi 18. Oct. 1833.

Demetrius. Occurrit 1309. parochus in Pach, nunc Nagy-Paka. Carolus Robertus rex, quum terras Milenthe et Olajkuta in cottu Posen. existentes magistro Martino, illas petenti dare voluisset, capitulum Poseniense desuper interrogavit, utrum eadem sint vacuae et regis pertineant collationi. Capitulum hunc parochum, ut hominem idoneum pro hujus rei inquisitione exmisit, qui illas vacuas et collationis regiae esse invenit. (Fejér, C. D. VIII. I. 342.)

Demetrius. Occurrit 1331. parochus in We-reb (Mátra-Verebély.) Tunc Petrus vicarius AEppi Chanadini litigantibus patronis injunxit ut instrumenta, jura sua demonstratia exhibeant. Filii Henche contra Nicolaum filium Korrardi asserebant, quod ipsorum protavi existentem ecclesiam exstruxissent. Hac occasione Demetrius sacramentum super eo praestare debuit, quod ad nuptias celebrandas per jobagiones Nicolai vocatus semper ivisset propria in persona. (C. D. Andeg. II. 567.) Ille idem occurrit inter 1332. et 1337. nominatus in rationibus collectorum census papatis et dixit suum beneficium ultra quinque marcas non valere et solvit mediam marcam. (Mon. Vat. S. I. J. I. 231.)

Demetrius. Occurrit 1350. et 1356. parochus Posenii ecclesiae s. Michaelis Arch. (Tudom. Értekezö, I. 156. Rimely, Capit. Pos. 253.)

Demetrius. Occurrit 1400. parochus in Lopej, cui Henricus de Meczelska capitaneus Lypchiensis molendinum in aqua Greppel aedificari fecit, donavitque 1406. (Transs. conv. s. Bened. de Gron in arch. parochiae.)

Demetrius. Occurrit 1406. plebanus de Zelcze,

nunc Szelec. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 202.)

Demetrius. Vulgo «Demeter pap,» fuit XVII. saec. parochus in Nagy-Kér.

Demess Andreas. Fülekiensis 1770. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum pro theologia. 20. Apr. 1773. factus cooperatore in Samaria. Hinc 31. Oct. 1777. investitus parochus in Megyer. Festo s. Theresiae incepit matricas consignare. Illo operante aedificata est ampla ecclesia ab 1784. usque 1794. † 1. Mart. 1807. Aetatis 59.

Demovics Martinus. Ab 1632. usque 1645. fuit parochus in Nagy-Lovcsa. Cujus mentio fit in connotatione tabellari parochiarum districtus Sancto-Crucensis a. 1633. facta, in qua dicitur de parocho, quod ibi semi altero anno sit. Successorem 1645. nactus.

Demovitz Stephanus. Diósiensis ex cottu Posen. qua alumnus coll. gener. 1670. baccalaureus 1671. magister philosophiae factus. 17. Mart. 1673. ordinatus et 23. Apr. investitus parochus in Nyitra-Pereszlény. Hinc 4. Maji 1679. investitus in Alsó-Diós, 30. Mart. 1680. vero in Grinád, cui 1691. adfiliata est Tótgurab. Mense Nov. 1691. successorem nactus.

Derer Antonius. Natus Janolehotae, qua alumnus seminarii s. Stephani 1744. baccalaureus et 1745. magister philosophiae. Pro theologia ad alumnatum Budensem Széchényianum missus, ubi 2. Nov. 1746. appulit. 16. Jun. 1748. ordinatus et 30. Oct. pro cooperatore Janolehotam missus. Hinc 12. Sept. 1750. investitus parochus Handloviensis. Sub quo 1754. ara major inter sacrificandum corrui, Ecclesiae Rimóczensi subin donata. Inde 8. Nov. 1756. transivit ad Németh-Próna, sed 12. Oct. 1766. reversus est Handlovam, ubi † 10. Jan. 1773. Testamentum praesto est.

Derer Franciscus. Theologiam cum quarto a. Posenii in sem. AEppali 1799. terminavit. Hinc cooperatore factus est Comaromii. 25. Dec. 1805. praesentatus est parochus Keszeghalvensis, ubi † 16. Dec. 1812.

Derrer Mathias. Prividiensis ex cottu Bars. 17. Nov. 1743. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 3. Jun. 1746. missus pro cooperatore ad Lévárd, hinc 6. Jul. 1750. investitus est parochus in Moravánka, ubi † 14. Apr. 1751.

Dergovics Josephus. Theologiae quatuor annos superaddito uno pro theologia practica 1791. Posenii terminavit. Hinc cooperatore factus in

Csejtha, ab 1794. autem in Stomfa. Inde 10. Nov. 1801. factus parochus in Besztercze, ubi † 6. Dec. 1824.

Déri, antea Mraz **Michael**. Natus 7. Sept. 1809. in Héviz in cottu Pest. Philosophiae per unum a. Pestini, tum Tirnaviae, theologiae Pestini studuit. 11. Sept. 1833. ordinatus est. Hinc factus cooperator Comaromii. Dein Budae ad B. M. V. Visit. ac paulo post Pestini ad Assumt. Ab 1843. administrator ad s. Rochum, 1844. investitus parochus. Usque 1848. fuit librorum censor regius. † 8. Mart. 1891. ibidem. Habet merita in literatura. (Magy. Sion, 1886. 702.)

Derkay Michael. Investitus 4. Febr. 1694. parochus in Vagyócz, hinc 14. Apr. 1695. transivit ad Velkopola, ubi usque 1700. operatus est.

Deschan Franciscus. Natus Posonii, qua alumnus seminarii s. Stephani 1761. baccalareus et 1762. magister philosophiae promulgatus. 1767. ordinatus et 22. Dec. pro cooperatore Posonium missus. Hinc 30. Jan. 1771. investitus parochus Vetero-Budensis. 1777. factus canonicus Posoniensis, ubi † 15. Apr. 1779.

Desidor Hyacinthus. Ex abolito ord. SS. Trinitatis archi-dioecesi adscriptus ab 1782. usque 1829. administrator ecclesiae olim Trinitariorum Posonii. † 4. Jan. 1829. Ibidem.

Desy, vel **Deseő Antonius**. Investitus 29. Oct. 1723. parochus Broczkensis. 1. Nov. 1727. hic conscriptio fuit facta, in qua Deseő vocatur. Hinc 19. Jul. 1728. investitus in Unin, hinc 3. Aug. 1731. ad Zavar, ubi usque 1734. operatus est.

Deszáth Joannes. Natus 25. Nov. 1813. in Érsekujvár. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Oct. 1837. ordinatus est. Cooperatorem egit in Mocs, Aranyos-Maróth, ab 1839. Hodrusbányae, ab 1845. in Köhidgyarmat, demum ab 1846. in Szent-Benedek. 1. Aug. 1848. praesentatus est parochus in Ebed, ubi † 9. Dec. 1875.

Detricus. Occurrit 1367. parochus Posonii ecclesiae s. Martini. Vir discretus. (Rimely, Capit. Poson. 253.)

Devecsery Josephus. Nitriensis, 27. Nov. 1741. ex seminario s. Emerici ad alumnatum Budensem Széchényianum missus. 11. Jul. 1745. ordinatus et pro cooperatore 24. Oct. ejusdem a. Érsek-Ujvárinum missus. 15. Nov. 1747. investitus est parochus in Barth. 1767. informatio officiosa de hac parochia fuit confecta. 1782. acce-

pit administratorem in spiritualibus Andream Németh, a 3. Jul. 1784. autem Mathiam Kralik. 29. Jun. 1785. ob aetatem fractam resignavit et Szakolczam recessit, ubi † 28. Dec. 1796.

Desseőffy Alexius, Stephanus. Investitus 14. Oct. 1721. parochus in Puszta-Födemes. Hinc 14. Maji 1724. transivit ad Köbölkút, ubi usque 26. Oct. 1729. operatus est.

Desseőffy de Csernek et Tarkő Julius. Natus 10. Apr. 1836. in Derékegyház in cottu Csongrád. Philosophiam Posonii, theologiam Strigonii absolvit et 27. Jan. 1860. ordinatus est. Cooperatorem egit in Zeliz, Drégely-Palánk, hinc intermaliter administravit parochias Csáb, Szécsényke et Ipolyságh. Ab 17. Sept. 1867. fuit admin. in spirit. et temp. in Palást. 13. Maji 1868. parochus ibidem factus. Beneficium hoc 17. Oct. 1883. resignavit.

Dezsericzky Josephus. Theologiae quinquennem cursum in Pázmáneó 1780. absolvit et pro cooperatore ad Érsek-Ujvár missus, hinc m. Majo 1782. factus est parochus in Nagy-Czétény, hinc 1821. transivit ad Tallos, demum 1824. factus administrator in Pered, ubi † 24. Dec. 1827.

Dianis Martinus. Ex Bozók, 14. Aug. 1759. susceptus in alumnatum Budense Széchényianum. 3. Aug. 1760. ordinatus et 13. Oct. ejusdem a. administrator in Lédecz constitutus. 14. Octobris autem pro cooperatore ad Izbég missus. 20. Oct. 1762. investitus parochus in Kormossó. Ibidem 1766. conscriptio parochiae fuit peracta. † 14. Jan. 1792. ibidem.

Dietrich Franciscus Xav. Post administrationem per membra ordinis s. Benedicti 13. Jun. 1753. investitus est primus parochus in Deáki, qui hoc beneficium usque 1768. tenuit.

Dinkay Josephus. Natus 6. Jan. 1800. Theologiae quatuor a. in seminario Mariano Tirnaviae 1824. absolvit. Dein unum a. in instituto presbyterorum transegit Strigonii et 12. Jun. 1825. ordinatus est. Cooperatorem egit in Garam-Ujfalú, Mánya, Jakabfalva, et ab 1828. in Nagy-Súr, hinc factus parochus in Nagy-Modró, quam 1860. resignavit et ad quietem Galgóczium recessit, ubi † 9. Dec. 1862.

Dionysius. Occurrit 1327. parochus in Egyházkarcsa, cui Nicolaus Trental, agenda procuratoris in re metati circa Abony commisit. (Bartal, Csallóköz tört. vázl. 71.)

Dionysius. Occurrit 1561. plebanus in Baar

(Fel-Bár.) De quo visitator sic loquitur: Senex, vir catholicus, infirmus. Respondit officio sacerdotali secundum ritum Romanae ecclesiae. Habet famulam.

Dionysius. Ad Szered 1562. Tirnavia missus est, ut dicit visitator ejusdem a., parochus catholicus, ad populum catholicum, qui secus ad Szerdahely affiliatus fuit.

Dionysius. Occurrit 1562. parochus in Klythy (Kiliti) de quo visitator a. ejusdem dicit: senio confectus, et aeger. Catholicus.

Dipetris Josephus. Natus Neosolii. Post absolutum primum a. theologiae in Pázmáneo, ad alumnatum Széchényianum missus, ubi 12. Nov. 1749. appulit. 16. Nov. 1751. factus cooperator Bazinii. 16. Maji 1753. Sassinii, hinc 15. Maji 1756. applicatus est capellanus domesticus Francisci lib. bar. Balassa in Alsó-Esztergál. Hinc 11. Jan. 1757. missus est pro cooperatore Scepusium. 1764. factus parochus in Sztatvin, quacum incorporatus dioecesi Scepusiensi.

Divald Joannes. Ab 1653. usque 1655. fuit parochus in Kaproncza.

Divényi Franciscus. Investitus 3. Oct. 1697. parochus in Divék-Ujfalú, hinc 9. Maji 1700. transivit ad Nagy-Emöke, ubi incoepit scribere matricas.

Dives Joannes. E primis collegii Pázmánei alumnis. Ab 1629. parochus in Gerencsér, ubi eodem a. incoepit scribere matricas. 1630. translatus ad Radosócz, qua ejus parochus 4. et 5. Oct. ejusdem a. interfuit synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. Hinc 1634. transivit ad Rosindol (Rózsavölgy.) Ibi eodem a. Georgius Draskovics visitationem peregit in qua de parcho sic: Muneri satis facit. Non ita pridem absque mea introductione hic agere jussus. Nunc alioquin male non audit, nisi quod interdum mero indulgens, non somnum sed arma capit et furit. Increpui illum.

Diviacsics Michael. E seminario s. Stephani 23. Sept. 1672. ordinatus. 3. Apr. 1673. investitus parochus in Velkopole, hinc 9. Aug. 1675. transivit ad Koos, inde 17. Nov. 1678. ad Handlova, ubi usque 1679. operatus est.

Dlabacs Daniel. Missus 23. Jan. 1742. pro cooperatore Szeniczium, hinc 17. Jul. 1745. investitus parochus in Turócz-Szent-Péter, hinc 7. Oct. 1749. transivit ad Nahács, hinc 2. Dec. 1750. ad Podola, ubi usque 1769. operatus est,

hinc se ad eremum prope montem Zobor contulit, verum ob religionis catholicae conservandae studium iterum ad curam animarum rediit et 3. Oct. 1771. investitus parochus in Grinád. † 9. Febr. 1783. ibidem. Legata fecit pro campana eccl. Grinaviensis acquirenda, 240 fl. et pro ejus dote 20 fl.

Dlhovics Joannes. Occurrit 1656. parochus in Nyitra-Pereszlény, qui cum parcho Nahácsensi controversiam habuit, quia ipsius cistam violaverit. (Acta intr. Fasc. LXI.)

Dlhovszky Josephus. Natus 1. Mart. 1787. Theologium in seminario generali Pestini absolvit. Cooperatorem egit in Tölgyes, tunc doctor ss. theologiae factus. 1815. accommodatus pro doctrinae rel. professore in liceo AEppali, una in sem. B. M. V. in coel. ass. studiorum praefecto. 24. Oct. 1817. factus parochus in Kis-Tapolcsán, ubi † 11. Mart. 1857.

Dlhovszky Laurentius. Natus 13. Aug. 1762. in Zlichó in cottu Trencsin. Theologiam in Generali seminario Budae inchoavit et cum quinto a. Posonii. 1788. terminavit. Cooperatorem egit Stomfae et ab 1789. in Gajar, hinc 3. Jun. 1795. factus est parochus in Széleskút, ubi 1812. visitatio fuit peracta. † 29. Aug. 1842. ibidem.

Dluholuczky Joannes. Theologiam cum tertio a. in seminario s. Stephani 1774. terminavit hinc missus pro cooperatore ad Mellek. 26. Dec. 1775. investitus parochus in Simony, qua cum incorporatus dioecesi Neosoliensi.

Dobay Mathias. Occurrit 1630. licentiatius in Nagy-Ölved, qui interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusdem a. Tirnaviae celebratae.

Dobiás Franciscus. Natus 30. Sept. 1819. in Szered. Theologiam Tirnaviae absolvit et 28. Oct. 1836. ordinatus est. Cooperatorem egit Galanthae et in Divény. 22. Nov. 1844. accepit Lamacs, hinc per cambium cum Ignatio Kleinhans 8. Febr. 1861. transivit pro administratore ad Eözdöghe, ubi † 24. Sept. 1872.

Dobiás Michael. Natus 8. Sept. 1794. Theologiam 1816. absolvit et qua diaconus Nitriae commoratus est, 9. Sept. 1817. ordinatus. Cooperatorem egit Csasztae, ab 1818. in Födemes, et ab 1820. in Ürmény, hinc 12. Sept. 1821. factus parochus in Besse, inde 13. Aug. 1831. transivit ad Tornócz, ubi † 3. Oct. 1852.

Dobicz Andreas. Theologiam in Pázmáneo absolvit et 11. Dec. 1770. pro cooperatore ad

Nagy-Lévárd missus. 1773. factus est parochus in Hosszufalu, hinc 1778. transivit ad Modor, ubi usque 19. Apr. 1788. mansit 4. Dec. ejusdem a. accepit Bazin, ubi una munus VADni in se assumsit. † 19. Apr. 1803.

Dobis Stephanus. Origine Selyensis. 1651. missus fuit Romam studiorum causa. Redux inde factus parochus in Nagy-Kér. 8. Nov. 1664. canonicus Pisoniensis, 6. Apr. 1668. vero Strigon. et ab 17. Apr. ejusdem a. ADnus Neograd. Fuit etiam praepositus Orodienis. 11. Nov. 1678. in castro Bozók occisus a seditiosis jussu Emeric. Balassa.

Dobisz Paulus. Theologiam in seminario Mariano 1803. absolvit Tirnaviae, hinc cooperatore factus est Csztae, inde 1807. primus parochus in neoerecta parochia Dubovae. Eodem a. aedificare curavit exc. consilium loc. reg. domum parochialem ast stramine tectam, quae 18. Jan. 1818. incendio conflagravit. † 6. Mart. 1812. ibidem.

Dobos Georgius. Natus 25. Nov. 1785. Theologiam qua clericus ob defectum aedium extra seminario constitutus 1810. terminavit et 1. Sept. eodem. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Holics, 1813. factus herul. l. b. Pongrácz praefectus in Nádas. 1814. accomodatus est in lyceo AEppali Strig. Tirnaviae logicae metaph. et philosophiae moralis prof. una in semin. s. Steph. studiorum praefectus. 1819. factus parochus in Stepanó, hinc 21. Aug. 1821. transivit ad Péterfalva, ubi 1829. VADnus, 1836. assessor consist. Tirnav., demum 1840. transivit ad Holics. Hinc 12. Maji 1845. factus canonicus Pisonii, ubi usque ad custodiatum promotus † 2. Apr. 1856.

Dobos Michael. Investitus 17. Jun. 1670. licentiatum in Házás-Nénye, ubi usque 1676. operatus est.

Dobriacher, vel Villaco Udalricus Guilielmus. Occurrit ab 1521. usque 1524. parochus Pisoniensis ecclesiae s. Laurentii. Fuit canonicus et decanus capituli ejatis ad s. Martinum. Vir literatus. Ab intestato decedens, capitulum multis molestiis involvit. (Rimely, Capit. Poson. 262.)

Dobrocányi Stephanus. E seminario s. Stephani reg. 26. Mart. 1667. ordinatus. 10. Maji ejusdem a. investitus parochus in Nagy-Rippény et Nyitra-Sárfő. Ibi usque 1670. hic vero usque 1674. operatus est. Imo hoc anno repetita vice investitus. 10. Jun. ejusdem a. investitus est in

Radosna, retento adhuc Sárfő. Ibi et in Radosna usque 1675. laboravit.

Dobronay Franciscus. E seminario generali qua tertiannita 16. Mart. 1710. ordinatus est. 3. Apr. ejusdem a. investitus parochus in Lédecz, hinc 11. Mart. 1713. transivit ad Nádas in Hont. ubi † m. Sept. 1722.

Dobronay Stephanus. Missus 6. Maji 1741. pro cooperatore ad Soós-Hartyán. 20. Jan. 1742. investitus est parochus Bástiensis in cottu Gömör. Hinc 30. Apr. ejusdem a. transivit ad Alsó-Várad, inde vero 1. Febr. 1746. ad Felső-Thur, Illuc 1746. advenerunt mille floreni pro sacris ex fundatione Adami Kellio. Demum 22. Mart. 1752. transivit ad Palást, ubi † 10. Maji 1758.

Dobronyi Michael. Natus 3. Sept. 1807. Pestini. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 30. Sept. 1830. ordinatus est. Cooperatorem egit in Egyház-Karcsa, ab 1832. in Nagy-Maros, ab 1837. Vetero-Budae, hinc 5. Febr. 1845. praesentatus parochus in Visegrád. Inde 24. Jun. 1855. transivit ad Buda-Eörs. † 1. Jan. 1877. ibid.

Dobrovodzky Simon. Natus in Szent-Péter in cottu Pisoniensi. Transacto triennio in Pázmáneó, pro theologia ad alumnatum Budensem transpositus, ubi 10. Nov. 1749. appulit. Qua diaconus jam missus fuit ad capitulum Scepusiense pro capellano, hinc 20. Jan. 1752. ad Szenicz. 29. Oct. ejusdem a. ordinatus. 8. Aug. 1755. investitus est parochus in Szent-István.

Dobsa Emericus. Theologiam Strigonii cum quarto anno 1858. terminavit et qua diaconus exivit. 1. Maji 1859. ordinatus. Ab eo tempore valetudinarius Pisonii. 1860. cooperatorem egit in Nagy-Tapolcsány et 22. Jun. ejusdem a. investitus parochus in Závada, ubi † 3. Nov. 1864.

Dobsa Michael. Natus 28. Dec. 1850. Theologiam in seminario AEppali terminavit Strigonii et 26. Jul. 1874. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ürmény, et Radossócz. Ab 1876. curatus anabaptistarum fuit in Morva-Szent-János. Hinc 7. Nov. 1881. accepit parochiam Búr-Szent-György, inde vero 1887. transivit ad Morva-Szent-János.

Dobsovich Andreas, Antonius. Investitus 16. Jun. 1702. parochus in Veszéle, hinc 7. Maji 1707. transivit ad Závod, inde vero 23. Febr. 1715. ad Morva-Szent-János, ubi † 30. Jul. 1719. Sepultus ad cryptum ecclesia in Szekula. Fuit vir robusto corpore.

Doctorovics Georgius. Occurrit 1686. parochus in Bars-Szent-Kereszt. 1700. fuit canonicus Scepusiensis novissimus et simul parochus ecclesiae collegiatae. Nominatur in visitatione per Joannem Sigray eodem a. peracta.

Dóczi Mathias. Occurrit 1630. Licentiatus in Libád. (Nunc filia ad Kőhidgyarmat.) Interfuit synodo per Petrum Pázmány 4. et 5. Oct. ejusdem a. Tirnaviae celebratae.

Dodek Josephus. Natus 6. Maji 1864. Theologiam in AEppali seminario Strigonii absolvit et 31. Jul. 1887. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kisapáthi, ab 1890. in Selmezbánya. 1891. factus administrator in Vizsoka.

Dojesányi Joannes. Investitus 12. Sept. 1667. parochus Rohóviensis, hinc 3. Nov. 1669. transivit ad Ternye, ubi usque 1671. operatus est.

Dolezal Georgius. Szokolczensis, 1762. susceptus in alumnatum Budensem, Széchényianum. 20. Mart. 1764. missus pro capellano aulico ad comitem Forgács in Gács. Hinc 24. Dec. 1769. investitus parochus in Badin, cum quo incorp. dioec. Neosol.

Dolny Stephanus. E seminario Poseniensi antiquiss. S. Stephani, inde Viennam, demum Romam missus. Ab 1669. usque 1673. parochum egit Samariae. 22. Apr. 1674. canonicus M. E. Strig. Mense Martio 1680. ADnus Honth. 1682. iterum exivit administrare parochiam Somorja. 1685. cantor, 17. Sept. 1687. lector nominatus. Abbas S. Helenae de Földvár. 27. Sept. 1693. praepositus major Strig. et 11. Oct. eodem anno eppus Noviensis. Vicarius generalis. In Dec. 1696. eppus Quinque-eccles. 1699. infula Csanadiensi donatus, quam acceptare noluit, ast 1700. tamen investitus et 27 Jul. 1703. consecratus. † 2. Jun. 1707. Tirnaviae. Aetatis 70. Sepultus in ecclesia S. Jacobi Franciscanorum, qua illorum syndicus. Legavit pro missis 1800 finos, pro seminario s. Stephani 400 finos.

Dologh Antonius. Natus 22. Jul. 1819. Theologiam in seminario s. Stephani absolvit Tyrnaviae. 1843. in instituto presbyterorum morabatur Strig. et 15. Jul. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit Siglisbergae. Ab 1847. administravit Kormossó, hinc 6. Mart. 1850. praesentatus et 3. Oct. investitus in Szent-Antal. 1858. transivit ad Ó-Tura, hinc per cambium cum Ludovico Leindorfer 20. Mart. 1860. transivit administrare Szokolócz, demum 16. Jul. 1862. factus parochus in Ardanócz, ubi † 9. Apr. 1865.

Domaniczky Joannes. 13. Jun. 1705. investitus parochus in Neczpál, hinc eodem a. fungicessavit. 1714. usque 1730. parochus fuit in Felső-Sipék, hinc recessit et absque officio † 20. Maji 1748. in Alsó-Kubin.

Domaniczky Nicolaus. Ex Domanis in cottu Trencsin. Qua alumnus coll. gen. 1727. baccalaureus et 1728. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. 1730. terminavit qua ruber. 25. Nov. 1733. investitus in Alsó-Kubin, hinc 13. Oct. 1759. transivit ad Oszlány, inde demum 12. Maji 1765. ad Privigye, ubi † 29. Maji 1767.

Domaniky Mathias. E cottu Hontensi. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1669. baccalaureus 1670. magister philosophiae. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 22. Mart. 1675. investitus parochus in Tiszolcz, ubi usque 1677. operatus est. 8. Nov. 1678. investitus in parochiam oppidi Szered, ubi usque 1684. mansit. 2. Apr. 1686. investitus in Radosna, hinc 23. Mart. 1690. transivit ad Érsekujvár, demum exhinc 18. Apr. 1691. ad Egerszeg, ubi usque 1697. operatus est.

Dománszky Georgius. Fuit parochus Répásiensis in Scepusio, ubi † 4. Mart. 1741.

Dománszky Joannes. Investitus 5. Aug. 1716. parochus in Gergő, in Scepusio, ubi usque sequentem a. 1717. operatus est.

Dombay Georgius. Investitus 16. Apr. 1705. parochus in Füss, hinc 1. Dec. 1709. transivit ad Szenográd, ubi usque 1724. operatus est.

Dombay Jacobus. Lovcsensis e cottu Bars. Qua alumnus seminarii s. Adalberti 1720. baccalaureus et 1721. magister philosophiae factus. Tertium a. theologiae 1724. absolvit. Diaconus jam 22. Maji 1723. ordinatus. 24. Febr. 1724. investitus parochus in Litava, hinc 7. Aug. 1730. transivit ad Szenográd, ubi 1731. Joannes Ujvendéghy perégit visitationem, in qua de parochia dicit, quod sit 33. annorum. Demum 4. Jun. 1738. ad Turóluka, ubi † 13. Aug. 1739.

Dombay Stephanus. Occurrit 1647. licentiatus in Csered, qui nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. In eodem catalogo etiam qua licentiatus in Egyházás-Bást nominatur.

Dombrini Joannes. Investitus 24. Mart. 1687. licentiatus in Tesmag, nunc filia ad Ipolyság. 12. Jul. 1689. investitus qua talis in Nagyoroszi. Mansit usque 1692.

Dominici Nicolaus. A 30. Dec. 1402. parochus in Szucsán, simul canonicus M. E. Strig.

Fuit eousque parochus s. Nicolai in antiquo Solio. Hanc translationem ipse Bonifacius IX. papa eo ex obtutu fecit, quia amborum beneficiorum proventus aequales erant. Efficientes decem et octo marcas argenti. (Mon. Vat. S. I. T. IV. 493.)

Dominicus. Fuit 1296. parochus de s. Jacobo Budae. Ille fuit unus eorum quibus eppus et capitulum Vesprimiense 1. Aug. ejusdem a. declaravit, quod integram decimam percipiat et synodum AEppi visitare debeat. (Knauz, Mon. Strig. II. 390.)

Dominicus. Fuit 1297. ecclesiae s. Michael de Koachy presbyter, qui, una cum aliis duobus parochis Strig. semet obligavit omni anno quinque marcarum candelas custodi eccl. Strig. praestare. (Knauz, Mon. Strig. II. 397.)

Dominicus. 1332. inter et 1337. sacerdos ecclesiae Sanctae Crucis in ADtu Bars, qui juratus dixit collectoribus census papalis, quod suum beneficium non valeret ultra marcam et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 190.)

Dominicus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Camiani (Camiachin) Komjáth, in ADtu Nitr. qui juratus dixit collectoribus census papalis, quod suum beneficium non valeret ultra tres marcas et solvit sedecim grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 225.)

Dominicus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus in Sop (Szob) qui juravit suum beneficium non valere plus, quam quatuor marcas et solvit 22 grossos collectoribus census papalis. (Mon. Vat. S. I. T. I. 225.)

Dominiki Michael. Investitus est 1677. parochus in Radván, ubi usque 1679. operatus est.

Domonkos Petrus. Investitus 9. Jun. 1691. parochus in Nagy- et Kis-Bény, ubi usque 1710. operatus est.

Domsics Mathias. Natus 12. Aug. 1691. in Körtvélyes in cottu Sopron. (Juxta alios croata Rajkensis ex cottu Moson) 10. Sept. 1715. in clericum susceptus. Philosophiam Budae in alumnatu Széchényiano studuit, ubi 19. Jul. 1717. theses defendit. Expost 10. Oct. ejusdem a. in seminario Szelepcsényiano Tirnaviae appulit pro studio theologico. 23. Sept. 1719. ordinatus. Postea studia prosequatur. 17. Oct. 1720. investitus parochus in Szklabonya, quo 17. Nov. appulit reperiens parochiam bonam, populum obedientem et bene affectum. Hinc 17. Febr. 1721. investitus est in exemtam parochiam Földvár. 1726. trans-

ivit ad dioec. Quinqueecl. et 10. Jan. a. sequentis dimissoriales expeditae sunt. A 6. Aug. 1726. parochus in Tamási, VADnus factus. Sed mox in filiali Iregh novam parochiam erexit. 1728. parochus in Hosszuhetény. 12. Aug. ejusdem a. VADnus Baranyaensis, 17. Sept. similiter ejusdem a. canonicus Quinqueecclesiensis, retenta usque 1730. parochia. 1733. substitutus, 1737. gener. vicarius et 14. Sept. eodem a. custos. 1739. vicariatium deposuit. † 24. Maji 1768. ibidem. (Autobiographia in archivo secreto capit. Quinqueecl. Brüstle, Recensio cleri. II. 654.)

Donay Joannes. Natus 24. Maji 1807. Budae. Theologiae Tirnaviae studuit, 30. Sept. 1830. ordinatus est. Cooperatorem egit in Alsó-Korompa, uno, Strigonii in Aquatica medio, Budae ad s. Annam uno et medio anno, Pestini ad s. Josephum novem mensibus. 16. Oct. 1834. administrator factus in Skiczó, hinc 6. Jul. 1840. parochus factus in Nagy-Szelezsény, 9. Dec. 1845. accepit Köpösd, quam 4. Mart. 1847. resignavit. Pensione donatus unum annum transegit Posenii, subin admin. ecclesiae Zuckermannl et catecheta scholae elem. 1852. succentor penes eccl. coll. Posenii, hinc in pari qualitate 1856. transivit Tirnaviam ubi simul admin. eccl. Paulinorum fuit. 1. Maji 1861. factus parochus in Besse, hinc 17. Mart. 1862. cambialiter transivit ad Lamacs, ubi 2. Apr. ejusdem a. investitus. 30. Mart. 1866. accepit Hradek, ubi 4. Apr. ejusdem a. investitus et usque 25. Mart. 1869. operatus est. 1. Maji 1873. instituto s. Adalberti incorporatus, qua talis † 26. Jul. 1880. Bazinii.

Dopjera Michael. Natus 18. Aug. 1827. in Kúti. Theologiam Strigonii absolvit et 27. Jul. 1857. ordinatus est. Cooperatorem egit in Búr-Szent-Miklós, ab 1871. in Radossócz. Mense Nov. 1875. factus parochus in Csári, hinc m. Febr. 1880. accepit Kúti.

Doroghy Andreas. Investitus 27. Jun. 1753. parochus Barakonyensis, fuit graeci ritus unitus sacerdos uxoratus. † 18. Sept. 1775. ibidem.

Doroghy Joannes. Investitus 15. Dec. 1732. parochus Barakonyensis. Fuit graeci ritus unitus sacerdos. † 28. Mart. 1752. ibidem.

Dotter Joannes. Natus 20. Dec. 1847. Theologiae Strigonii studuit et qua tertiannita 31. Jul. 1871. ordinatus est. Cooperatorem egit in Misérd, hinc 1883. factus est parochus in Hidas.

Dovorányi Valentinus. Fuit 1592. parochus in Bogdány. Successorum nactus 1613.

Döbling Julius. Natus 18. Oct. 1845. Theologiae Strigonii studuit et 25. Oct. 1868. ordinatus est. Cooperatorem egit in Bozók, ab 1869. in Szent-Benedek, ab 1870. in Érsekujvár. Hinc m. Sept. 1874. factus admin. dein parochus in Maria-Nostra, ubi una dir. spir. in domo correct. fuit. 1876. transivit ad Csúz, dein 1886. ad Kencze. Est simul conv. s. Benedicti de juxta Grón conventualis.

Döme Andreas. Natus 14. Apr. 1800. Comaromii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 26. Mart. 1825. ordinatus. Cooperatorem egit in Diószeg uno et medio, in Tallós quinque et in Hidaskürt similiter quinque annis. 8. Jun. 1836. accepit parochiam Vásárút, quam usque 1869. gubernavit. Tunc illam resignavit et Posonium recessit, ubi † 2. Nov. 1880.

Döme Carolus. Theologiae quintennem cursum, qua theologus practicus in seminario generali Posonii 1791. terminavit, hinc Tirnaviae applicationem accepit qua juratus metr. sacrae sedis Strig. et actuarius penes administr. bonorum seminarist. ADioec. Strig. 1794. factus praefectus studiorum in seminario generali Posoniensi. Hinc 11. Apr. 1800. praesentatus parochus Izaensis, ubi usque 11. Dec. 1815. tunc parochiam resignavit, quia ad latus eppi Transilvaniensis a Rudna discessit. 1818. canonicus Posoniensis factus. Qua lector † 22. Maji 1845. Aetatis 79. Jam 2. Mart. 1841. capitale 2400 fl. pro Izaensibus elocavit. Bibliothecam seminario s. Emerici legavit. Fuit vir ab omnibus amatus et distinctus, eruditusque ac literatus. (Uj Magyar Sion. 1886. 102.)

Döme Carolus. Theologiam in seminario Mariano 1819. absolvit. Cooperatorem egit in Vadkert, ab 1822. in Nagy-Oroszi, ab 1824. Budae ad S. Annam. 1827. factus admin. in Uny, hinc 2. Jul. 1829. praesentatus parochus in Püski. † 9. Apr. 1840. ibidem. Fuit cottus Moson, item praed. de Bácsa tabulae judicariae assessor.

Döme Mauritius. Natus 7. Mart. 1825. in Ozora in cottu Trencsin. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 21. Jun. 1848. ordinatus est. Cooperatorem egit Samariae, ab 1849. in Cseklész, 1850. rediit Samariam. 1856. administratura parochiae Nádszeg ei concredita fuit, in quam 1858. investitus est.

Dömötör Gedeon. Natus 13. Jul. 1844. Bu-

dae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit et 2. Aug. 1868. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Magyar, ab 26. Nov. 1869. in Dorogh, ab 16. Aug. 1871. Budae in Tabán et ab 10. Mart. 1874. in arce Budensi ad B. M. V. Assumt. Ubi simul secundarius exhortator, tardius professor relig. supplens in gymnasio reg. cath. universitatis fuit. 7. Sept. 1883. factus simul professor religionis in praeparandia viril. status. 15. Oct. 1890. electus per civitatem Budapestiensem in parochum ad s. Annam in Aquatica.

Drágfy, antea Drahokupil Ferdinandus. Natus 15. Oct. 1813. in Héreg. Studia sua Tirnaviae terminavit et 28. Oct. 1836. ordinatus est. Cooperatorem egit in Patak uno anno, in Nagy-Oroszi decem, in Vámos octo mensibus, in Bajna annis tribus et mensibus decem, ibidem administrator mensibus duobus. Strigonii in l. r. civitate cooperatorem annis sex. Dein administrator in Párkány mensibus quinque. Hinc iterum reversus Strigonium. A 5. Dec. 1850. admin. et a 12. Aug. 1863. investitus parochus in Tarján. Curavit 1859. capellam Rosarii ampliari, 1563. turrim ecclesiae exstrui, qua 80 annos carebat. Ecclesiam ipsam 25. Oct. ejusdem a. Joannes card. Scitovszky consecravit. Post diuturnam infirmitatem † 5. Jul. 1847. ibidem.

Dragovics Martinus. Investitus 12. Febr. 1665. parochus in Oszlány, ubi usque 1667. mansit. 30. Apr. 1669. investitus in Rózsavölgy, hic usque 1682. operatus est.

Drahos Georgius. Sancto-Nicolaensis ex cottu Posoniensi. 14. Nov. 1740. susceptus in alumnum Budensem, Széchényianum. 9. Jun. 1742. pro cooperatore Földvárinum missus, 3. Apr. 1744. investitus parochus in Divény-Ujfalú, ubi usque 14. Jul. ejusdem a. mansit. 25. Nov. 1750. investitus in Felső-Zelle, hinc 27. Aug. 1755. transivit ad Maniga, ubi usque 1756. operatus est.

Drahos Joannes. E seminario s. Stephani 26. Mart. 1667. ordinatus. 10. Maji ejusdem a. investitus parochus in Nádas in cottu Poson. Hinc 28. Apr. 1674. transivit ad Detrekő-Szent-Miklós, ubi usque 1681. operatus est.

Drahos Martinus. Investitus 10. Nov. 1716. parochus in Almás, 8. Maji 1722. investituram accepit pro Gajar.

Drahos Stephanus. Ordinatus 1726. Investitus 21. Apr. 1730. parochus Kameniczensis, hinc 13. Jan. 1731. transivit ad Novák, ibi VADnus

factus et praepositus s. Nicolai. † 2. Apr. 1755.

Draskovics comes Joannes. Natus 16. Nov. 1805. Studia philosophica et juridica partim Pestini partim Zagrabiae, theologiam Tirnaviae et Pestini absolvit. 25. Oct. 1828. ordinatus est. Fuit cooperatore in Szölgyén duobus et medio a. Tum capellanus aulicus apud cardinalem a Rudna, dein archivarius vicarialis Tirnaviae. fere duobus annis. Demum 11. Sept. 1833. praesentatus parochus in Kürth, quam 23. Jan. 1840. resignavit et ad Croatiam recessit, ubi † 14. Jan. 1856.

Draveczy Franciscus. Absolutis Romae theologicis studiis, in patriam reversus, 10. Oct. 1753. investitus est parochus in Almás in cotto Tornensi, ubi usque 1768. operatus est, nam tunc canonicus Scepusiensis factus. 3. Jun. 1772. transivit ad capitulum Strigoniense. 23. Jul. 1773. ADnus Nitr. 14. Nov. 1783. praepositus S. Georgii et ADnus cathedralis. 8. Nov. 1790. custos. † 18. Jun. 1802. Aetatis 76. Vir pius et sanctus. In oppido Szent-Györgymező novum templum et parochi aedes, illius imprimis sumptibus surrexerunt. Amplas fecit legationes xenodochiis et aliis humanis institutionibus. (Memoria Basilicae Strig. 172.) Habet merita in literatura ascetica. (Uj Magyar Sion, 1886. 102.)

Drazsánszky Joannes. Theologiam in seminario generali Tirnaviae 1776. terminavit, hinc factus est cooperatore in Nagy-Salló. Ab 1777. cooperatore et conventualis in Sancto-Benedicto. 21. Aug. 1779. investitus parochus in Szob. Ubi multa circa ecclesiam et parochiam ordinandam, ornandamque laboravit et sincera charitate erga fideles, zeloque pastoralis hanc parochiam rexit. Hinc 21. Apr. 1800. praesentatus parochus in Szent-Benedek. Inde 1817. factus canonicus Posoniensis, item praepositus s. Joannis de Buda. Profectus usque lectoratum. † 6. Jul. 1827.

Drezala Georgius, vide Kolosi.

Dreikovics Joannes. Qua theologus moralista e seminario s. Stephani 13. Sept. 1724. ordinatus. 6. Mart. 1725. investitus parochus in Ardánócz. Cum illius cura nova navis ecclesiae addita. Franciscus Zichy 1731. visitationem ibidem peregit. 1746. nova domus parochialis erecta. † 13. Aug. 1749. ibidem.

Dreikovics Paulus. Uninensis, qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1687. baccalaureus, qua alumnus seminarii s. Stephani 1688. magister

philosophiae. Theologiae studuit in collegio cleri Hung. generali et 18. Dec. 1690. qua quartiannita ordinatus est. Postmodum baccalaureus theologiae proclamatus. 21. Dec. 1691. investitus parochus in Vág-Szerdahely, hinc 6. Apr. 1695. investitus in Pobedin, ubi Emericus Pongrácz, 26. Mart. 1697. peregit visitationem, in qua de parochia notatum, quod 34 annorum sit. Idem visitator sub eodem parochia etiam 1700. peregit visitationem. Tunc de parochia dicit: celebrat frequenter, mornebit melius habentes ut legent aliquod pro ecclesia et anima sua. Conqueritur contra filialistas, quod non praestent praestanda. 1705. et Kuruczones et exercitus germanicus invasit Pobedin spoliavitque ecclesiam. Quidquid obviam fuit, aut spoliatum aut ruinatum. Tunc et matrica deperdita, ideo incoepit novam scribere. Operatus usque m. Maji 1710.

Drevenák Emericus, Ladislaus. Theologiae quinquennem cursum in seminario generali Posonii 1786. terminavit. In sequenti a. accomodationem exspectavit et pro cooperatore ad Búr-Szent-Miklós missus est. 1788. factus parochus in Pritrsd, nunc Ószuszkó. Ubi eodem a. visitatio fuit peracta. Hinc 1790. transivit ad Rohó, hinc 1796. vero ad dioecesim Neosoliensem.

Drezsmítzer Carolus. Natus 13. Oct. 1813. Theologiam Tirnaviae absolvit et 22. Aug. 1837. ordinatus est. Cooperatorem egit in Révfalu mensibus septem, praebendatum Strigonii anno uno. 1840. factus parochus in Püski, ubi † 23. Maji 1874.

Drényi, aut Drien, vel Dryn Andreas. Studuit Olomucii, absolutus casista. 1687. ordinatus. Mense Aprili 1689. investitus parochus in Kis-Terenye, hinc 27. Mart. 1691. transivit ad Pojnik cum Libetbánya. 1692. accepit Szent-Ilona. Hic 1697. visitationem peregit Emericus Pongrácz, qui de parochia dicit, quod sit 35 annorum et quod ibidem per 5 annos 15 lutheranos catholicae ecclesiae lucratus sit. Demum 18. Jun. 1697. transivit ad Komjáth, ubi usque 1706. operatus est.

Drényi, vel Drinyi Paulus, Franciscus. Natus in Diós. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1656. et 1657. baccalaureus et magister philosophiae proclamatus. Theologiam in eodem seminario terminavit et 16. Mart. 1656. ordinatus est. Ab Nov. 1667. parochus in Unin, hinc 21. Oct. 1668. investitus in Felső-Diós, ubi usque 1669. operatus est.

Drietomai Joannes. In seminario s. Stephani tres annos theologiae absolvit et 5. Jun. 1694. ordinatus est. Ab 1696. parochus in Nagy-Hind. Hinc 23. Febr. 1697. transivit ad Kis-Tapolcsány, ubi 1698. hospitale erectum et 1699. matricas scribere incoepit. Operatus est usque 1706.

Drozdeák Aloysius. Natus 1. Jul. 1761. in Valle Minorum. Theologiam in seminario generali cum quinto a. 1786. terminavit. Sequentem a. in domo presbyterorum ad s. Josephum Tirnaviae transegit. Fuit cooperatore in Stomfa, ab 1788. in Sasvár. 12. Sept. 1795. praesentatus parochus in Stepanó. Hinc 1811. transivit ad Egel, ubi † 21. Oct. 1818.

Drozdeák Joannes. Absoluto 1774. tertio a. theologiae in Pázmáneo ordinatus et pro cooperatore Stomfam missus est. 27. Sept. 1777. investitus parochus in Magasfalva. Hinc 11. Maji 1781. praesentam accepit pro Besztercze, ubi † 13. Oct. 1801.

Drozdeák Josephus. Theologiam in Pázmáneo 1779. terminavit. Cooperatorem egit in Cseklész. 1787. factus parochus in Bakabánya, inde 1789. transivit ad Szöllös. Hic operatus est usque obitum. † 29. Mart. 1820. Posenii, apud Misericordianos et 1. Apr. Pracsae ad partem ecclesiae honorifice sepultus est.

Druzsbovics Joannes. Natus 16. Maji 1800. in Apaj in cottu Posen. Philosophiam et theologiam in seminario Mariano 1825. absolvit et 13. Dec. ejusdem a. ordinatus est ac statim ad latus infirmi parochi in Csejkő subsidiarium egit, hinc cooperatore fuit in Ó-Bars septem, subin in Garam-Ujfalu tribus mensibus. Hinc in Nagy-Mánya annis tribus. Posthaec ad desiderium parochi Vajkensis ejus admin. in temporaneis et spiritualibus factus. 1841. investituram in eandem parochiam accepit, imo 1857. eidem licet deprecanti, officium VADni concreditum est. † 12. Nov. 1886.

Dualszky Matthaeus. Natus 1804. Oct. 29. in Radosov. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 30. Sept. 1830. ordinatus est. Cooperatorem egit in Komjánh, ab 1834. in Némcsény, ab 1835. in Aranyos-Maróth, hinc 1. Jun. 1837. praesentatus parochus in Csejkő, ubi 1844. electus in notarium, ab 1854. autem munus surr. VADni, ab 1861. ord. in distr. Levensi gessit. 29. Apr. 1864. transivit ad parochiam Garam-Ujfalu et 24. Maji investitus est. Restauravit sedem parochialem, ornavit ecclesias in matre et

filia. In festo Anuntiationis B. M. V. a. 1870. ad aram celebrans apoplexia tactus † 27. Mart. ejusdem a. Sepultus in coemeterio communitatis.

Dubán Michael. Natus in Osgyán. Qua alumnus seminarii s. Stephani. 1769. magister philosophiae proclamatus. Theologiam 1773. in Pázmáneo terminavit. Hinc cooperatore factus Strigonii in lib. reg. citte. 4. Mart. 1776. investitus parochus in Mohora, ubi statim in primo a. ecclesia extra pagum stans per fures spoliata fuit, idcirco eam firma cinctura muniri curavit. † 6. Dec. 1818. ibidem.

Dubek Georgius. Natus Trencsinii, qua alumnus semin. s. Adalberti 1656. baccalaureus et 1657. magister philosophiae proclamatus. Ad titulum praepositi de Turócz 6. Apr. 1658. ordinatus. 12. Dec. 1673. investitus parochus in Szielnicz et Badin. 1679. successorem nactus est.

Dubina Stephanus. Natus in Kis-Krsztyene in cottu Bars. E seminario s. Stephani 1753. baccalaureus et 1754. magister philosophiae. Theologiae secundum a. 1757. in seminario gen. terminavit. 1. Jun. ejusdem a. missus pro coop. ad Polonka, 9. Sept. 1758. ex Dubina ad Lédecz, hinc vero 2. Jun. 1759. ad Viszkelet. 7. Jul. ejusdem a. investitus parochus in Kis-Krsztyene. Inde 21. Aug. 1767. transivit ad Oszlány, cum qua dioecesi Neosoliensi incorporatus est.

Dubniczay, vel Dubniczky Joannes. Natus Tirnaviae. In ejati universitate 1672. et 1673. baccalaureus et magister philosophiae. 5. Maji 1675. investitus parochus in Zavar, ubi usque 1677. mansit. Annis 1678. et 1679. cooperatorem egit Tirnaviae. 28. Apr. ejusdem a. investitus parochus in Nyitra-Pereszlény, hinc 26. Apr. 1680. transivit ad Istvánfalva, ubi usque 1684. mansit. Ab 1685. in Vistuk. Incoepit eodem a. matricas scribere. Hinc ab 1687. in Rohó. 5. Jun. 1689. secunda vice investitus in Vistuk, ubi † 19. Jun. 1690.

Dubniczay Stephanus. Fuit 1704. parochus in Tepla, qui et Drietoma ac Kostolna administrabat.

Dubniczky Joannes, Bapt. Natus 13. Jul. 1825. Omnia studia Tirnaviae absolvit et 12. Dec. 1848. ordinatus est. Cooperatorem egit in Viténcz, ab 1850. in Ó-Tura, ab 1851. Siglisbergae ab 1852. in Udvard, ab 1853. in Köhidgyarmat, circa finem ejusdem a. ad Nyék missus. 1856.

praesentatus est parochus in Csábrág. Hinc 1859. transivit ad Felső-Vásárd, inde vero 25. Nov. 1864. praesentam accepit pro Ó-Lehota. Hinc 14. Jul. 1873. praesentatus et 5. Aug. ingressus parochiam Moravánka, ubi ejusdem a. 5. Oct. aperta est nova ecclesia, tribus aris et integra instructione provisiva.

Dubnik Martinus. Gajarensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1711. licentiam in philosophia assecutus est. Eodem a. adhuc qua saecularis theologiam frequentavit in eadem universitate. Dein ad seminarium s. Adalberti susceptus. 6. Sept. 1716. investitus parochus in Pernek. 1729. filialis Konyha e matre avulsa et parochia erecta est, in qua 21. Apr. ejusdem a. investitus, relicta priori. Ibi matricas scribere inchoavit. 1731. visitationem peregit Joannes Jelenffy, qui de parcho notavit: Theologiae doctor. Annorum 43. Testimonium ei bonum dederunt. Novum beneficium cursu temporis variis emolumentis melioratum fuit. † 19. Apr. 1732. ibidem.

Dubnik Paulus. Gajarensis. Factus 1682. primus parochus in Szent-István. Matricas 1695. procuravit. In defunctorum ipse primus sic illatus: Ipse, qui comparavit, primus obiit, 1. Febr. 1695. aetatis 42.

Dubnyánszky Mathias. E seminario egressus 6. Dec. 1709. investitus parochus Hodrusbányaensis, hinc 1719. transivit ad Gaidel, ubi eodem a. Paulus Zichy peregit visitationem in qua de parcho dicit, quod sit diligens, et quod catecheses faciat. Operatus est hic usque 1731.

Dubovszky Andreas, Ignatius. E Pázmáneo 1685. ordinatus. 16. Mart. 1686. investitus parochus in Bohunicz. Successorem 3. Jan. 1689. nactus, 12. Apr. 1690. investituram accepit pro Hosszufalva. Hinc jam 3. Sept. ejusdem a. transivit ad Báhony, inde 1602. ad Lancsár. Hic 15. Nov. ejusdem a. vidimari et confirmari curavit per Georgium comitem Erdődy illas collationes agrorum exstirpatoriorum et vinearum, quas 12. Jun. 1639. Gabriel Erdődy ecclesiae dedit. Hujus memoriam in ecclesia chronosticon conservat. 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, in qua de parcho dicit, quod sit annorum 42. Hinc 29. Apr. 1697. transivit ad Turócz-Szent-Péter, ex hinc demum 21. Aug. 1698, accepit Gácsfalu, ubi usque 1703. operatus est.

Dubovszky, vel Dubóczky de Bogdanócz

Georgius. Natus in Bogdanócz unde praedicatum nactus. 1585. ingressus seminariam Tirnaviae, dein Viennae pro studiis missus. 16. Jan. 1594. ordinatus. 1596. ADnus cathedralis et canonicus Jauriensis, 1598. vero Strig. et praepositus de viridi campo S. Georgii, item concionator hung. nationis. 1605. missus est Strigonium ad munus parochi, hinc 1610. rediit et 28. Jul. factus custos. Assessor tabulae regiae. E collatione familiae Drugeth factus praepositus de Vágujhely, qua talis 1611. subscripsit synodo per Franciscum Forgách Tirnaviae celebratae. (Péterffy, Concil. II. 217.) Circa annum 1619. realitates praepositurae adeptus est, harum coordinationis causa ibi commoratus est. Tunc Kosaci regionem devastantes praepositum captivum usque Trebete deduxerunt. 1625. eppus Csanadiensis. 1631. lector 1633. praepositus major, † 1637.

Dubovszky Georgius. Investitus 19. Jun. 1723. parochus in Velsicz, hinc 7. Maji 1740. transivit ad Bars-Szent-Kereszt, ibi VADnus factus. † 17. Aug. 1756. Testamentum ejus praesto est.

Dubovszky Mathias. Occurrit 1657. parochus in Krakován. Eodem a. ibidem Joannes Cherlay visitationem peregit, in qua de parcho sic: potator magnus. Aliquoties ad aquam projectus per officialem domini cancellarii. Templum in exusto statu. Altare chartaceum. Ut melior subveniat status, parochus esset amovendus.

Dubravicz Paulus. Boroviensis e cottu Póson. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1672. et 1673. baccalaureus et magister philosophiae. Mense Majo 1677. investitus parochus in Liptó-Szent-Miklós.

Dubruel Philippus. Investitus 11. Apr. 1692. parochus in Misérd cum Pruck, ubi usque 1694. operatus est.

Duby Georgius, Athanasius. Csáriensis, alumnus seminarii Mariani, 1717. et 1718. factus baccalaureus et magister philosophiae. 29. Maji 1721. investitus parochus Sándorfensis cum filiabus Liszkó, Rozbehi et Biksárd, 1727. conscriptio hujus parochiae peracta. Hinc 24. Apr. 1737. transivit ad Búr-Szent-György. Operatus usque obitum † 22. Febr. 1755. Szakolczae apud Carmelitanos. Aetatis 60.

Duby Josephus. Missus 20. Sept. 1755. pro cooperatore ad Podreccán, hinc jam 20. Nov. ejusdem a. Scepusium. 14. Maji 1762. investitus

parochus in Báhony, ast jam mense Aug. ejusdem a. operari desiit.

Duchkovicz Andreas. Occurrit 1687. parochus in Kelecsén, in Scepusio.

Duchek Joannes, Josephus. Nobilis Munkacsensis, qua alumnus seminarii Mariani 1744. baccalaureus, 1745. magister philosophiae. 16. Maji 1748. missus, pro capellano ad Emericum Török in Podrečsán. 24. Nov. 1749. investitus parochus in Nagy-Bárkány, ubi usque 1754. operatus est. 13. Mart. 1755. cooperator factus Szeredíni, 1767. intravit seminarium deficientium s. Emerici Tirnaviae, † 8. Febr. 1788. Posenii.

Duchon Joannes. Absolutis quatuor a. theologiae in Pázmáneo, factus cooperator in Csejthe. 2. Jan. 1779. praesentatus parochus in Madunicz. Ibidem 1788. visitatio peracta. 22. Febr. 1794. praesentatus et 25. ejusdem a. ingressus parochiam Pöstyén. Hinc 1813. transivit ad Verbó, ubi † 12. Aug. 1824.

Duchon Josephus. Natus 20. Oct. 1794. Theologiam in seminario Mariano terminavit et 12. Aug. 1818. ordinatus est. Cooperatorem egit 1819. in Korompa, ab 1821. in Nagy-Levárd, 1822. aliquo tempore absque officio erat. 1823. in Longovilla, 1824. in Bajna Nitriensi, 1827. in Verbó, 1828. in Uj-Városka cooperator. 1830. iterum absque officio Tyrnaviae morabatur. 1831. iterum cooperator et quidem in Moravánka. Eodem a. factus parochus in Ó-Lehota, hinc 10. Aug. 1840. transivit ad Moravánka, ubi usque 31. Oct. 1859. operatus est, tunc 400 fl. pensione assignata in filiali Banka habitationem fixit, ubi † 13. Jan. 1873.

Duday Michael. Natus 11. Dec. 1839. in Nagy-Tapolcsány. Qua Franciscanus studia philosophica Malaczkae, theologiae vero primum a. Tyrnaviae absolvit. Subin ad ADioecesim susceptus theologiam Strigonii terminavit. 23. Jul. 1865. ordinatus est. Cooperatorem egit in Koros, Sopronya, Szomolán ab 1869. in Szered, ab 1871. in Garamujfalu, 1873. factus est parochus in Felső-Vásárd, hinc 8. Oct. 1884. transivit ad Almás.

Dugovicz Paulus. Investitus 3. Maji 1703. parochus in Rohó, hinc 12. Sept. 1705. transivit ad Gerencsér. Hoc beneficium 1710. resignavit et ingressus est Societatem Jesu.

Duhovicz Joannes. Occurrit 1647. parochus in Maniga in ADtu Nitriensi. Nominatur in conscriptione cleri Georgii Lippay eodem a. facta.

Dulay Gabriel. Natus in Bars-Szent-Kereszt.

Qua alumnus seminarii s. Adalberti 1740. baccalaureus et 1741. magister philosophiae. Qua tertiannita ordinatus et 20. Febr. 1742. pro cooperatore Prividiam missus. 5. Maji 1748. investitus parochus in Radvány, hinc 2. Jul. 1750. transivit ad Koos, ubi † 1. Maji 1760.

Dullay Georgius. Investitus 27. Jan. 1672. parochus in Csataj. Primus parochus post receptionem e manibus acatholicorum. 1673. ecclesia erecta. Operatus usque 1681. tunc parochia conjuncta est cum Sárfd.

Duliczky Franciscus. Investitus 30. Oct. 1680. licentiatus in Závod et Magaspart.

Dulietkó Georgius. Kovacsensis e cottu Bars. Qua saecularis 1675. baccalaureus et 1676. magister philosophiae. Theologiam in seminario s. Stephani absolvit et 24. Sept. 1678. ordinatus est. 22. Mart. 1679. investitus parochus in Nemcsény, hinc 2. Maji 1686. transivit ad Vág-Szent-Kereszt. Demum 14. Nov. 1692. investitus est in Soós-Hartyán, ubi usque 1696. operatus est.

Dungl Franciscus. Absolvens 1763. secundum a. theologiae ordinatus et 8. Apr. ejusdem a. pro cooperatore Papam missus, hinc jam 27. Oct. ejusdem a. transpositus est Sexardinum, inde 2. Jun. 1765. ad Pécsvárad, 23. Jan. 1768. autem Vétéro-Budam, demum 7. Dec. 1771. ad Kéménd. Semper qua cooperator. 11. Febr. 1776. investitus est parochus in Visegrád. Ibidem † 30. Apr. 1779. aetatis 40.

Durányi Andreas, Josephus, Ignatius. 5. Dec. 1720. investitus parochus in Prencsfalu, 1731. peregit hic visitationem Joannes Ujvendéghy, qui de parocho dicit, quod sit 35. annor. Hinc 23. Dec. 1732. transivit ad Garam-Ujfalu, inde vero 18. Dec. 1735. ad Bakabánya. Hinc 1745. factus est parochus in Némethi in cottu Hont, ubi † 26. Maji 1750.

Durguth Josephus. Natus 14. Jan. 1790. in Úrmény. Studia philosophica in academia Posen. a. secundum repetiit Tyrnaviae, theologica Pestini absolvit. AA. LL. et Phil. item ss. Theol. Doctor factus. 11. Nov. 1812. ordinatus. Finito cursu theologico ab 1811. usque 1813. herulorum praefectum egit in domo Rudolphi Bocskay in Bori. Tunc factus cooperator in Sellye. Ab 1814. studiorum praefectus in Pázmáneo. 1820. cerimonarius tum archivarius in aula primatiali. 24. Apr. 1825. parochus factus oppidi Sellye, una VADnus et assessor s. sedis Tirnaviensis. Sub ejus gu-

bernio antiqua ecclesia diruta, moderna aedificata. 2. Jun. 1845. canonicus Strig. installatus ac simul rector instituti presbyterorum. 1853. abbas s. Georgii de Kolocza. Canonicus poenitentiariorum, 1855. ADnus Hont. Ab 1859. usque 1861. vicarius et auditor causarum Tirnaviae, ab 1864. idem Strig. 1865. eppus suffr. consecratus. Post mortem Joannis card. Scitovszky ab 1866. vicarius capitularis. 24. Maji 1867. iterum vicarius AEppalis. 1869. praepositus major. Fuit etiam summi pontificis praelatus domesticus. † 10. Nov. 1872.

Duresányi Nicolaus. E seminario s. Adalberti ad titulum Emerici Pongrácz 1701. ordinatus. 10. Apr. 1713. investitus parochus oppidi Szlécs, 1732. peracta fuit per Joannem Ujvendéghy visitatio, in qua dicitur de parochio, quod sit 55 annor. Hinc 1740. ad quietem recessit et † 24. Oct. 1745. in Znió-Váralja.

Duris, vel Juris Laurentius. Occurrit 1610. et 1612. parochus in Kápolna, contra quem his annis actio fiscalis sedis spiritualis fuit mota. (Ex actis hujus sedis vol. X. 335. et de 22. Mart. 1612. 421.)

Dusanics Andreas. Qui ipso festo s. Martini, 11. Nov. 1667. parochiam Szuhaensem regendam suscepit. Huic, pro tunc ibidem residens Ferdinandus comes Pálffy eppus Csanádiensis, successive Agriensis, adeo addictus erat, ut parochio absente natas proles ipse baptisaret, aut per capellanum suum aulicum, Nicolaum Dorich, canonicum Agriensem baptisari curaret. Eppus agente parochio multa beneficia ecclesiae, curionique contulit. Sic accepit ecclesia duas vineas in promontorio Alsó-Diónsensi, uti visitatio de a. 1673. per ipsum Ferdinandum Pálffy peracta refert. Matricas et rationes ecclesiae in ordine scripsit usque † 13. Oct. 1678. ibidem.

Duschek Joannes. Natus 10. Dec. 1838. Theologiae quartum a. in Pázmáneó absolvens 24. Febr. 1862. ordinatus est. Cooperatorem egit Schemniczii, Pestini ad s. Josephum usque 1867. Ab 1876. curatus anabaptistarum in Nagylévárd. 9. Maji 1878. obtinuit parochiam Tardos.

Duschek Joannes, vide Ducsek.

Dvoracek Carolus, Josephus. Investitus 12. Sept. 1721. parochus Kosensis, hinc 30. Sept. 1723.

investitus Grinaviensis, ubi in conscriptione eodem a. peracta de ipso sic habetur: «Annorum 34. in cura animarum 10. Catechizare incoepit sed prosequi non potuit, conciones tamen catecheticas format. Fama etiam apud vicinos est prostitutus.» Operatus est usque 1726.

Dvorák Julianus. Ex abolito ordine s. Pauli primi eremitaie. 1. Sept. 1787. primus capellanus localis in Nagy-Lóth, hinc 25. Aug. 1795. exhortator gymnasii Tirnaviensis. 1807. pensione donatus. † 8. Jun. 1826. ibidem. Fuit AA. LL. et philosophiae doctor.

Dvorák Michael. Post absolutum tertium a. theologiae in seminario s. Stephani 1773. ordinatus et pro cooperatore ad Garam-Szent-Benedek missus, ubi simul conventualis factus. 3. Apr. 1775. investitus parochus in Füzes-Gyarmat. Sub ipso visitatio Batthyányiana fuit peracta. † 19. Dec. 1782. incidente in dominica tertia adventus, intra missarum solemniam apoplexia tactus corruit et extinctus est.

Dvorán Martinus. Theologiae quadriennem cursum in seminario AEppali Posonii 1794. terminavit. Cooperatorem egit in Csejtha, ab 1795. Konyhae, ab 1796. Bazinii. Hinc 1805. factus est parochus in Horvátgurab, 1. Jan. 1822. transivit ad Bazin. Ibidem VADnus factus. 28. Dec. 1846. resignavit parochiam, et ad quietem recessit. † 29. Febr. 1847. Aetatis 78.

Dzian, etiam Darányi Antonius. Qua theologiae speculativus e Pázmáneó 1729. ordinatus et 24. Sept. ejusdem a. investitus parochus in Horvát-Gurab, ubi 1731. visitationem peregit Joannes Jelenffy, qui de parochio dicit, quod sit 31 annorum. Et adjicit: Laudatur a suis a singulari diligentia et zelo. Hinc m. Jan. 1739. transivit ad Felső-Dió. Hic moribus taliter mutatus, ut m. Mart. 1751. ob excessus Georgius comes Erdődy ipsius amotionem petiit et revera jam m. Apr. abivit.

Dzián Michael. 24. Maji 1766. missus est pro cooperatore ad Csermend. Hinc 27. Febr. 1769. missus est ad Scepusium cum praesentia excelsae camerae, pro parochia Teplicensi per vicarium Scepusiensem investiendus. 19. Aug. 1770. investitus in Bodafalva, ubi isto tantum a. functus est.

E.

Ebedeczky Laurentius. Fuit parochus in Prasicz. 4. et 5. Oct. 1630. interfuit synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. In visitatione 1634. Joannes Solnensis ADnus Nitr. de illo sic. Is sine meo scitu dereliquit parochiam et contulit se ad ADtum Barsiensem. Abstulit multas columbas parochiales cum cophinis earum. Hic presbyter, antequam factus sum ADnus Nitr. Hostium visitabat declinando ad cujusdam sculteti domum, ambians filiam suam sibi pro concubina. Ubi reperientes quidam milites bene nervo exceperunt presbyterum. Eodem anno successorem nactus.

Ében, antea **Káplár Michael.** Natus 18. Sept. 1842. Theologiam in collegio germanico-hungarico Romae absolvit et 6. Jul. 1868. ordinatus est. Ibidem doctor ss. Theologiae promotus. Roma reversus 1870. cooperatur Strigonii in citte aquatica. Hoc tempore nomen mutavit. Ab 1871. philosophiae et historiae professor in semin. s. Steph. ibidem. 1873. educator herul. apud principem Odescalchi, Posonii. 1875. factus parochus in Ipolyszécsényke. Eodem adhuc anno factus educator herulor. Eduardi com. Károlyi. Tirnaviae, dein Coloczae. Transivit ad dioecesim Vaciensem et factus parochus in Mágocs. Habet merita literaria. (Uj Magy. Sion. 1886. 105.)

Eberhard Mathias. Occurrit 1574. parochus in Selmezbánya. Eodem a. hospitale ad portam inferiorem ex templo quondam monialium exstructum.

Eberling Josephus. Natus 11. Jun. 1810. Budae in citte Aquatica. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit et 28. Dec. 1832. ordinatus est. Cooperatorem egit Vetero-Budae. Ab 1837. Comaromii, ab 1838. Neo-Budae, ab 1843. Budae in aquatica et 11. Nov. eodem adhuc a. in parochum Neo-Budensem electus est. Abhinc 2. Maji 1864. electus et 12. ejusdem investitus parochus Budae arcensis. In ejus ecclesia peracta fuit 6. Jun. 1867. coronatio regis Francisci Josephi I. — 2. Nov. 1867. resignavit parochiam et ad proprias domos recessit primo Budam, dein Pestinum, ubi † 21. Nov. 1886.

Ébert Andreas. Natus 9. Apr. 1825. Pestini. Philosophiae et theologiae Tirnaviae in seminario s. Stephani studuit. 21. Jun. 1848. ordinatus est. Cooperatorem egit in Zeliz, in annum secundum,

hinc 1849. ad Dorogh missus est. 1. Nov. 1863. factus admin. in Leányvár, 16. Apr. 1864. ibidem investitus est parochus. Ab 1880. VAD. et schol. el. inspector in distr. Strig.

Eckler Josephus. E seminario AEppali Posoniensi qua tertiani theologus 1798. ordinatus et pro cooperatore ad Alsó-Pél missus. 1801. transivit ad Búr-Szent-Miklós. 1. Apr. 1803. praesentatus capellanus localis in Nyitra-Pásztó. 8. Apr. 1806. accepit parochiam Alsó-Récsény. Inde 1818. transivit ad Nagy-Rippény, ubi † 27. Jul. 1819.

Ecsedy Julius. Natus 26. Maji 1860. Theologiam Strigonii absolvens 24. Apr. 1884. ordinatus est. Cooperatorem egit in Hédervár. 1889. factus administrator, mox parochus in Zámoly.

Écsy Joannes. Investitus 20. Nov. 1705. parochus in Ottóvölgy, ubi tantum usque 29. ejusdem m. et a. operatus est.

Eczeth Benedictus. Natus 10. Mart. 1783. Theologiam in seminario s. Stephani absolvit et 22. Aug. 1808. ordinatus est. Cooperatorem egit in Koros, ab 1811. in Nagy-Tapolcsány, hinc 28. Aug. 1819. factus parochus in Zavada, ubi usque 1861. operatus est. Ob senium ad quietem recessit et Zavadae victitavit, ubi † 1. Mart. 1866.

Eczet Simeon. Occasione visitationis 1634. in Prasicz per Joannem Solnensem peractae illuc pro parochi missus.

Edenhoffer Georgius. 1735. natus. Humaniores scholas exstante adhuc Societate J. docuit: Comaromii, Albae, Posonii, Soproniis. Per annos tres egit in convictu regio Tyrnaviensi praefectum herulorum, quibuscum omnes partes philosophiae repetiit. Inde translatus ad universitatem Tyrnaviensem in qua philosophiae doctor creatus, atque matheseos professor constitutus est. Quam etiam maxima cum sui commendatione usque ad dissolutionem Societatis copiosis auditoribus praelegit. 1773. Dec. 6. pensione provisos. Quia vero nec ea otiose frui, nec egregia talenta sua, quoad curam animarum sepelire voluit, pro cura animarum se obtulit, et pro cooperatore L. Reg. Cittis Pestiensis dispositus est. Conciones insigniter elaboratas et quasdam typo dignas summo cum plausu ad copiosissimos auditores dixit. Spectatis his et ad publicam notorietatem cognitis meritis, amplissimus magistratus L. R. Cittis Pestiensis, occasione

divisionis parochiarum, eidem praesentam pro parochia suburbii Theresiani 30. Sept. 1777. detulit, quam in annum vigesimum zelozissime administravit, ast fractis viribus eandem 27. Jun. 1797. resignavit, ac ab ea m. Jan. 1798. recessit. † 11. Sept. 1819. Quinqueecclesiis.

Edényi Martinus. Natus 15. Nov. 1819. in Bánhida in cottu Comárom. Philosophiam et theologiam Tirnaviae terminavit et 18. Jul. 1844. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vásárút, mox in Dunaszerdahely. 1. Jun. 1848. administrator constitutus in Alistál, ubi 3. Oct. ejusdem a. investitus est. 20. Dec. 1872. transivit ad Bajta. † 9. Mart. 1887. ibidem.

Egeghi Stephanus. Investitus 17. Jun. 1670. licentiatius in Tölgyes, ubi usque 1677. functus est.

Egel Andreas. Natus 18. Nov. 1834. in Nagy-Lévárd. Theologiam Strigonii absolvit et 29. Jul. 1860. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Lévárd, ubi 1865. curator anabaptistarum factus. 24. Nov. 1870. denominatus parochus in Széleskút.

Egenolf Stephanus. Investitus 20. Oct. 1748. parochus Handlovaensis, ubi usque 1750. operatus est. Dein fuit usque 1764. parochus in Holomicz. Hinc cooperator factus Igloviae, ubi † 29. Jan. 1769.

Egersperg Carolus, Antonius. Poseniensis, 4. Nov. 1731. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 6. Maji 1733. ad curam animarum missus. 17. Aug. ejusdem a. investitus parochus in Dömös. Jam 13. Sept. ejusdem a. accepit Verebély. 1745. ecclesia exusta, campanae conflata. Hic operatus est usque 1754. Dein ad capitulum Scepusiense promotus.

Egerszeghy Joannes. E seminario Szelepcsényiano baccalaureus formatus. 1750. ordinatus et 6. Dec. ejusdem a. pro cooperatore Samariam missus, ubi solummodo per tres menses operatus est, nam 18. Mart. 1751. investitus parochus in Nagy-Paka, ubi 1755. Joannes Galgóczy visitationem peregit in qua de parochia: Annor. 30. commendat se superioritati. Jussus catecheses reassumere. 17. Jun. 1757. transivit ad Egyházzelle, ubi † 25. Oct. 1773.

Egin Mathias. Ab Ehing in Svevia ad Danubium. 1640. factus parochus in Cseszte. Illo parochia existente evenit 16. Jul. 1644. quod igne de coelo sereno incendium fuit exortum. † 2. Jul. 1646. ibid. Sepultus in eccl. parochiali ad cornu evangelii in choro extra sacristiam.

Egri Benedictus. Occurrit 1647. licentiatius in Karva.

Egri Ignatius. Qua tertii anni theologus e Pázmáneo ordinatus 1779. et pro cooperatore in Börsöny missus, hinc 1781. transivit ad Selmezbánya. Mense Majo 1783. factus parochus in Grinád. In filia Limpach vi intimati de 10. Jul. 1788. schola mixta erigebatur sub Iudirectore acatholico. In hoc negotio multas habuit fatalitates. 21. Dec. 1790. praesentatus pro Vistuk, ubi † 12. Maji 1796.

Egyed Franciscus. Transilvanus Kolosvárensis. Fuit congregationis de fide propaganda presbyter. Investitus 1. Jun. 1677. parochus in Tallos. Hinc 4. Febr. 1680. transivit ad Cseklész, inde 5. Febr. 1685. investitus in parochiam Hédervár, ast non fuit acceptatus.

Egyed Franciscus. Ex abolito ordine s. Pauli primi erem. ad ADioecesim susceptus, 28. Jun. 1787. investitus capellanus localis in Keszegfalva, quam 13. Jan. 1793. resignavit. Pensione donatus victitavit in Érsekujvár. † 9. Jul. ejusdem a. ibidem.

Egyed Josephus. Cursum quatuorenem theologiae in seminario Poseniensi 1796. terminavit. Cooperatorem egit ibidem in Blumenthal, ab 1798. Bazinii. 25. Aug. 1802. factus parochus in Grinád. Hinc 25. Nov. 1813. transivit ad Sárff. 14. Apr. 1828. factus parochus in Vistuk, ubi † 6. Apr. 1849. Aetatis 77.

Egyházy Adamus. Natus 9. Apr. 1764. in Szempcz. Theologiam quinquennem in seminario generali Posenii 1788. terminavit. Cooperatorem egit in Vásárút, ab 1791. in Lekér. 10. Jan. 1796. factus est capellanus localis in Vámos-Mikola. 1810. ibidem parochus. † 25. Nov. 1843. Populum germanicae labii ad hungaricam traduxit linguam.

Egyházi Joannes. A mense Febr. 1739. usque m. Maji 1741. qua administrator applicatus fuit in Ivánka. Quod beneficium dein 6. Jun. 1742. obtinuit et usque 1750. tenuit.

Ehl Joannes. Natus 26. Nov. 1816. Theologiam in seminario s. Stephani Tirnaviae 1840. absolvit. Annum sequentem in instituto presbyterorum Strig. transegit et 23. Maji 1841. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Jác, ab 1843. in Ó-Tura. 29. Aug. 1845. investitus parochus in Koros. † 28. Maji 1850.

Ehrenguber Victor. Natus 31. Aug. 1844.

Theologiam in Pázmáneo terminans 25. Jul. 1869. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vedrőd, ab 1870. Budapestini ad s. Josephum. 1877. parochus factus in Nadlány.

Ekkel Georgius. Occurrit 1624. parochus Nahácsensis, qui hoc a. commissionem accepit testes examinandi. Georgius Draskovics in visitatione 1634. de ipso, tunc parochus Báhyonsi notavit. «Jam a multis annis egit hic parochum et ipse Bahonyensis. Senex et valetudinarius. Vir alioquin probus, nisi concubinam, quam repudiare coactus fuerat, ad se recepisset. Graviter objuratus ajebat, nunc oeconomam saltem agere. Illud certum utrumque senectute et morbis opprimi, nec tamen sub eodem tecto habitare debere.»

Ekker Josephus. Natus 18. Mart. 1846. Theologiam in antiquiss. semin. absolvit Strigonii et 31. Jul. 1871. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ekecs. 1876. factus inter. admin. ab 1877. parochus in Bácsa.

Elefánthy Michael. Quatuor annos theologiae in seminario generali Pestiensis 1815. terminavit. Cooperatorem egit in Tölgyes, ab 1818. in Kéménd. 15. Oct. 1828. factus parochus in Üzbégh, ubi † 17. Mart. 1840. Fuit cottus Strig. tabulae jud. assessor.

Elefánti Andreas. 8. Maji 1667. investitus est licentiatus in Tölgyes et Kiskeszi, ubi usque 1669. mansit.

Elias. (Helias) Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos Omnium Sanct. de Visaki (nunc Ujlak) juratus dixit non valere plus suum beneficium quam tres fertones, solvit quatuor Grossos et medium. (Mon. Vat. S. I. T. I. 186.)

Emericus. Occurrit 1319. parochus Posonii ecclesiae s. Martini, ejusdemque canonicus etiam adhuc 1327.

Emericus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Omnibus SS. de Solio (Szelecz) qui juravit beneficium suum non valere ultra octo marcas (Theiner, Mon. Hung. I. 573.)

Emericus. Occurrit 1446. parochus in Duna-Szerdahely. (Knauz, Országos tanács 37. l.)

Emericus. Occurrit 1473. parochus de Jllka, nunc Jóka. (In tabulario familiae Bucsházy.)

Emericus. Occurrit 1480. parochus ecclesiae s. Petri mart. Budae. Nominatur in actis controversiarum parochorum Budensium. (Schier, Buda Sacra 69. — Item in archivo vet. primat. nro. 46.)

Emericus. 1519. plebanus in Késmark, sol-

vit decimas papales 3 f. (Wagner, Analecta Scepus. II. 196.)

Emericus. 1519. pleb. in Waldorf in distr. inf. Poprad. solvit decimas papales 1 f. 42. (Wagner, Analecta Scepus. II. 196.)

Emericus. Occurrit 1560. parochus in Ivánkafalva, de quo visitator ejusdem a. Michael Szegedinus refert: Senex, bonus sed uxoratus, in quo patrio more se defendit, dicit enim, non c... us sed adjutorii suae senectutis ac familiae gratia illam fovere. Interdum regula fallit, nam et senes nonnunquam furiunt, nec sunt tam frigidi, quin ad ignem non calefiant.

Emericus. Accepit 1562. parochiam Chatay (Csata) de quo in visitatione Olahiana eodem a. peracta notatum est. Nunc primum Tirnavia eo venit. Populum habet catholicum. Administrat simul Gurab et Sárfo.

Eméry, antea **Emmer Stephanus.** Natus 12. Aug. 1836. Theologiae quatuor annos Strigonii terminavit et 27. Jul. 1859. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nádas, hinc 1860. catecheta factus in gymnasio Schemnicziensi, ubi 1861. directoratum supplevit. 1862. in qualitate catechetae translatus ad gymn. Poseniense. 1863. accepit administrandam Nagy-Fajkürth. Hinc 20. Nov. 1864. transivit ad Jászfalu, 1. Nov. 1865. autem ad Óhaj. Semper qua administrator, ubi † 8. Jun. 1874.

Emottelhus. Occurrit 1332. inter et 1337. parochus in Prividia, qui juratus edixit collectoribus census papalis, non valere suum beneficium ultra marcam cum fertone et solvit septem grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 183.)

Emilianus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos ecclesiae Beatae Virginis de Litovia (Liptó-Szent-Márton) qui coram collectoribus census papalis dixit, quod beneficium suum non valeret ultra decem marcas et solvit unam marcam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 189.)

Emmer Stephanus, vide **Eméry.**

Endres Thomas. Fuit ab 1696. usque 1697. parochus in Misérd.

Endrődy Antonius. Ex instituto presbyterorum 1824. missus est pro cooperatore ad Nagy-Salló, hinc 1829. transivit ad Lédecz, ubi simul sed. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor. 1831. factus est parochus in Czétny. † 29. Sept. 1848. ibid.

Endrődy Josephus. Natus in Érsekujvár. In

universitate Tirnaviensi 1744. et 1745. factus baccalaureus et magister philosophiae. Triennem theologicum cursum in coll. generali cleri Hung. 1748. absolvit. 17. Apr. 1754. investitus parochus in Muzsla. Homo insignis, novem super orbem suum induxit solem, Et quae per fratrem suum, in officio antecessorem, neglecta erant restituit. Distinctas matricas ducere coepit. Effecit, legato fundo, ut perpetua, diu noctuque aleretur lampas coram sanctissimo. 1767. de statu ecclesiae informatio fuit confecta. † 20. Dec. 1796. ibid.

Endrődy Paulus. Investitus 26. Jul. 1726. parochus in Csicsó, hinc 10. Apr. 1731. transivit ad Nagy-Endrőd. 29. Jun. 1733. itum fuit ex Nagy-Endrőd cum processione ad Kis-Endrődensem ecclesiam antiquam, cum sanctuario antiquo, occupatam, ut cultui B. M. V. dedicetur et parochus Nagy-Endrődénsi assignetur. Praedicanti Emerico Ráczkevi se studio absentanti, inhibito coram populo facta est, ut se e parochiali aede auferat. 25. Aug. 1735. contractum inivit cum filialistis in Bajka respectu neglectis praestationibus parochus judicialiter adjudicatis. Talem et 20. Jun 1736. cum Georgio Litassy inivit. Hinc 26. Apr. 1742. transivit ad Muzsla, hinc 1753. ad capitulum Poson. promotus successorem habuit proprium fratrem. Abbas de monte s. Mariae. Canonicatum 1764. resignavit. † 14. Jan. 1770. in Néver.

Engelbert Martinus. Igloviensis. In universitate Tirnaviensi, qua alumnus coll. gen. cleri Hung. 1730. defendit universam philosophiam. 24. Oct. 1749. investitus parochus in Lőcse. Factus abbas B. M. V. de Monostor. † 5. Nov. 1774. in Lőcse.

Engelmayer de Engelsperg Samuel. Selmezbányaensis. Qua alumnus seminarii Mariani 1728. baccalaureus et 1729. magister philosophiae. Theologiae secundum a. 1731. terminavit. 21. Aug. 1732. investitus parochus in Alistál. Ex mandato consilii regii de 4. Maji 1732. parochia haec e manibus acatholicorum occupata fuit et primus parochus introductus, de cujus sufficienti provisione 5. Jul. 1733. idem cons. informationem petiit, idcirco e cassa parochorum subsidium nactus. Ibidem usque 18. Aug. 1734. occupatus fuit.

Eörmezey Georgius, Joannes. Eörmezőensis, ex cottu Zemplén, 3. Nov. 1733. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 10. Oct. 1735. investitus parochus in Komjáth. Tunc erigebatur crypta pro familia Forgách. Exstitit ad-

huc alia ecclesia dissita ss. aa. Petri et Pauli. † 1. Nov. 1750.

Epölyi Franciscus. Natus 1. Oct. 1854. Theologiam in Pázmáneo terminavit et 16. Aug. 1879. ordinatus est. Cooperatorem egit in Perbete. 1886. factus est administrator in spiritualibus penes parochum Ignatium Buda, in Nagy-Kálna, 1887. vero investitus parochus.

Erczl Andreas, Franciscus. Natus Neosolii. 1719. et 1720. promotus baccalaureus et magister philosophia, qua alumnus seminarii s. Mariae in quo tertium annum theologiae absolvens 13. Mart. 1723. ordinatus est. 22. Apr. 1724. investitus parochus Pergensis, (Jánoshegy) † 2. Sept. 1764. Cum in testamento suo fundi dioecesiani nullam fecit mentionem, vicarius Berthold vigore statuti per ADioecesim promulgati, talia testamenta annullantis, illud pro invigoro 15. Sept. 1764. declaravit et pecuniam omnem ad offic. vicariale administrari jussit.

Erdélyi Franciscus. 25. Mart. 1681. investitus parochus in Stepanó. Ecclesia 1697. funditus erecta sumtibus communitatis et elemosynis, honoribus s. Catharinae dicata. Sed quia tantum 7. org. longa et 3. lata, insufficiens fuit capiendo populo. Hic usque 1702. operatus est.

Erdélyi Georgius. Investitus 15. Dec. 1717. licentiatus in Tóth-Szent-András, in cottu Tornensi.

Erdélyi Ignatius. Natus 8. Febr. 1828. in Zsigárd. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit et 12. Mart. 1854. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vadkert. A mense Sept. 1856. usque 1. Nov. ejusdem a. interimiter administravit in Csesztve, dein iterum redivit ad pristinam stationem in Vadkert. 1859. accepit ab ordinariatu dimissionem et intravit congregationem Lazaristarum. Novitiatu biennali Parisiis transacto Chinam pro missionario profectus, ubi † 15. Aug. 1885. (Uj Magyar Sion, 1886. 687.)

Erdélyi Josephus. Fuit a mense Nov. 1708. usque 27. Jan. 1709. parochus in Vedrőd, tunc investitus parochus in Galántha, ubi usque 1710. operatus est.

Erdélyi Josephus. Theologiae quadriennem cursum in Pázmáneo 1805. consummavit. Cooperatorem egit in Szklabonya. 5. Jan. 1806. factus admin. in Kékkő. Hinc m. Jul. 1806. factus parochus in Csötörtök. Beneficium hoc 1833. resignavit et instituti emer. parochorum aggregatus.

† 19. Jun. 1842. Tirnaviae. Aetatis 60. Fuit sed. praed. AEpallium de Vajka et Érseklél tab. jud. assessor.

Erdélyi Stephanus. Investitus 27. Jun. 1670. licentiatus in Tesmag. 1678. vero fuit accomodatus in Ipolyságh.

Erdélyi Stephanus. Natus Nitriae. E collegio gen. 1698. baccalaureus 1699. magister philosophiae. Theologiae tres annos qua ruber 1701. absolvit, 18. Nov. 1710. investitus in praeposituralem parochiam Novákensem. Hunc, Innocentius XIII. eo quod percusserit famulum suum ense loco baculi, suspensum, 1722. absolvit. Fuit usque 1714. ibidem, 3. Mart. 1723. investitus parochus oppidi Ó-Tura. Hinc 20. Mart. 1727. investitus in Szomolány. ast jam 27. Nov. ejusdem a. transivit ad Detrekő-Szent-Miklós. Ibidem 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem qui de parocho sic: Annor. 53. Parochiani omnes, unanimi voto testimonium ei bonum cum laude dederunt, quod etiam visitator experimento proprio recognoscit. Et decor ecclesiae, ac juventutis zelosa et apostolica instructio testantur, futura pro commendatione boni pastoris. Inde 1. Jun. 1737. accepit, qua primus parochus Detrekő-Szent-Péter, quae prius filialis ad Szent-Miklós erat. Ibi incepit matricas scribere. † 5. Maji 1743. ibidem. Jam vita comite et ope testamenti plures fecit fundationes.

Erdők Josephus. E seminario generali 22. Nov. 1764. missus pro cooperatore ad Szent-György. 1. Dec. 1766. investitus parochus in Zohor. Hinc 12. Jul. 1781. praesentatus pro Laab per Leopoldum com. Pálffy. Ibid † 23. Jan. 1786.

Erem, vel Öröm Michael. 14. Mart. 1753. missus Cremnicium qua primus capellanus slavus loco Franciscanorum. 15. Oct. 1757. investitus sine praesenta parochus in Felső-Kamenecz. Cum parochia incorporatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Ergang Andreas. Tusinensis, ex cottu Nitr. 2. Nov. 1736. venit ex Emericano pro philosophia in alumnatum Budensem Széchényianum. 29. Apr. 1750. investitus parochus in Tiszolcz, in cottu Gömör. † 18. Maji 1762. ibidem. Inventarium massae posthumae praesto est.

Erhardt Emericus. Natus 9. Sept. 1823. Jaurini. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 15. Jan. 1847. ordinatus est. Cooperatorem egit in Diószeg. Hinc 1852. factus admin. in Kajal, qua talis 1854. ingressus est societatem

Jesu, quam 1856. ob debilem constitutionem corporis deserere coactus, ad dioec. reversus, missus est pro cooperatore ad Szomor. Inde subsidarium, postmodum a 28. Aug. 1856. administratorem agendo in Tardos. 1. Oct. ejusdem a. praesentam accepit pro Nagy-Bajcs, quam 25. Apr. 1861. resignavit et pensione donatus ad privatam vitam semet retraxit. 1868. factus admin. in Érseklél. Retenta hac administratura ab 23. Aug. 1890. instituto s. Adalberti aggregatus.

Erhart Victor. Natus 12. Jan. 1849. Theologiae quatuor a. in Pázmáneó 1871. terminavit 19. Jul. 1872. ordinatus est. Cooperatorem egit in Drégely-Palánk, ubi ab 1881. admin. in spiritualibus Rudolphi Simonyi factus. 10. Maji 1883. accepit parochiam Óvár. Hinc 1888. transivit ad Karancsságh. Notarius district. Szécsényensis.

Ernyei Colomannus. Natus 14. Dec. 1846. Theologiam in seminario centrali Pestiensis 1869. absolvit. 3. Jan. 1870. ordinatus est. Cooperatorem egit in Lédecz, Majthény, 1876. accepit parochiam in Keresztúr.

Ernyey Gabriel. Theologiam cum quinto a. in seminario generali Budensi 1783. terminavit. Dein factus est praefectus studiorum in eodem seminario et post translationem hujus etiam Posonii. Mense Oct. 1785. factus parochus in Nagy-Emőke. 3. Dec. ejusdem a. petiit cooperatorem erga 90 fl. per compossessores resolvenda. 1789. ecclesiam reparare curavit. Mense Aprili 1797. accepit parochiam Vágsellye, ubi † 8. Jun. 1800.

Ernyei Ludovicus. Natus 25. Aug. 1854. Theologiam absolvens 21. Sept. 1877. ordinatus est. Cooperatorem egit Strig. in citte aquatica, ubi una professor suppl. in instit. praepar. ad magist. schol. elem. fuit. 1880. factus exhortator in gymnasio maj. AEpalli Tirnaviae, una prof. l. hung. atque hist. univers. 1883. redactionem pagellae «Népnevelő» in se assumpsit. 21. Sept. 1883. installatus parochus in Nagy-Senquicz. Hinc 1887. electus est parochus reg. cittis Modor.

Ernyő Andreas. Theologiae triennem cursum in seminario s. Stephani absolvit. 19. Jun. 1711. investitus parochus in Ürmény, ubi 31. Maji 1718. positus fuit primarius lapis per Lad. Szörényi can. Nitr. in hon. S. Ladislai, per Lad. Hunyadi aedificandae ecclesiae. Mense martio 1732. Franciscus Zichy peregit visitationem, in qua de parocho sic habetur: Presbyter 21. annorum, hic toto tempore. 31. Mart. 1734. investitus

parochus Papaensis. Ubi iterum praesens fuit in solemnitatibus depositionis primarii lapidis et quidem 1737. pro ecclesia Paulinorum. † 10. Maji 1739. ibidem.

Eróss Ignatius. Natus 2. Jul. 1786. Quadriennem cursum theologicum in seminario AEppali Tirnaviae 1810. terminavit et 1. Sept. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Tallós. 1813. factus parochus in Baka, hinc 2. Mart. 1827. praesentatus et 26. ejusdem m. investitus est in Palást. 27. Apr. 1830. investitus in Karancsságh. Ab 1835. VADnus. 14. Jan. 1841. factus spiritualis in Pázmánc. 16. Jan. 1844. praesentam accepit pro Naszvad, una factus VADnus. 1846. ibidem visitationem ADnalem peregit Vincentius Jaros. Ab 1851. canonicus honorar. Strigon. Mense Oct. 1855. valedixit parochiae. A 21. Jan. 1858. instituto s. Adalberti aggregatus. † 2. Oct. 1861. in Dercsika.

Eróss Michael. Ex parochia Felbaarensi accepit Egyházzelle, 1668. transivit ad Nagy-Paka, hinc 15. Mart. 1673. investitus est in Nagy-Magyar. Ibidem 1680. visitatio fuit peracta in qua octo inquilini ad parochum pertinentes specificati existunt. Ibi usque 1681. operatus est.

Ersekujváry Andreas. Ab 1634. parochus in Naszvad. De quo visitator Josephus Baghi eodem a. refert: In primum a. in ADtu Comaromiensi. Honesta apparamenta sua ostendit visitatori. Monitus ut in Bajcs concionetur. Item ut de magistro scholae prospiciat.

Ersekujváry Volfgangus. Studia Tirnaviae absolvit. 1611. factus parochus in Muzsla, quam usque 1618. rexit. Jam a 16. Maji ejusd. a. parochus in Érsekujvár, ubi fere per quinque annos operatus est, non sine magno vitae suae discrimine in ipso tumultu Bethleniano. 25. Apr. 1619. a Petro Pázmány Canonica Strig. donatus. Aliquot annis altarista Corporis Christi. 1624. ADnus Honthensis. Per litteram de 5. Jun. 1626. Petrus Pázmány illi parochiam Rimaszombat, per mortem Andreae Krepelicz vacantem contulit ita tamen, ut bona distracta et abalienata recuperare adniteretur. Interim 1627. praefectus S. Benedicti, 1629. seminarii. 1628. ADnus Nitriensis, 1629. abbas ss. Salvatoris de Lekér et Zebegény, 1630. pere-

git visitationem ADnatus Nitr. 4. Oct. 1629. et 1638. subscripsit synodo Tirnaviensi. (Péterffy, Conc. II. 265, 374.) 13. Jul. 1637. invitavit AEp-pum Emericum Losy pro suis secunditiis 22. Jul. ejusdem a. celebrandis. † 1638.

Eszterházy de Galantha Comes Georgius. Romae 1654. terminavit studia. In patriam reversus 3. Aug. ejusdem a. canonicus Strigoniensis installatus et pro curione Vajkam missus, ubi de ipso adnotatum habetur: «Ex quodam coramisato testamento clare innotuit, quod 1655. parochus Vajkensis fuerit. Cujus sigillum appressum comitem fuisse ostendit.» 14. Jan. eodem a. ADnus Gömöriensis, 20. Apr. 1658. praepositus s. Georgii et ADnus cathedralis. Occasione hujus denominationis secretario 25. scribis 2 talleros donavit. 20. Apr. 1661. praepositus s. Stephani salutatus est. Fuit etiam tit. eppus Samandriensis. Pro Deo, patria et ven. capitulo se exponens in conflictu ad Párkány, cum pluribus familiaribus suis contra Turcas dimicans gloriose occubuit. † 19. Aug. 1663. Exstitit ipsius effigies in domo altariae ss. trium regum Tirnaviae, etiam talis in possessione Nicolai principis Eszterházy est. (Történ. kiáll. Kalauz, 1886. 589.)

Eted Andreas. A mense Jun. 1657. parochus in Tardoskedd. Nominatur in visitatione eodem a. peracta.

Ethey Joannes. Investitus 9. Maji 1718. parochus oppidi Spácz, hinc 28. Aug. 1720. transivit ad Alsó-Korompa, ubi usque in Apr. 1734. operatus est.

Ettemberger Emericus. Theologiae quatuor annos in seminario Mariano 1823. terminavit. Annos sequentes 1824. et 1825. in instituto presbyterorum transegit, ubi et ordinatus est. Hinc apud Antonium Podhorszky herulorum praefectum egit uno anno in Lonthó. Dein cooperatore factus est in Drégely-Palánk, inde vero 1834. transivit ad Nagy-Salló. 1838. factus est administrator in Pereszlény. 1840. accepit Farnad, ubi † 8. Jul. 1849. aetatis 49. Apoplexia tactus. Vir mitis et misericors erat.

Evadovszky Sebastianus. Investitus 19. Maji 1667. parochus in Nádas in cottu Hont. Successorem 1669. nactus.

F.

Fába de Récse Simon. Natus 23. Jan. 1843. Theologiae Strigonii studuit et 25. Jul. 1866. ordinatus est. Cooperatorem egit in Udvarnok. Ab 1867. in Patak, ab 1869. in Szölgyény, ab 1871. in Léva, 21. Sept. 1876. factus parochus in Nagy-Endréd.

Fába Theodosius. Natus 11. Jan. 1798. Theologiam in generali seminario Pestini 1819. terminavit. Annum 1820. in instituto presbyterorum transegit Strigonii, et 14. Jan. 1821. ordinatus est. Cooperatorem egit in Léva. Ab 1823. in Érsekujvár. 1824. factus est archivarius in officio vicariali Strigoniensi, item comit. Nitr. tab. jud. assessor, 22. Mart. 1830. factus parochus in Mocs. Hinc 12. Dec. 1832. investitus est in Kéménd, ubi † 21. Jun. 1857.

Faber Georgius. Ab 1717. philosophiam et theologiam in Pázmáneo didicit. 2. Mart. 1722. investitus est parochus in Pécsvárad, hinc 1733. transivit ad Berkesd, ubi † 15. Febr. 1739. aetatis 45. Sepultus in ecclesia. Fuit vir industrius et pastor vigilantissimus, qui multum ex veteri fermento expurgavit. (Brüsztle, Recensio cleri. II. 214. et IV. 175.)

Faber Joannes. Schemnicziensis, 1733. ex semin. S. reg. Steph. absol. philosophus, ad theologiam susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 28. Sept. 1737. investitus parochus in Felső-Sipék. Hinc 1738. transivit ad Szlaszka, ubi † 16. Mart. 1763.

Faber Matthaeus. Occurrit circa 1531. parochus in Müllenbach.

Faber Petrus. Galgóczensis, 16. Nov. 1747. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 13. Sept. 1749. pro cooperatore ad Dévény missus, hinc 10. Maji 1750. translatus est ad Levárd, hinc vero 7. Febr. 1752. ad quasi praesentam fisci caes. bonorum Holicziensium factus capellanus in Kopcsány, 9. Febr. 1753. investitus parochus in Búr-Szent-Miklós, ubi nova ecclesia erecta. Operatus est usque † 25. Sept. 1763. Posonii apud FF. Misericordiae.

Fabián Franciscus. Natus 30. Jun. 1836. in Szent-Antal in cottu Hont. Theologiam Strigonii absolvit. 28. Jul. 1861. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nyerges-Ujfalu et in Nemcsény. Hinc 1867. Tópatak (Kolpach) administrandam accepit.

Fabián Joannes. Natus 20. Jan. 1832. in Sirák in cottu Hont. Philosophiam Tirnaviae theologiam Pestini absolvit et 14. Mart. 1855. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Ólved. Hinc praefectus studiorum, subin spiritualis suppl. in seminario s. Stephani factus. 5. Febr. 1862. factus administrator in Szemeréd, ad quod beneficium 15. Maji praesentatus et 14. Jul. 1863. investitus est. 27. Oct. 1874. obtinuit parochiam in AEppali civitate Strigon. hinc vero 20. Maji 1880. Érsekujvár, ubi 23. Dec. 1882. cum hon. canonicatu Strigon. condecoratus. Est simul examinatus prosynodalis. Habet peculiaria merita circa literaturam ecclesiasticam. (Uj Magyar Sion, 1886. 105. l.)

Fabián Josephus. Fuit alumnus seminarii s. Stephani, dein praebendarista Poson. Per canonicos commendatus a camera Posoniensi obtinuit beneficium Tardoskedd, in quo 23. Jan. 1749. investitus est. Ibi 1754. Georgius Molnár visitationem peregit, 13. Febr. 1773. factus canonicus Scepusiensis, ideo hinc in Jun. recessit.

Fabián Michael. Szilasiensis ex cottu Tornensi, 29. Oct. 1749. susceptus in alumnatum Budensem, Széchényianum. 29. Apr. 1753. ordinatus. 28. Aug. factus cooperatore Szerdahelyensis in Csalóköz. Hinc 2. Febr. 1755. transivit ad Galanta, ast jam 20. Nov. ejusdem a. accepit Putnok in cottu Gömör. Cum praedicantio Szécseniensi propter excessus ejus 1766. difficultates habuit. Hinc 28. Apr. 1767. transivit ad Zsarnó, respective Hidvég-Ardó, quocum incorporatus est dioecesi Rosnaviensi.

Fabianics Georgius. Theologiae quadriennum cursum in seminario Mariano 1818. terminavit. Cooperatorem egit in Cziffer, ab 1819. in Szakolcza, ab 1821. in Nagy-Jác, ab 1822. in Nagy-Tapolcsány, ab 1825. in Valle-Mariae, ab 1829. in Unin, ab 1831. demum in Holics. 1835. factus parochus in Nagy-Modrovka. † 9. Jul. 1838. ibidem.

Fabius Andreas. Accepit 19. Apr. 1678. indeterminatem parochiam in cottu Turócz.

Fabri Adamus, Joannes. Moravus. Investitus 5. Maji 1669. parochus in Egerszegh, hinc 14. Oct. 1673. accepit Istvánfalva, ubi 1674. restaurata ecclesia, prout inscriptio in turri testatur. Matricam incepit scribere. Inde 28. Apr.

1680. ad Hosszufalu cum filia Borova. Hic usque 1684. operatus est.

Fabricius Georgius. Missus 28. Nov. 1753. pro cooperatore ad Bazin, 1. Apr. 1758. investitus est parochus in Schweinsbach, ubi operatus est usque mortem. † 13. Mart. 1773. ibidem.

Fabricius Henricus. Occurrit 1647. qua parochus et canonicus Psoniensis, beneficiatus s. Andreae Psonii, insertus catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. Quod munus usque 1652. gessisse certum est. Canonicus inde ab a. 1626. fuit.

Fabricius Joannes. Fuit 1603. canonicus Psoniensis et simul parochus in Szempcz. Ab 1604. vero parochus eccl. s. Martini, usque † 1613. Dotavit ecclesiam et capitulum vinea in Récse, et bursam Viennensem uno alumno. (Rimely, Capit. Pson. 267.)

Fabricius Joannes. Ab 1633. parochus Psoniensis. De quo Georgius Draskovics in visitatione 1634. peracta notavit: E Vestphalia oriundus, pius ac doctus vir, concionator insignis, ast summe valetudinarius. Dimidio ante annum Vienna huc advenit, aetatis adhuc floridae, ast in paralytim incidens, vix aliquando prorsus convalescet. Successorem 1639. nactus est.

Fabricius Joannes. Investitus 26. Aug. 1686. parochus Lieszkoviensis, ubi 28. Febr. 1687. successorem nactus.

Fabricius Josephus. Missus est 22. Sept. 1756. pro capellano ad Ladislaum Pletrich, protonotarium tabulae regiae. 6. Febr. 1760. investitus parochus in Csetnek, quocum incorporatus est neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Fabricius de Bori Mathias. Tirnaviensis. Theologiae quatuor annos in seminario s. Stephani absolvit. 30. Oct. 1766. missus pro capellano ad Simony, tunc filia ad Kis-Krstyene, quae anno sequenti a matre avulsa in parochiam erecta, ubi, qua primus parochus 23. Nov. 1767. investitus. Hinc 14. Dec. 1775. transivit ad Závada. Ibi 1778. reparata ecclesia et 1780. per Josephum Batthyány peracta fuit visitatio canonica. Projectum sumtuum pro nova ecelesia confectum. Inde 1. Sept. 1782. transivit ad Nyitra-Bajna, ubi 1788. ecclesiam aedificavit. 1802. conscriptio proventuum parochiae facta. † 3. Jan. 1803. ibid. Legavit ecclesiae vineam sic dictam Korosianam.

Fabrini Franciscus. Malaczkaensis. Qua alum-

nus seminarii s. Stephani 1714. baccalaureus, 1715. magister philosophiae. 10. Jun. 1719. investitus parochus in Tót-Gurab. Hinc 10. Jan. 1722. transivit ad Zohor, a quo 1729. filia Lozorno avulsa et parochia erecta. † 23. Aug. 1737.

Fabrini Georgius. Investitus est 11. Apr. 1701. parochus in Kraszna-Horka-Váralja. 1703. successorem nactus.

Fabritzy Ignatius. Circa 1750. fuit parochus in Szlatvin. Diutius in quiete vixit. † 8. Dec. 1766. in Váralja.

Fábry Andreas, Ladislaus. Árvensis. 18. Nov. 1719. susceptus ad alumnatum Budensem Széchényianum. 15. Apr. 1724. ordinatus. 13. Nov. 1727. investitus parochus in Badin et Szielnicz, hinc 9. Dec. 1730. transivit ad Ocsova. † 18. Jan. 1737. ibidem, ab intestato. Sororem habuit pro oeconomia.

Fábry Blasius. E seminario S. Adalberti 22. Mart. 1704. ordinatus. 24. Nov. 1705. investitus in Szielnicz et Badin, hinc 16. Jan. 1719. accepit Lopej cum utraque Lehota, ubi usque 1728. operatus est. Ibidem mortuus. Legavit ecclesiae 200 flos.

Fábry Franciscus. Natus in Érsekujvár. 1741. et 1742. qua alumnus seminarii Mariani baccalaureus et magister philosophiae. Theologiae studium ibidem cum tertio anno 1745. terminavit et 20. Jul. ejusdem a. cooperator in Szerdahely factus est. Hinc 8. Nov. 1747. investitus parochus in Zsigárd, ubi Joannes Galgóczy 1756. peregit visitationem, qui de parcho dicit, quod sit 35 annor. Juxta hanc visitationem tenebantur calviniani aegrotantes sub mulcta 4 fl. vocare sacerdotem. 1777. VADnus factus est neoerecti Szempczensis districtus. 5. Nov. 1787. petiit, ut Pered ad Deáki, Királyrév ad Nagyszeg adfilietur. Mense Oct. 1789. resignavit. † 1. Oct. 1791. ibidem.

Fábry, Fabrici, vel Fabricius Andreas. Fuit diutius parochus in Majthény, hinc 1625. transivit ad Verebély, ubi 1626. visitatio fuit peracta, in qua de parcho: quod habeat propriam domum et quod cardinalis Forgách, restituerat ecclesiae inquilinum, qui in domo antiquae altariae habitabat. Jam tunc canonicus Psoniensis fuit. Per eundem 10. Apr. 1626. a. citavit Emericus Lósy, Valentinum Thamy parochum Nagykérensem. 4. et 5. Oct. 1630. interfuit synodo Pázmánianae Tirnaviae celebtrae. Ab 1632. parochus in Vásárut. De quo Georgius Draskovics in

visitatione 1634. peracta sic loquitur: «Praesidet a biennio vice parochi Adamus Fabricius canonicus Poseniensis, ac noster in Csallóköz vice-archidiaconus, alias vicegerens nuncupatus. Vir bonus. Vehemens tamen in rusticos. Quinquies denos natus annos. Articulorum doloribus saepe examinatur. Maximum ac evidens aleviamentum vino abstinens experitur. Haud quidem multarum est literarum, attamen multorum annorum locorumque parochus. Satis officio fecisse videtur. Corripui illum, quod templum Kürtense deserat, adeo non cordi sumat. Igitur fores modo occluduntur.» In hac filiali erant, qui jura parochialia violaverunt, hos vicario accusavit, qui illos 25. Jul. 1635. citare jussit.

Fábry Georgius. Occurrit 1559. usque 1564. parochus in Turócz-Szent-Mihály. De illo visitator a. prioris dicit: qui totus catholicus inventus tamen uxoratus. Visitator vero a. 1560. de illo sic: Juvenis, uxoratus, non indoctus, neque inhumanus, bonis praeditus moribus. Ecclesiam in bono tenet ordine cum decente decore et ceremoniis. Communicat nihilominus, sub utraque specie. Is miser conqueritur contra Georgium Rakovszky, qui fenetum ad parochiam ab antiquo pertinens, vi et pontentia mediante apud se tenet in praejudicium et damnum valde magnum parochi. 4. Oct. ejusdem 1560. a. Andreas de Zelecz vicarius jussit illi et sociis parochis, exaudire testes in causa Balthasarii Koza, parochi Duboviensis. E commissione a vicario Mathia Gregus 29. Mart. 1564. accepta citavit Martinum Figuli, parochum de Tótprona, qui famulum Petri Nyáry verberavit.

Fábry Georgius. Interfuit 4. et 5. Oct. 1630. synodo per Petrum Pázmány Tyrnaviae celebratae. Péterffy (Conc. II. 317.) adnotavit eum fuisse in ADtu Poseniensi parochus in Vivim «Legi non poterat.» Ab 1639. praefuit parochiae Nyitra-sárfő.

Fábry Georgius. 7. Maji 1675. investituram parochialem ad Koos collatam accepit qua recenter conversus ad veram fidem. Eodem a. adhuc successorem nactus.

Fábry Georgius. Investitus 19. Mart. 1709. parochus in Alsó-Récsény, hinc 8. Maji 1710. transivit ad Ó-Bars, ubi 1713. Bublovics Joannes ADiaconus peregit visitationem. In qua de parochi, quod sit 35. annorum. In cura animarum quinque annis. Hic operatus est usque 1730.

Fábry Jacobus. Nagy-Szuhensis. Theologiae

quatuor annos in Stephaneo absolvit et 24. Jan. 1712. investitus parochus in Vásárut, mox accepit et Nádszeg cum Kösse. Illam 1714. resignavit et transivit ad Nádszeg, ubi eodem a. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochi dicit, quod sit 27. annorum, domum parochialem habet bene accommodatam. 1718. erigebatur ibidem ecclesia in honorem ss. Sacramenti. 13. Apr. 1719. investitus parochus in Galántha. A 4. Maji ejusdem a. ad breve tempus factus est parochus in Tallos, ast ultroquoque in Galántha permansit. Ab 1728. munus VADni gessit. 1730. discessit ad canonicatum Varadiensem, vicariatum Kalocsensem et praeposituram s. Eusebii. Exin eppus Dulcinensis et lector capituli factus. In testamento suo 10. Maji 1753. condito et 19. Febr. 1757. publicato, ecclesiae Nagyszeg, quam aedificaverat 100. floos et eccl. Nagy-Szuha, ubi parentes ipsius tumulati, 200 fl. et pro votivo 200 fl. legavit.

Fábry Joannes. Fuit a mense Jun. 1637. parochus in Szárazpatak. Qua talis eodem a. citavit parochum Alsó-Diósenssem. Inchoavitque 12. Jul. matricam scribere, in qua insertae sunt baptismationes ex Roszindol, Longovilla, Selpicz, Tótdió, Klesován, Bogdanócz, Spácza, Gerencsér etc. Has conscriptiones matriculares usque 14. Sept. 1645. peregit. Tunc ob pericula belli Rákoczyani ad arcem Vöröskő se contulit, ubi adhuc eodem a. mortuus est.

Fábry Joannes. Jakabfalvensis ex cottu Liptó 13. Nov. 1727. susceptus in alumnum Budensem, Széchényianum. 9. Nov. 1731. ordinatus. 5. Maji 1732. ad parochiam accomodatus. Ibi eodem a. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parochi dicit, quod sit 26. annorum. † 20. Febr. 1737. ibidem, ex phtysi.

Fábry Josephus. Cserenyensis ex cottu Bars. 5. Nov. 1732. susceptus in alumnum Budensem, Széchényianum. 12. Maji 1737. investitus parochus in Kolos. Hinc 22. Jun. 1742. transivit ad Medve, nunc Ballony, ubi usque m. Apr. 1743. operatus est. 18. Jan. 1744. investitus in Mellek, ubi 1757. ecclesiam ad perfectum statum deduxit. 1760. factus VADnus distr. Verebély. † 24. Maji 1776. ibid.

Fábry Josephus. E seminario generali ordinatus et 3. Mart. 1766. pro cooperatore ad Zolio-Lipce missus, hinc 20. Jan. 1769. accepit investituram pro Felső-Micsinye quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Neo-Zoliensi.

Fábry Josephus. Natus 1762. Aug. 6. in

Nagy-Vendég, Philosophiam et theologiam in seminario generali cum quinto a. 1789. terminavit, 1790. in domo presbyterorum Tirnaviae morabatur. Cooperatorem egit in Garam-Ujfalu. 1795. factus capellanus localis in Bori usque 1797. tunc factus cooperator in Ó-Bars, dein admin., demum 22. Aug. 1802. parochus ibidem. † 12. Febr. 1812. Legavit fundationem 1475 flor. pro pauperibus parochiae.

Fábry Ludovicus. Occurrit 1673. parochus in Korompa, ubi eodem a. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. 4. Maji, item 16. Jul. 1675. investitus est parochus in Pudmericz, ubi usque 1684. operatus est.

Fábry Martinus. Fuit 1657. parochus in Szent-György in cottu Turócz, ubi eodem a. Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de parcho dicit: bene commendatus, omnia munde servat in templo. 21. Jul. 1665. investitus in Sághejfalú, 12. Dec. 1672. vero in Zsarnócza, ubi † 1673.

Fábry Mathias. Jablonkoviensis ex cottu Árva. 4. Nov. 1734. pro continuanda theologia morali venit ad alumnatum Budensem Széchényianum. Investitus 20. Jun. 1735. parochus in Kormossó, hinc 23. Aug. 1737. transivit ad Prencsfalva. Tunc per Stephanum Koháry erigebatur ecclesia et ab illo mille finos dotationem accepit. 1754. peregit visitationem Ladislaus Tóth. 1766. conscriptio hujus parochiae fuit peracta. † 9. Maji 1768. ibidem.

Fábry Mathias. Nagy-Vendéghiensis, ex cottu Nitr. ubi 1732. natus. 1756. Aug. 19. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum per Josephum Szent-Illonay, ubi et theologiam absolvit, 23. Jan. 1758. ordinatus per Carolum Zbiskó et mox Podolam pro cooperatore missus. Eodemque a. 17. Sept. investitus erga praesentam Theresiae Berényi in parochum Kisvendégiensem. Ubi 1759. congregatio cordigerorum florescebat. 18. Jan. 1773. transivit ad Nadlány, inito cum Georgio Skrabak cambio, quam 17. Mart. ejusdem a. adivit. Ibi per ipsum tertia vice inchoatae sunt matricae. Ibidem ipse Josephus Batthyány peregit visitationem. Mense Sept. 1782. iterum redivit ad Kisvendég. Ubi 1787. aedes parochiales restauratae. † 1. Jan. 1791. ibidem.

Fábry Michael. E seminario Szelepcsényiano qua theologus speculativus 24. Mart. 1708. ordinatus. 18. Maji applicatus et 25. Oct. ejusdem a. investitus parochus in Nagy-Modró. 5. Jul. 1712.

accepit Nyitra-Sárfő, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parcho dicit: Sufficiens doctrinae, nullae contra illum quaerelae, cunctis se conformabit. 11. Sept. 1716. transivit ad Nadlány, ubi 6. Apr. 1723. successorem nactus est. 11. Mart. 1734. investitus in AlsóMerasicz, ibi incepit matricas ducere. Jam 2. Apr. 1735. transivit ad Závada, ubi † 14. Jan. 1739.

Fábry Nicolaus. Investitus 28. Apr. 1663. parochus in Ásvány. Incepit matricas scribere. Successorem 17. Apr. 1665. nactus.

Fachkó Stephanus. Fuit parochus Svaboczensis in Scepusio. † 13. Oct. 1761. Chemniczii.

Faichtmajer Franciscus. Natus 2. Oct. 1797. Strigonii in AEppali citte. Studia philosophica et theologica Tyrnaviae absolvit. 1819. destitutus aetate canonica, egit educatorem penes comites Hugonay et Széchen Pestini a. uno, mensibus duobus. 14. Jan. 1821. ordinatus et pro cooperatore ad Ipoly-Nyéek missus, hinc in Dorogh, ab 1822. Pestini ad Assumt. demum 1824. in Mocs in pari qualitate applicatus. 25. Mart. 1825. praesentatus parochus in Szomor. 1833. notarius districtualis, 1842. vero VADnus et schol. nation. inspector. † 2. Dec. 1873. Strigonii. Sepultus in coemeterio Szomoriensi. (Némethy, Jubiläums-Predigt, 1871.)

Falka, alias Fraykis Laurentius, Franciscus. Fuit 1700. Hranoviensis una Schavnikiensis parochus, et superioris fluvii Hernad decanus, qui bene fundatam literam scripsit ad Franciscum Rákóczy, dilucidans statum relig. catholicae istius districtus.

Fal Joannes, Adamus. Missus 13. Maji 1754. pro cooperatore slavico Cremnicium, ubi a. 24. Jun. ejusdem a. munus germanici in se assumpsit. 10. Nov. 1756. investitus parochus Handloviensis, hinc 8. Jul. 1758. transivit ad Zsarnócza, ubi † 6. Apr. 1767. ab intestato.

Faky Josephus. Occurrit XVI. saeculo parochus in Alsó-Kubin.

Faloni, vel Falvin Simon, Petrus. Investitus 15. Maji 1664. parochus in Ó-Tura, hinc jam 17. Mart. 1665. transivit ad Csejthe. Eo tempore ad aram majorem positae sunt reliquiae ss. Timothei et Eleutherii. Juxta connotationes in protocollis parochiae factas, multas inamoenitates habuit cum officialibus dominalibus, ideo inde jam 11. Jun. 1666. ad Radosna transivit, ubi usque 1669. operatus est.

Faludy Franciscus. Natus 1. Oct. 1829.

Nitriæ. Philosophiam Posonii, item theologiæ studuit Tirnaviæ, Strigonii, demum Pestini. 19. Jun. 1853. ordinatus est. Cooperatorem egit in Verebély et Levæ, hinc 13. Apr. 1863. obtinuit parochiam Felső-Zsember, ubi 1867. munus VADni distr. Báthensis in se assumpsit. 17. Apr. 1871. transivit ad Krakován, una VADnus distr. Csejthensis factus. † 19. Apr. 1879.

Fancovics Georgius. Jaszlóczyensis e cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Stephani 1690. et 1691. baccalaureus et magister philosophiæ. Quatuor annos theologiæ in Pázmaneo absolvit. Mense Jun. 1692. obtinuit parochias Velicsna et Zsakócz. Qua parochus eodem a. ss. theologiæ doctor creatus. Eodem a. etiam visitatio fuit peracta per Emericum Pongrácz, qui parochum ætatis 28. a. habere dicit. Tempore unius a. — dixit visitator — convertit 13. acatholicos. Ut plures possit convertere, imposterum ne ullum copulet sine confessione, neque introducat puerperam absque eadem. 4. Maji 1706. investitus est in parochiam privilegiati oppidi Ó-Tura, ast hinc jam 6. Jul. ejusdem a. transivit ad Nádas in cottu Poson. ubi † mense Dec. 1708.

Fancovics, etiam Jancovics Stephanus. E seminario s. Stephani. Investitus 3. Sept. 1684. parochus in Szöllös (Prácsa). 28. Febr. 1687. accepit Lieszkó, interim Prácsa adfiliata fuit ad Récse. Mense Febr. 1690. accepit Radosna, ubi ob turbulenta tempora pedem figere non potuit. 1. Maji 1692. investitus in Turócz-Szent-György. Hinc 28. Aug. 1699. investituram accepit pro Kis-Báb, cum filiabus Pusztakürt, Köpösd et Nemeskürt. Ibidem 1700. Josephus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho sic: Ecclesiam habet restauratam, sed parochiam desolatam. Urgendus dominus loci, ut integram sessionem assignet parochó uti prædicantibus præstitum fuit. Loco Köpösd, tunc filiales erant Románfalva et Salgó. Ætatis 43. contra quem nulla quaerela posita. 1701. successorem nactus.

Fáncsy Adamus. Tapolcsensis in cottu Szaladiensi. Initio Nov. 1716. susceptus ad alumnum Budensem Széchényianum. 19. Jun. 1721. investitus parochus Hárskutensis, hinc 2. Oct. 1724. transivit ad Sajó-Püspöki, ubi 1727. successorem nactus.

Fándly Georgius. E seminario qua theologus tertii a. ordinatus et 15. Febr. 1777. pro cooperatore ad Szered missus. Mense Sept. 1780.

obtinuit parochiam Nahács, quam m. Jan. 1807. resignavit, ad quietem recedens. † 7. Mart. 1811. in Ottóvölgy.

Fándly Joannes. Nobilis Homonensis e cottu Zempl. Alumnus seminarii s. Stephani 1740. baccalaureus 1741. magister philosophiæ. Theologiam cum quarto a. ibidem 1744. terminavit. Cooperatorem egit Tirnaviæ annis quinque. 8. Mart. 1749. investitus parochus in Köhid-Gyarmat. Hinc 13. Mart. 1754. transivit ad Kemencze. 5. Maji 1755. petiit cottus Hont. benedici sacellum in domo cottus Kemenczensi erectum. In ipsius ecclesia 1765. foemina asylum petiit. 1766. conscriptio fuit peracta, in qua ecclesia vetus, ruinae proxima, ac angusta dicitur. 1767. factus canonicus Posoniensis, ubi qua custos † 17. Oct. 1781. Fuit protonot. apost. et doctor ss. theologiæ.

Faraghy Jacobus. In collegio cleri hung. 1660. accessit ad theologiæ studium, ex quo 24. Mart. 1663. ordinatus est. Ab 1664. parochum egit Handloviæ, hinc jam 6. Maji 1665. transivit ad Széplak (Krasznó) inde vero 1673. ad Divék-Ujfalú, ubi 29. Sept. et 16. Nov. 1674. investitus est. Successorem 1675. nactus.

Faragó Casparus. Theologiæ quatuorennem cursum 1828. terminavit in seminario Stephaneo. Annum sequentem, qua ordinatus in presbyterio transegit, inde missus pro cooperatore ad Szent-Péter, 1832. ad Muzsla et 1836. ad Bart. Hinc 9. Oct. 1837. administravit usque 5. Dec. ejusdem a. Pereszlény. Tunc transivit ad administrandam Ipolyfödémés. Inde 1843. obtinuit parochiam Ipoly-szécsényke, ubi † 22. Febr. 1850. ætatis 45.

Faragula Michael. Natus 22. Sept. 1839. Philosophiam Tirnaviæ, theologiam Strigonii absolvit et 23. Jul. 1865. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kistapolcsány, 21. Maji 1870. accepit int. administrandam Nagy-Lehota. Eodem a. obtinuit parochiam Rarbach, quam 6. Nov. adivit. † 18. Jan. 1887.

Farkas de Győr Alexander. Natus 7. Jan. 1842. Philosophiam Tirnaviæ, theologiam Pestini absolvit. 23. Jul. 1865. ordinatus est. Vix uno a. cooperatoris munus in Bazin gessit, dein educatoris apud familiam comitis Schmidegg, inde per octo a. director spiritualis et catecheta scholarum puellarium Strigonii apud filias s. Vincentii a Paula fuit. 1877. obtinuit parochiam Csolnok, quam 14. Nov. 1881. resignavit. A 30. Sept. 1884. usque 7. Mart. 1885. inter. administrabat Magasfalva.

item ab 1890. in Érseklél. Activitatem litterariam navat. (Zelliger, Eszt. Megyei Irók, 41.)

Farkas Andreas. E collegio Olomucensi ad titulum patroni 16. Dec. 1667. ordinatus. 20. Maji 1672. praesentatus parochus Salgó-Tarjánensis.

Farkas Antonius. Tirnaviensis. E collegio generali 1713. baccalaureus et 1714. magister philosophiae. 1715. theologiam in eodem seminario inchoavit. 14. Oct. 1719. investitus parochus in Vizkelet (Hidaskürth.) 1726. successorem nactus.

Farkas Antonius. Fuit 1744. parochus Rosnaviae. (Magy. Sion. 1865. 607.)

Farkas Antonius. Natus 11. Oct. 1787. in Felső-Diós. Theologiae in seminario Mariano studuit. Fervente bello gallico qua secundi a. theologus, deposita veste talari, legionem nobilium insurgentium ingressus in qualitate officialis equitum deservivit. Reversus studia terminavit et 21. Jun. 1811. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Mánya, ab 1812. in Nagysúr, demum ab 1813. in Majthény. Hinc 27. Apr. 1817. praesentatus parochus in Spácza. Sub illius auspiciis 1846. commasatio pro parochia favorabilis effecta. 1847. Adalbertus Pogány visitationem ADnalem peregit. 1849. VADni munere decoratus. Positis pluribus meritis 1832. altissimam suae Matris complacentiam et 1867. crucem auream cum corona obtinuit. 4. Mart. eodem a. instituto s. Adalberti adlectus, et 2. Maji beneficium resignavit Posoniumque recessit, ubi † 21. Febr. 1871.

Farkas Ferdinandus. Natus 19. Oct. 1827. in Zeliz. Philosophiam Pestini, theologiam inchoavit Tirnaviae, finivit Vienna. 28. Oct. 1850. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nyergesujfalu, dein ab 1851. in Érsekujvár. Ibi proprio aere erexit et sustentavit scholam zingarorum. 27. Apr. 1859. praesentatus parochus in Nagy-Endröd, ubi † 16. Mart. 1876.

Farkas Franciscus. Investitus 2. Mart. 1667. parochus Hárskútensis, ubi 1678. successorem nactus.

Farkas Gabriel. Ab 1788. cooperatorem egit in Kürth. 28. Aug. 1795. accepit praesentam pro capellano locali in Farnad, quam 10. Nov. ejusdem a. resignavit et pristinam stationem retinuit. 28. Oct. 1800. factus capellanus localis in Pilis-Maróth, ubi † 14. Jan. 1810.

Farkas Georgius. Investitus 28. Aug. 1734. parochus Zavarensis, hinc 8. Apr. 1737. transivit ad Koloss, ast hinc jam 24. ejusdem a. transivit

ad Alsó-Diós, inde vero 2. Sept. 1743. ad Vág-Szent-Kereszt, ubi † 13. Apr. 1746.

Farkas Joannes. Theologiae quatuorenem cursum in Pázmáneo 1804. absolvit. 1805. qua diaconus in Pudmericz morabatur. Eodem adhuc a. ordinatus et pro cooperatore Holicium missus, hinc 1806. transivit ad Verebély, inde 1810. Budam, ad s. Annam. 23. Jul. 1817. praesentatus parochus in Békás-Megyer, inde 25. Febr. 1829. ad Szent-Endre, ubi † 19. Oct. 1835.

Farkas Joannes Nep. Theologiae quatuor annos in seminario s. Stephani terminavit, Cooperatorem egit in Garam-Ujfalu. Hinc 1809. parochus factus est in Nagy-Hind, inde vero 8. Maji 1837. in Garam-Ujfalu, una VADnus distr. Levensis et scholar. nationalium inspector. † 30. Aug. 1849. aetatis 67. Sepultus in crypta eccl. parochialis. Fuit simul cottum Bars, Strig. et Nitr. nec non sed. praed. de Verebély, et Szent-György tab. jud. assessor. item conv. s. Benedicti de juxta Gron conventualis.

Farkas Josephus. Püspökiensis. Extra ordinem deposuit 1736. rigorosum ex philosophia in universitate Tirnaviensi. qua tertii anni theologus e seminario s. Adalberti. In eodem sem. 1737. quartum a. theologiae terminavit. 17. Mart. 1739. investitus parochus in Csütörtök, ibidem 1741. habuit actionem contra Cistercienses in Csákány et Gomba. 1742. successorem nactus.

Farkas Josephus. Investitus 29. Apr. 1720. parochus in Felső-Thúr. Eodem a. proventus parochi sunt specificati ex Alsó- et Felső-Thur. Hinc 20. Apr. 1722. transivit ad Visk. Incepitque matricas scribere. Ibidem 1732. Joannes Ujvendéghy visitationem peregit, qui de parocho dicit, quod sit 27 annorum. 13. Sept. 1734. petierunt Viskenses, ut illis Josephus Farkas porroquoque relinquatur parochus. † 13. Jun. 1737.

Farkas Julius. Natus 9. Oct. 1840. in Udvarnok. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Vienna. absolvit. Finito cursu theologico in gymnasio Tirnaviensi suppl. superiorem egit. 12. Febr. 1863. ordinatus est et cooperabatur Galanthae, in Udvarnok, et Galgóczii. Hinc 10. Febr. 1869. praesentatus est parochus in Nyitra-Bajna. † 14. Jun. 1879. Posonii.

Farkas Michael. Natus 28. Sept. 1816. Papae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 27. Jul. 1840. ordinatus est. Ob penuriam presbyterorum in dioecesi Vesprimiensi ad Tüs-

kevár pro subsidio missus est. Transactis ibidem 4. mensibus, applicationem accepit in Vajka per decem menses, in Dunaszerdahely tres a. et duos menses. 1845. factus parochus in Baka, ubi ab 1868. simul VADnus distr. Dunaszerdahely. Hinc 20. Apr. 1880. accepit Vadkert cum munere VADni et schol. nat. inspectoris in districtu ejusd. cognominis. Est simul Canon. honor. Strig.

Farkas Petrus. 24. Aug. 1655. ordinatus, 17. Apr. 1665. investitus parochus in Ásvány, ubi adhuc a. 1674. operatus est.

Farkas Petrus. E seminario generali ordinatus et 30. Jun. 1764. pro cooperatore Duna-Földvárinum missus, hinc 15. Nov. 1767. investitus parochus in Nádszegh, inde 25. Jun. 1773. in Hidas-Kürth. 27. et 28. Sept. 1786. protocollum respectu regulationis parochiae confectum. † 1. Oct. 1789. ibidem. Aetatis 51.

Farkas Samuel. Accepit 1688. licentiam in Szalatna filia ad Egegh. 13. Maji 1695. vero talem in Drégely-Palánk, Hont, Hidvégh et Kercse, ubi usque 1696. operatus est. A 2. Maji 1697. in Ipolyszécsényke.

Farkas Stephanus Volfgangus. Qua alumnus Thomae Pálffy eppi Csanád. in semin. s. Stephani, 1654. et 1655. baccalaureus et magister philosophiae promulgatus. 1657. fuit parochus in Nagy-Surány, ubi eodem a. Joannes Cherlay visitationem peregit, qui de parocho notavit, quod bene sit commendatus. 28. Apr. 1664. investitus in Cseklész, hinc 3. Febr. 1666. obtinuit Rimócz, inde transivit 19. Jul. 1668. ad Salgó-Tarján, demum 20. Maji 1672. ad Csitár, nunc filia ad Marczal.

Farkas Stephanus. Nobilis Vághaensis e cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Stephani 1756. baccalaureus et 1759. magister philosophiae 17. Jul. ejusdem a. missus pro cooperatore ad Nagy-Ölved. 27. Nov. 1761. obtinuit Negyed, neo-erectam parochiam, quae a matre Szémő fuit avulsa. Haec erectio operante eppo Nitr. Emerici com. Eszterházy facta. Per quem 1777. parochia et eccl. aedificari curata. In visitatione per Josephum Batthyány 1779. peracta, de parocho notatum: «Sanitate et viribus pollens ad quodlibet officium utilis censetur.» 1. Nov. 1788. dispensatur a breviario cum altero oculo nihil videat, aliud deficere sentiat, ita tamen, ut meditatione suppleat recitationem, primam et completorium dicat memoriter. † 10. Aug. 1808. ibidem.

Farkasdy Dániel. Fuit 1674. parochus in Szemere et qua complex rebellionis citatur.

Farkasith Mathias. Fuit 1630. parochus oppidii regii Szent-György, contra quem 21. Febr. ejusdem a. actio fiscalis fuit mota, quia absque promulgatione copulavit parochianam Sasvárensem. Eodem a. successorem nactus.

Farmanay Franciscus Fridericus, vide Formányi.

Farnady Joannes. Ex alumnatu Széchényiano 8. Sept. 1767. factus cooperatore in Balassa-Gyarmat, hinc transivit Levam, inde vero 16. Nov. 1772. ad Vágújhely. 16. Jun. 1776. investitus parochus in Zavar. † 12. Jan. 1781. ibidem. Aetatis 37.

Faulhaber Josephus, Casparus. A praeposito Scepuscensi 1711. investitus parochus in Lőcse. † 1719. ibidem.

Fauser Antonius. Theologiae per quatuor annos in seminario Stephaneo studuit usque 1809. Cooperatorem egit Budae ad S. Annam et ab 1812. ad B. M. V. Visit. Neo-Budae, ubi 19. Jan. 1820. in parochum electus. Simul munus notarii districtualis gessit. Mense Apr. 1839. electus parochus ad B. M. V. de Sangu. seu suburbii Christinopolitani. 16. Jun. 1843. promotus ad B. M. V. Ass. in praesidio Budensi. † 30. Jun. 1843. ictu apoplectico tactus, dum in aquatica occasione encoeniarum celebraret. Aetatis 56.

Faylár Franciscus. Investitus 19. Aug. 1692. parochus in Kosztozna, hinc 17. Apr. 1693. accepit Dobrona cum Bábaszék. Qua talis eodem a. in universitate Tirnaviensi ss. theologiae doctor creatus est. Hic 1696. successorem nactus, 29. Nov. 1705. investitus parochus in Ottóvölgy, ubi 1714. successorem accepit.

Fecher Casparus. Moguntinus. Ordinatus Viennae. Fuit 1626. parochus in Janolehota. Usus est agendario Strigoniensi, uti refert visitator a. suprafato.

Fector Andreas. Trsztenaensis. Qua tertii a theologus in seminario s. Adalberti 1744. creatus magister philosophiae. Theologiae quartum a. 1745. obsulvit et 7. Mart. ejusdem a. pro cooperatura ad Rózsahegy missus est. 29. Apr. 1749. investitus parochus in Valaszka, hinc 23. Febr. 1752. accepit Rosenbergam. 1767. conscripsit parochias qua VADnus in districtu suo Liptóviensi. † 25. Nov. 1771.

Feger Carolus. Natus 8. Sept. 1797. Theo-

logiae quatuorenem cursum in seminario s. Stephani absolvit et 20. Sept. 1819. ordinatus est. Cooperatorem egit Schemniczii. Ab 1821. concionator Posonii, ab 1829. cooperato Modrae, demum ab 1831. Tirnaviae, eodem adhuc a. factus parochus in Vág-Szent-Kereszt. Notarius districtualis, ab 1846. VADnus. † 3. Maji 1858.

Feger Josephus. Natus 15. Aug. 1804. Theologiae quatuor annos in seminario Mariano terminavit et 25. Oct. 1828. ordinatus est. Annum sequentem in instituto presbyterorum transegit Strigonii. Cooperatorem egit Hodrus-Bányae, ab 1830. Posonii ad ss. Salvatorem, 1831. factus parochus Szilincensis, hinc 1844. vice-rector seminarii s. Emerici Posonii. Ab 1852. in eadem qualitate Viennae in Pázmáneó. 1854. camerarius pontificius. 1860. intravit ordinem s. Benedicti.

Fegyveres Joannes. Prividiensis. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1765. baccalaureus et 1766. magister philosophiae. Theologiam in seminario generali absolvit et 24. Jul. 1769. pro praefecto herulorum Joannis com. Erdödy Posonium missus est. Ab 19. Sept. 1771. capellanum egit Galgóczii, 1772. obtinuit parochiam in Tussina, quacum 1776. incorporatus est dioecesi Nitriensi.

Fehér Demetrius. Hatvaniensis. Fuit 1725. alumnus seminarii Budensis Széchényiani. 29. Mart. 1727. ordinatus, 12. Nov. ejusdem a. expeditus in curam animarum. 8. Jun. 1729. investitus parochus in Szent-Mihályfa, ubi 1732. Joannes Jelenfy visitationem peregit, qui de parochia sic: Annorum 31. Cui parochiani bonum testimonium de munere impleto et de vita dederunt. Illi non fuit admissum educillum in domo parochiali intertenere. Hinc 30. Dec. 1733. transivit ad Vásárut, ubi 1752. Georgius Rumer, custos capituli Posoniensis capellanum fundavit. † 28. Maji 1764. Testamentum ejus praesto est.

Fehér Ferdinandus. Natus Levae 14. Febr. 1825. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 21. Jun. 1848. ordinatus est. Cooperatorem egit semialtero anno Vajkae. Cum fine 1849. ad Dunaszerdahely transivit, inde a 22. Oct. 1851. usque 2. Febr. 1852. administravit Nagy-Megyer. Hinc reversus ad pristinam applicationem, donec 28. Jan. 1868. obtinuit Kossúth, hinc 28. Jul. 1885. ad Taksony transivit.

Fehér Franciscus. Natus 4. Dec. 1843. Theologiam Strigonii absolvit et 2. Aug. 1868. ordi-

natus ac pro cooperatore ad Mocs missus est. Ab 1869. praebendatum egit in metrop. capit. Strig. hinc 1875. exivit parochiam Ebed administrare, quam eodem a. etiam assecutus est.

Fehér Joannes. Investitus 30. Apr. 1732. parochus Szilasiensis, ubi usque 1733. operatus est. 5. Dec. 1738. investituram accepit pro Nagy-Sáró, hinc 3. Maji 1741. transivit ad Litke, inde vero 12. Dec. 1744. ad Nagy-Oroszi, ubi † 31. Maji 1749.

Fehér Joannes Chrys. Natus 6. Oct. 1823. Jaurini. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 16. Apr. 1847. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ipolyság, ab 1849. in Zeliz. 1851. Comaromii, demum Gutae. 26. Febr. 1862. administrator factus in Keszegfalva, hinc 7. Jul. 1881. administrator et 11. Sept. ejusd. a. praesentatus parochus in Naszvad. † 18. Oct. 1887.

Fehér Josephus. Comaromiensis. Qua alumnus seminarii s. Stephani, 1723. et 1724. baccalaureus philosophiae. Theologiae tres annos in eodem semin. usque 1727. transegit et qua talis jam 1726. diaconus ordin. fuit. 6. Apr. 1728. investitus parochus in Szölgyény. 1731. ecclesia in Némét-Szölgyény diruta et nova cum duabus turribus erecta. Tunc duae visitationes fuerunt ibi peractae, 1732. Kellioniana et 1755. Kucsaniciana. † 2. Nov. 1757. ibidem. Testamentum super 1220 finos disponens praesto est.

Fehér Julius. Natus 21. Mart. 1858. Theologiam in Pázmáneó 1879. terminavit, hinc, jam qua subdiaconus inst. subl. educ. ad s. August. Viennae membrum. 16. Aug. 1880. ordinatus. Ibi 1882. doctor ss. theologiae creatus et eodem a. pro cooperatore Strigonium ad. l. reg. cittem missus. Ab 1884. in seminario Strigon. studii philosophici professor. 26. Jun. 1885. electus parochus l. reg. cittis Strigon. Ab 1892. examinatore prosynodalis ac censor dioecesanus.

Fehér Leopoldus. Natus 15. Nov. 1793. Theologiam in seminario s. Stephani 1818. terminavit et 12. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Hinc Levae commoratus est. Cooperatorem egit in Balassa-Gyarmath. 8. Nov. 1829. praesentatus parochus in Nagy-Megyer, ubi † 22. Oct. 1851.

Fehér Michael. Natus 25. Sept. 1802. in Tonkaháza in cottu Poson. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 28. Sept. 1825. ordinatus est, hinc subsidiarium egit in Párkány. Qua cooperato operatus est ab 1826. in Lekér,

et Udvard. A mense Oct. 1831. usque 12. Jun. 1832. in Néved fuit administrator. In Nagy-Salló partim qua coop. partim qua admin. annis fere duobus. In Nagy-Ölved iterum cooperatorem egit quatuor et medio anno. 30. Jun. 1839. praesentatus parochus in Felső-Sipék, hinc 16. Dec. 1845. in Nagyzellő, ubi † 12. Aug. 1873. in cholerae morbo qua victima officii et charitatis.

Fehérváry Franciscus. Natus 13. Jan. 1842. Strigonii in civitate Aquatica. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit et 8. Mart. 1865. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nyerjesujfalu, hinc 1871. transivit ad Udvard. 1. Dec. 1879. nominatus parochus in Nagy-Sáró. Habet merita literaria. (Zelliger, Eszt. Várm. Irók, 43.)

Fehérváry Michael, Joannes. Occurrit ab 1633. usque 1638. parochus in Érsekujvár. De quo Joannes Solnensis in visitationis protocollo 1634. sic notavit: Emmi alumnus. Contigit autem me venire ad Ujvár die sabbati post meridiem, parochus vero largius in prandio bibens inebriatus fuerat et me adveniente in parochiam excitari non potuit, postea et vesperas decantavi. Die vero dominica sacrum decantavi ego, ille concionem fecit. 22. Apr. 1638. installatus canonicus Strigoniensis.

Feichtinger Dominicus. Natus 4. Aug. 1778. Strigonii in citte reg. Theologiam cum quinto anno in seminario AEppali Pisoniensi 1801. terminavit et 29. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Hinc cooperatorem egit Pestini ad s. Josephum. 1804. transivit ad s. Theresiam et 1809. ad B. M. V. Assumt. Ab 1817. administrator ad S. Leopoldum 13. Febr. 1819. electus parochus cittis interioris, ad B. M. V. Assumt. 1836. praepositus s. Crucis de Aszód. 1843. VADnus. 1845. canonicus Pisoniensis. † 20. Apr. 1852.

Feichtinger de Baranya Nádasd Joannes. Ev. Natus 13. Dec. 1811. in Német-Szölgyén. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 13. Dec. 1834. ordinatus est. Cooperatorem egit in Tardoskedd semi altero anno, in Érsekujvár annis tribus mensibus quatuor, in AEppali civitate Strigon. annis 4 et mensibus tribus. 24. Jan. 1844. praesentatus parochus in Süttő, hinc a 25. Apr. 1861. Strigonii in Aquatica. VADnus surr. et schol. nat. inspector, ab 1870. ord. Hinc 27. Oct. 1874. bibliothecarius eccl. metr. Strig. et ejusdem canonicus honor. † 20. Maji 1889.

Feichtner Joannes. E cottu Sáros. E Ste-

phaneo 1764. baccalaureus et 1765. magister philosophiae. Theologiae primum annum ibidem, secundum et tertium in generali seminario absolvit et 2. Jun. 1768. pro cooperatore ad Hradek in cottu Liptó missus est, hinc 4. Nov. 1770. transivit ad Misérd, 21. Jun. 1773. investitus parochus in Üzbégh, ubi 17. Maji 1780. peracta fuit visitatio canonica per Josephum Batthyány, in qua de parochia notatur, quod sit temperamenti cholericophlegmatici. † 5. Jun. 1782. ibidem.

Fejér Jacobus. Fuit 1644. parochus in Szered. 18. Nov. ejusdem a. canonicus Strigon. installatus. 6. Sept. 1651. ADnus Hont., 16. Aug. 1652. Comaromiensis, 20. Apr. 1661. Gömörensis. Decessit eodem a.

Fejér Sigismundus. Theologiae quatuor annos in Pázmáneo 1780. terminavit, hinc cooperatore factus in arce Detrekő-Szent-Miklós. 26. Apr. 1784. investitus parochus in Köbölkút. Propter infirmitatem 25. Mart. 1798. resignavit parochiam. † 22. Apr. ejusdem a.

Fejérkői Paulus. Occurrit 1647. parochus in Nagy-Czétény. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Fejérpataky Franciscus. Klecsensis in cottu Liptó. 14. Nov. 1717. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Theologiam in Pázmáneo terminavit. 20. Maji 1722. investitus parochus Dovaloviensis. 1724. ecclesia fuit inalbata, qua occasione templarii e parietibus disparuerunt. 1731. Joannes Ujvendéghy visitationem peregit, in qua de parochia notavit, quod sit 36 annorum. 1734. conscriptio parochiae fuit peracta, in qua, notatum, quod aedes parochiales noviter sint erectae. 1745. erigebatur sacellum penes salis depositorium. † 31. Oct. 1765. ibidem.

Fejérpataky de Eadem et Kelecsény Gabriel. Liptoviensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1770. magister philosophiae creatus. Theologiam cum quarto anno in Pázmáneo 1774. terminavit. Hinc cooperatorem egit in Osgyán semi altero anno, Strigonii quinque mensibus, ab 1776. in Lekér octodecim mensibus. 1778. factus est parochus in Nagysáró. Sub illo 11. Sept. 1779. peracta fuit visitatio canonica Batthyanyiana. 1784. transivit ad Radosna, ubi 1786. dissidia inter illum et scholarum inspectorem Pisoniensem exorta. Circa xenodochium ibidem existens ordinationes factae. Ab 1805. VADnus. 8. Oct. 1807. praesentatus parochus in Nagy-Salló, una VADnus. Quam

mense Decembri adivit. † 2. Apr. 1808. in itinere per Tótsók.

Fejérváry Antonius. Strigoniensis. e citte AEppali. Qua alumnus seminarii Mariani 1747. baccalaureus et 1748. magister philosophiae creatus. In eodem seminario theologiae quartum annum absolvens ordinatus et 1. Jan. 1752. pro cooperatore ad Köpösd missus. Hinc per sex annos egit capellanum apud comitem Tolvy in gremio parochiae Sopornya. 15. Maji 1758. factus parochus in Felső-Thúr. Ibidem 1766. conscriptio fuit peracta, in qua dicitur, quod ecclesia e liberalitate dominorum Kelecsényi et Okulicsányi abunde sit provisa. † 17. Apr. 1801. aetatis 79. Fuit parvae staturae.

Fejes Andreas. Missus 22. Nov. 1762. pro cooperatore ad Udvarnok, hinc 6. Mart. 1763. ad Duna-Földvár, inde 17. Jul. 1764. accepit Méhi in cottu Gömör. Hinc eodem a. transivit ad Nagy-Abony, ubi usque 1768. operatus est.

Fejes Stephanus. 28. Apr. 1646. ad mensam capituli Strigon. ordinatus. 1647. nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto, parochus in Deresk. 12. Oct. 1675. investitus in Szent-Simon, Alsó- et Felső-Hangony, ac Urai. Quas 1677. denuo collatas accepit et usque 1694. gubernavit.

Fekete Franciscus. Investitus 12. Oct. 1702. parochus in Kelecsény, hinc 8. Jul. 1706. transivit ad Liptó-Szent-Mihály.

Fekete Georgius. Fuit parochus in Vásárút, qui matricae a 18. Maji 1702. baptisatos intulit. Successorem 1710. nactus.

Fekete Georgius. Absolvit theologiam cum quarto a. 1802. in seminario gener. Psonii. Cooperatorem egit in Ó-Tura, ubi ab 1808. simul admin. in spirit. 23. Maji 1808. factus parochus in Felső-Zelle, hinc 1. Maji 1821. transivit ad Drahóc, ubi † 7. Aug. 1836.

Fekete Ignatius. Strigoniensis, ab 1756. in Emericano, 1758. missus ad alumnatum Budensem Széchényianum. Theologiae duos annos in seminario gen. 1763. terminavit. 24. Febr. ejusdem a. applicatus est praefectus herul. l. b. Thaddaei Amade annis duobus, mensibus novem. Hinc vicepraefectus semin. Budensis factus. 19. Dec. 1767. investitus parochus in Párkány. Inde 15. Aug. 1776. investituram accepit pro Perbete, ubi † 31. Maji 1778.

Fekete de Galántha Joannes. Natus 29. Jun.

1823. Theologiam in seminario s. Stephani absolvit et 14. Jul. 1846. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kis-Apáthi, ab 1847. in Szuha, ab 1848. in Galantha, ab 1851. in Szered, ab 1853. in Stomfa, demum in Hidaskürt. 1856. accepit administrandam Alsójattó, ubi 29. Maji 1857. investitus est, ast illam mense Majo 1860. resignavit et pro subsidiario ad Ó-Bars recessit. 13. Mart. 1862. accepit praesentam pro Csesztve. Illo aegrotante intervenire non potuit commasationi agrorum, idcirco illa, pro ecclesia, parochia et schola magno cum detrimento fuit peracta. † 12. Maji 1864. ex hectica.

Fekete (Seidenschwartz) Josephus. Theologiae quatuorenem cursum in Pázmáneó 1805. terminavit. Cooperatorem egit Levae et ab 1807. Samariae, 1808. factus professor matheseos in lyceo AEppali, una in seminario cleri junioris praefectus. 1810. accepit parochiam Lekér, ubi † 12. Aug. 1825.

Fekete Josephus. Theologiae cursum quatuorenem in seminario Mariano 1825. terminavit 1826. et 1827. in instituto presbyterorum transegit, ubi anno priori ordinatus est. Cooperatorem egit in Surány, ab 1829. in Verbó, ab 1830. Miavae, ab 1831. Csejthae, demum 1833. in Udvarnok, ubi ab 1834. simul admin. fuit. Eodem a. factus parochus in Nagykosztolán. Fuit simul notarius districtualis. † 14. Mart. 1848. aetatis 45.

Fekete Martinus. Circa 1667. fuit parochus in Fel-Bár, tardius videtur fuisse parochus in Cseklész. 2. Febr. 1680. investitus in parochiam oppidi Szempcz, hinc eodem a. Papam promotus.

Fekete Michael. Holicensis. Qua alumnus seminari Mariani 1733. baccalaureus et 1734. magister philosophiae. 21. Maji 1738. investitus parochus in Litava. † 24. Mart. 1739.

Fekete Paulus. Theologiam cum quarto anno 1782. terminavit in gen. sem. Budensi. Cooperatorem egit in praesidio Budensi ad B. M. V. Assumt. 9. Apr. 1792. praesentatus parochus in Perbete, ubi † 10. Apr. 1829. Annorum 72.

Feketeházy Carolus. Natus 26. Nov. 1840. in Sellye. Philosophiam et theologiam Pestini absolvit. 26. Jul. 1864. ordinatus est. Cooperabatur in Mocs, Ipolyság et Drégely-Palánk. Mense Nov. 1873. obtinuit parochiam in Nagy-Kereskény, hinc 1888. transivit ad Egyházkarcsa.

Fellermayer Joannes. Natus 13. Maji 1838. Budae in Via-Regia. Philosophiam Tirnaviae, theo-

logiam Viennae absolvit. 24. Febr. 1862. ordinatus est. Cooperatorem egit in Udvard, ast mox ad Rimócz translatus. Hinc Budam primo ad B. M. V. visitantem, dein ad S. Annam, demum in praesido ad B. M. V. Assumt. missus est. Fuit una consoc. sod. cath. Budensium praeses. Mense Dec. 1878. accepit parochiam in Börsöny. Ubi magnam sollicitudinem impendit in restaurotianem ecclesiarum ibi existentium.

Fellner Franciscus. Natus 5. Maji 1847. Theologiam in Pázmáneó 1870. absolvit et 31. Jul. 1871. ordinatus est. Cooperatorem egit in Somorja, ab 1877. Posonii ad s. Martinum. Ab 1891. administravit parochiam Vámos, quam et eodem a. colatam accepit.

Felnémethy Demetrius, Joannes. Hunc 1582. parochum in Szölgyén fuisse ostendit inscriptio sepulchralis ecclesiae s. Michaelis sic sonans: Hic jacet filius vener. dni Demet. Joan. Felnémeti, qui obiit sept. 19. a. Doni 1582. Collimare licet, hunc jugo matrimoniali obstrictum fuisse.

Felszarusi Benedictus. Investitus 5. Dec. 1690. licentiatu in Ebszöny, Táth et Tokod.

Felum Georgius. Fuit a 4. Oct. 1695. parochus in Nagy-Paka. Successorem 1701. nactus.

Felváry, vel Földváry Georgius. Fuit 1557. praepositus parochus in Vágújhely. Occasione inquisitionis abbatum et praepositorum jussu Nicolai Olah 1557. praesusceptae 9. Aug. illi et successoribus obedientiam spondit. (Péterffy. Conc. II. 19.)

Feniczy Joannes. Natus 14. Jun. 1811. in Csikvárd in cottu Jauriensi. 1826. ordinem Cisterciensium ingressus primum a. philosophiae Agriae, relicto ordine continuavit cursum Jaurini. 1829. dioecesi Vesprim. adscriptus, ibidem inchoavit et Pestini finivit theologiam, 1833. receptus ad ADioecesim 19. Jul. 1834. ordinatus est. Cooperatorem egit in Hédervár, Nagy-Oroszi, Bajna, Nyék, Naszvad, Kemencze, Vadkert, Vásárut demum Marczal. Mense Apr. 1842. praesentatus in Zsély, quo mense Majo 1845. resignato obtinuit Szelöcze. Eodem adhuc a. Ipolyfödemes administrandam accepit. Mense Aug. 1854. hinc discessit ad parochiam Nagy-Bárkány, quo 15. Maji 1861. resignato, Lambertinum in Styria, in coenobium s. Benedicti intravit. Inde 1863. redux, iterum ad Nagy-Bárkány parochus constitutus est, quam parochiam 1868. denuo resignavit et pensione donatus, victitabat in Péliföld Szent-Kereszt, ac qua

capellanus localis in Vecse. A Febr. usque 13. Jul. 1872. administratorem egit in Pered. Hinc iterum ad Vecse reversus. Cursus inbecillis vitae metam assecutus † 2. Apr. 1882. in Veresegyháza.

Ferencz Emericus. Fuit 1642. parochus in Nagy-Megyér. Qui 26. Jan. ejusdem a. instituit, quatenus incolae Ekecsienses jussu Benedicti Kisdy vicarii, ob denegatas competentias parochi citentur. Hoc idem petiit 18. Febr. ejusdem a. contra incolas filiae Iszap.

Ferenczffy Andreas. Investitus 3. Apr. 1729. parochus in Tölgyes. Ubi 1732. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, in cujus protocollo notatum, quod sit 28. annorum. † 21. Jan. 1757. ibidem.

Ferenczffy Antonius. Theologiae quadrienem cursum in seminario generali 1766. terminavit et 12. Mart. ejusdem a. vicepraefectus in eodem seminario constitutus est. 6. Nov. ejusdem a. investitus parochus in Jasztraba, quacum incooperatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Ferenczffy Franciscus. Nobilis e cottu Trencsén. Qua alumnus semin. s. Stephani 1660. baccalaureus et 1661. magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario terminavit. 13. Apr. 1665. investitus parochus in Palonka, hinc 4. Jun. ejusd. a. transivit ad Hradist, inde 17. Nov. 1674. ad Vizkelet et 22. Maji 1675. ad Garam-Szent-Benedek, ubi eodem a. desinit operari.

Ferenczffy Joannes. Fuit a. 1657. Mart. 24. usque 1662. parochus in Kiliti.

Ferenczffy Martinus. Investitus 6. Apr. 1690. parochus in Prácsa, ubi usque 1692. operatus est.

Ferencsik Matthaeus. Natus in Krasznahorka qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1727. et 1728. baccalaureus et magister philosophiae promulgatus. Theologiam in seminario generali cum tertio a. 1731. terminavit. 13. Nov. 1732. investitus parochus in Radván, hinc 9. Febr. 1736. transivit ad Predajna, ubi † 23. Dec. 1747.

Ferenczy Emericus. Nominatur 1647. parochus in Tardoskéd in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. Etiam adhuc 1649. ibidem operatus est.

Ferenczy Gabriel. Theologus absolutus speculativus. Societati Jesu valedixit. 19. Sept. 1754. investitus parochus in Fel-Bár, ubi 1755. Joannes Jelenffy visitationem peregit. Juxta hujus protocollum jam tunc 39. annorum. Hinc 28. Dec.

1757. transivit ad Böös, quam parochiam m. Oct. 1776. resignavit et 28. Nov. reliquit, ut in seminarium deficientium Tirnaviae intret, ubi † 19. Sept. 1777.

Ferenczy Georgius. Natus 28. Mart. 1852. Theologiam in seminario centrali absolvit Pestini. 25. Jul. 1875. ordinatus est. Cooperatorem egit in Püspöki. Ab 1880. beneficiatus ecclesiae ad s. Annam Strigonii. 1890. factus parochus in Szalka.

Ferenczy Josephus. Natus 31. Jan. 1773. in Pann, in cottu Nitriensi. Theologiae quatuor annos in seminario AEppali Pisoniensi 1800. absolvit et 9. Sept. ejusdem a. ordinatus est. Hinc cooperator in Kékkő, inde 31. Jan. 1806. praesentatus capellanus localis in Óvár, ab 1810. ibidem parochus, † 15. Oct. 1815. ibidem.

Ferenczy Josephus. Natus in Tonkháza in Csallóköz 2. Mart. 1833. Theologiam Strigonii absolvit et 27. Jul. 1856. ordinatus est. Cooperatorem egit in Diószegh. Ab 1858. inter. administrator Boldogfalvensis, ubi in Oct. 1859. praesentatus est. Hinc 22. Jun. 1868. transivit ad Ivánka. 25. Maji 1870. renunciatus VADnus.

Feyertag Thomas. Fuit 1677. parochus in Hodrusbánya. Tunc adhuc exstitit imago s. Christophori ante fores ecclesiae, antiquo labore picta supra quam a. 1490. expressus. Ab 1682. usque 1688. operabatur qua parochus in Misérd.

Fiala Antonius. In seminario generali Posoniensi qua theologus practicus studiorum finem 1790. posuit. Hinc cooperatorem egit in Udvarnok, ab 1794. in Galgócz. 1796. hanc parochiam obtinuit, ubi eodem a. avenam pro bello obtulit, idcirco officiosam laudem adeptus. Hinc obtinuit parochiam Hrachovistye, inde vero 1812. transivit ad Nagy-Kosztolány, ubi † 15. Oct. 1834. Aetatis 72.

Fiáth Sigismundus. Praesentatus 30. Jan. 1715. parochus in Nagy-Czétény, ubi usque 1716. operatus est.

Fideli Paulus. Illirus. E seminario Mariano 1752. baccalaureus et 1753. magister philosophiae. Cum anno secundo theologiam in eodem seminario conclusit et 9. Nov. 1756. pro capellano Scepusium missus. E capellano Felkaensi 1764. parochus Lomniczensis, hinc 1770. transivit ad Vagendrűszel (Merény), quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Figli Emericus. Krakovánensis. E seminario

Mariano 1747. baccalaureus, 1748. magister philosophiae. In eodem semin, theologiam 1752. terminavit. Pro cooperatore ad Rózsahegy missus. 1753. obtinuit parochiam Szent-Ilona, ubi usque 1755. operatus est.

Figli Martinus. Occurrit 29. Mart. 1564. parochus in Tót-Prona, qui per Mathiam Graecum vicarium citatus fuit, quia famulum Petri Nyáry verberavit.

Filiczky Joannes, vide Tiliczky.

Filperger Franciscus, Ser. vide Faludy.

Filipovics, vide Philippovich.

Filippus, vide Philippus.

Filó Emericus. Natus 11. Febr. 1776. Theologiae in seminario AEppali Pisoniensi studuit, ex quo 19. Nov. 1798. ordinatus est. Cooperatorem egit in Dunaszerdahely, ab 1805. in Nagy-Mácséd, ubi eodem a. obtinuit parochiam. Hinc 1827. transivit ad Sempte, ubi 1847. munere VADni decoratus. † 13. Nov. 1854. ibidem.

Filó Georgius. Mense Maji 1689. investituram accepit pro licentiatu in Alsó-Pél.

Filó Joannes. Natus Nitriae. 1739. alumnus collegii Pázmániani. 25. Jul. 1748. investitus parochus in Turóluka, hinc 12. Jul. 1756. investituram accepit pro Szobotist. Hic conversionis anabaptistarum zelose impendepat operam una cum missionaribus e S. J. p. Ignatio Zann, Theophilo Delphini et Emerico Rotari, quamvis ipsorum curator Zacharias Walter, id impedit, sed dominus terrestris comes Josephus Nyáry ita succurrit, ut illa feliciter successerit. (Acta vet. arch. vicar. Tirnav. Religionaria.) Inde 1764. Scepusiensis, 20. Jun. 1769. Strigoniensis canonicus installatus. 1. Mart. 1773. Barsiensis ADnus. Fuit collegii Széchényiani Budae praefectus. Abbas B. M. V. de Abraham. † 12. Nov. 1786. Tirnaviae, ex diuturno morbo calculi. Fecit fundationes etiam Miavae. Erat vir intemeratae vitae et exemplaris in zelo ecclesiastico. Habet merita literaria. (Zelliger, Eszt. Várm. Irók, 47.)

Filó Josephus. Posoniensis. 27. Nov. 1741. ex sem. s. Emerici ad alumnatum Budensem Széchényianum missus. Penes ordines exc. consilii regii 22. Jun. 1746. investitus primus parochus in Dobsina. Ab acatholicis occupatam ecclesiam 1748. recepit. † 21. Oct. 1753. ibidem. In vita ipse Lutheranorum procacitatem coercere studuit, post mortem hi, illius sepulturam inhibere conati sunt.

Filovics Martinus. Investitus 16. Jul. 1721.

parochus in Rabcsicza, hinc 9. Maji 1726. transivit ad Zavar, ubi usque 1731. operatus est.

Filovics Paulus. 1698. Jan. 5. ordinatus. 20. Maji 1701. investitus parochus in Nizsna, hinc 13. Jan. 1706. transivit qua primus parochus ad Rabcsicsa, inde 7. Oct. 1709. ad Namesztó, inde vero mense Aug. ad Szucsány, cui m. Apr. 1713. tradita est parochia Turán, quam usque m. Oct. ejusdem a. administravit. Successorem nactus 1727.

Filser Florianus. Natus 3. Nov. 1806. Strigonii. Philosophiae Vacii studuit. Qua clericus Jauriensis theologiam absolvit. ibidem. 20. Jan. 1830. ordinatus ad tit. dioec. Jaurinensis. Jam ab 1829. educator herulorum Nicolai comitis Zichy, hinc 1832. receptus in ADioecesim et factus parochus in Komárom-Szent-Péter, ubi † 30. Nov. 1885.

Finka Joannes. Cum quinto a. theologiam in semin. generali Posonii 1788. absolvit. 1789. in presbyterio Tyrnaviae exhaerebat, hinc cooperator in Bozók. 19. Sept. 1791. accepit investituram pro capellania locali in Kolpach, ubi † 26. Jun. 1799. Sepultus penes ecclesiam.

Finka Joannes. Natus 16. Dec. 1815. Theologiam in seminario s. Stephani 1837. absolvit. Sequentes annos 1838. et 1839. in presbyterorum instituto transegit Tirnaviae, ubi diaconus et 22. Mart. 1839. presbyter ordinatus. 1840. Vilhelmi l. b. Veisz de Horstenstein c. r. camerarii capellanus domesticus in Kálász. Ab 1847. cooperator in Nemcsény, 1850. in Thaszár, hinc 1853. administrator dein parochus in Jászfalva, ubi † 26. Jul. 1861.

Finta dictus, occurrit 1332. inter 1337. sacerdos, plebanus Sancti Joannis de Strigonio. qui solvit in monetis debilibus et diversis valorem sex grossorum et juratus dixit, hoc fideliter decimam esse et ultra de dicta ecclesia. (Mon. Vat. S. I. T. I. 194.)

Finta Andreas. E seminario s. Stephani 8. Mart. 1653. ordinatus. 1657. occurrit parochus in Nyitra-Egerszeg, ubi eodem a. Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod sit novitius, ac commendatur ab omnibus. 28. Maji 1665. investitus parochus in Bást.

Fischer, aut **Fitter Adamus.** Investitus 15. Jun. 1685. parochus in Almás. 18. Jun. 1688. accepit una investituram pro Pernek cum Jablonicz. Jam 1690. transivit ad Zohor, ubi 6. Jun. 1691. investitus est, ubi usque 1696. activus erat.

Fischer Andreas. Peregit, qua parochus oppidi Czétény, 13. Aug. 1614. citationem. Occurrit iterum 16. Jun. 1619. Interfuit 4. et 5. Oct. 1630. synodo Tirnaviensi per Petrum Pázmány celebratae. Eodem a. peregit ibidem Volfgangus Érsekujváry visitationem qui de parochio dicit, quod sit legitime ordinatus. 1634. iterum peracta sub hoc parochio visitatio et quidem per Joannem Solnensem, qui de illo sic: «De illo non potui adhuc intelligere qualiter se gerat, nec immorari tunc licebat, quod a turcis tunc et plagiariis vel martalosiis infestarentur homines, prout et ipsi rustici me terrebant.»

Fischer Georgius. Natus 24. Apr. 1795. in Szklono in cottu Turócz. Theologiam in seminario Mariano absolvit et 24. Aug. 1819. ordinatus est. Cooperatorem egit Pestini ad s. Josephum, ab 1823. in Csév et Thaszár. 1824. incepit administrare Bakabánya, ubi 21. Jul. 1827. praesentatus est, hanc 1861. resignavit et 1869. praebendam instituti s. Adalberti accepit. † 8. Maji 1873. Posonii.

Fischer Josephus. Fuit Societatis Jesu, et qua talis jam ab 1771. parochiam exemtam l. r. cittis Eszek administravit. Sublato ordine sacerdos ADioec. Strig. et 10. Oct. 1775. investitus parochus in Eszek, quacum 1776. incorporatus dioecesi Diakovárensi.

Fisrin Andreas, vide **Kirchner.**

Fisseri Michael. Nominatur 1647. parochus in Görg, (Gyerk) in catalogo cleri, jussu Georgii Lippay confecto.

Fitos Laurentius. Fuit 1655. theologus in Pázmáneo. 1680. parochum egit in Szempcz. 22. Apr. 1676. jam installatus canonicus Posoniensis. 1685. custos capituli. 1687. testis fuit in causa processuali canonici Viza. Tunc aetatis 50.

Fitos Petrus. Theologiam cum tertio anno in Pázmáneo 1692. terminavit et 11. Apr. ejusdem a. investituram accepit pro Dénesd (nunc filia ad Misérd) Szemet et Gutor (filiales ad Somorja). Ibidem 1695. Stephanus Illyés visitationem peregit, qui parochum aetatis 30. a. habere dicit. Hinc 25. Nov. 1705. transivit ad Várkony, inde vero mense Maji 1710. ad Felbaár, demum in Dec. ejusdem a. ad Böös, ubi mortuus est.

Fitter Adamus, vide **Fischer.**

Flaischer Alexius, Josephus. Silesius. Qua capellanus curatus l. r. cittis Posoniensis doctor ss. theologiae in universitate Tirnaviensi 1714.

proclamatus est. E capellano Joannis Liptay parochi 1. Jan. 1719. installatus canonicus Poseniensis, et 25. ejusdem a. et m. etiam parochus. Ibid. qua talis † 30. Apr. 1721. Fuit etiam doctor philosophiae, ac concionator aestimatus. Aliquot concionum typis vulgavit. (Petrik Magy. Orsz. Bibliogr. I. 800.)

Flaischer Sámuel. Zolio-Lipcsensis, 1770. susceptus in alumn. Budensem Széchényianum. Absoluto 1773. quarto a. theologiae missus pro administratore et cooperatore ad Hámor. Hinc 1775. brevi tempore parochum egit in Turócz-Szent-Mária. Occasione neo-erectionis dioecesis Neosoliensis illuc incorporatus est, ast 1795. reversus ad ADioecesim et pro interimali cooperatore applicatus est in Gajar. 1798. accomodatus apud l. b. Révay in Kosztolán. 1799. absque officio Tirnaviam se recepit, ubi † 9. Maji 1800.

Fleskó Carolus. Natus 24. Jan. 1798. Theologiam in seminario s. Stephani 1821. absolvit. Annum 1822. in instituto presbyterorum transegit Strigonii et 17. Mart. ordinatus est. Cooperatorem egit ab 1823. in Windschacht, inde ab 17. Mart. 1827. administravit Viszoka, ad quam 28. Jun. ejusdem a. praesentatus, ac usque 1843. operatus est. Dein, qua deficiens presbyter Vienne degit, ubi † 15. Jul. 1853.

Flock Jacobus. Natus 13. Jul. 1848. Theologiam Strigonii absolvit. 19. Jul. 1872. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vajka, ab 1878. in Tallos. Mense Maji 1880. accepit administrandam Baka, ubi 29. Jun. ejusdem a. praesentatus est parochus.

Florianics Paulus. Strazensis ex cottu Nitr. 3. Apr. 1726. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Qua theologus moralis. 8. Apr. 1730. ordinatus, 7. Jul. ejusdem a. investitus parochus in Hradist, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui nominat parochum. Hinc 18. Jul. 1737. transivit ad Bohunicz inde 10. Maji 1741. ad Szomolány. Ibidem 1746. domum parochialem erexit Georgius comes Erdödy. 1756. visitationem peregit Joannes Galgóczy, qui de parochia sic refert: «Annorum 51. Diligenter exequitur officium, parochianos mansvete tractabit.» † 19. Dec. 1757. ibidem.

Floriánsz Josephus. Natus 7. Mart. 1799. Theologiam in seminario Mariano 1824. absolvit. Annum 1825. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 26. Mart. 1826. ordinatus est. Eotunc

praefectum egit herul. Stephani Skultéty in Bucsan. Ab 1829. cooperator in Egyház-Gelle, ab 1830. in Püspöki. Hinc post festum s. Georgii 1832. incoepit administrare parochiam Nagy-Ságh, quam eodem anno etiam adeptus est. 1865. ob propectam aetatem se munere abdicavit et ad filios s. Francisci in Szent-Antal se contulit ubi † 21. Febr. 1866.

Florianus. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos ecclesiae sanctae Crucis, qui juratus existimavit suum beneficium non valere ultra marcam et mediam, solvitque quinque grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 189.)

Fluber, rectius Huber Georgius. Nominatur 1647. parochus in Tóth- (Alsó-) Diós in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Flügler Joannes. Natus 19. Jan. 1859. Theologiam in seminario generali Budapestini absolvit 1881. et 8. Oct. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Pöstyén, ab 1883. Tirnaviae. Eodem a. factus exhortator in gymnasio ibidem et prof. ling. lat., atque mathes. 1884. factus ss. theologiae baccalaureus. 1886. Budapestini vacabat studiis. Redux linguam graecam proposuit et studiorum praefectum egit in convictu AEppali ibidem. 1887. administrator factus in Modertárna. 1891. obtinuit parochiam Bánkeszi.

Fodor Joannes. Occurrit 1740. parochus Rosnaviae. (Magy. Sion. 1865. 607.)

Fodor Josephus. Natus 16. Mart. 1825. in Kós, in cottu Nitr. Philosophiam et theologiam Tirnaviae inchoavit, hanc Strigonii finivit. 19. Jun. 1853. ordinatus est. Cooperatorem egit solum in Szomolány, hinc 1857. adeptus est parochiam Grinád, inde mense Febr. 1859. promotus ad Felső-Diós. Ibidem ecclesiam restauravit et turri providit, quarum benedictionem 29. Sept. 1861. ipse Joannes card. Scitovszky perfecit. Dein scholam cum habitaculo cantoris aedificavit, demum domum parochialem restauravit ac pomario providit maxima ex parte propriis expensis. Fuit vir debilioris sanitatis. † 6. Maji 1874. ibidem.

Fodor Ladislaus. Theologiam in Pázmáneo absolvit. 5. Maji 1699. investitus parochus in Zsitva-Gyarmat, (nunc filia ad Mellek.) Hinc 28. Jan. 1701. investituram accepit in Szent-Mihályúr, quae 29. Apr. 1706. illi iterata fuit. 26. Jun. 1709. investitus in parochia l. r. ac montanae cittis Ujbánya, hinc 4. Jan. 1710. transivit ad Zsarnócza.

Ibi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem. Qui de parochio notavit, quod sit annorum 43. Habet domum recenter exstructam cum horto. Hinc 16. Jun. 1718. transivit ad Duna-Szerdahely, inde 30. Aug. 1720. ad oppidum Somorja. A catholici tunc ibidem duo templa habebant. Eodem a. introducti sunt Paulani. 11. Maji 1728. contra Salay, effigiem B. M. V. crudeliter cedenti, strenua fuit instituta inquisitio. 1732. Joannes Jelenffy visitationem peregit, in qua de parochio, quod sit an. 60, et etiam zingaricam linguam sciat, cui testimonium de munere impleto et moribus bonum dederunt. Simul munus VADni gessit. 1742. munera resignavit et in quiete degit. † 3. Nov. 1743. ibidem. Fuit etiam protonot. apost.

Foglár Georgius. Natus 23. Apr. 1670. in Csejthe, cottu Nitr. Ab 1694. philosophiam et theologiam Viennae absolvit. (Rimely Hist. Pázm. 344.) 22. Nov. 1699. investitus parochus in Házasnénye. Ibidem 30. Nov. ejusdem a. incepit matricas scribere. 28. Mart. 1707. accepit dimissoriales ab ADioecesi ad Dioec. Agriensem. Ibidem factus parochus in Pásztó. 10. Dec. 1710. canonicus Agriensis nominatus. 1713. praepositus B. M. V. de Albei. 1718. el. oppus Sorbiensis. 1740. fundavit academiam juris Agriae. † 12. Oct. 1754. (Egri Emlékkönyv, 230.)

Folkusházy Alexander. Natus 13. Oct. 1837. in Vallaj in cottu Szatmár. Theologiam in seminario centrali Pestini absolvit. 20. Jul. 1860. ordinatus est. Cooperatorem egit Strigonii ad s. Ignatium, inde 17. Aug. 1864. Tirnaviam translatus. 10. Maji 1869. accepit administrandam Alsó-Dombó, ubi 10. Nov. ejusdem a. investitus est. 21. Nov. 1882. praesentatus parochus in Tótmegyer. Est districtus Érsekujvár. VADnus surrogatus.

Folly Josephus. Natus 1761. Apr. 11. Cassoviae. Theologiam cum quinto a. in seminario generali Posonii 1785. terminavit. Hinc praefectum herulorum egit in Vágújhely. 1786. cooperator factus Strigonii in l. reg. citte. 1789. accepit parochiam Ipolyszécsényke, quam 29. Jul. 1802. resignavit et intravit ordinem Praemonstratensium. Factus canon. reg. praepositurae Csornensis. † 10. Mart. 1834. Jánoshidae. Fuit ss. theologiae baccalaureus.

Foltényi Emericus. Theologiae quatuor annos in seminario Mariano 1810. absolvit Cooperatorem egit in Lédecz, 1816. in Nagyker, ab 1817. in Tardoskedd. 15. Jun. 1825. incepit ad-

ministrare Loócz. Hinc 2. Mart. 1827. parochus factus in Nagy-Zellő, ubi † 9. Dec. 1845. aetatis 59.

Foltin Joannes. Natus 22. Jun. 1859. Theologiam Strigonii absolvit ac 2. Maji 1883. ordinatus est. Cooperatorem egit in Mocs, ab 1884. in Udvard, ab 1888. in Pereszlény, ubi etiam parochiam adeptus est.

Fontani Michael. Missus 9. Jan. 1763. pro capellano Miavam. 27. Mart. 1764. investitus in Turósz-Szent-Péter. Hinc 22. Apr. 1768. obtinuit investituram pro Tiszovnik, ubi usque 1772. operatus est.

Foreker Franciscus. Missus 12. Nov. 1740. pro cooperatore ad Gács. Dein obtinuit parochiam Viborno in Scepusio, ubi 24. Maji 1763. mortuus est.

Forgách com. Augustinus. Natus 22. Apr. 1813. Pestini. Philosophiae Tirnaviae, theologiae Viennae studuit. 28. Jul. 1836. ordinatus est. E cooperatore Vadkertensi 1837. administrator subin 11. Apr. ejusdem a. praesentatus parochus in Visk. Hinc 1845. canonicus Posoniensis, qua talis 1847. et 1848. ablegatus capituli ad comitia. 1849. tribus mensibus parochiam cittis administravit. Qua talis abbas B. M. V. de Kolos factus. 1850. canon. Strigoniensis, ab 1852. autem una a latere principis primatis AEppi Scitovszky. 1860. ADnus Sasvár. 1861. eppus el. Sebincensis ac admin. officii supremi comitis cottus Strig. 12. Jun. 1869. praep. s. Stephani de castro Strig. 12. Aug. ejusdem a. ADnus cath. et praep. s. Georgii de campo viridi. 1871. usque 1881. supremus comes ejusdem cottus. 1874. praepositus major. † 26. Apr. 1888. Fuit ordinis s. Joannis Hierosol. alias Melitensium ad hon. eques.

Forgács Franciscus. Levensis e cottu Bars. qua alumnus seminarii Mariani 1700. baccalaureus et 1701. magister philosophiae renunciatus. Theologiam in eodem seminario 1704. cum quarto a. terminavit. 20. Sept. ejusdem a. ordinatus est. 6. Dec. 1705. investitus parochus in Egyházfalva. 30. Jul. 1706. obtinuit Muzsla et Ebed. Hinc ob grande populi in ipsum odium, quod tempore luis infantem sine baptismo mori sivilisset, discessit 9. Oct. 1711. ad Mocs, hinc 9. Jun. 1712. ad Komárom-Szent-Péter. 1714. ibidem visitatio fuit peracta per Paulum Olasz, qui parochum 34. annos aetatis habere dicit. 15. Jul. 1716. obtinuit Szémő, et jam 16. Aug. ejusdem a. Szob,

quam etiam reliquit, 24. Nov. 1717. obtinens Nagy-Bárkány, ubi respectu filiarum Luczin et Sasomháza 18. Febr. 1721. inquisitio fuit peracta. † 11. Febr. 1737. ibidem.

Forgács Georgius. Ex oppido Grönicz e Scepulio. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1735. baccalaureus et qua alumnus semin. s. Adalberti 1736. magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario didicit. Obtinuit parochiam Kubach, ubi † 6. Febr. 1743.

Forgács Ignatius. Szerediensis. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1754. baccalaureus et 1755. magister philosophiae. Theologiam cum tertio anno in eodem seminario absolvit. 13. Dec. 1758. missus pro cooperatore ad Nyerges-Ujfalú. 12. Aug. 1762. ad Szölgyén. 14. Oct. 1763. investitus parochus in Füss. † Post 22. Oct. 1775. ibid.

Forintos Michael. E capellano castrensi legionis Eszterházyanae 9. Nov. 1816. investitus parochus in Ipoly-Szakállos. † 26. Apr. 1825. ibid.

Foris Antonius. Néveriensis e cottu Bars. Qua alumnus seminarii generalis 1764. defendit universam philosophiam. Theologiae duos annos in Stephaneo 1767. terminavit. Missus 5. Aug. 1768. pro cooperatura ad Bozók, 8. Jan. 1770. vero ad Gajar. 27. Jun. 1772. investitus parochus in Detrekő-Szent-Péter, inde vero 28. Maji 1778. ad Nádas in cottu Poson. 1779. Servitor parochi percussit judeum die domini lana saccos replentem, qua de causa parochus fatalitates habuit. Eodem anno etiam in causam tractus propter multatum spacicaminarium. Bibliotheca parochiae Nádas reservat tres foliantes cum sermonibus sacris per hunc manuscriptis. De statua B. M. V. miraculis clara, multa connotavit. † 28. Maji 1798. ibid. (Jedlicska, Kiskárpáti Eml. II. 107.)

Farmánay, vel Formányi Franciscus, Fridericus. Absolutis studiis theologicis, 1688. ordinatus. Mense Sept. 1691. missionem accepit ad indeterminatam parochiam in cottu Nitr. 24. Nov. ejusdem a. investitus parochus Prividiae. Hinc 23. Dec. 1693. transivit ad Haj, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, in qua de parochia notatur, quod sit annorum 48. Ibidem operatus est usque 1700.

Fox Joannes. Nominatur 1700. parochus in Szepes-Olaszi in visitatione hoc anno per Joannem Sigray peracta.

Födémessy Michael. Theologiam cum tertio a. in seminario generali 1778. terminavit. Coepe-

ratorem egit in Pobedim, ab 1780. in Csejtha. Mense Jan. 1783. obtinuit parochiam Hradist. † 24. Dec. 1811. ibidem.

Földes Casparus. Natus 11. Nov. 1786. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Aug. 1812. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kürth, Muzsla et Drégely-Palánk. Mense Maji 1826. incoepit administrare Pereszlény, ubi 26. Sept. ejusdem a. parochus praesentatus est. Hinc 20. Jul. 1837. transivit ad Szete, ubi † 6. Apr. 1852.

Földesy Stephanus. Investitus 10. Aug. 1731. in Vásárút, ubi curam animarum 14. Aug. suscepit, hinc 18. Dec. 1733. investituram accepit in Nagypaka, ubi † 10. Mart. 1751.

Földöy Ambrosius, vide Zelöy.

Földváry Demetrius Franciscus. Theologiam in seminario s. Stephani didicit usque 1710. 25. Nov. ejusdem a. investitus parochus in Tallos. Ibidem 1715. visitationem peregit Emericus Pongrácz, qui de parochia notavit, quod sit aetatis 36. Munde tenet templum, denuo his annis aedificatum, zelose sua peragit, agitque veri pastoris muneris. Operatus est usque 1715.

Franciscus. Occurrit 1401. et 1416. plebanus ecclesiae parochialis b. Margarethae virg. et mart. de Vetero-Buda. (Rupp, Buda-Pest, Helyr. Tört. 42.)

Franciscus. Occurrit 1439. et 1441. parochus Budensis, seu novi monti Pestiensis ad B. M. V. Assumptam. Magni honoris particeps factus eo, quod tunc Comaromii erat, quando rex Ladislaus posthumus, 22. Febr. 1440. natus ac baptisatus est. Prouti Helena Kottanerin (Denkwürdigkeiten 54., 55.) enarrat: «Der pharrer von Ofen, genannt maister Francz, der war auch da . . . Da nam der hochwierdig prelat her Dyonisy erzbischove zu Gran den jungen Kunig und half im zu der tauff und huob in aus der tauff, und grav Beteleme von Krabaten und der pharrer von Ofen und Margit assin (asszony) die all hueben den edeln Kunig aus der tauff.» In controversia parochorum Budensium, Uladislaus rex respectu limitum parochiarum 1441. sententiam tulit. In hoc documento dicitur: magister et juris canonicae doctor. (Arch. Prim. Vet. 46.)

Franciscus de Sepez. Occurrit 1449. parochus Posonii ecclesiae ad S. Laurentium, simul canonicus ecclesiae collegiatae ad s. Martinum. (Rimely, Capitulum Poson. 256.)

Franciscus. Occurrit 1484. plebanus Posonii ecclesiae parochialis ad s. Laurentium, qui eodem a. successorem accepit. Georgius Schönberger prepositus et capitulum concesserunt communitati ecclesiae s. Laurentii quatenus possit penes domum parochialem aliqualem aedem construere pro receptaculo reliquiarum, librorum, ornatorum candelodiorum, etc. ecclesiae. Fuit simul canonicus eccl. collegiatae ad s. Martinum ibidem, ac magister. (Tud. Értekező, I. 146.)

Franciscus. Occurrit 1518. et 1519. parochus Posonii ecclesiae s. Laurentii. Fuit simul canonicus collegiatae eccl. ad s. Martinum (Tud. Ért. I. 149. et Rimely, Capit. Pos. 262.)

Franciscus. 1519. plebanus in Wogendrösel, (Merény) solvit decimas papales 2 fl. (Wagner, Analecta Scep. II. 194.)

Franciscus. Occurrit 1543. presbyter in Galgócz. Nominatur in tabula supremae voluntatis Alexii com. Thurzó de Bethlenfalva, iudicis curiae regis. (Wagner, Analecta Scep. I. 172.)

Franciscus. 1546. parochus Palmarum (Harikócz) qui praesens fuit dum Molner sui senioratus rationes poneret. (Wagner, Analecta Scep. II. 255.)

Franciscus. Fuit ab 1561. parochus in Grinád, de quo visitator a. ejusdem sic notavit: «pro nunc susceptus, et admonitus ad sacram synodum. Sacramenta secundum ritum Romanae ecclesiae iisdem parochianis administrat.» Tunc fuit Grinád filiali ad Szent-György, ad parochiam evecta. Visitator vero a. 1561. sic: Sacramenta omnia juxta ritum s. matris ecclesiae administrat. Altaris vestimenta et calices mundissimo in loco servantur. Templum cum coemeterio optime est reformatum. Populus est catholicus. Uxorem, ut ajunt, habet.

Franciscus. Occurrit 1561. parochus in Jasztraba. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Franciscus. Fuit 1561. et 1562. parochus in Torna. In visitatione a. prioris de illo habentur: Thorna habet parochum sed malum, nomine Franciscum, qui non est legitime ordinatus, sed tantum affirmat se esse ordinatum per manus impositionem in Zykszó, qui penitus nulla sacramenta habet in ecclesia, nec est obediens suo archidiacono, qui literas rmi domini nostri et sacrae caesareae mattis omnino sprevit, neque legere voluit, qui dixit, pro tunc temporis sua minora

negotia sunt multo majora istis litteris mandatorum, «Nihil mihi — inquit — cum literis vestri archieppi et regiae mattis.» Similis est egregius Casparus Magóczy, qui coram eppo Georgio Bornemisza et Casparo Péczy sic locutus est: «Ego miror, quod nostros veros concionatores dnus AEppus odio prosequitur, qui sunt legitime uxorati et bene vivunt, suos vero papistas defendit, qui sunt ovium latrones, qui cum meretricibus versantur die noctuque et sic eunt vulgo hrembelézni és misézni, bolundoskodni az oltárhoz etc.» In schemate. a. 1562. similiter occurrit.

Franciscus. Occurrit 1633. parochus in Keresztur, nunc Bars-Szent-Kereszt, fuit simul VADnus. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 355.)

Franciscus Stephanus, Franciscus. Jaurinensis, 26. Aug. 1714. susceptus pro alumnatu Budensi Széchényiano. 15. Apr. 1719. investitus parochus in Böös, hinc 11. Aug. ejusdem a. transivit ad Ásvány, ubi usque 1727. operatus est.

Frajzajzen Alexander. Investitus 30. Sept. 1733. parochus in Helpa, hinc 25. Jul. 1734. transivit ad Konossó, seu Lucska, quocum beneficio 1776. incorporatus est neo-erecto dioecesi Neosoliensi.

Frajzajzen Josephus, Ignatius. Nobilis Körmöcbányaensis, qua alumnus seminarii Mariani 1733. baccalaureus, 1734. magister philosophiae proclamatus. Theologiae in eodem seminario studuit. 18. Dec. 1735. investitus parochus in Lieszkó, ubi operatus est usque † 1. Maji 1739.

Frajzajzen Joannes. Nobilis Körmöcbányaensis. 1770. magister philosophiae. Theologiae in seminario s. Stephani studuit, ab 1772. usque 1774. inclusive tertio a. theologiae. Praebendatum E. M. S. egit 17. mensibus. Pro cooperatore ad Holics missus, ubi mox munus administratoris in se assumpsit, vivo adhuc parochus Josepho Mozsár. 8. Jan. 1778. praesentatus parochus in Stepanó. 28. Sept. 1788. peregit Josephus a Batthyán visitationem canonicam. In qua et parochi mentio fit. 12. Sept. 1795. praesentatus in Holics. 1797. in subsidium belli argentum ecclesiae obtulit in pretio 1160 florum. 1809. praepositus s. Joannis de Zsámbék. 1811. VADnus distr. Sasvárensis. † 10. Jun. 1818. ibidem.

Franjul Marcus. Occurrit ab 1733. usque 1739. beneficiatus Budae Christinopoli in ecclesia B. M. V. de Sanguine. (Ausführlicher Bericht. 23, 34.)

Frank Andreas, Joannes. Investitus 18. Nov. 1751. parochus in Búr-Szent-Miklós, penes benignam resolutionem imperatoris Francisci I. jure domini Sasvár. † mense Dec. 1752. ibidem.

Frank Ignatius, Joannes. Theologiam in seminario Mariano cum quarto a. 1814. terminavit, hinc cooperatorem egit in Szent-János. 1821. factus est administrator in Köpösd, ubi † 24. Apr. 1842. aetatis 51.

Frankenberger Sebastian. Occurrit ab 1624. parochus in Ottóvölgy. Nominatur in protocollo sedium spiritualium. Successorem nactus 1630.

Frankur Valentinus. Occurrit 1640. parochus in Alsó-Diós.

Franner Leander. Ex sublato ordine ss. Trinitatis presbyter ADioec. Ab 1787. capellanus localis in Köpösd. † 21. Apr. 1807. Fuit prius capellanus aulicus.

Franyó Michael. Investitus 14. Oct. 1686. parochus in Nagyker, ad quam 18. Nov. 1689. etiam pro beneficio parochiali in Nagy-Surány investituram accepit. Ex his beneficiis 30. Jun. 1692. transivit ad Érsekujvár, ubi usque 1695. operatus est. Sub ipsius invigilatione Georgius Széchenyi AEppus Strig. 1693. restaurari fecit ecclesiam.

Franz Joannes Ev. Natus 14. Dec. 1838. in Szobotist. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 26. Jul. 1864. ordinatus est. Cooperatorem egit in Sellye et qua unius anni presbyter factus est interim. admin. in Tornócz. Transactis ibi quatuor mensibus obtinuit parochiam Lamacs. Hinc 1887. factus est admin. in hospitali cath. civico Poseniensi.

Franzenbach Georgius. Natus 15. Apr. 1812. Vetero-Budae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 24. Junii 1835. ordinatus est. Cooperatorem egit in Diószegh annis quatuor, in Nagy-Magyar, in Egyházgelle annis tribus, in Zsigárd anno uno et mensibus septem, tandem in Vadkert mensibus novem. Unde 1844. administrator, ab 28. Febr. 1845. vero parochus in Bussa. † 3. Jan. 1870. ibidem.

Fredericus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Maringa (Maniga), qui juratus dixit collectoribus census papalis, suum beneficium non valere ultra quatuor marcas et solvit 22 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 230.)

Frenreisz Michael. Natus 24. Jun. 1760. in Dévény in cottu Posen. Theologiam cum quinto

a. 1786. in seminario generali Posenii terminavit. 1787. in domo presbyterorum ad s. Josephum Tirnaviae transegit et factus est cooperator in Misérd. Hinc 1790. obtinuit parochiam in loco natali Dévény, ubi et denatus est. † 20. Dec. 1813.

Fretsó Mathias. Nobilis Árvensis. Theologiam cum tertio a. in seminario s. Stephani 1776. terminavit. Hinc cooperatorem egit in Nagy-Ölved. 1779. obtinuit parochiam in Nagy-Hind. 25. Mart. ejusdem a. canonicus Joannes Filo de statu parochiae relationem proposuit. 11. Oct. 1779. peracta fuit ibidem visitatio Batthyaniana, in hujus protocollo mentio fit parochi. † mense Sept. 1783. ibidem.

Freund Emericus. Theologiae quatuor annos in seminario Mariano 1833. terminavit. Post transactum a. in domo presbyterorum Strig. pro cooperatore ad Dorogh missus est, inde 1839. transivit ad Nagy-Maros, hinc 1841. obtinuit administraturam in Csábrágh, ubi † 21. Mart. 1849.

Freyberger Joannes. Occurrit 1602. parochus in Somorja. Verosimiliter apostatavit. (Ex notis Sigism. Kisfaludy.)

Fribeisz Ignatius. Theologiae Romae studuit et doctor ss. theologiae proclamatus fuit. Inde redux cooperatorem egit a 30. Jun. 1764. Vetero-Budae. 20. Oct. 1766. administrator factus in Nádszeg. Munus hoc usque 1767. gessit. 1768. factus parochus in Püspöki, ubi simul 1794. dignitate VADnali decoratus. Parochiam 1814. resignavit et instituto emeritorum parochorum aggregatus est. † 24. Mart. 1817. Tirnaviae.

Fribeisz Ignatius. Natus 1765. Sept. 11. in Tapió-Bicske cottu Pest. Philosophiam et theologiam in seminario arcis Poseniensis cum quarto a. 1790. terminavit. Cooperatorem egit in Püspöki, ab 1792. in in Drégely-Palánk, hinc 22. Jun. 1797. factus parochus in Palást, ubi † 14. Febr. 1827. Fuit cottus Hont. tab. jud. assessor.

Fribeisz Michael, Ignatius. Studia ab 1702. in Pázmáneo terminavit. 20. Nov. 1711. investitus parochus in Duna-Szerdahely, inde 25. Maji 1713. transivit ad Somorja, hinc 1719. ad Lócse, ibi mansit usque 1726. Abbas B. M. V. de Curru. 27. Maji 1734. canonicus Strig. 21. Jun. 1740. ADnus Gömöriens., 22. Dec. ejusdem anni lector capituli, 12. Sept. 1743. praepositus major. Vicarius generalis, consecratus eppus Germanopolitanus in Cilicia et suffraganeus fuit. † 7. Oct. 1748.

Tirnaviae. Extruxit aram in ecclesia Ursulitarum ibidem.

Friebeisz Stephanus. Nobilis ex Somorja. Qua alumnus seminarii generalis 1746. baccalaureus et 1747. magister philosophiae proclamatus, in quo et theologiam absolvit. 6. Oct. 1751. investitus parochus in Csév, ubi † 20. Aug. 1759. Testamentum ejus praesto est.

Friccius, rectius Frisch Blasius, Sebastianus. Slezensis e cottu Liptoviensi. Alumnus pontificius, per Joannem Pyber 4. Febr. 1618. presbyter ordinatus. 1619. parochus et decanus Szakolczaensis. 20. Sept. ejusd. a. scripsit ad vicarium Lósy in negotio religionis. 30. Dec. ejusdem a. camera Poseniensis admisit simultaneum templi s. Michaelis usum. 1628. intertenuit in seminario alumnus. 1629. matriculam baptisatorum scribere incepit. 14. Dec. 1629. aliquem questorem elemosinae ex Syria mancipari et ipsius 200 flos confiscari fecit. Ibi usque 3. Maji 1631. operatus est.

Friccius, rectius Frisch Daniel. Ordinatus 17. Jun. 1628. ad titulum mensae decani Szakolczensis. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. 1630. Tirnaviae per Petrum Pázmány celebratae qua parochus in Rovenszkó, (filia ad Rohó.) Fuit ergo parochus in Rohó, ubi sub illo 5. Aug. 1631. Emericus Losy, tunc eppus Varadiensis, ecclesiam consecravit. Jam eodem a. parochus Szakolczensis. 23. Febr. 1632. investitus canonicus Strigon. tamen parochiam retinuit usque 12. Maji 1633. hinc transivit ad Nagy-Bresztován. Tunc ibi existentem statum proposuit 1634. visitator Georgius Draskovics. «Proxima ruinae ecclesia. Turris, tectum, trabes, tabulatum vetustate consumtum.»

Frideczky Joannes. 1671. pro theologia ad seminarium generale susceptus, ubi 26. Aug. 1674. baccalaureatum ex theologia assecutus. 15. Maji 1716. investitus parochus in Mellek, quam 1734. resignavit et ad quietem recessit, in quo † 5. Maji 1738.

Frivaldszky Carolus. Natus 1787. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1812. terminavit et ordinatus est. Cooperatorem egit in Galanta, ab 1814. in Alsó-Pél. Hinc 1818. factus est parochus in Alsó-Várad. Inde 3. Nov. 1826. per cambium cum Josepho Kárász, transivit ad Pecsencz. 26. Jul. 1833. resignavit hoc beneficium, illud tamen usque festum OO. SS.

ejusdem a. administravit. Qua membrum instituti emer. parochorum † 9. Mart. 1850. Posenii.

Frivaldszky Joannes. Investitus 7. Apr. 1736. parochus in Drégelypalánk, ubi † 8. Febr. 1761. Sepultus ad cryptam ecclesiae.

Frivaldszky Joannes. Frivaldensis e cottu Trencsén. E seminario Mariano 1742. baccalaureus et 1743. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. 1747. terminavit. 14. Oct. 1751. investitus parochus in Nagy-Endrőd, hinc 6. Dec. 1752. transivit ad Ipoly-Szakállos, ubi † 28. Nov. 1759.

Frivaldszky Joannes. Rajeczensis e cottu Trencsén. E seminario s. Adalberti 1752. baccalaureus 1753. magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario cum tertio a. 1757. terminavit. 29. Apr. ejusdem a. pro cooperatore missus est ad Drégely-Palánk, ad quam parochiam 8. Febr. 1761. investitus est. Fuit una VADnus districtus Hont. medii, consist. Strig. et cottus Hont. tabulae jud. assessor. † 1. Apr. 1808. ibid.

Frivaldszky Josephus. Rajeczensis ex cottu Trencsén. 1750. susc. in alumnatum Budensem Széchényianum. 29. Mart. 1755. ordinatus 25. Oct. ejusdem a. factus est coop. in Gajar, hinc 5. Nov. 1756. transpositus ad Nyék. 7. Apr. 1758. investitus parochus in Egegh. 1766. ibidem conscriptio parochialis fuit peracta per c. reg. mattis deputatum Emericum Foglár. † 21. Oct. 1780. ibid.

Frivaldszky Stephanus. Nobilis Rajeczensis e cottu Trencsén. E seminario s. Stephani 1737. baccalaureus et 1738. magister philosophiae. Theologiam in seminario Mariano cum tertio a. 1741. terminavit. 5. Maji 1745. investitus parochus in Nádas in cottu Hont. 1760. ecclesia s. Bartholomaei ibidem per rectorem collegii S. J. Neosoliens. benedicta. † 4. Febr. 1763. ibidem.

Fridrich Casparus. Theologiam cum tertio a. in seminario generali 1797. terminavit. Cooperatorem egit in Surány, ab 1801. in Kis-Apáthi, ab 1802. in Szent-Endre, ab 1805. in Windschacht, hinc 2. Jan. 1806. factus parochus in Kormossó. † 8. Mart. 1814. ibidem.

Fridrik Martinus. Investitus 11. Aug. 1702. parochus in Rohó, 11. Jun. 1705. vero in Nahács, ubi usque 1719. operatus est.

Friedrich Josephus. Natus 30. Aug. 1834. Tirnaviae. Theologiae Strigonii studuit. 3. Jan. 1857. ordinatus est. Cooperatorem egit in Dorogh, dein Tirnaviae. Occasione belli 1859. ad

Italiam pro servitia spiritualia laeso militi praestanda missus est. 1860. cooperator Posonii ad s. Martinum factus. 15. Febr. 1871. constitutus parochus in Majthény. Est simul VADnus et schol. elem. inspector in districtu ejusdem nominis.

Frimmel Venceslaus. Theologiam cum quarto a. in seminario s. Stephani 1803. terminavit. Hinc cooperator fuit in Vágszerdahely, inde vero 1808. parochus factus in Lakács. Ibidem † 5. Maji 1822.

Frisus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Dombó. (Alsó-Dombó). Cujus beneficium rectam decimam per annum, medium fertonem tulit, quem et collectoribus census papalis solvit. (Mon. Vat. S. I. T. I. 202.)

Fritsch Antonius. Natus in Szomolánka 12. Sept. 1808. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 11. Sept. 1833. ordinatus est. Cooperatorum egit in Nyitrapereszlyény, hinc ab 1834. in in Krakován. 27. Apr. 1843. praesentatus est parochus in Ardanócz, 7. Jan. 1844. in Lakács, 1847. munere VADni decoratus. † 23. Apr. 1870. ibidem.

Fritsch Jacobus. † 1542. Qua parochus Leibitziensis. Cujus posthuma substantia causam dedit controversiae. (Wagner, Analecta Scepus. II. 230.)

Frummer Franciscus. Érsekújváriensis, 27. Nov. 1742. ex semin. s. Emerici ad alumnatum Budensem Széchényianum missus. 5. Maji 1748. capellanus apud Gabrielem Etrek in Kálna applicatus. 27. Apr. 1750. investitus parochus in Besse. Sub ipso 1753. structa est ecclesia impensis Nepomuceni l. b. Hunyady de Ürmény. Incepit eodem a. et matricas scribere. † 12. Apr. 1759. ibidem.

Frummer Franciscus. E seminario s. Stephani. 14. Jul. 1742. investitus parochus in Mellek, hinc 11. Oct. 1743. transivit ad Naszvad, ibidem 1747. ecclesiam renovari curavit. 1754. peracta visitatio per Georgium Molnár, in qua parochum quadragenarium esse notat. Usque 2. Jun. 1763. operatus est, tunc Tirnaviam ad seminarium deficientium recessit, ubi † 28. Aug. ejusdem a.

Frühwirth, vulgo Friewirth Joannes. Fuit ab 1638. usque 1639. parochus in Ottóvölgy.

Fuchs Franciscus. Natus 2. Aug. 1744. in in Parendorf in cottu Moson. Ab 1765. philosophiam a secundo et theologiam usque quartum a. in seminario Széchényiano Budensi absolvit. 1768.

ordinatus est. Cooperatorum egit Strig. in l. reg. citte. Mense Majo 1769. praefectus haerulorum l. b. Andrassy in Betlér. Theologiae doctoratum 15. Jun. 1770. in universitate Cassoviensi magno cum applausu adeptus est. 1773. parochus factus est in Szomor. Simul eodem a. professor philosophiae in academia Budensi renunciatus, quod munus simultaneae usque 1775. gessit. 1777. parochia Szomor ex ADiaconatu Komarom. distr. Udvard, incorporata est ADtui cathedrali, districtui Trans-Danubiani. 1779. resignavit parochiam et factus est secretarius neo-vicarii Luzsénszky. 1781. secretarius AEppalis. 7. Maji 1784. installatus canonicus Strig. 1787. eppus Nitriensis. 1804. primi AEppi Agriensis dignitatem obtinuit, ast jam † 27. Jun. 1807. Plures ecclesias, parochias, scholas erexit in utraque, quam rexit dioecesi. Educationi item pubis utriusque sexus, assignato ad id liberaliter fundo, egregie consuluit. Editis ad usum tum cleri, tum populi conducentibus libris optime meruit. (Magy. Encycl. VIII. 505.)

Fuchs Franciscus. Natus 6. Oct. 1764. Tirnaviae. Philosophiam et theologiam cum quinto a. 1789. in semin. generali terminavit. 1790. in domo presbyterorum moratus est Tirnaviae. Eodem a. cooperator in Diószeg, 1891. in Cseklész, 1794. factus est parochus in Keresztúr, ast jam † 31. Jan. 1795. Tirnaviae.

Fuchs Joannes. Missus 17. Aug. 1758. pro cooperatore ad Körmöczbánya, hinc 11. Maji 1763. in coadjutorem ad Misérd applicatus. 28. Sept. 1764. investitus parochus in Perg, (Jánoshegy) cum qua parochia incorporatus est neo-erectae dioec. Neosoliensi.

Fuchs Josephus. Missus 1. Jan. 1762. pro capellano ad Misérd. Eodem a. in Hidas, eoque filia ad Misérd, parochia est erecta, in qua 10. Aug. investitus est. † 1. Jan. 1808. Fuit Romani imperii eques.

Fuchs Martinus. Nominatur 1525. ut plebanus in Ujbánya. (Schemat. hist. dioec. Neosol. 1876. 333.)

Fugatius Georgius. Gajarensis. 1660. baccalaureus et 1661. magister philosophiae e seminario s. Stephani creatus. 1. Apr. 1663. investitus parochus in Lopasó, hinc 13. Maji 1667. transivit ad Maniga, inde 9. Jul. 1669. ad Rohó, demum isthinc 13. Apr. 1671. ad Búr-Szent-György. Ibidem a. 1676. ecclesia ex lapidibus aliisque solidis materialibus constructa per communitatem

teste inscriptione in arcu. Hic loci operatus est usque mensem Mart. 1679.

Fugatius Joannes. Occurrit 1640. parochus in Sárköz, qui percussus fuit a parochianis. (E notis Georgii Palkovics.) 1647. fuit parochus in Broczkó. Nominatur in catalogo cleri hoc anno jussu Georgii Lippay confecto.

Funk Carolus. Natus 13. Jul. 1816. Budae in Taban. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 27. Jul. 1840. ordinatus est. Missus pro supplente cooperatore Budam ad Assumtam. Ab 1841. penes superiorem castrensem ibidem acturarium egit. Eodem adhuc a. Strigonium pro praebendato se contulit. 1843. factus cooperatore Neobudae, ac eodem a. transivit ad s. Annam. 1848. ad exercitum hung. qua capellanus castrensis adplicatus. Inde redux 1849. cooperatorem Bajnae egit, unde mox transivit Budam ad Arcem. Hinc 16. Mart. 1851. obtinuit voto civium parochiam Budae in Christinopoli. Cujus ecclesiam per ipsum et ditata et ad splendorem evecta est. † 6. Jan. 1869.

Funner Joannes. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1805. terminavit. Cooperatorem egit Szakolczae, hinc mense Majo 1810. factus est parochus in Garam-Szöllös, ubi historiam domus scripsit. † 22. Maji 1824. ibidem.

Furcus Andreas. Occurrit 1630. parochus in Nagyker. Vulgo «András pap.»

Fuzskó Ladislaus. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1806. terminavit. Cooperatorem egit in Surány, ab 1810. in Majtény. Hinc 27. Oct. 1811. investitus capellanus localis in Felső-Szöllös. Inde 12. Jan. 1816. transivit ad Magyarbél, ubi † 6. Febr. 1826.

Fücek Franciscus. Theologiam Strigonii 1871. absolvit. Cooperatorem egit in Lekér, ab 1872. in Ipolyság, ab 1876. in Hédervár, Mense Majo 1877. administrator factus in Ballony, quam 9. Jul. 1878. adeptus est. Ibi jam † 8. Febr. 1881. Aetatis 35.

Fülekfalvay Andreas. Occurrit 1519. cano-

nicus et parochus s. Martini in Scepusio. (Wagner, Analecta Scep. II. 193.)

Füleki Emericus. Occurrit 1647. licentiatius in Kökeszi. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Füleky Franciscus. Investitus 31. Jan. 1714. licentiatius in Szob et Ipolydamásd. 1716. successorem nactus.

Fülöp Georgius. Theologiae quatuor annos Romae absolvit, reversus et investitus 1. Jul. 1681. parochus in Tallós simul in Felső-Szeli. Hic usque 1683. ibi autem usque 1688. operatus est. Abhinc parochus in Püspöki. 27. Febr. 1690. investitus in Cseklész, ubi usque 1691. operatus est, tunc iterum reversus ad Püspöki. 27. Junii 1693. peregit inquisitionem ratione prati ecclesiae Bekensis. 1695. visitatio per Stephanum Illyés fuit peracta, in qua parochus aetatis 42. a. habere notatur. Adfuit dum 1704. Trampius Danorum bellidux ob perfidiam aliquorum a Rakoczianis caesus fuit. 1712. senio confectus translatus Tirnaviam ad seminarium deficientium, ubi brevi mortuus.

Fülöp Michael. Theologiam cum quarto a. in seminario generali 1780. terminavit. Ab hinc cooperatorem egit in Baka. 1782. parochus factus in Nagyabony, hinc 1784. transivit ad Duna-Szerdahely. Ibidem 1787. germani incolae petierunt germanicum concionatorem, quia parochus hanc linguam non callebat. † 14. Aug. 1788. Tirnaviae.

Fülöp Michael. Theologiam cum quarto anno in seminario s. Stephani 1807. terminavit. Cooperatorem egit in Galántha, ab 1808. in Szent-Mihályfa, demum ab 1814. in Vág-Szerdahely. 1819. factus parochus in Nagy-Födemes, ubi † 22. Oct. 1824.

Füzi Stephanus. Occurrit 1647. parochus in Nyitra-Egerszeg. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Füzik Josephus. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1809. terminavit. Cooperatorem egit in Udvarnok, ab 1810. in Bajna Nitriensi. 1814. promotus ad parochiam Nyitrasárfő. † 26. Oct. 1829. ibidem.

G.

Gál Adamus. Theologiam in collegio generali usque tertium a. absolvit ac 29. Mart. 1675. ordinatus est. 4. Mart. 1681. investitus parochus in Nádas in cottu Poson. hic usque 1682. operatus est. 1693. 20. Apr. investitus in Bossán, et eodem a. etiam ad Nyitra-Sárfő. 28. Mart. 1694. ad Lédecz. mense Dec. ejusd. a. ad Alsó-Ludány. 26. Jul. 1677. ad Egerszeg. 30. Apr. 1700. ad Nyitra-Pereszleny. Hinc 22. Apr. 1703. ad Nagy-Rippény, 30. Apr. 1710. ad Ujlak, 2. Maji 1711. ad Izbégh, 17. Maji 1714. ad Nagy-Emőke, ubi † 30. Apr. 1723. Aetatis circa 70. Tumultus ad cryptam Dezsébianam.

Gál Franciscus. Szegedinus ex dioec. Csanád. Fuit 1724. alumnus seminarii Budensis. 11. Sept. 1725. pro cura animarum expeditus. 30. Apr. 1727. investitus parochus in Vámos. 1731. peregit ibidem visitationem Paulus Forgách, qui meminit parochum. In filiali Baics 1750. ecclesia s. Georgii erecta. 1754. iterum peracta fuit visitatio etquidem per Georgium Molnár, qui parochum 54. annorum esse dicit. 1758. ad seminarium deficientium s. Emerici recessit Tirnaviae, ubi † 1. Sept. 1766.

Gál Franciscus Xav. Arnoldus. Tirnavien-sis. 16. Nov. 1747. pro theologia ad alumnatum Budensem Széchényianum susceptus. 27. Oct. 1749. missus pro cooperatore Rosenbergam. 8. Aug. 1750. investitus parochus in Vedrőd. 10. Maji 1756. petiit licentiam ut festum s. Joannis Nep. in capella castelli celebrare possit. † 3. Febr. 1768. ibidem.

Gál Franciscus. E domo presbyterorum 1789. egressus, 1790. in Czetény morabatur. Hinc cooperatorem egit in Muzsla, inde vero 13. Sept. 1793. factus capellanus localis in Érseklél, quatalis † 25. Aug. 1794. in Kis-Salló.

Gál Joannes, Alexander. Dvornikiensis. Qua secundi a. theologus 1695. magister philosophiae creatus. Absoluto ibidem tertio a. theologiae 9. Jun. 1697. ordinatus est. Postmodum baccalaureus theologiae proclamatus. 26. Jul. ejusdem a. investitus parochus in Felső-Thúr. Hinc 1. Mart. 1714. investituram accepit in Ipoly-Ságh, inde 25. Febr. 1724. ad Ipoly-Nyéek, ubi † m. Nov. 1727. aetatis 50. Testamentum ejus praesto est.

Gál de Gyula Joannes. Nobilis de Zsitva-

Gyarmat in cottu Bars. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1816. terminavit. Cooperatorem egit in Galántha, hinc 4. Aug. 1818. factus parochus in Jóka, hinc 2. Sept. 1828. transivit ad Nagy-Magyar. 1830. VADnus distr. insul. súper. ac schol. nat. inspector. Sub illo peracta fuit visitatio Jordanszkyana, in cujus instrumento de parochis notata continentur. † 20. Jan. 1837. Fuit sed. praed. AEpp. de Verebély et Szent-György tabulae judicariae assessor.

Gál Paulus. Theologiam tertio cum a. in seminario gen. Posonii 1797. absolvit. Cooperatorem egit in Szent-Endre. Hinc 1798. transivit ad Karancsság, inde 11. Febr. 1800. factus est capellanus localis in Csalomia, huic 1803. valedixit. Dein iterum cooperatorem factus et quidem in Szent-Mihályfa, 1807. in Negyed, 1808. in Tallós. 1811. factus deficiens. 1813. cooperatorem in Érsekújvár, 1814. in Palást, 1817. sine officio. 1820. cooperatorem in Vajk. Ab 1827. deficiens usque † 23. Jun. 1840. Tirnaviae.

Gál de Kürth Stephanus. Natus 16. Aug. 1848. in Ballony. Theologiae in Pázmáneó studuit. 21. Sept. 1872. ordinatus est. Cooperatorem egit a 4. Dec. ejusdem a. in Bajóth, a 1. Apr. 1874. in Kemencze et ab 1875. in Drégelypalánk. A 29. Oct. 1879. admin. spirit. in Szemő. Ibidem 13. Dec. 1882. parochus nominatus. Hinc 1889. transivit ad Vámos, inde vero 1891. ad Csicsó.

Gál Thaddaeus. Natus 20. Oct. 1800. Theologiam in seminario s. Stephani 1823. terminavit. Annum sequentem in instituto presbyterorum Strigonii transegit 15. Aug. 1824. ordinatus est. Cooperatorem egit in Czetény, ab 1825. in citte reg. Strig. 23. Mart. 1832. administratorem egit in Ó-Gyalla, 22. Mart. 1842. praesentatus parochus in Csúz. 1849. particeps fuit actionis pro libertate patriae motae, ideo Olomucii incarceratus, hinc 1851. eliberatus. A 17. Apr. ejusdem a. administratorem egit in eremo Péliföld-Szent-Kereszt, ubi † 13. Sept. 1852.

Gabelkhoven I. b. Antonius. Dominus in Thurn, Schalegg, etc. Natus 1759. e patre Sigismundo Ignatio, matre Francisca com. Forgách. Juniori clero 1776. adscriptus in seminario s. Stephani primum a. theologiae, reliquum in collegio

Apollinari Romae 1781. absolvit. Redux qua doctor theologiae in aula AEppali applicatus archivarium egit. Brevi tempore cooperatur in civitate Tirnaviensi fuit. Ab 1785. obtinuit praeposituram curatam B. M. V. in Vágújhely ex unanimi voto omnium sex linearum jure patronatus gaudentium. 29. Aug. 1788. peregit ibidem Josephus Batthyány visitationem canonicam. Sub ipsius auspiciis 1792. in xenodochio Vágújhelyensi pensionati religiosi alebantur. Proventus tunc temporis exiguos habuit, 1786. specificavit solum 720 fl. et 71 denarios. Idcirco molam in Bassócz pro 4000 fnis oppignoravit. 7. Dec. 1805. Alexandrum imperatorem Russiae, post pugnam ad Austerlitz hic transeuntem, prandio excepit. † 17. Mart. 1825. Viennae. Fuit etiam s. sedis consist. Tirnaviensis assessor.

Gábor Anacletus. Ex ordine s. Francisci ad ADioecesim susceptus, factus est 1787. primus capellanus localis in Alsó-Szemeréd, ubi † 16. Jun. 1796. aetatis 46.

Gábor Georgius. Ledniczensis ex dioec. Nitr. Fuit 1715. alumnus seminarii Budensis. 29. Mart. 1727. ordinatus. 12. Nov. ejusdem a. expeditus in curam animarum. 12. Dec. 1728. investitus parochus in Valaszka-Béla. Hinc 13. Aug. 1745. obtinuit Kosztolnafalva, ubi † 22. Jul. 1776.

Gábor Joannes Nep. Csejtensis ex cottu Nitr. 1760. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum, hinc vero translatus ad seminarium generale. 10. Dec. 1766. missus pro cooperatore ad Verbó. 27. Sept. 1772. investitus parochus in Liptó-Szent-Kereszt, hinc 1773. transivit ad Liptó-Szent-Miklós, retenta usque 1774. priori parochia. 1776. incorporatus est una cum parochia neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Gábor Joannes. Ab 1779. cooperatur in Drégely-Palánk. Mense Apr. 1782. factus parochus in Felső-Sipék, hinc 1786. transivit ad Nagyzellő, ubi † 14. Apr. 1799.

Gábor Michael. 20. Dec. 1752. missus pro cooperatore Prividiam. 3. Oct. 1755. investitus parochus in Neczpál, hinc 17. Maji 1761. obtinuit Chrenócz, inde vero 10. Nov. 1771. transivit ad Nagymodró, quam 1782. resignavit et ad institutum emeritorum recessit, in quo † 20. Mart. 1797. Tirnaviae.

Gabriel. Occurrit 1419. ecclesiae B. M. V. gloriosae rector et plebanus in Ujhely, alias nova civitate penes fluvium Vagum. (Vágújhely.) Dum

ibidem Stiborius vojvoda Transilvaniae parochiam in curatam praeposituram canonicorum regularium ordinis s. Augustini mutasset, transivit ad ecclesiam beati Ladislai in Csejtha (Csejthe) ibidem 1424. collaborabat in erectione lapideae capellae in filiali Vagyócz et strenuus defensor jurium parochialium fuit. (Magyar Sion, 1866. 438., 1867. 178. et Jedlicska, Kiskárpáti eml. II. 462, 481, 560, 570.)

Gabriel. Occurrit 1470. plebanus ecclesiae B. Mariae V. de castro Budensi, qui fuit simul applicatus in cancellaria regis Mathiae Corvini. (M. O. D. L. 17,005.)

Gabrieli Georgius. Investitus 16. Apr. 1692. parochus in Garam-Szent-Beuedek et Kovácsi, ubi usque 1694 operatus est.

Gabrieli Joannes, Chr. Investitus 3. Febr. 1679. parochus Brezoviensis. Qui e suo beneficio injuriose ejectus et loco ejus 1683. acatholicus prece, certus Michaelides intrusus. Ab 1684. usque 1685. operatus est in Báhony.

Gabrieli Joannes. E seminario s. Stephani qua theologus moralis 8. Nov. 1687. ordinatus. 22. Jul. 1688. investitus parochus in Vágszerdahely, hinc 18. Apr. 1691. transivit ad Nemcsény, sed ibidem tantum usque 28. Apr. ejusdem a. mansit. 13. Febr. 1694. investitus in Szebeléb, ubi 1717. successorem nactus.

Gabriely Joannes. Natus 13. Maji 1833. Philosophiam Tirnaviae, theologiam in Pázmáneó absolvit. 18. Oct. 1855. ordinatus. 1854. adhuc qua diaconus professorem egit Tirnaviae, hinc 1863. promotus ad gymnasium reg. Pestiensis. 1870. obtinuit parochiam Nyergesujfalu. 1888. investitus parochus in Perbete, sed mox resignavit ac remansit in priori. Est notarius distr. Strigon.

Gabris Joannes. Szerediensis. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1734. baccalaureus 1737. magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario cum tertio a. 1738. absolvit. 20. Apr. 1739. investitus parochus in Nagy-Czétény. Hinc 2. Dec. 1740. transivit ad Szémő. Ibidem 1754. peregit Georgius Molnár visitationem, qui de illo adnotavit, quod sit aetatis 42. Contra illum, 1763. quia negligens et potui deditus, inquisitio fuit mota. 8. Oct. ejusdem a. resignavit parochiam et ad domum deficientium missus. 28. Jun. 1771. investitus parochus in Sajó-Püspöki, cum qua parochia neo-erectae dioecesi Rosnaviensi incorporatus.

Gabsovics Emericus. Szuhensis. E seminario s. Stephani 1757. baccalaureus, 1761. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem seminario 1762. terminavit. 16. Apr. ejusdem a. pro cooperatore Szuham missus, hinc 29. Jun. 1763. Posonium promotus. 23. Oct. 1764. investitus parochus in Alsó-Dombó, inde 24. Febr. transivit ad Dévény, exhinc 18. Dec. 1770. investitus in Malaczka. ubi † 17. Jun. 1772.

Gácsér Josephus. Natus 18. Jul. 1788. Theologiam in Pazmaneo 1811. absolvit et m. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Samaria, ab 1813. in Dorogh. 12. Febr. 1820. factus parochus in Gyerk, quam 1843. resignavit et instituto emeritor. parochorum aggregatus est. † 21. Aug. 1850. Budae.

Gácsy Joannes. Investitus 19. Dec. 1670. licentiatu in Karancsság, 14. Nov. 1692. vero in Felső-Ludány ubi uque 1695. activus erat.

Gaibl Alexander. Natus 11. Mart. 1843. Theologiam Strigonii absolvit. 28. Jul. 1867. ordinatus est. Cooperatorem egit in Laksárujfalu, ab 1868. in Vedröd, ab 1869. Pestini ad s. Josephum. Ab 1872. applicatus est educator herul. Guidonis comitis Karácsonyi. 27. Nov. 1878. factus est curatus in Péliföld-Szent-Kereszt, hinc 25. Sept. 1881. praesentatus parochus in Bajcs, inde vero 1. Jun. 1886. obtinuit Kövesd.

Gaján Joannes. Theologiae quatuor a. in Pázmáneó absolvit. 29. Oct. 1707. investitus parochus in Nagy-Surán, hinc 10. Aug. 1708. obtinuit Vistuk, 18. Maji 1712. Alsó-Korompa, demum 21. Maji 1713. Modor. Ibi 1714. Emericus l. b. Pongrácz peregit visitationem qui parochum aetatis a. 30. habere dicit. 28. Maji ejusdem a. cittas Modrensis gravamina contra ordinem s. Benedicti proposuit consistorio AEppali et per illum ipsi AEppo. Eodem tempore etiam contra eremitam Modrensem inquisitionem movit. 1723. descriptio specifica parochiae peracta fuit. A 20. Aug. 1725. diurnum habuit processum cum acatholicis, ac Georgio Schreiber iudice, irridentes decantationem hymni Ambrosiani. † 12. Apr. 1745. ab intestato. Cittas ei in restantia mansit 800 flnis.

Gaján Michael, Franciscus. Ab 1676. fuit parochus in Egbell. Hinc 22. Apr. 1679. investitus est in citte Modra, quem PP. Benedictini ab ingressu in cittem cum processione in festo corporis Christi prohibebant, quare ipse manutenere

volens jus suum parochiale coactus fuit recurrere ad vicarium, qui dictos patres a similibus ausibus inhibuit. Inde 16. Jul. 1686. factus parochus et decanus Szakolczensis, et simul VADnus Sasvárensis, ac praepositus s. Michaelis. 1699. illuc AEppus Kollonich introduxit Carmelitas. † 18. Mart. 1705. ibidem.

Gajári Andreas. A m. Apr. 1659. fuit parochus in Nádas in cottu Poson. Hinc 20. Maji 1667. investitus in Bélaház, ubi Ferdinandus comes Pálffy 1673. peregit visitationem. Inde 12. Maji 1679. transivit ad Nagy-Bresztován, 17. Sept. 1680. obtinuit Jabloncza, m. Jun. 1682. iterum Nádas, 1687. desinit fungi.

Gajari vel Garai Georgius. Occurrit 1630. et 1647. licentiatu in Köhid-Gyarmat. Fuit recenter conversus. A. priori interfuit synodo 4. et 5. Oct. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. A. posteriori nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Gajarszky Joannes, vide **Garajszky.**

Gajda Franciscus. Vágujhelyiensis. Qua alumnus seminarii s. Adalberti 1754. baccalaureus 1755. magister philosophiae. Ex eodem seminario theologus quarti a. ordinatus et 19. Jan. 1759. pro cooperatore Ó-Turam missus, hinc transivit 1. Jun. 1760. Mijavam. 21. Sept. ejusdem a. investitus parochus in Pitrtsd, (Oszuskó). 24. Apr. 1765. vero in Lopassó. Ibidem † 4. Febr. 1776.

Gajensis Thomas. Occurrit 1643. parochus in Nahács. 9. Jun. ejusdem a. citatio contra illum fuit peracta, eo quod cistam parochi Joannis Dlhovics violaverit.

Galambos Colomannus. Natus 1. Oct. 1834. in Nagy-Sztricze, in cottu Trencsén. Brevi tempore clericus Cisterciensis ordinis. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 20. Oct. 1857. ordinatus est. Qua diaconus Tirnaviam pro professore in gymnasio missus. 1860. Viennae ex theologia fundamentali rigorosum subivit. 1862. Strigonium ad munus studiorum praefecti et spiritualis promotus. 1865. ob malum gutturis ad vitam privatam se retrahere coactus, ast jam 1866. parochiam Füzesgyarmat obtinuit, inde 1869. transivit ad Nagysáró. Ibidem pauperem suam ecclesiam restauravit passim e collectis pecuniis extus et ornavit multum intus. Societates ss. cordis Jesu et Mariae, infantiae, ac rosarii invexit. Missiones 1873. ac 1877. asservavit. 10. Sept. 1879. transivit ad Naszvad, quam 7. Jul. 1881.

resignavit et 1. Aug. congregationem Lazaristarum ingressus est. Habet merita in litteratura ecclesiastica. (Uj Magy. Sion, 1886. 110.)

Galbavy Joannes. Investitus 4. Nov. 1723. parochus in Felső-Hámor. Hinc 15. Mart. 1727. investitus in Felső-Apáthi et Szklenó-Fürdő, ubi † 4. Mart. 1740.

Galbavy Joannes. Natus 29. Dec. 1801. in Brogyán. in cottu Bars. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 13. Mart. 1826. ordinatus est. Capellanum domesticum egit uno anno apud dom. Bencsik in Füss. Cooperator fuit Konyhae octo hebdomadibus. Ab 1827. in Nagylévárd ab 1830. Modrae, ab 1832. rursus Konyhae. Mense Majo 1838. obtinuit parochiam Almás. 1841. peregit visitationem Michael Adamkovics. 19. Sept. 1842. tota communitas una cum ecclesia ac campanis, paucis in momentis incendio consummata. Post incendium nudas domos continuae pluviae devastarunt, etiam parochus emigrare fuit coactus. Magnis ac diuturnis fatigiis haec damna resarcire conabatur parochus, ast in fatigiis confractus † 16. Jan. 1884.

Gálffy Joannes. Occurrit 1630. parochus in Nagy-Surány. Nominat illum visitator Volfgangus Érsekujváry. Ecclesiam, quae antea filia ad Nád-szeg fuit, dominus terrestris Thomas Bosnyák erexit et egregie providit.

Gálffy Josephus. Natus 6. Mart. 1796. Theologiam cum quarto anno in Pázmáneo 1818. terminavit. 15. Apr. 1819. ordinatus est, hoc tempore Posonii versabatur. Cooperatorem egit in Galantha, ab 1821. in Búr-Szent-György, ab 1823. in Konyha, ab 1824. Bazinii, ab 1825. in Báhony, ubi simul admin. in spiritualibus erat. 31. Aug. 1828. factus parochus in Nyitra-Pásztó. Hinc 28. Nov. 1830. transivit ad Alsó-Merasicz, ubi † 30. Mart. 1856.

Galgóczy Emericus. Levensis, ex cottu Bars, 19. Aug. 1756. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 15. Nov. 1761. missus est pro capellano ad Samuelem l. b. de Réva. 9. Nov. 1763. investitus parochus in Harkács, hinc jam 12. Jun. 1764. transivit ad Tölgyes, inde 9. Maji 1779. investituram accepit pro Gyerk, sed mox resignavit, ultroquoque remanens in priori beneficio. 1766. conscriptio hujus parochiae fuit peracta. Instrumentum visitationale Batthyanyianum, dicit de illo, quod se nec collaudaverat, nec inculparat. † 2. Jul. 1783. ibidem.

Galgóczy Franciscus. Galántensis. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1738. baccalaureus et 1739. magister philosophiae. Ab 1752. parochus exemptae parochiae Pápensis. 9. Jun. ejusdem a. petiit ab ordinariatu subsidium in erectionem sacelli. Insimul 5. Dec. fecit deductionem contra intentatam introductionem plurium praedicatorum. 1753. Fratres Misericordiae introducti. 13. Apr. 1764. ad stellum canonicale Poson. installatus, 29. Jul. 1766. vero ad Strigon. 1768. abbas s. Andrea de Bisztricza, item collegii Pázmániani praefectus. 16. Maji 1772. ADnus Comaromiensis installatus. † 27. Oct. 1798. Tirnaviae. Aetatis 78. Fuit ss. theologiae doctor.

Galgóczy Georgius. Occurrit 1561. parochus in Zsarnócza. Fuit absens a synodo eodem a. per Nicolaum Oláh celebrata.

Galgóczy Georgius. Quum parochum Bodensem ageret, 24. Aug. 1678. milites a praesidio Putnok, in castello Kis-Palugya commorantem, una cum Adamo et Casparo Palugyay ceperunt et 1600 litro taxarunt. Adamus Palugyay aufugit, parochus vero erga fidejussionem Caspari dimissus est.

Galgóczy Joannes. Nobilis Diószegiensis. E seminario s. Stephani 1733. baccalaureatum et 1734. magisterium philosophiae assecutus est. Theologiae primum a. 1735. in Pazmaneo, secundum et tertium in semin. s. Stephani usque 1737. terminavit, 19. Maji ejusdem a. investitus parochus Izsaensis. Hinc m. Oct. 1740. vicariialis secretarius. 21. Jun. 1742. installatus canonicus Posoniensis, 25. Sept. 1744. vero Strigoniensis. 23. Jan. 1749. lector, 8. Sept. 1754. praepositus major. Mense Majo 1772. sede vacante per acclamationem electus in vicarium capitularem. Fuit el. eppus Traguriensis et benigne nominatus neo-erectae dioecesis Rosnaviensis. Abbas ss. Salvatoris de Lekér. Universitalis Tirnaviensis cancellarius et regius consiliarius. † 6. Apr. 1776. Tirnaviae.

Gálik Andreas. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Posoniensi 1794. absolvit. Hinc cooperatorem egit in Hodrusbánya. 4. Jun. 1800. praesentatus capellanus localis in Tepla, ubi † 21. Jan. 1825.

Gálik Emericus, Antonius. Tirnavia oriundus. Theologiam in seminario Mariano absolvit et 18. Aug. 1805. ordinatus est. Cooperatorem egit in Selmezbánya. 1806. factus administrator in Kékkő,

quam 1847. resignavit. Instituto emer. parochorum aggregatus † 1. Sept. 1849. in Kékkő. Aetatis 63.

Gálik Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1795. terminavit. Ordinationem 1796. Tirnaviae expectavit. Cooperatorem egit in Búr-Szent-Miklós, ab 1798. in Ballassa-Gyarmat. Hinc 1799. admin. dein parochus Kékkőensis. Inde 22. Jun. 1803. obtinuit parochiam Szklabonya, ubi † 15. Jul. 1836. Fuit cottus Neograd. tabulae jud. assessor.

Gálik Michael. Investitus 30. Apr. 1717. parochus in Lekér. † 1730. ibidem.

Gálik Michael, Josephus. Fuit a 10. Jun. 1717. parochus Csiffárensis. Hinc 3. Jan. 1721. investituram accepit in Garam-Ujfalú, inde 8. Apr. 1725. transivit ad Egegh, ubi † 11. Sept. 1728.

Gálik Stephanus. Investitus 21. Mart. 1727. parochus Vilkensis, hinc 2. Oct. ejusdem a. transivit ad Hárskút, inde vero 8. Apr. 1728. ad Sávoly. 5. Nov. 1732. investitus est in Ipoly-Szécsényke. Hinc demum 19. Mart. 1733. ad Egegh, ubi † 14. Aug. 1754.

Galla Christophorus. Ex aliquo abolito ordine factus 1787. primus capellanus localis in Nagy-Csalomja. † 9. Jan. 1800. ibidem.

Galla Joannes. Theologiae quatuor annos in seminario AEppali Posoniensi 1800. terminavit. Cooperatorem egit solum in Tölgyes, hinc 1810. factus parochus in Ebed, quam 1816. resignare debuit. Hinc absque officio degit in Virt, et Béla. Ab 1822. iterum cooperatorem in Tallós. Interim ab 8. Mart. usque m. Dec. ejusdem a. administrabat Keszegfalva. Ab 1825. cooperatorem in Szent-Mihályfalva. Ab 1827. absque officio. Ab 1828. deficiens, qua talis † 6. Aug. 1831. Posonii.

Galli Stephanus. Occurrit 1626. parochus in oppido Garam-Szent-Benedek. Nominatur in actis visitationalibus ejusdem a.

Gallikovics Joannes. Theologiae studium ab 1677. in seminario s. Stephani absolvit. A mense Jul. 1679. parochum egit in Besztercze, hinc 8. Mart. 1680. transivit ad Misérd, quocum conjuncti erant pagi Dénesd et Szemeth. Operatus est usque 1682.

Galló Josephus. Nobilis Zavariensis. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1740. et 1741. baccalaureus et magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem seminario 1745. terminavit. 8. Jan. ejusdem a. investituram accepit in noviter

erectam parochiam Dobócza. Hinc 20. Febr. 1751. transivit ad Nagy-Rippény. Ipsius cura matriculae denuo scribi inceptae. Ecclesia, propriis impensis, fornice provisa. Expensis vero Andreae Baranyay capella erecta. 1755. Antonius Révay visitationem peregit. Eodem a. confraternitatem cordigerorum introduxit. In filiali Paczolaj vetustam ecclesiam renovari curavit. 8. Jun. 1757. transivit ad Koross. Ibi munere VADni condecoratus. † 11. Nov. 1770. ibidem.

Galló Stephanus. Zavariensis. 1756. susceptus in Pázmáneum, ubi philosophiam et theologiam absolvit. Missus 25. Aug. 1760. pro cooperatore ad Vág-Szerdahely, hinc 31. Aug. 1761. investitus parochus in Nadlán, inde 29. Sept. 1770. in Prassicz, sed mox, nempe 27. Nov. ejusdem a. transivit ad Koross, ubi munere VADni condecoratus. 28. Maji 1780. visitatio Batthyanyiana hic peracta, in qua de parochio laudabiliter fit mentio. Relationes per ipsum factae in archivo ADioec. complures existunt. † 1. Mart. 1789. ibidem.

Galló Thomas. Investitus 8. Jun. 1748. parochus in Varbó: 1752. e substantia Stephani Lanthy aedificata ecclesia Trazsensis. Item 1755. et 1756. e munificentia primatis Nicolai comitis Csáky in locum antiquae capellae erecta est ecclesia Húgyagensis. 1755. peregit Ignatius Koller visitationem. Gessit munus VADni distr. Szécsényensis. † 19. Apr. 1763. in Szécsény. Fuit ss. theologiae doctor.

Galloviczius Joannes. Occurrit 1590. parochus in Tepla. (Ex notatis Georgii Palkovics.)

Gallus Jacobus. Occurrit 1580. parochus in Ternye, jam augustanorum fautor. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 219.)

Gallus de Somos. Occurrit 1401. usque 30. Dec. 1402. rector eccl. B. M. V. de Zuchano, (Szucsány.) Beneficio per decretum Bonifacii IX. privatus, quia per annum et amplius neglexit ad sacerdotium promoveri. (Mon. Vat. et I. T. IV. 493.)

Gallus. Occurrit 1423. parochus in Szent-Mihályfa, quem capitulum Posoniense, qua hominem suum discretum in re metalli exmisit. (Féjér, C. D. X. VI. 567.)

Galóczy Georgius, vide Gubóczy.

Galóczy Stephanus. Investitus 23. Maji 1679. parochus in Liptó-Szent-Miklós. Per Tökölianos exturbatus et minister Samuel Transcius intrusus.

Gály Antonius. Natus 7. Mart. 1815. in Ujlak in cottu Nitr. Philosophiam et theologiam

Tirnaviae absolvit. 29. Sept. 1838. ordinatus est. Cooperatorem egit Szakolczae, in Selye et in Szered annis decem et mensibus novem. Ab 5. Jul. 1849. admin. in Soponya, ubi 7. Apr. 1853. investitus parochus, quam 10. Oct. 1873. resignavit. † 22. Oct. 1879. Posenii.

Gály Laurentius. Natus in Bittcsa in cottu Trencsén. 3. Aug. 1805. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 10. Aug. 1828. ordinatus est. Aliquo tempore educator herulorum consilarii Mérey. Érsekujvárinum pro cooperatore missus. Ab 1830. exhortator et studiorum praefectus una supplens professor in utraque facultate Tirnaviae per sesqui annum. Tum professor matheseos per tres annos, item historiarum fere septennio. 14. Jan. 1841. impetravit parochiam Karancsság. Ab 1842. VADnus. 1. Jul. 1854. factus parochus in Drégelypalánk retento munere VADnali 29. Oct. 1873. installatus canonicus Poseniensis. † 24. Maji 1879. Fuit philosophiae, item ss. theologiae doctor coll.

Gamera I. b. Arthur Carolus. Comes Romanus de Gambamar. Natus 2. Febr. 1847. Fuit presbyter dioecesis Transilvaniae. 23. Febr. 1870. ordinatus. Ad ADioecesim 1882. susceptus et qua praebendatus chori eccl. metr. accomodatus. 25. Mart. 1885. factus parochus in Köbölkút, quam 1887. resignavit et curae valetudinis causa ad Klosterneuburg se recepit.

Gampe Josephus. Theologiam in Pázmáneó absolvit et 30. Dec. 1758. pro cooperatore Scepusium missus. Talem egit in Olasz. Ab 1765. parochus fuit in Kis-Lomnicz, quacum incorporatus neo-erectae dioec. Scepusiensi.

Gancsó, vel Jancsó Matthaeus. E seminario s. Stephani 22. Sept. 1673. ordinatus. Cooperatorem egit Tirnaviae. 16. Jul. 1675. investitus parochus in Ipoly-Bolyk, ubi 1689. successorem nactus.

Gank, vel Genk Georgius. Investitus 15. Jan. 1697. parochus in Kovarcz. Hinc 11. Mart. 1698. transivit ad Novák, ubi usque 1701. operatus est.

Gánóczy Antonius. Natus Cassoviae. Fuit alumnus dioecesis Magno-Varadiensis. Theologiae secundum, tertium et quartum a. in collegio cleri Hung. 1749. terminavit. Ad titulum ejusdem dioecesis ordinatus. Nicolaus com. Csáky AEppus Strig. illum pro cerimoniario ad aulam suam accersivit. 28. Sept. 1752. investitus parochus in

Érsekujvár. Ibidem 1753. per Andream Rabcssek conscriptio parochiae fuit peracta. 10. Apr. 1754. petiit facultatem erigendi congregationem ss. Trinitatis. Eodem a. ibidem erecta capella s. Annae pro natione germanica. Hinc 1764. canonicus Poseniensis, 1767. vero Magno-Varadiensis promotus. Ubi canonicus auxiliarius eppi Adami I. b. Patachich. Dein praefectus seminarii Budensis. † 1791. Posenii. De historia dioecesis Magno-Varadiensis optime meritus. (Uj Magy. Sion. 1886, 111.)

Ganzer Ignatius. Missus 18. Dec. 1743. pro cooperatore ad Lévárd. 12. Jul. 1747. investitus parochus in Hodrusbánya. 10. Aug. 1753. petiit privilegium pro ara s. Nicolai. 1766. conscriptio parochiae fuit peracta, in qua dicitur duas fuisse ibidem ecclesias, una 1387. ex impensis urbanorum et altera 1577. sumtibus catholicorum aedificata. Inito cambio cum Joanne Krajcsovics, obtinuit Vihnye, ad quod beneficium 2. Maji 1773. investitus, et 1776. incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Garai Georgius, vide Gajari.

Garai Joannes. Investitus 6. Jul. 1693. licentiatius in Nagy-Surány, ubi usque 1696. operatus est.

Garajszky Joannes. Fuit 1726. parochus in Lőcse. Contra hunc incolae I. r. cittis hujus aetholici eodem a. ad consilium reg. loc. Posen. conquesti sunt, quod ille personas, quarum una catholica, nisi nascituras proles in fide cath. educandas, jurejurando promittant, non secus copulare velit. Successorem nactus 1746.

Garajszky Joannes. Jaslóczensis ex cottu Posen. E seminario s. Stephani 1733. baccalaureus et 1734. magister philosophiae. 3. Nov. 1735. missus in alumnatum Budensem Széchényianum. 15. Jan. 1739. investitus parochus in Felső-Attrak, hinc 3. Dec. 1750. transivit ad Nyitra-Sárfő. 1755. visitatio per Antonium Révay fuit peracta. † 6. Aug. 1764. ab intestato.

Garay Georgius, Martinus, Petrus. Nobilis Keszthelyiensis. E seminario Mariano 1734. baccalaureus et 1735. magister philosophiae. Mense Majo 1739. investitus parochus in Nádszeg. † 12. Nov. 1750. ibidem.

Garay Paulus. Fuit circiter ab 1574. parochus Tirnaviensis, simul canonicus M. E. Strig. Domum habuit penes coemiterium in Jeruzsalem-utcza. † 1573. Sepultus in templo s. Nicolai prope aram B. M. V.

Garay Stephanus. Theologiae quatuorenem cursum in seminario AEppali Poson. 1797. terminavit. Cooperatorem egit in Hédervár et Püspöki. Hinc 1802. parochus factus in Somorja, quam 1838. resignavit et instituto emer. parochorum aggregatus, Posonii degit, ubi † 19. Febr. 1844. aetatis 70.

Garay Stephanus. Natus 15. Jul. 1856. Theologiam in Pázmáneó absolvit et 16. Aug. 1879. ordinatus est. Cooperatorem egit in Garam-Szent-Benedek. 1887. administrator factus in Dágh, quod beneficium, sequenti anno adeptus est. 1890. transivit ad Csév. Est conventualis conventus s. Benedicti de juxta Grón.

Garday Martinus. Investitus 5. Apr. 1690. parochus in Szent-Antal, in Hont, inde 29. Apr. 1698. investituram pro Zsarnócza nactus, hinc 15. Nov. ejusdem a. secunda vice in Szent-Antal investitus. Exhinc 8. Jul. 1711. translatus ad Borbócz, inde demum 22. Jul. 1712. ad oppidum Zólyom-Lipcse. 1718. et 1725. fecit foundationes pro duobus clericis in seminario s. Adalberti Tirnaviae educandis pro capellania Lipcsensi. Foundationis patronum parochum s. Crucensem constituit. (Categ. Fundationalia. Fasc. XXX.) Fuit simul VADnus. Operatus est usque 1728.

Gardner Aloysius. Natus 10. Mart. 1792. Dubniczae in cottu Trencsény. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 17. Aug. 1815. ordinatus est. Cooperatorem egit in Lévárd, ab 1820. in Stomfa, hinc 1823. factus parochus in Máriavölgy, inde 20. Mart. 1833. transivit ad Csejkő per cambium cum Josepho Prichel. Exhinc 28. Mart. 1837. accepit Nagy-Lóth, ubi 11. Jun. 1861.

Gardon Joannes. Paistrunensis (Borostyánkő) e cottu Poson. E seminario s. Stephani 1731. baccalaureus et 1732. magister philosophiae. In eodem seminario theologiam cum secundo a. 1734. terminavit. 5. Nov. ejusdem a. investitus parochus in Magasfalva. † 15. Jun. 1750. ibidem.

Garek Georgius, Josephus. Investitus 1. Maji 1687. parochus in Zavada et Prassicz, hinc mense Aug. 1689. transivit ad Nagy- et Kis-Ugrócz, ubi usque 1694. operatus est.

Garrovei Michael. Fuit ab 1655. usque 1657. parochus in Kaproncza.

Gáspár. Fuit 1561. parochus in Bálvány-Szakállos (filia nunc ad Keszegfalva,) de quo visitator a. supradicti dicit: «Est bonis moribus

praeditus et sinceram fidem tenet et omnia sacramenta ecclesiae recto ordine administrat. Parochiani ejus sunt omnes boni Christiani, excepto Luca Posár, qui est summus haereticus.»

Gáspár Andreas. Theologiam cum secundo anno in Pázmáneó absolvit. 29. Aug. 1730. investitus parochus in Magyarbél, ubi 1732. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parocho notavit: «Aetatis 30. Degit in domo rusticana. Communitas educillum hujus anni deputavit pro erigenda parochia, ubi unum cubile etiam pro hospitibus struendum. Usuat vineam ecclesiae usque dum ei melius provisum fuerit.» Hinc 30. Apr. 1735. investitus in Sempthe, ubi 1740. in lue pestifera servivit. 30. Apr. 1742. transivit ad Nagy-Endrőd. Operatus usque obitum † 3. Jul. 1747. Tirnaviae.

Gasparics Paulus. E seminario s. Stephani qua casista ordinatus ad curam animarum missus. Investitus 3. Jan. 1713. parochus in Gerencsér, cum filiabus Szilincs et Moderdorf. Eodem a. peregit ibidem visitationem Emericus Pongrácz, qui de parocho notavit, quod sit aetatis 26. Hinc 2. Oct. 1720. transivit ad Nagysúr. Bona ecclesiae in statu perverso invenit, et nec ordinavit. † 24. Maji 1722. ibidem.

Gasparik Gustavus. Natus 13. Apr. 1832. Theologiam Strigonii absolvit. 29. Jul. 1855. ordinatus est. Cooperatorem egit per annos sex et menses novem in Garam-Szent-Benedek. 24. Maji 1862. praesentatus parochus Csévensis. † 25. Nov. 1889.

Gasparovics Josephus. E seminario s. Stephani qua theologus moralis in curam animarum missus, 7. Jul. 1711. pro indifferenti parochia in cottu Liptó. 15. Mart. 1714. investitus parochus in Dovalló, exhinc ab 1719. in Kvacván, inde 24. Mart. 1722. in Veszele, ubi 1731. fuit peracta visitatio per Franciscum com. Zichy. † 20. Jun. 1750. ibidem.

Gasparovics Michael. E seminario s. Stephani 21. Dec. 1658. ordinatus. 1. Apr. 1669. investitus parochus in Varbó, ubi mense Majo 1673. successorem nactus.

Gasparovics Michael. Natus in Nagy-Lehota in cottu Nitr. E seminario s. Stephani 1733. baccalaureus, 1734. magister philosophiae. Theologiam cum secundo anno ibidem terminavit. 3. Oct. 1736. investitus parochus in Hajnik. Hoc

beneficium 1748. resignavit et seminario deficientium aggregatus † 31. Maji 1750.

Gasparovics Stephanus. Natus 24. Jul. 1854. Theologiam in seminario s. Stephani Strigonii terminavit et 1. Aug. 1877. ordinatus est. Cooperatorum egit in Nagysurány et ab 1884. in Magasfalu, ubi 1885. parochus factus.

Gásztán, vel Gasztányi Josephus. Tótgurabensis ex cottu Poson. E seminario Mariano 1751. baccalaureus et mox magister philosophiae. Eodem anno transpositus ad alumnatum Budensem Széchényianum. 28. Oct. 1753. ordinatus et 29. Dec. ejusd. a. factus cooperator in Kéménd in cottu Baranya. 17. Apr. 1755. investitus parochus in Kápolna. Ibidem 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, in qua de parochia dicit, quod sit: diligens, exemplaris. 1764. habuit fatalitates propter profugum militem, qui vestes suas cum illis famuli parochi permutavit. Effodere curavit illas corneas arbores, quae intra et extra muros desolatae ecclesiae crescebant. † 14. Dec. 1782. Tirnaviae et apud Franciscanos sepultus.

Gáth Georgius. Ordinatus Strigonii. Ab 1544. usque 1550. parochum egit in Nagy-Bresztován, tunc transivit ad Szenicz. 1560. contra illum fiscalis causam movit propter excessus canonibus contrarios. Qua de causa per vicarium gralem citatur. Ludovicus Nyáry de Bedeg et alii se interponunt, et in gratiam parvulorum ne sine baptismo decedant et infirmorum, idcirco ad propria redire permissus. Visitor de eodem a. sic laudabiliter de illo loquitur: «Bene se ordinat atque regit, ecclesiamque suam pulcherrime servat, populum bene docet, secundum Romanam ecclesiam, sub una specie communicat.»

Gaulik Mathias. Investitus 23. Apr. 1725. parochus in Turócz-Szent-Márton, ast post dies jam successorem nactus.

Gavenda Joannes. 30. Mart. 1709. ordinatus. 29. Maji 1713. investitus parochus in Velicsna. Hinc 30. Dec. 1714. transivit ad Oravka, quam 1723. resignavit. Ibidem victivavit in quiete et in ejati xenodochio obiit. † 30. Maji 1742.

Gazaffy Paulus, Franciscus. Investitus 22. Jul. 1722. parochus in Spácza, ubi usque 1727. operatus est.

Gazapy Ladislaus. Szent-Iványensis ex cottu Poson. 1750. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum, ubi philosophiam, theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 25. Aug. 1760. mis-

sus pro cooperatore ad Kopcsány. Inde 13. Dec. 1776. in Sasvár. Simul VADnus districtus Sasvár. Decanus et altariae s. Antonii rector, protonotarius apostolicus. Hinc in pari dignitate 17. Jan. 1781. transivit ad Holics. Ibi 1786. operam inpendit, ut structurae aedis parochialis feliciter consummentur. Eodem a. ecclesia parochialis in horreum versa et capucinatorum in parochialem elevata. 2. Oct. 1788. visitatio Batthyanyiana peracta. 1791. effecit, ut ex fundo cassatae congregationis 1189 flni pro munusculis catecheticis deponerentur. 1795. canonicus Posoniensis. † 29. Jul. 1796.

Gazdagh Paulus. Theologiam cum quarto a. in semin. Poson. 1791. terminavit. 1792. accommodationem Tirnaviae exspectavit. Cooperatorem egit Comaromii. 19. Maji 1795. praesentatus parochus in Zámoly. 1802. conscriptionem provenituum substravit. 1812. Adalbertus Tarkó ibidem visitationem peregit. † 15. Maji 1838. ibidem. Fuit cottus Jaur. et sed praed. de Bácsa tab. jud. assessor.

Gazek Michael. Ab 1674. fuit parochus in Keresztúr. 14. Dec. 1679. accepit investituram in Nagy-Mácséd cum adjuncta Majtényensi. 9. Febr. 1680. ordinatui attestations substravit, exaratas per Mathiam Domaniki parochi Szerediensis, ratione proscissionis ejusdem verbalis. 7. Maji 1685. investitus parochus castri Strigoniensis. Primus parochus investitus post occupationem 1683. e manibus Ottomanicis. Illi subjectum erat totum Strigonium, donec 1686. pro parte extra castro, proprius constitueretur curio. Hinc 7. Maji 1687. transivit ad Gács, ubi usque 1689. operatus est.

Gazsó Felix. 4. Aug. 1787. praesentatus capellanus localis ad Nagy-Fajkürth, cujus provenit 1793. stabiliti. 3. Jan. 1797. resoluta est summa 1154. fl. pro aede curionis. 1799. visitatio Batthyanyiana fuit hic peracta. 1809. in parochiam elevata, tunc factus admin. Operatus usque 1816.

Geberling Philippus. Occurrit ab 1662. Regiomontanus (Ujbánya.) 1664. per irruentes et tribus mensibus hic commorantes Turcas ecclesia, parochia et tota civitas adeo fuit devastata, ut post iteratas plagas incolis fere evacuata fuerit, ideo e vicinia slavi locum germanorum occupant. (Schem. hist. Neosol. 1876. 334.)

Gebse. Nominatur 17. Aug. 1285. per Lodomerum AEppum, sacerdos de villa Naszvad et cum «Buch sacerdote de villa nostra Cheten et.

Chima de Zelews» qua decimator AEppalis constitutus.» (Knauz, Mon. Strig. II. 202.)

Gecz Joannes. E cooperatore Poseniensi investitus 5. Sept. 1731. parochus in Stomfa. Ipsius industria 1734. ecclesia renovata. † 21. Dec. 1740. ibidem. Sepultus in crypta ecclesiae.

Gedra Josephus. Cremnicensis ex cottu Bars. 1755. e semin. S. Adalberti ad alumnatum Budensem Széchényianum missus. 17. Apr. 1756. ordinatus et applicatus cooperator Vetero-Zolii. Ibidem 17. Apr. 1758. investitus parochus, ubi † 18. Dec. 1770.

Geiger Josephus. Natus 5. Jun. 1834. Theologiam in Pázmáneo absolvit et 26. Oct. 1856. ordinatus est. Cooperatorem egit Posonii in eccl. coll. ad s. Martinum, una praebendatus chori eccl. ibidem. 1860. factus parochus in Máriavölgy, ubi † 12. Apr. 1863.

Geisler Adamus. Fuit ab 1691. usque 1704. parochus in Jánoshegy.

Geisz Joannes Bapt. Ab 1806. egit profess. schol. gramm. p. o. Comaromii, hinc post breve tempus transivit ad dioec. Jaurinensem, inde 1812. redux applicatus coop. Strigonii. Mense Sept. ejusdem a. factus admin. in Duna-Szent-Pál, quam 5. Dec. 1815. resignavit et factus cooperatorem in Hédervár. Inde in resurgentem in Moscovia societatem Jesu amplexus est.

Gelenovics Michael. Investitus 22. Apr. 1664. parochus in Szlaszka, ubi usque 1672. operatus est.

Geleta Joannes. Natus 4. Jun. 1850. Theologiam Strigonii absolvit. 26. Jul. 1874. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagymagyar. Ab 1877. in Mocs. Eodem a. transivit ad Zsigárd, ubi ab 1881. parochiam administrabat. Hinc 12. Jun. 1885. int. adm. 24. Aug. ejusd. a. vero investitus parochus in Negyed, ubi † 29. Mart. 1892.

Gellérth de Dabos Joannes, Lucas. Ab 1723. theologus in Pázmáneo. 2. Jan. 1727. investitus parochus in Ásvány. Hinc 9. Nov. 1729. transivit ad Tardoskedd. 1731. ibidem Franciscus Zichy peregit visitationem. Inde 2. Maji 1734. ad Ürmény. Discendente illo cum insurgentibus pro castrensi capellano parochiam 18. Oct. 1744. administrare cepit Joannes Horváth. 18. Apr. 1745. ex insurrectione redivit. 12. Febr. 1749. nominatus est canonicus Scepusiensis, 2. Mart. 1754. installatus Strigoniensis. Dum vindemiis interesset in promontorio Semptensi ex paroxismo obiit. † 22.

Oct. 1768. Justa funeralia e capitulo exmissus Stephanus Nagy, abbas et canonicus procuravit. Tumultus in eccl. B. M. V. in eodem promontorio. Aetatis circa 67.

Gemeiner Antonius, vide **Nemes.**

Gemma Georgius. E seminario Poseniensi s. Emerici theologus moralis, 1722. ordinatus. 18. Febr. 1723. investitus parochus in Bohunicz, 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem, in qua dicitur de parcho: «Testimonium ei dederunt cum laude conjunctum. Existere non posset nisi Ladislaus Hunyady eidem succurreret.» † 15. Nov. 1734.

Gencze, vel Kenczel Michael. Ab 1714. parochus in Récse, de quo in conscriptione 1723. peracta notatur: Annorum 43. in cura animarum 16. Catecheses parvulorum non facit, concionatur tamen. Est bonae famae. Operatus est usque 1729.

Genk Georgius, vide **Gank.**

Georgi, vel Geörgyi Joannes. Qua parochus in Dojcs, 4. et 5. Oct. 1630. interfuit synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. 1632. peregit ibidem Joannes Kőszeghy visitationem, qui de parcho notavit: Quoad mores, conversationem et modum agendi cum suis parochianis commendatur. Sacra non solum diebus dominicis et festivis, verum etiam diebus ferialibus celebrat. In concionibus aliisque quibusvis officiis vocationem suam concernentibus ac sacramentorum administratione diligens. Hinc 1634. circa festum s. Georgii transivit ad Búr-Szent-Miklós, ubi 14. Junii idem visitator fungebatur, qui reflectit ad ea quae de illo in Dojcs dicta sunt.

Georgius. Quum Michael plebanus ecclesiae b. Mariae Magdalenae in castro Budensi nationis hungarum plebaniam suam resignasset, e capellano eccl. B. M. V. per eandem nationem electus in ipsius successorem. (M. O. D. L. 1059.) 1308. procurator fuit AEppi Strig. cum sociis, nempe Alberto. S. M. V. de Buda, Berardo S. M. V. de Pest ecclesiarum plebanis. (Mon. Vat. S. I. T. I. 106.) Autenticum testamentum exarat 19. Mart. 1314. pro domina Liliam filia comitis Laurentii de Nitra, per quod patri suo subtrusum falsum testamentum annihilat. (Knauz. Mon. Strig. II. 593.) Ipse sacram unctionem et alia sacramenta ecclesiastica, juxta formam ecclesiasticam impendit 4. Dec. 1321. magistro Jacobo nobili et praesens fuit dum ille testamentum suum conderet. (C. D. Andeg. I. 639.)

Georgius. Thomas AEppus Strig. decimam agri

cujusdam liberi Tirnaviensis ad fidem plebani et rectoris eccl. s. Nicolai ejusdem cittis, 23. Febr. 1309. comiti Hambatoní abjudicat et capitulo Strig. addicit. (Knauz, Mon. Strig. II. 595) Coram eodem 11. Mart. 1313. comes Aegydius Monozslói testamentum condidit. (Ibid. 677. 678.) Usque 1320. ibidem activus fuit. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Georgius. Thomas AEppus Strig. 22. Febr. 1315. ratihabuit illam decisionem, quam, qua sacerdos ecclesiae beatae Mariae Magdalenae de Strigonio inivit cum Blasio custode metr. eccl. Strig. respectu illo, quidnam ipsius eccl. annuatim custodi solvendum habeat. (Knauz Mon. Strig. II. 404.)

Georgius. Fuit 1331. rector ecclesiae B. M. V. de monte (Turócz-Szent-Mária,) quam per Matthaeum palatinum exustam fuisse in diplomate asseritur. (Fejér, C. D. VIII. VI. 123.)

Georgius. Occurrit 1332. inter et 1337. pleb. de Inang (Guan) ADtu Camar. (Nunc Gány, filia ad Galantha). Qui dixit beneficium non valere ultra tres fertones, solvit quatuor grossos et unum denarium cum obulo. (Mon. Vat. S. I. T. I. 202.)

Georgius. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos sancti Nicolai de Belek (Ipoly-Bolyk.) Juratus dixit suum beneficium non valere ultra tres fertones. Solvit quatuor grossos et medium (Mon. Vat. S. I. T. I. 186)

Georgius. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Germot, est Aduus Untensis. (Füzes-Gyarmat.) Qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra tres fertones et collectoribus census papalis solvit quinque grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 221.)

Georgius. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de villa Petri, est ADnus Kamariensis ultra Danubium, (Komárom-Szent-Péter.) Qui juravit, quod suum beneficium non valeret plus quam septem grossos et solvit eos collectoribus census papalis. (Mon. Vat. S. I. T. I. 201.)

Georgius. Occurrit 1332. inter et 1337. Sacerdos Sancti Petri de Quespa (Quessu) in ADtu Untersi. (Kökeszi) qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra mediam marcam et solvit collectoribus census papualis tres grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 189.)

Georgius. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Fedemus est ADtus Nitriensis, qui juratus dixit collectoribus census papalis, suum beneficium non valere ultra marcam, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 225.)

Georgius. Occurrit 1332. inter et 1337. pleb. S. Nicolai de Duledi, (Dubova, nunc Paraszt-Dubova) qui juratas aestimavit beneficium suum ad unam marcam, solvit decimam rectam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 198.)

Georgius. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos S. Virginis de Tarian, (nunc Salgó-Tarján). Qui juratus dixit beneficium non valere ultra marcam, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 188.)

Georgius. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus beatae Mariae Magdalenae, Strigoniensis, qui juratus dixit, suum beneficium non valere ultra quatuor marcas et solvit collectoribus census papalis fertonem debentem. (Mon. Vat. S. I. T. I. 224.)

Georgius. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Tocza (Torti) ADtus Nitriensis. (Id est Turócz, nunc Znyóvárálja) qui juratus aestimavit suum beneficium ad quinque marcas et solvit collectoribus census papalis mediam marcam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 122.)

Georgius. Occurrit 1351. plebanus de Babasecki, id est Bábaszék. (Fejér, C. D. IX. II. 68.)

Georgius Jacobi. Occurrit 1397. plebanus Tyrnaviae, cui Bonifacius IX. papa 20. Maji ejusdem a. facultatem tribuit, ut per confessarium, pro suo lubito eligendum, absolvi possit. (Mon. Vat. S. I. T. I. IV. 15.)

Georgius. Occurrit 1406. parochus in oppido Prividia. Nominatur in transactione inter ADnum et civitatem quoad decimam. (In archivo oppidi. — Schemat. hist. Neosol. 1876. 392.)

Georgius. Occurrit 1446. parochus oppidi Prividia et simul VADnus. Fors idem cum priori. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 392.)

Georgius. Fuit 1451. plebanus ecclesiae b. Margaritae V. M. Vetero-Budae. Interfuit dum a. suprafato Mathias Péntek testamentum suum conderet, in quo pro structura hujus ecclesiae 10 flnos aureos legavit (Acta Mon. Vet. Bud. fasc. 20. nr. 21. in Archivo Regnicol.)

Georgius. Occurrit 1465. parochus in Szalka. Excepit adtestationes. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Georgius. Factus 1469. parochus in Csejthe impetravit confirmationem a Michaele Országh. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Georgius 1519. plebanus de Ctzyrba (Csorba,)

distr. sup. Poprád solvit decimas papales 4 fl. 20 d. (Wagner, *Analecta Scep.* II. 197.)

Georgius. 1519. plebanus de Hoszuléc, distr. sup. Poprad, (Hozelec, nunc filia ad Gánóc,) solvit decimas papales 2 fl. 22 d. (Wagner, *Analecta Scep.* II. 197.)

Georgius. 1519. plebanus de Ragyócz, distr. inf. fluv. Hernád. (Ragyolcz, nunc filia ad Fülekpüspöki) solvit decimas papales 1 fl. 28 d. (Wagner, *Analecta Scep.* II. 195.)

Georgius. 1519. plebanus in Strasa, distr. inf. Poprad. (Sztrazsa, nunc filia ad Poprád.) solvit decimas papales 1 fl. 25 d. (Wagner, *Analecta Scep.* II. 196.)

Georgius. 1519. plebanus in Zalog, distr. inf. Hernád, (Felső-Szalók), solvit decimas papales 3 fl. 40 d. (Wagner, *Analecta Scep.* II. 195.)

Georgius. Occurrit 1521. parochus in Tót-Próna. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 273.)

Georgius. Occurrit 1522. parochus in Zólyom. Fuit simul VADnus. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 224.)

Georgius de Leutschovia, 1523. plebanus in Késmárk et Canonicus Scepusiensis, mandatum de cathedratico per novum vicarium exigendo emisit viginti quatuor plebanis regalium in cottu Scepus. (Wagner, *Analecta Scepus* II. 217.)

Georgius. Occurrit 1525. parochus in Zólyom-Lipcse. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 206.)

Georgius de Bozin. Occurrit 1538. parochus Tirnaviae. Subin canonicus Viennensis, ubi usque cantorum promotus.

Georgius. 1544. parochus in Lewbitz (Leibitz) 9. Jul. electus in seniore fraternitatis. Adfuit 1546. dum senior Molner sui senioratus rationes poneret. (Wagner, *Analecta Scepus* II. 251, 255.)

Georgius de Vásárd. Occurrit 1559. plebanus in Vassard (Felső-Vásárd) de quo visitator ejusdem a. notavit: «Uxorem habens, catholice omnia administrat, prout ostendit.» 1560. parochia vacabat.

Georgius. Ab 1559. vel 1560, parochus in Novák. De quo visitator posterioris a. notavit: «Juvenis, uxoratus, sacris initiatus Viennae per rev. d. Nauseam anno Domini 1550. Ecclesiam quam bene decoratam tenet, sacramentis tamen et ceremoniis, praeter fontem, orbatam habet. Communicat sub utraque specie.»

Georgius. Occurrit 1559. parochus in Paraszt-Dubova, de quo visitator hujus a. dicit:

«Senex, uxoratus, qui omnia sacramenta administrat more catholico.» Ille autem a. 1560. sic loquitur: «Uxoratus, senex, simplex, rusticus. Ecclesiam, sacramenta, ceremonias more tenet Romano, dempto, quod sub utraque specie communicat.»

Georgius. Fuit 1559. in Vrmyncz (Űrméncz) parochus, de quo visitator ejusdem a. dicit: «Juvenis, qui promiserat se caste velle vivere, nuper tamen duxit uxorem, qui alias esset totus catholicus.» 1560. habuit successorem.

Georgius. Occurrit 1559. parochus in Vitkócz, de quo visitator hujus a. dicit: «Uxoratus. Sacramenta administrat catholice.» Ille vero a. 1560. ait: «Sacris initiatus per rev. d. Franciscum Sengniensem, bonus catholicus, una cum suis parochianis et ecclesiae conditione. Uxoratus.»

Georgius. Occurrit 1560. parochus in Hradok (Hradek). De quo visitator hujus a. adnotavit: «Oblongus statura, doctrinae brevis. Sacris initiatus Viennae per rev. d. Urbanum Labacensem a. Dom. 1551. Uxoratus, pauper, humilis, obediens, rei uxoriae potens, et omnia sacramenta, caeremonias et ritus ecclesiae tenet instar ecclesiae Romanae. A communitate laudatur.»

Georgius. Occurrit 1560. parochus in Radosna, de quo visitator ejusdem a. Michael Szegedy sic notavit: «Quadragenarius esset iste bonus christianus tum in religione vera, cum moribus, nisi complexibus abuteretur mulieris, quam pro uxore fovet.»

Georgius. Occurrit 1560. parochus in Sobothyste, (Szobotist). De illo visitator ejusdem a. Michael Szegedy notavit: «Senex, habet juvenulam mulierem, liberosque multos. Ecclesiae suae est incurius. Cimeterium est desolatum. Narrabat tamen mihi, quod esset Romanus, sed literas ADiaconi neque ad manus voluit accipere, neque perlegere.»

Georgius. Occurrit 1560. parochus in Selye, (Vágsellye). De quo visitator ejusdem a. Michael Szegedy sic notavit: «Pastor venerabilis senex. Quantum ad officium suum spectat ecclesiam suamque parochiam regit ac dirigit in vera religionae Romanae ecclesiae. Coloni ab antiquo haeresim Lutheranam imbiberunt, ideo erga ecclesiae aedificia sunt frigidissimi, quae est scenosa, et propter telarum distensiones in fenestris tenebrosa.»

Georgius. Occurrit 1560. parochus in Vythkócz. (Vitkócz, nunc filia ad Nagyjác.) De quo

visitator ejusdem a. Michael Szegedy refert: «Uxoratus. Sacris initiatus per Franciscum Segniensem. Bonus catholicus una cum suis parochianis et ecclesiae conditione.»

Georgius. Occurrit 1561. plebanus in Fél, de quo visitator ejusdem a. dicit: «Focariam habet et proles cum ea. Sacramenta administrat secundum ritum catholicum.» Successorem nactus 1562.

Georgius. Occurrit 1561. parochus in Kis-Krstyene. Interfuit synodo eodem a. celebratae.

Georgius. Occurrit 1561. parochus in Pernek, de quo visitator ejusdem a. Andreas Zakolany sic notavit: «Tyrnaviensis, vir doctus et catholicus. De cujus moribus et conversatione, cum oppidanos seorsim ac separatim examinasset, nemo ex omnibus fuit, qui dixisset aliquid, quod reprehensione vel correctione fuisset dignum. In ecclesia habet omnia et integra sacramenta et omnes ceremonias, quibus ecclesia juxta traditionem patrum sanctorum et ecclesiae antiquum usum uti consuevit, diligenter et devote in hac sua ecclesia retinet. Item vasa domini et alias res sacras divinis usibus destinatas ac consecratas, reverentia magna in loco honesto servat. Quem etiam oppidani plurimum amant propter suam modestiam, vitam sobriam et diligentem.»

Georgius. Occurrit 1561. plebanus in Zyly (Szilincs) de quo visitator hujus a. notavit: «Nunc susceptus, catholicus et solitarius.»

Georgius. Occurrit 1562. parochus in Gele (Egyházgelle) De quo in visitatione Oláhiana notatur: «Slavus, Lutheranus. Populus infectus.»

Georgius. Ab 1562. fuit plebanus in Naszvad.

Geramb L. B. Antonius. Natus 25. Febr 1805. in Selmeczbánya. Qua alumnus Neosoliensis philosophiam Vacii, ad ADioecesim susceptus, theologiam Tirnaviae absolvit. 27. Febr. 1828. ordinatus est. Cooperatorem egit in Selmeczbánya. Hinc 15. Jan. 1833. praesentatus parochus Szeniczensis. 1841. munere VADni condecoratus. 22. Nov. 1850. investitus canonicus Poseniensis. 1853. abbas de Kolosmonostor. Usque ad cantoratum capituli evehctus. † 19. Oct. 1883. ibidem.

Gerardus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Opan (Nunc Kis-Apony.) VADnus, qui suum beneficium aestimavit valere tres marcas, solvit 20 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 222.)

Gerardus. Fuit XIV. saeculo plebanus ecclesiae s. Gerardi m. in suburbio Budensi. Typa-

rium ipsius 1838. Budae inventum est et in Museo Nat. conservatur. (Turul, VI, 78.)

Gerardus. Occurrit 1240. plebanus de Banya (Selmeczbánya) et simul canonicus Strig. Hoc eodem anno cum suis consociis comparuit Romae coram Gregorio IX. papa, qua procurator Mathiae eppi Vacienti, ut illum in AEppum Strig. postulatum concederet, quod idem papa 6. Mart. ejusd. a. ope documenti concessit. (Knauz, Mon. Strig. I. 335)

Gerardus de Parma. 22. Jan. 1253. mandavit Innocentius IV. papa eppo Jauriensi, ut magistrum Gerardum canonicum Strigon. quia consobrinus Alberti notarii papalis et capellanus eppi Praenestini sit, in aliqua cathedrali, vel collegiata ecclesia canonicum faciat. (Knauz, Mon. Strig. I. 403.) Idem papa 24. Apr. 1254. Benedicto AEppo Strig. mandavit, ut eundem, qui in magnis et arduis ecclesiae Romanae negotiis se obsequiosum et devotum exhibuit, uno vel pluribus beneficiis, quae acceptanda duxerit, usque ad summam 40. marcarum argenti provideri curet. (Ibid. 418.) Revera obtinuit redditus et portiones ecclesiae s. Nicolai de Pispuchi in Colloktuz (Püspöki in Csallóköz) quos usque obitum † 1264. possidebat. (Ibid. 499.)

Gerardus. Occurrit 1320. rector ecclesiae de Bat. (Báth) Quia hoc beneficium vacabat, promisit solvere Rufino collectori papali, et quia non solvit fuit excommunicatus. AEppo vero injunctum, ut exigat taxam et mittat ad curiam. (Knauz, Monum. Strig. II. 774.)

Gergely Mathias. Investitus 25. Jul. 1739. in Felső-Thúr, hinc 2. Aug. 1745. transivit ad Deménd. 6. Maji 1753. reprehensus quia excurrit ad filiales Csank et Fegyvernek et interfuit exercitiis acatholicorum, quamvis absque stola. † 1. Oct. 1757.

Gergely Joannes. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1824. terminavit. 1825. in domo presbyterorum Strigonii transegit. Cooperatorem egit 1827. in Szerdahely, 1828. missus ad Somorja. Hinc 25. Febr. 1830. factus parochus in Nagy-Paka. 1839. intravit deficientiam. 1842. subsidiarius in Vadkert. 1843. administrator in Érseklél, ubi † 27. Dec. ejusdem a. Aetatis 44.

Gergely Josephus. Theologiam cum tertio anno in seminario AEppali Posenii 1793. terminavit. Cooperator fuit in Érsekujvár, ab 1801. in

Karancsság. Hinc 1802. parochus in Bussa, ubi † 12. Jun. 1811.

Gergye Joannes, vide **Gyergye**.

Gerlach Franciscus. Natus 6. Febr. 1826. Theologiam in seminario gen. Pestiense absolvit et 17. Nov. 1850. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kövesd. Ab 1851. educator herulorum Antonii Babarczy. Inde eodem adhuc a. cooperator in Nagy-Maros. 1853. professor penes gymnasium AEppale Tinaviae. 1854. cooperator Muslae. Hinc 1863. studiorum praefectus in seminario gen. Pestini, una penes r. univ. suppl. prof. 26. Nov. 1866. factus admin. in Ó-Gyalla, quam 5. Jul. 1867. resignavit et absque officio mansit Mense Nov. 1870. admin. in Mohora usque 7. Oct. 1873. Ultra quoque vitam privatam agit potissimum Budapestini. Est AA. LL. et phil. item ss. theol. ac juris eccl. doctor.

Gerliczy Joannes. Theologiae studium cum quarto a. in seminario AEppali Posonii 1799. terminavit. Hinc praebendatus chori eccl. Strigon. 1801. factus cooperator Tirnaviae. 1809. parochus in Nyitra-Sárfő. Hinc 21. Jul. 1814. transivit ad Koross. † 22. Jan. 1836. ibid.

Germani Andreas. Nobilis Stubnensis e cottu Turócz. Qua primi et secundi a. theologus in semin. gener. 1707. et 1708. licentiam et magistrarium e philosophia adeptus. Qua tertii a. theologus 23. Aug. 1709. ad titulum praepositi Bajmóczensis ordinatus. Hinc applicatus ad chorum eccl. capituli Strig. ubi usque succentoratum promotus. 21. Apr. 1713. investitus parochus in Znyóvárálja una cum Turócz-Szent-Miklós. Inde verum 23. Nov. ejusdem a. investituram accepit ad parochiam oppidi Turócz-Szent-Márton. Hinc 5. Sept. 1715. transivit ad Garam-Szölös, quacum et Csejkbó accepit. Exhinc demum 5. Jun. 1722. ad Báth. Ibidem scripsit parochiae historiam. Campanae quinque fusae. 1727. altare erectum. 21. Jun. 1731. Joannes Ujvendéghy visitationem peregit, qui de parochia dicit, quod sit 45 annor. † 22. Jan. 1732. ibidem.

Germáni Joannes. Ab 1673. fuit licentiatus in Nagy-Mácséd. Eodem a. Ferdinandus com. Pálffy peregit visitationem. Inde 13. Dec. 1679. investitus in Ujlak et Lehóta. 12. Sept. 1688. accepit licentiatuam in Lissó (filia ad Felsősi-pék) in cottu Hont. Hinc 1. Apr. 1692. transivit ad Nyitra-Pásztó.

Germani Joannes. Szobiensis. 4. Nov. 1733.

Series Paroch.

susceptus in alumnatum Budensem, 18. Mart. 1736. ordinatus. 3. Maji 1838. investitus parochus in Salgó-Tarján, hinc 15. Mart. 1737. in Csetnek, inde 15. Apr. 1741. in Barth, hinc demum 15. Nov. 1747. ad Kicsind, nunc filia ad Kövesd. Ubi † 21. Jan. 1756.

Germány Joannes. Nagy-Kálnensis, 1771. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Theologiam cum quarto a. in in Pázmáneo 1777. absolvit. Hinc cooperatorem egit in Nagy-Paka. 1779. parochus in Csütörtök. Exhinc 10. Febr. 1798. praesentatus in Deáki. Ibi ab 1797. munus VADni districtus Szempcz. infer. gessit. † 23. Dec. 1818.

Gersich Joannes. Ab 1647. usque 1656. parochus in Detva. Ab 1657. parochus, sive praepositus in Bajmócz. Ubi eodem a. Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de illo sic: «Omnia munde servat.»

Gersich Joannes. Investitus Apr. 1679. in Vág-Szent-Kereszt, ubi usque 1686. operatus est. 20. Jul. 1688. investituram accepit pro Turócz-Szent-Mihály. 26. Apr. 1691. pro Szobotiszt, Pritrsd et Verbócz. Hinc demum 1693. transivit ad Cziffer, ubi usque 1703. operatus est.

Gersich Paulus. E seminario s. Adalberti ad titulum Francisci Nyáry 21. Mart. 1681. ordinatus. Ab eo tempore parochus in Ürméncz. 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem qui parochum 55 annor. esse dicit. Et adnotat: «Conciones novas faciet, non antiquas repetet ad tollendum otium.» 28. Aug. 1700. iterum fuit hic visitatio per Josephum Pongrácz asservata, qui de parochia: «Accusatur, quod excedat in potu. Convertit 20. animas.» 30. Apr. 1710. investitus in Nyitra-Sárfő, ubi operatus est usque 1712.

Gett Joannes. Theologiae quatuor a. in Pázmáneo absolvit. Hinc 31. Maji 1748. pro coooperatore ad Holics missus. 27. Aug. 1751. investitus parochus in Verbócz. Hinc 7. Maji 1753. transivit ad Schweinspach, ubi 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochia notat quod: Diligens et exemplaris vir sit. 1. Apr. 1758. investitus in Horvát-Gurab. † 30. Mart. 1773. ibidem. Vir a pietate et zelo laudatissimus.

Gévay Jacobus. Fuit ab 1739. parochus in Kaproncza. Hinc 20. Jun. 1750. transivit ad Börzsöny. Contra apostat asactionem movit, cujus acta ab 1751. usque 1753. in archivo vicariali Tyrn. saepius occurrunt. 1766. conscriptio parochiae per Emericum Foglár, fuit peracta. Ex quo patet, quod tunc Vámos-Mikola adfilata fuit ad Börzsöny et

in ejus domo parochiali capellanus habitabat. Introduxit confraternitatem catechetica, quae jam 1786. sublata. Fuit VADuus distr. infer. Hont. † 13. Jun. 1779. ibidem. Aetatis 63.

Ghillány de Láz et Bernece Georgius. In collegio Pázmáneo 1681. et sequentem transegit. Ab 1683. usque 1687. parochus in Felső-Szeli. Mense Oct. 1689. obtinuit Sempte simul cum Szered. 18. Apr. 1691. parochus in Somorja et jam 21. Aug. ejusdem a. installatus canonicus Strig. 6. Aug. 1696. ADnus Hont. et subcustos, praepositus s. Eustachii de Csúth. 14. Sept. 1700. ADnus Nitriens. 20. Mart. 1703. eppus Noviens. 24. Dec. 1707. custos, 24. Jul. 1710. cantor et praep. B. M. V. de Liptó. 30. Oct. 1711. lector, demum 13. Apr. 1715. praepositus major. Hanc sponte resignavit et 13. Oct. 1721. introductus ad praeposituram s. Stephani protom. 26. Aug. 1714. cons. eppus Tinniniens. et suffr. † 27. Maji 1729. Testamento suo amplas dotes constituit eccl. s. Stephani protom. de castro Strig. Conventui Franciscanorum in Okolicsna. Missioni S. J. ad Liptó-Szent-Miklós. ac collegiis Scholarum piar. Nitriae ac Prividiae excitatis.

Gianone Antonius. Natus 6. Maji 1778. Theologiam in semin. AEppali Strig. cum quarto a. terminavit et 16. Aug. 1801. ordinatus est. Cooperatorem egit in Rimócz, et ab 1804. in Dorogh. Hinc 1812. factus curatus in eremo Péli-föld-Szent-Kereszt. † 15. Apr. 1851.

Gianone Franciscus. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Poson. 1801. terminavit. Cooperatorem egit in Szent-Endre. Hinc 1803. transivit ad Tarján. Exhinc 6. Febr. 1805. factus admin. in Érseklél, hinc 17. Mart. 1806. praesentatus capellanus localis in Ekecs. 6. Febr. 1807. factus parochus in Nagy-Megyer. Inito cum Joanne Rigler cambio, 28. Febr. 1812. accepit praesentam pro Dorogh. † 9. Mart. 1830. ibidem.

Gianone Josephus. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Poson. 1796. absolvit. Cooperatorem egit in Duna-Szerdahely, ab 1798. in l. r. citte Strig. ab 1802. in Nyergesujfalu, hinc ab 1806. una admin. in Tarján, 15. Dec. 1807. admin. in Érseklél. 1810. factus parochus in Leányvár. † 15. Sept. 1826. ibidem. Aetatis 53.

Gidian Georgius. Missus 20. Mart. 1763. pro capellano ad Nagy-Ölved, hinc 29. Apr. 1764. Pestinum. 12. Sept. ejusdem a. revocatus ad seminarium generale pro praefecto. 4. Mart. 1766.

investitus parochus in Ipolyszécsényke. Hinc 6. Maji 1770. in Ipoly-Ságh, ubi jam † 29. Oct. ejusdem a.

Gikle Joannes. Fuit ab 1649. usque 1651. parochus in Ottóvölgy.

Glasza Michael. Natus 31. Aug. 1758. in Gocznód in cottu Poson. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. Poson. 1786. absolvit. 1787. in domo presbyterorum Tirnaviae exhaerere debuit. Cooperatorem egit in Szent-János, ab 1792. in Cszta. Hinc 20. Sept. 1799. investitus parochus in Istvánfalva. † 12. Sept. 1830. ibidem.

Glatz Paulus. Natus 16. Jan. 1810. in Varsány, in cottu Veszprém. Theologiam Pestini absolvit. 30. Sept. 1835. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vajka, Püspöki, Dorogh, Strigonii in l. r. citte. Hinc 13. Apr. 1843. obtinuit et 9. Maji investitus est parochus in Deménd. 1851. surr. VADnus distr. Báth. 1854. parochus in Felső-Ludány ac una ord. VADnus distr. Szécsény. 12. Maji 1869. canonicus hon. † 22. Nov. 1886.

Glibai Josephus. Occurrit 1446. parochus in Szebeléb.

Glöckel Ignatius. Natus 26. Febr. 1848. Theologiam in Pázmáneo 25. Jul. 1875. absolvit. Ab 1876. inter. cooperatorem egit in Kőhidgyarmat. Eodem a. qua cooperatorem missus ad Tardoskéd, 1879. ad Vajka. 1881. factus parochus in Dercsika.

Glöckl Ambrosius. Occurrit ab 1643. usque 1646. parochus in Ottóvölgy.

Gloger, vel Gollert Joannes. Occurrit 1499. parochus in Selmezbánya. 1500. ecclesia s. Catharinae mart. in parochiam inferiorem constituta. Germanica connotatio asserit, quod «Hans Pfaff» munus parochi usque 1502. gesserat. (Kachelmann, III. 126.)

Gloselius, rectius Glosel Mathias. Qua casista secundi anni e seminario Olomuczensi 1660. ordinatus. Ab eodem a. parochus in Jasztraba. 1666. ecclesia ter expoliata. Post fatigia multa vix aliqua apparamenta acquisivit. 1674. Andreas Péterffy peregit visitationem, qui parochum tunc 37 annorum esse dixit. 25. Jan. 1675. investitus parochus in Felső-Micsinye. In persecutione Tököliana captus et litro eliberatus est. (Ex prot. VADnali sup. distr. Zoliens.) Hinc 14. Febr. 1679. transivit ad Radván. 28. Sept. 1680. ad Garam-Ujfalu.

Glosz Stephanus. Natus 12. Aug. 1840. Theo-

logiam in seminario gen. Pestini 1863. absolvit et 16. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Radossócz. Ab 1865. in orphanotrophio cittis Posoniens. professor et catecheta. Dein simul in schola reali et element. catecheta, ac ejusdem orphanotrophii director. Hinc 1874. parochus in Pusztafödemes, ubi † 25. Maji 1887.

Gluegh, rectius Glück Ambrosius. Occurrit 1647. parochus oppidi Szebeléb. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. Fuit canonicus reg. s. Augustini.

Goczmann Joannes. Nobilis. Natus 29. Maji 1779. in Verbó. Philosophiam Nitriae, in seminario Poson. et theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani Tirnaviae terminavit et 22. Febr. 1805. ordinatus est. Cooperatorem egit in Pobedim. 15. Sept. 1808. admin. 9. Jan. 1810. vero parochus in Bánkeszi. 1811. visitatio fuit hic peracta. Instrumentum praeparatorium pro visitatione a. 1823. fusius de parochio loquitur et illum 43. annorum esse dicit. † 20. Sept. 1852. ibidem.

Goda. Occurrit 1332. inter et 1337. Vicearchidiaconus de Villandre (Endrefalva) in ADtu Neugrad (Nógrád) qui juratus dixit suum beneficium non ultra duas marcas valere, solvit duodecim grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 227.)

Goday Georgius. E collegio cleri gener. mense Jul. 1688. ordinatus. Mense Apr. 1689. investitus parochus in Nizsna. Operatus est ibidem usque 1692.

Godin Joannes. Natus 4. Febr. 1781. in Garam-Szent-Benedek. Philosophiam et theologiae primum a. in arce Pososiensi, reliquos cum quarto a. in seminario Mariano 1804. terminavit et ordinatus est. Cooperatorem egit in Nádas, ab 1805. in Modra, ab 1808. in Galgócz. Eodem a. ad Selmeczbánya et jam 12. Nov. ejusd. a. ad Garam-Szent-Benedek missus est. 4. Apr. 1810. praesentatus parochus in Bessenyo. Hinc 5. Apr. 1825. investitus in Köhidgyarmat, ubi † 21. Nov. 1842. Fuit cottum Bars. et Strig. sed. item praed. de Verebély et Szent-György tabulae judicariae assessor. Conv. s. Benedicti de juxta Grón conventualis.

Godor Georgius. Szelepcsényensis ex cottu Bars. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1716. baccalaureus et qua alumnus semin. Mariani 1717. magister philosophiae factus. In eodem semin. ab 1718. theologus. 11. Mart. 1720. investitus parochus in Óhaj, hinc 19. Sept. ejus-

dem a. transivit ad Szemere, ubi † 15. Febr. 1730.

Godray Paulus, vide Grzay.

Goffkács Jacobus. Qui post martyrium P. Evaristi successit 1672. in Felső-Micsinye in munus parochi. Successorem nactus 1675.

Gógh Franciscus. Studia sua Romae absolvit in collegio hungarico. Sacris initiatus, egit parochum in Verebély. 7. Mart. 1622. installatus canonicus Strig. Obiit Tirnaviae in rectoratu altariae OO. SS. 1629. in ipso festo s. Adalberti ep. et mart. inter 8. et 9. horam matutinam. Sepultus est in templo s. Nicolai in festo s. Georgii, sub summo sacro, ante altare OO. SS. prope Georgium Homonnay.

Gogolák Joannes. Mense Jan. 1727. ordinatus. 6. Jan. 1733. investitus parochus in Turo-luka. 23. ejusdem a. sub auspiciis Caroli III. est revindicata ecclesia per Paulum Kubovics canon. Strig. et reg. hujus mattis commissarium, ritu catholico reconciliata, ac parochus in praesentia plurimorum solemniter installatus. Hinc 21. Nov. 1736. transivit ad Alsó-Dió. Inde vero jam 28. Apr. 1737. ad Lopassó. Exhinc demum 22. Sept. 1743. ad Brezova. Ubi dignitate VADni in districtu Miavensi condecoratus. † 22. Mart. 1765. ibidem. Vir exemplaris.

Golkovics Joannes. E seminario Mariano 3. Maji 1703. ordinatus. 12. Jun. 1704. investitus parochus in Litava, hinc 8. Aug. ejusdem a. transivit ad Neczpál, ubi ob fluctuantes novatorum actiones vix admissus fuit. 13. Jun. 1705. investitus in Trsztena, ubi usque 1713. operatus est.

Golling Joannes, Hieronymus. Fuit ab 1641. usque 1642. parochus in Ottóvölgy.

Gollubitz Philippus. 18. Apr. 1663. investitus parochus in Besztercze, Successorem 28. Oct. 1665. nactus.

Gombár Georgius. Natus 20. Oct. 1857. Theologiam in Pázmáneo terminavit et 8. Oct. 1881. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szomor, ab 1883. in Tölgyes, ab 1884. in Buda-Eörs. Hinc 1889. parochus in Kisoroszi.

Gombár Paulus. Natus 19. Jan. 1795. Szokolczae. Philosophiam in academia Posoniensi qua saecularis, theologiae Tirnaviae absolvit. 19. Mart. 1818. ordinatus est. Cooperatorem egit Galanthae octo mensibus, tum Szeredini annis tribus et mensibus septem. Ab 1822. cerimonarius fuit eppi Petri Ürményi usque 1828. Intermedio tempore actua-

rius officii vicarialis a. uno. 5. Sept. 1828. praesentatus parochus in Zsemlér. Hinc 1831. spiritalis in Pázmáneo, 1836. vero vice-rector in semin. Tirnaviensi et s. sedis ejatis assessor. 1852. canonicus ibidem, 1862. praepositus s. Benedicti de Sümegh. Ascendit usque gradum cantoris. † 5. Jan. 1870. ibidem.

Gömböcz Fabianus. Fuit parochus in Jóka, qui ibidem 1595. mortuus est.

Gond Ignatius. Natus 31. Jul. 1841. Theologiam in universitate Pestiensi absolvit. 31. Jul. 1869. ordinatus est ad titulum dioec. Nitriensis. In cottu Trencséniensi tribus annis cooperatorem egit. Mense Jan. 1872. praefectus studiorum in semin. Nitriensi. Per octo annos simul professoris munus in superiori gymnasio gessit. 4. Nov. 1881. factus educator heruli Ludovici, filii Aloysii com. Károlyi, quibuscum quatuor annos in Anglia transegit. 1. Jan. 1885. ad ADioecesim susceptus. 1. Oct. ejusdem a. parochia Stomfa, e gratia suprafati comitis et patroni potitus est.

Gonda Adalbertus. Natus 15. Jan. 1856. Theologiam Strigonii cum quarto a. absolvit et 21. Jun. 1878. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ipolyság, ab 1880. in Balassa- Gyarmath, ab 1881. in Dorogh. 1884. missus est pro admin. in spirital. ad Csáb, in emolumentum Joannis, Pauli Gonda. Dein cooperatorem in Nagy-Kér. 19. Aug. 1885. factus admin. in Házás-Nénye. Mox parochus et notarius districtualis.

Gonda Joannes, Paulus. Natus 9. Febr. 1825. in Felső-Ludány in cottu Neograd. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 12. Dec. 1848. ordinatus. Cooperatorem egit in Vásárút, ab 1850. in Nagymagyar, ab 1851. in Ipolyság et ab 1853. in Tardoskedd. Hinc 24. Oct. 1861. investitus parochus in Csáb.

Gonda Stephanus. Theologiam cum quarto anno in seminario Mariano 1803. terminavit. Cooperatorem egit in Ipolyság, ab 1804. in Kóhidgyarmat, ab 1808. in Kéménd. 1809. factus parochus in Megyer. † 10. Maji 1835. ibidem. Fuit cottus Neogr. tab. jud. assessor.

Goraus Georgius. Occurrit 1559. parochus in Handlovia, de quo visitator ejusdem a. sic: «Uxorem domi non servat. Totus catholicus, qui etiam rusticos abstinere jubet a communione sub utraque specie.»

Gorelovics Stephanus. Natus 29. Mart. 1863. Theologiam Strigonii cum quarto a. terminavit et

30. Maji 1886. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ótura. 1888. constitutus administrator in Brezova.

Gorgoloflich Bartholomaeus. Ab 1634. parochus in Horvátgurab. De quo Georgius Draskovics in visitatione eodem a. talia notavit: «Croata, vir probus et prudens. Annos natus 50. Amatur a cunctis. Ex Oroszvár superiore aestate huc migravit. Doctrinae haud quidem reconditae, at ejusmodi, ut muneri suo satisfaciat. Hujus unice pagi curam gerit. Novit hungarice.» 1647. fuit parochus in Nahács cum filia Nádas. Nominatur hoc a. in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Gorilovics Simon. Fuit 1765. parochus in Nedecz, quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Gosztonyi de Eadem et Köves-Szarv Joannes Nep. Natus 12. Maji 1776. in Gyöngyös. Theologiam inchoavit et 1800. terminavit in semin. AEppali Poson. Cooperatorem egit in Guta, 1802. constitutus studiorum praefectus in seminario B. M. V. Tirnaviae. 1804. archivarius officii vicarialis distr. Strigon. 31. Jan. 1805. praesentatus parochus in Kürth. 1823. confectum protocollum praeparatorium ad visitationem. 29. Jul. 1833. promotus ad canon. Strigon. 1839. electus ablegatus capitularis pro comitiis Posoniens. Ob hemorroidales affectiones Budam petere fuit coactus. Ibidem † 27. Dec. ejusdem a. 1839. apud Misericordianos.

Gosztonyi de Eadem et Köves-Szarv Stephanus. Natus 17. Dec. 1739. in oppido Ürmény. Theologiae triennem cursum in semin. generali 1765. terminavit. 14. Nov. ejusdem a. missus pro capellano ad Üzbég. Hinc 28. Nov. 1768. applicatus fuit vice-praefectus in Pázmáneo, subin in coll. cleri Hung. generali. Hinc 14. Nov. 1770. investitus parochus in Ipolyság. Inde 27. Maji 1778. Strigonii in AEppali citte, sed jam mense Jul. ejusdem a. transivit ad Perbete. Ibidem 5. Maji 1780. peracta fuit visitatio Batthyanyiana. Mense Febr. 1781. accepit Érsekujvár. Exhinc 8. Maji 1790. canonicus Strigoniens. 1805. ADnus Nitriens. 1808. praepositus s. Georgii, 9. Mart. 1811. custos installatus. 1812. abbas s. Spiritus de Hrapkó. Tardius el. eppus Dulcinen-sis. 1816. cons. eppus Tiberiopolitanus. Sede AEppali vacante per distr. Tirnav. in pontific. suffraganeus. † 20. Dec. 1817. Tirnaviae. Com-

plura pia legata reliquit. Nobili vero prosapiae suae, cujus beneficio enutritus est, sorti, constituto fideicommisso et fundatis stipendiis scholasticis, prospexit.

Gottfridus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Sacalo (Ipoly-Szakállos) qui juratus aestimavit suam plebaniam non valere ultra duodecim marcas et solvit decimam totam collectoribus census papalis. (Mon. Vat. S. I. T. I. 220.)

Gettmann Jacobus. Occurrit 1647. parochus in Diószeg. Nominatur in catalogo cleri, hoc anno, jussu Georgii Lippay confecto.

Gottschauer, alias Gottschüver Mathias. Fuit ab 1642. usque 1643. parochus in Ottóvölgy.

Gotzник Andreas. Theologiam in seminario generali cum quarto a. 1766. terminavit. Cooperatorum egit in Trsztena et ab 1768. in Oravka. Hinc 1772. parochus in Valaszka-Bela. Inde mense Sept. 1773. transivit ad Vizoka, ubi † 29. Oct. 1790.

Görgey de Eadem Martinus. Haereditarius in Toporc. E Scepis oriundus. In seminario ultimus, qua alumnus vice-praefectus. 5. Sept. 1763. defendit universam theologiam sub auspiciis AEppi Barkóczy. Qua diaconus protocollista officii vicariatus. 10. Oct. 1765. investitus parochus Püskiensis. 1770. ecclesia 10 orgiarum erecta 6000 finis per capitulum Jauriense qua patronum. Inde 5. Jan. 1775. canonicus Poson. 14. Apr. vero Strig. creatus. 24. Nov. 1787. ADnus Bars. 13. Sept. 1790. Hont. 24. Aug. 1802. praepositus s. Georgii et ADnus cathedral. 25. Nov. 1803. custos, 23. Jun. 1806. lector installatus est. 1778. fuit canonicus a latere cardinalis a Batthyány et jam praepositus Ladislai de Simighio. 1791. ad tabulam regiam praelatus, 1805. cons. eppus Patarensis in Licia. Sede vacante in pontificalibus suffraganeus, pro districtu Strig. in spiritualibus vicarius et causarum auditor generalis. Protonotarius apostolicus. Nominatus eppus Quinque-Ecclesiensis, sed prius quam dioecesim adivisset † 23. Aug. 1807. Budae. Sepultus in monte calvariae. Fecit pias fundationes.

Görög Andreas. Nobilis Zabláthensis e cottu Trencsén. Qua alumnus semin. s. Stephani 1740. baccalaureus, 1741. magister philosophiae. Theologiam cum tertio anno in eodem seminario 1743. terminavit. 12. Mart. ejusdem a. investituram accepit in Süvete. 1750. ecclesiam reperare curavit. † 3. Maji 1754,

Görögh Georgius. Trencsényiensis 13. Nov. 1718. susceptus ad alumnatum Budensem Széchényianum, ubi philosophiam didicit. Pro theologia ad semin. Szelepcsényianum B. M. V. Tirnaviae 1720. transivit, ubi tres annos absolvit et baccalaureus creatus est. 21. Mart. 1722. ordinatus 18. Sept. ejusdem a. investitus parochus in Lakács. Ibidem munus VADni districtus Radosna in se assumpsit. 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. Erexit capellam in honorem B. M. V. Sasvárenis. † 1. Sept. 1747. ibidem.

Gracho vel Grachus Martinus. Investitus 14. Dec. 1702. licentiatus in utraque Sipék. 28. Jul. 1704. accepit Szémő, in cottu Comar. ubi usque 1705. operatus est. 3. Maji 1710. accepit Baczur in cottu Zoliensi. Demum ab eodem a. usque 1727. in Badin, in eodem cottu, applicatus fuit.

Graff Joannes. Fuit ab 1656. usque 1660. parochus in Tótgurab.

Graff, aut Groff Antonius. Moravus Freybergensis ex circulo et dioec. Olomucensi, 14. Nov. 1727. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 8. Apr. 1730. ordinatus. In Sept. ejusdem a. expeditus in curam animarum et 14. ejusdem m. et a. investitus parochus Litavaensis. Ibidem 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui parochum 30. annos natum dicit. Hinc 2. Maji 1736. transivit ad Vizoka. Inde vero 17. Sept. 1740. ad Geletnek, ubi † 27. Mart. 1766.

Graffenberger Adamus. Posoniensis. 1760. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 1766. in universitate Tirnaviensi magister philosophiae creatus. Eodem a. etiam theologiam cum tertio a. in seminario generali terminavit. 15. Jul. ejusdem a. missus pro cooperatore Pestinum. 7. Jan. 1771. praesentatus parochus in Süttö. Ad instantias hujus parochi erecta est a fundamentis ecclesia praesens, et ad sollicitationes ejusdem aedificata nova domus parochialis, sede AEppali vacante. Mense Oct. 1779. obtinuit parochiam Strigonii in AEppali citte. 1780. turres per card. Batthyány templo s. Ignatii additae, quae novis campanis instructae. 1. Jun. 1801. avulsa est ecclesia viridis campi s. Georgii et in parochiam erecta. 1804. VADnus districtus Strig. Trans-Danubiani consitutus. † 8. Mart. 1803. In cryptam eccl. parochialis sepultus. Aetatis 61. Fuit consistorii et cottus Strig. tabulae jud. assessor.

Gramantik Mathias. Prividiensis, ex cottu

Nitr. 27. Jul. 1720. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum. Ex quo 23. Sept. 1724. presbyter ordinatus. Eodem a. constitutus parochus in Koos. Hinc 8. Maji 1731. investitus in Gaidel et in Tussina. Quae pro interim usque 1736. conjuncta erant. 1731. ibidem Franciscus com. Zichy peregit visitationem. Suum beneficium 1762. resignavit. † 6. Febr. 1766. Prividiae.

Gramantik Valentinus. Natus 5. Febr. 1779. Theologiam in seminario AEppali Posonii absolvit. 7. Sept. 1802. ordinatus est. Cooperatorem egit 1803. in Nagy-Jác, ab 1804. in Prásitz, ab 1806. Miavae, hinc 13. Apr. 1809. factus admin. in Alsó-Bótfalva, ubi 1837. parochiam adeptus est. Fecit quam plurimas pias foundationes et pro uberiore dote ecclesiae et pro meliore existentia parochi. 7. Nov. 1853. resignavit parochiam et recessit in pensionem ad residentiam praeposituralem Vágújhelyiensem. 21. Jan. 1858. instituto s. Adalberti aggregatus. † 24. Jan. 1862. Occasione depositionis in coemeterio Vágújhelyiensi, amicus ejus Martinus Csunderlik apoplectico ictu tactus, mortuus corruit.

Granez Mathias. Natus 24. Febr. 1844. Theologiam in seminario Strigon. absolvit. 31. Jul. 1871. ordinatus est. Cooperatorem egit in Diószegh. 11. Oct. 1873. constitutus admin. in Magyarbél. † 26. Dec. 1877. ibidem.

Gratia Joannes, Josephus. E Pázmáneo theologus speculativus. 1719. in curam animarum missus. 29. Nov. 1721. investitus parochus in Majtény, 1728. conscriptio parochiae fuit peracta. Hinc 5. Dec. 1729. transivit ad Báhony, ubi 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem. Qui de parcho sic: «Fideles contentos se responderunt servitiis ejus, praeter quam quod in stola desumenda vexati fuissent: sed hic remedium jam est positum.» 14. Mart. 1742. investituram accepit pro Galgócz. Mox munere VADni condecoratus. 20. Jun. 1746. litteris ad Stephanum Nedeczky sede vacante vicarium petiit, quatenus ob ingentem confluxum populi ad statuam B. M. V. in Szokolócz, ne aedes in castello corruat, in area celebrare possit. Oct. 1748. investitus parochus in Nagy-Rippény. Hinc 1751. transivit ad dioecesim Nitriensem et factus parochus in Csápor, ubi † mense Apr. 1759.

Grebeli, vel Grebelius de Lieberwer Joannes. Praesentatus 13. Oct. 1583. parochus in Ceszte, cum quo Nicolaus Pálffy in praesentia Melchioris Klesel, praepositi Viennensis, respectu ordinationis

parochiae, quum novam religionem penitus extirpare et avitam veram fidem rehabilitare vellet, contractum inivit. (Jedlicska, Kiskárpáti Eml.I. 128.)

Greez Simeon. Occurrit 1561. parochus in Nagy-Ugrócz. Eodem a. 9. Apr. visitatio ibidem fuit peracta, in qua de parcho: «De Monte-Regio. Ordinatus per episcopum Moraviae. Habet formatam. Barbam gerit. Uxorem habet. Sub utraque specie communicat. Coronam habet. Caetera omnia secundum antiquum morem patrum veterum ac ecclesiae administrat.»

Gregan Stephanus. E Pázmáneo 14. Apr. 1680. ordinatus. Jam 20. Apr. ejusdem a. investitus parochus in Szalatnya, (nunc filia ad Egegh.) Ab 1686. possidebat parochiam in Csall (nunc Csabrág.) Mense Apr. 1689. accepit Szent-Antal. Hinc 5. Apr. 1690. transivit ad Bakabánya. Inde 1704. in Gyerk operatus est, usque 9. Maji 1705. quando investituram accepit pro Deménd, quam brevi tempore habuit, siquidem sequenti jam anno successorem nactus est.

Gregorius. Occurrit 1262. Sacerdos de Hogg in ADtu Neogr. (Hugyag, nunc filia ad Varbó) qui cum sociis suis coram ADno Nicolao testimonium praestitit, quod villa Beren, non sit ecclesiae s. Michaelis arch. de Kezi, sed sit ecclesiae OO. SS. in ipsa villa Beren. (Knauz, Mon. Strig. I. 481.)

Gregorius. Occurrit 1297. parochus eccl. b. Joannis ap. et ev. de Kovacsi Strigonii, de quo 23. Jan. ejusdem a. Lodomerus AEppus testatur, quod semet ad praestandas candelas custodi Strig. obligasset. (Knauz, Mon. Strig. II. 397.)

Gregorius. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos S. Nicolai de Belek ADtu Vntensi (nunc Ipoly-Balog, filia ad Ipolynyék) qui juratus dixit non credere, valere suum beneficium ultra tres fertones, solvit quatuor grossos et medium (Mon. Vat. S. I. T. I. 186.)

Gregorius Nicolai. Occurrit 1390. usque 1392. plebanus eccl. b. Mariae Magdalenae plebis hungariae in castro Budensi. Ex Vesprimiensi dioecesi assumptus. Fuit vindex libertatum ecclesiae suae. (Schier, Buda Sacra 52.)

Gregorius. Occurrit 1512. rector ecclesiae sancti Martini de Sempte.

Gregorius. Occurrit 1559. et 1560. parochus in Hibbe. De illo Michael Szegedy in visitatione a. posteriori sic loquitur: «Cujus conditionem a. elapso satis depinxeram. Reversus nuper domi eum quae-

sivi, sed neminem reperi. Cum enim intellexisset meum adventum ad montana se contulit. Ecclesia ut anno elapso reperi, instar stabuli omni decore, ornamentis ac sacramentis orbata.»

Gregorius. Occurrit 1559. et 1560. parochus in Trsztena. De quo visitator a. prioris notavit: «Uxorem habens, domi per me non inventus. Qui sacramenta omnia cum aliis servitiis divinis catholice administrat.» Michael Szegedy vero a. sequenti scribit: «Decrepitus, ecclesiae Mariae Magdalенаe minister. Sub patronatu Michaelis Bán, veri christiani catholici. Isto melior in toto comitatu nemo. Solus et singularis inter omnes, qui contra malos mores et haeticam conditionem sacerdotum conqueritur, ac clamat: si universi patroni hunc erga religionem haberent affectum, ac zelum, haeticorum astutiam contra piam ecclesiae constitutionem nihil effecturam crederem.»

Gregorius. Occurrit 1559. plebanus in Vársárd (Felső-Vársárd.) De quo visitator ejusdem a. notat: «Uxorem habens, catholice omnia administrat, prout ostendit.»

Gregorius. Occurrit 1561. plebanus in Oszlány. De quo visitator ejusdem a. notat: «Est vicearchidiaconus ejusdem districtus. Ordinatus per rev. d. Stephanum Zakalinszky. Formatam habet et habet quoque uxorem et barbam. Sacramentum sub utraque specie administrat. Coronam quoque habet.»

Gregorius. Occurrit 1561. plebanus in Görgö (in Torna.) De quo visitator ejusdem a. sic: «Qui fuit olim religiosus frater, nunc vero omnium perniciosius latro, est calumniator, blasphemator, vituperator bonorum virorum, tam Rmi AEppi, quam etiam ipsius s. c. Mattis, nec non ven. dni ADni. Anno elapso dum reversus esset ADnus Tornensis, Franciscus Meczze ex sacra synodo, cum literis mandatoriis AEppi, ut parochos convocaret, qui spectant ad hunc ADnatum misit ephebum suum ad illos cum his literis, a quo hic petritus Lutheranus illas eripuit et ad Georgium Bebek pertulit, ac illum incitavit, ita ut hic lictores suos cum baculis post ephebum misit, ut eum caperent et verberarent, ast ephebo successit aufugere, quamvis usque Tornam fuit persecutus. Isti perniciosi sectatores habent omnem spem in suis terrenis dominis.»

Gregorius, Tirnaviensis. Occurrit 1561. et 1564. parochus in Pernek. De quo visitator An-

dreas Szakolczay a. priori dicit: «Vir doctus et catholicus. De cujus moribus et conversatione cum oppidanos seorsim ac separatim examinasset, nemo ex omnibus fuit, qui dixisset aliquid, quod reprehensione, vel correctione fuisset dignum. In ecclesia habet omnia et integra sacramenta et omnes ceremonias, quibus ecclesia juxta traditionem patrum sanctorum et ecclesiae antiquum usum uti consuevit, diligenter et devote in hac sua ecclesia retinet. Item vasa Domini et alias res sacras divinis usibus destinatas ac consecratas reverentia magna in loco honesto servat. Quem oppidani plurimum amant propter suam modestiam, vitam sobriam et diligentiam.» 1564. habuit querelam contra colonos, quam sedi spirituali protulit.

Gregorius Sebastianus. Fuit 1634. licentiatum in Kliza, aliter Kolos.

Gregovszky Emericus. E seminario Budensi qua absolutus tertianita 3. Nov. 1770. pro cooperatore missus ad Tiszovnik, 1772. ad Divény. Hinc 25. Jan. 1775. investitus parochus in Szilas, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Gretschmer Georgius. Occurrit 1630. parochus et vicegerens in Szebeléb.

Grigely Joannes. Theologiam cum quarto a. in AEppali seminario 1801. absolvit Posonii. Cooperatorem egit in Zsigárd. Quum Peredienses jam 1803. ad consil. reg. locumten. institissent pro parochio, quibus tunc appromissum fuit, idcirco primus parochus factus est in Pered. Parochia 1805. stabilita. Beneficium hocce 1816. resignavit et Posonium recessit, ubi † 5. Jun. 1817.

Griller Josephus. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Posonii 1800. terminavit. Cooperatorem egit Vetro-Budae, quam etiam ab 1802. usque 16. Febr. 1803. inter. administravit. 26. Maji 1812. praesentatus est parochus in Szent-Endre, ubi † 22. Jan. 1829.

Grimm Josephus. Investitus 30. Aug. 1728. parochus in Hodrusbánya, ubi † 25. Febr. 1730.

Grimperger Bernardus. Investitus 3. Maji 1675. parochus in Limpach, nunc filia ad Grinád. Ibi usque 1679. operatus est.

Grineus Mathias. Zolio-Lipcsensis. 1767. susceptus ad clerum. E seminario generali qua tertianii theologus 18. Maji 1771. missus Scepusium in curam animarum, ubi capellanus capitularis factus. Ab 1772. cooperator in Tótfalu, ab 1773. in Lé-

várd. Hinc 1. Nov. 1776. investitus parochus in Závod. Ibidem 30. Julii 1788. peracta visitatio Batthyányana. † 19. Febr. 1813. Szakolczae.

Griszlinger Franciscus. Divékiensis e cottu Nitriensi. E seminario s. Stephani 1742. baccalaureus et 1743. magister philosophiae proclamatus. In eodem seminario theologiam cum quarto a. 1746. terminavit 20. Dec. ejusdem a. missus pro cooperatore Bazinium. Hinc 26. Mart. 1748. obtinuit Hosszufalu. † 10. Jun. 1750. Tirnaviae

Grmani Joannes. Investitus 27. Dec. 1680. licentiatus in Nagymácséd et in Majtény, ubi usque m. Dec. 1681. operatus est.

Grmann Josephus. Theologiam cum quarto a. in seminario s. Stephani 1819. terminavit. Cooperatorem egit Modrae, ab 1822. in Ó-Tura, ab 1823. in Ujvároska, ab 1824. in Varbó, ab 1826. in Búr-Szent-Miklós, ubi ab 1827. int. admin. parochiam. Hinc pro admin. constitutus in Suránka, ubi † 1. Maji 1830.

Groff Antonius, vide **Graff.**

Gromann Josephus. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano Tirnaviae 1806. absolvit. Cooperatorem egit in Windschacht, ab 1808. in Majtény, ab 1810. in Garam-Szent-Benedek. 8. Aug. 1814. praesentatus parochus in Némethi in cottu Hont. † 27. Jul. 1828. ibidem.

Grosze Balthasar, Fridericus. Investitus 1707. parochus in Alsó-Meczenzéf, autoritate primatis Kollonics, commissa praeposito Jászoviensi, per Cyriacum Steinhage parochum superioris Meczenzéf.

Groschmit Tobias, Josephus. Schemniciensis. 12. Mart. 1722. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 23. Dec. 1724. presbyter ordinatus. 2. Jul. 1726. investitus parochus in Ujbánya. Hinc 17. Dec. 1733. in Kaproncza. Inde 1739. transivit ad Szklenó. † 18. Apr. 1748. in Körmöczbánya.

Grotovszky Joannes. Investitus 3. Apr. 1719. parochus Nisznnensis. Hinc 30. Apr. 1723. ad Sub-Vilk. Inde vero 1737. transivit ad Oravka, ubi † 14. Jan. 1754. Foundationem 200 fnor. fecit, ut in fundo parochiali Vilkensi hospicium aedificari possit, pro P. Seraphino Bossány missionario, bulla pontificia 1748. munito.

Grueber Franciscus. Selmezbányaensis. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1753. baccalaureus philosophiae promulgatus. Qua collegii generalis alumnus secundum a. theologiae 1754. absolvit. 13. Jul. ejusdem a. missus pro cooperatore Sce-

pusium. 18. Mart. 1755. ad Körmöczbánya. Quae talis 20. Febr. 1759. extraordinarie magister philosophiae creatus. 26. Maji 1760. obtinuit Karpóna. Tardius Kuhbach acquisivit, ubi † 12. Jul. 1768.

Grundl Ignatius. Natus 31. Jul. 1813. Pestini. Philosophiam et theologiam Tirnaviae in semin. Mariano cum quarto a. 1835. absolvit. 1836. in instituto presbyterorum transegit. 28. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Exhinc juridicis studiis operam navavit Pestini ad universitatem. Eodem tempore munus educatoris gessit penes nepotes eppi Georgii Németh per annos sex. 1842. factus parochus in Helemba. Hinc 1861. transivit ad Dorogh. † 24. Dec. 1878. Praeclarus fuit botanicus. Herbarium ejus thesaurus est Musei nationalis. In re literaria circa botanicam etiam operam navavit.

Grzay, vel Godray Paulus. Investitus 24. Febr. 1675. parochus in Nagy-Modró, ubi usque 1688. operatus est.

Grznarich Georgius. Installatus 3. Jul. 1685. canonicus Poseniensis. Simul parochus ecclesiae coll. ad s. Martinum ep. Hocce munus parochi usque 1695. gessit. Fuit etiam abbas B. M. V. de Monyoród, et Georgii mart. de Ják, beneficiatus Soproniensis, protonotarius apost., ac syndicus Franciscanorum. † 1709.

Grznarik Leopoldus. Natus 15. Nov. 1791. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano Tirnaviae absolvit et 12. Aug. 1818. ordinatus est. 1819. in Nagy-Tapolcsány morabatur. Cooperatorem egit Bazinii. Hinc 1830. factus parochus in Bogdány. Inde 1836. transivit ad Hosszufalu. Exhinc vero 26. Oct. 1849. accepit Szárazpatak. Ibidem 20. Jun. 1855. munere VADnali in districtu Szomolányensi decoratus est. † 1. Jan. 1866.

Gubasóczy Joannes. Tirnaviensis. Studia theologica inchoavit in collegio Pázmáneo, 1642. terminavit Romae in Apollinari. Redux in patriam circa 1650. parochum egit in Vág-Sellye. In hujus memoriam 1660. thuribulum argenteum dedit ecclesiae. Inde 22. Jan. 1655. canonicus Strig. factus est. 9. Mart. 1662. ADnus Hont. 1663. praepositus S. Georgii et parochus Tirnaviensis, 1667. cantor, abbas Sexardiensis, vicarius generalis, 22. Apr. 1676. resignato cantoratu praepositus S. Thomae installatus est. 1668. eppus Quinque-Ecclesiensis, 1676. Vaciensis, 1680. Ni-

triensis adjuncto cancellarii munere. Demum 20. Apr. 1685. retenta administratione eppatus Niriensis, promotus est ad AEppatum Colocensem. † 10. Apr. 1686. Viennae. Sepultus in templo Soc. Jesu.

Gubernath Ladislaus. Theologiam qua theologus speculativus cum quarto a. in seminario s. Stephani terminavit. Inde 7. Maji 1740. investitus parochus in Bélaház, ubi 1756. Joannes Galgóczy visitationem peregit, qui de parochia notavit: «Annorum 45. In cura animarum continuo in hac parochia. Diligens, exemplaris.» † 19. Jan. 1760. ibidem.

Gubóczy, rectius Galóczy Georgius. Novakiensis. Qua alumnus seminari s. Stephani 1674. baccalaureus et 1675. magister philosophiae. In eodem seminario et theologiae studuit. 20. Mart. 1677. ordinatus est et jam m. Apr. obtinuit parochiam Tarnócz, qua primus parochus, nam hujus ecclesia tantum 1672. fuit recuperata.

Gudics Georgius. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo absolvit, ejusque prima laurea insignitus. 29. Apr. 1699. investitus parochus in Zólyom-Szent-András. Per turbas Rákóczyanas exturbatus ac exul factus. 7. Jan. 1706. investitus in Bucsán et Karkócz. Hinc 6. Dec. ejusdem a. in Verbó, ubi ab 1710. munere VADni districtus Csejthensis fungebatur. Ibidem 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochia sic: «Perficit omnia sua sine querela. Commendatur ab omnibus.» Ibidem 1731. etiam Franciscus comes Zichy peregit visitationem. Operatus est usque 1736.

Gudóczy Benedictus. Fuit studiosus scholae Tirnaviensis sub rectore Friderico Borusso. 27. Dec. 1598. ordinatus. Cooperatorem egit penes parochum Tirnaviensem Georgium Banovszky. Per Joannem Kutassy AEppum Strig. missus pro parochia ad Szerdahely prope Semptaviam. (Vágszerdahely.) 16. Apr. 1605. installatus canonicus Strig. 20. Jul. 1610. ADnus Comaromiensis. Resignato subcustodiatu electus praepositus s. Benedicti. † 18. Oct. 1618. Habuit propriam domum in Jeruzsalem-utcza, prope muros coemeterii. Sepultus in templo S. Nicolai ep.

Gueth Jacobus. Occurrit 1625. parochus in Lopassó, qui 18. Mart. ejusdem a. jussu vicarii Lósy examinavit testes. Interfuit qua parochus de Bélaház, 4. et 5. Oct. 1630. synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae.

Gugóy Michael, vide Gyöngyösy.

Gugyay Thomas. Occurrit 1674. parochus in Velsisz. Ibi eodem a. Andreas Péterffy peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod tunc fuisset 13 annor. sacerdos. Successorem sequenti anno nactus.

Gula Joannes. Theologiam cum quarto a. in AEppali seminario Posonii 1794. absolvit. Cooperatorem egit in Ó-Bars, ab 1797. in Szered, ab 1801. in Windschacht. 22. Mart. 1805. missus pro administratore ad capellaniam localem in Alsó-Badin, ad quam mox investitus. Ab 1810. vero parochus neo-erectae hujus parochiae. † 1. Oct. 1814. ibidem.

Gula Paulus. Occurrit 1559. parochus in Verebély de quo Joannes Dereskey in visitatione eodem a. peracta notavit: «Plebanus est bonus et laudatus.»

Gulden Andreas. Studuit Olomucii et Viennae. Casista. Ab 1688. parochus in Tussina. 1691. accepit Koos. Ibidem 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, in qua parochum 40 annorum esse dicit. 13. Apr. 1701. investitus in Némét-Próna. Ibidem ecclesiam struxit, quam 10. Sept. 1715. Lucas Natali consecravit. Operatus est hic usque 1714.

Gulicska Stephanus. Investitus 13. Apr. 1693. parochus in Szenográd, hinc 17. Dec. 1705. in Csejkbó, inde 3. Jun. 1709. in Nagy-Lovcsa, ubi tantum brevi tempore operatus est. Ab 1710. usque 1718. parochus fuit in Dobrona.

Gulik Josephus. Fuit antea sacerdos S. J. Qua talis Tirnaviae in universitate professorem theologiae moralis egit. Post abolitionem societatis, in suffragiorum synodali decreto statutorum communionem, ad ADioecesim receptus. 21. Dec. 1775. investitus parochus in Szokolcza. 1788. ibidem visitatio Batthyanyiana fuit peracta. 1802. factus canonicus Posoniensis. 1814. abbas B. M. V. de Beel, seu Apátfalva. Evectus in capitulo usque custodiatum. † 8. Jan. 1814. ibidem. Fuit AA. LL. et phil. nec non ss. theol. doctor.

Gulik Ladislaus. Theologiae Romae studuit. Inde reversus 15. Jun. 1760. missus est pro cooperatore ad Körmőczbánya, sed jam 5. Aug. ejusdem a. Tirnaviam. 14. Mart. 1764. investitus parochus in Vágszerdahely. 12. Aug. 1775. investitus canonicus Posoniensis. 10. Febr. 1780. Strigoniensis. Factus praefectus (rector) Pázmánei. 1783. titulum praepositi de monte Pestiensis consecutus est et instituit apud cardinalem a Batthyán,

ut ipsum a ceremoniis benedictionis dispenset et usum pontificalium concedat. Cardinalis utrumque vicarium sine opinionis dandae provocavit: num inveniatur tale exemplum. Qui responderunt, tale exemplum in tabulario ADioecesano non reperiri. Idcirco pro 26. Dec. 1783. Tirnaviam evocatus, qui tamen 27. ejusd. a. decessit Viennae.

Gulik Michael. Theologiam cum quarto a Psonii in semin. AEppali 1792. absolvit. Cooperatorem egit in Rimócz, ab 1793. in Vadkert, ab 1795. in Varbó, ab 1798. in Muzsla. 12. Mart. 1799. factus capellanus localis Kolthae. Hinc 1802. parochus in Rimócz, ubi † 7. Febr. 1812.

Gulik Philippus. Theologiam cum quarto a. in seminario generali 1781. terminavit. Cooperatorem egit in Szob. 1803. parochus factus est in Velcsicz, ubi † 21. Maji 1812.

Gulsky Franciscus. Polonus, olim monachus. Theologiae studium qua casista terminavit. 1641. obtinuit parochiam Szlaszka. Ibidem 1657. Andreas Szily peregit visitationem, qui parochum 42 annos natum dicit.

Gulyás Georgius, Joannes. Lőrinczensis ex cottu Neograd. 24. Nov. 1715. susceptus pro alumnatu Budensi. 23. Maji 1718. expeditus in curam animarum et 30. Maji e. a. investitus est parochus in Egyházfalva. 19. Apr. 1719. in Tallós. Ibidem 1721. inquisitiones religionariae e parte politica respectu parochiae sunt peractae. 21. Mart. 1725. transivit ad Csütörtök, ubi usque 1734. operatus est.

Gumpelsheimer Joannes, Ludovicus. Fuit ab 1698. usque 1708. parochus Vetero-Budensis.

Gunda Joannes. E Pázmáncó, theologus speculativeus. Investitus 29. Apr. 1700. parochus in Rimócz. 8. Jun. 1705. investitus in Fülekpüspöki et filiabus, quacum pro interim et in Fülek, quae caret templo. 14. Apr. 1706. iterum investitus in Rimócz, ubi 1708. reparari curavit ecclesiam uti vetusta inscriptio in pariete infixata testatur. 29. Maji 1713. in Egerszegh, cum Vicsap-Apáthi. Eodem a. Paulus Zichy peregit visitationem, qui dicit de parocho: «Absolvit omnia sua munia diligenter.» adhuc eodem a. in Vadkert. Ibi incepit matricas scribere. 14. Nov. 1715. investitus in Alsó-Récsény. Hic etiam incepit matricas scribere. 23. Jan. 1717. in Ujlak in cottu Nitr. demum 19. Maji 1719. in Csév, in cottu Strigon. ubi usque m. Jul. ejusdem a. operatus est.

Gunda Michael. Theologiam cum tertio a. in seminario generali Psonii absolvit. Cooperatorem egit in Bozók. 14. Oct. 1800. investitus capellanus localis in Alsó-Badin, ubi † 8. Jun. 1801.

Gunszt Josephus. Natus 15. Sept. 1824. Strigonii. Theologiam in seminario generali Pestini 1840. terminavit. 1847. et 1848. in instituto presbyterorum Strigonii transegit. 26. Febr. ejusdem 1848. anni ordinatus est. Cooperatorem egit in Hédervár, ab 1849. Strigonii in citte reg. 1854. applicatus est in gymnasio Budensi rel. professor et exhortator. Mense Majo 1857. factus parochus in Nagy-Emőke. Historiam parochiae scripsit ab 1700. Hinc 11. Oct. 1864. praesentatus in Tornócz, ubi † 14. Apr. 1866. Fuit praestans orator sacer, zelosus pastor, homo affabilis. Circa litteraturam ecclesiasticam non sine meritis. (Zelliger, Eszt. Várm. Irók. 58.)

Guót de Eadem Georgius. Guótfalvensis in cottu Liptó. 28. Oct. 1737. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Dein circa ab 1763. parochus in Tótfalu in Scepusio, quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Gurgloticz, vel Gurgolicz Adamus. Raikensis. Susceptus 14. Nov. 1722. in alumnatum Budensem Széchényianum. 1. Apr. 1723. ordinatus. 8. Jul. 1724. investitus parochus in Süttö. Ecclesia s. Leopoldi ampliata tempore visitationis Keli-anae. Mense Jul. 1742. resignavit parochiam et Tirnaviae in domum deficientium susceptus, ubi † 3. Febr. 1747.

Guttay Franciscus. Occurrit 1647. parochus in Vág-Sellye. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Guzmann Mathias. Investitus 19. Jun. 1726. parochus in Velkopole, ubi usque 1730. operatus est. † 1733.

Gyárfás Benedictus. Investitus 29. Apr. 1680. parochus in Györkény, ubi usque 1686. operatus est.

Gyarmathy Joannes. Investitus 31. Jan. 1714. licentiatu in Helemba.

Gyelák Joannes. Tirnaviensis. 19. Aug. 1756. susceptus in alumnatum Budensem, Széchényianum. 20. Nov. 1761. factus coop. Vetero-Zolii. 7. Mart. 1763. translatus ad Vág-Szerdahely. 30. Mart. 1764. investitus parochus in Liptó-Szent-Kereszt. Ibidem 1767. conscriptio fuit peracta. Hinc 25. Maji 1768. in Liptó-Szent-Erzsébet, cum

qua incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepu-siensi.

Gyergye Joannes. E seminario generali Posa-niensi post quartum a. 1790. missus coopera-tore ad Zsigard, hinc 6. Jun. 1801. factus capella-nus localis in Darnó. Inde jam 25. Jun. ejusdem a. praesentatus parochus in Nagy-Bárkány. Hinc vero 23. Nov. 1813. in Kövesd, ubi † 7. Jun. 1819.

Gyergyói Michael. Occurrit ab 1707. usque 1719. parochus in Csütörtök.

Gyerkeney Paulus. Investitus 14. Apr. 1706. parochus in Ürmény, ubi usque 28. Dec. 1709. operatus est.

Gyökeres Georgius. Investitus 11. Maji 1697. parochus in Salgó-Tarján, ubi usque 1703. ope-ratus est.

Gyökeres Paulus. Investitus 17. Apr. 1703. parochus in Kemencze. Hic usque 1711. operatus est. 7. Mart. 1714. investituram accepit pro Tor-nócz, ubi eodem a. desinit operari.

Gyöngyössy Georgius. Investitus 29. Sept. 1688. licentiatu in Csiffár, 24. Jun. 1690. in Le-kér, hinc 15. Apr. 1693. in Kicsind. Inde 28. Mart. 1694. in Szete. Demum 30. Maji 1695. in Szalka, ubi usque 1696. operatus est.

Gyöngyössy de Porozló Georgius, Adalber-tus. E cottu Gömör. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1714. baccalaureus, 1715. magister phi-losophiae. Theologiam in eodem seminario absol-vit. 14. Apr. 1720. investitus in exemtam paro-chiam Vágszerdahely. Hinc 18. Sept. ejusdem a. in Nagy-Födemes et Jóka. Illam usque m. Jul. 1730. possedit. In Jóka 1721. ecclesia ab acatho-licis reoccupata. Hinc translatus ad parochiam Jász-berény. Factus dein canonicus Magno-Váradiensis.

Gyöngyössy Joannes. Natus 28. Mart. 1784. in Darma in cottu Ungvár. Philosophiam Posa-nii in gen. seminario, partim in academia ibidem qua Emericanus, tum Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 6. Sept. 1807. ordinatus est. Cooperato-rem egit Strigonii in l. reg. citte. 3. Apr. 1810. in-vestitus parochus in Pilismaróth. 1860. occasione sacerdotalis et parochialis jubilaei cruce aurea cum corona decoratus. Ab 1869. habuit admin. in tempor. et spirit. Stephanum Török. † 15. Jan. 1870.

Gyöngyösy Michael. Investitus mense Apr. 1689. parochus in Köbölkút, ubi usque 1692. ope-ratus est.

Gyöngyösy, aut Györgyöy, vel Gugóy Michael. Transilvanus, sculus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1697. terminavit. 11. Jul. ejusdem a. investitus parochus in Nagymegyér, ubi eodem a. Adamus Nigrini peregit visitationem, qui de parochia dicit, quod sit 26. annor. et parochiam a 7. Jul. administret. Hic operatus est usque 1701. Ab 1713. parochum egit in Nagy-Magyar, ubi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitatio-nem, qui illum aetatis 45. dicit. Hic eodem a. desinit operari.

Gyöngyösy Thomas. Levensis. E collegio rubrorum. 11. Febr. 1663. ordinatus 11. Mart. ejusdem a. investitus parochus in Ürmény, ubi usque 1669. operatus est.

Gyöngyösi Urbanus. Fuit 1647. licentiatu in Tát. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Györe Georgius. Missus 19. Dec. 1719. ad Rapp sine investitura, quam 4. Apr. 1723. adeptus est. Laboravit hic utque 1724.

Györffy, aut Györgyfy, vel Georgiffy Mi-chael, Josephus. E seminario s. Stephani 5. Dec. 1663. ordinatus. Ab 1664. fuit parochus in Nagy-Salló. Hinc 19. Oct. 1668. transivit ad Verebély. Inde vero 1669. factus canonicus Nitriensis.

Györffy Stephanus. Theologiam Romae ab-solvit, ubi ss. theologiae baccalaureus creatus. In-vestitus 30. Jun. 1693. parochus in Nagy-Paka, ubi m. Sept. ejusdem a. successorem nactus est. Ab 1694. parochus Leutschoviae, quam 1700. Joanes Sigray visitavit. Operatus est usque 1711.

Györgyovics, vel Jurinecz Lucas. Ab 1643. praepositus et parochus in Vágújhely. 1647. no-minatur «Jurinetz» in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. 1651. molam, per acatholicos a praepositura avulsam revindicavit. 1657. peregit ibid. visitationem Josephus Cherlay, qui parochum vi-rum exemplarem esse dicit. Procuravit hortum prae-positurae. Domum residentialem uno tractu altio-rem aedificare cepit. Revindicavit item agros et vineas et illos novis acquisitionibus ditavit. Oeco-nomiam ampliavit. Jobbagyiones tres in Lieszkó praepositurae praescripsit. Ecclesiam paramentis, pontificali mitra, item tapettis ditavit. Testamen-tum suum condidit. 22. Maji 1666. coram duo-bus exmissis canonicis Strigon.

Györgyovics Stephanus. Kisutcaujhelyien-sis e cottu Trencsény. E seminario s. Adalberti 1724. baccalaureus, 1725. magister philosophiae.

In eodem seminario et theologiam absolvit. 3. Jun. 1729. investitus parochus in Alsó-Dombó. Hinc 6. Nov. 1737. in Egyházfalva, ubi † 1. Jan. 1741.

Györgyösy Michael, vide **Gyöngyösy**.

Györy Adamus. Investitus 24. Apr. 1688. parochus in Nagy-Súr, hinc jam mense Majo abivit et 1. Jun. ejusdem a. investitus in Hibbe, ubi usque 1690. operatus est. 17. Jan. 1694. investituram accepit pro Detva. Hinc 4. Sept. 1697. electus est in parochum Trencsényensem. Dein factus canonicus Nitriensis.

Györy Georgius. Investitus 18. Jun. 1706. parochus in Csataj, ubi tantum usque m. Nov. ejusdem a. operatus est.

Györy Joannes, Josephus. Kemenczensis e cottu Bars. 1. Maji 1721. suscept. in alumnatum Budensem Széchényianum. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó terminavit. 1726. ordinatus. Cooperatorem egit Prividiae. 22. Jun. 1728. investitus parochus in Divék. Ibidem 1731. visitationem peregit Franciscus com. Zichy. Hinc 13. Apr. 1744. transivit ad Csermend. Domus parochialis potissimum impensis ipsius circa 1743. exsurrexit. 1764. et subsequis tribus a. funditus ecclesia e solidis materialibus aedificata est. Meritissimus hic vir † 14. Sept. 1773. ibidem aetatis 68.

Györy Mathias. Investitus 2. Jul. 1695. parochus in Szémő. Hinc 18. Aug. 1697. in Torna. Inde 15. Jan. 1702. in Szilas, cum Jabloncza, Szögliget, Derénk et Szent-András. Ibidem munus VADni gessit. Hinc 1. Jul. 1706. investitus primus parochus in Kis-Gyarmat. 1713. ibidem visitatio fuit peracta. Incepit scribere matricam. Exhinc 22. Jan. 1715. transivit ad Bajna cum filiabus Epel, Nagy-Sáp, et Sári-Sáp in cottu Strigon. ubi usque m. Febr. 1719. operatus est.

Gyuráczy rectius **Gyuracsics Georgius**. Investitus 25. Jul. 1675. parochus in Nagy-Ugrócz, ubi usque 1678. operatus est.

Gyurácska Martinus, vide **Jurácska**.

Gyurana Nicolaus. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano Tirnaviae 1811. absolvit. Hinc cooperatorem egit solum in Vittencz. Inde 1823. factus parochus in Vagyócz. Exhinc 1834. transivit ad Galgócz, ubi † 14. Oct. 1842. e longioris hydropis morbo. Aetatis 54.

Gyuresák, vel **Juresák**, etiam **Turesák Adalbertus**. Ex Zubricza in cottu Árva. E seminario s. Stephani 1675. baccalaureus et 1676. magister

philosophiae. Ibidem theologiam qua casista terminavit. 30. Mart. 1678. investitus parochus in Neczpál. Eodem a. et Namesztó accepit. Ab 1690. usque 1697. habuit loco sui administratorem Severinum Stebliczky. Anno hoc ultimo Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia sic: «Aetatis 46. labore suo convertit 1623. acatholicos Catechismum debito tempore facit. Parochiam habet propriis sumtibus exstructam.» Ibidem etiam 1700. fuit peracta visitatio per Emericum Josephum Pongrácz qui de parochia: «Annorum 49. Monitus ut saepius celebret, purificatoria mundus servet.» 1708. transivit ad Oravka, ubi etiam munus VADni gessit, ast eodem a. mortuus. In testamento 23. Jun. 1708. confirmato, ordinat refusionem 10 imperialium, quos impendit, pro organo ecclesiae in Zubrohlava, quae devenit in manus acatholicorum.

Gyuresak, vel **Juresak Mathias**. Rapcsiczensis e cottu Árva. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1722. baccalaereus et 1723. magister philosophiae creatus. Theologiam in seminario s. Adalberti cum quarto a. terminavit et 21. Dec. 1726. ordinatus est. 22. Mart. 1728. investitus parochus in Felső-Micsinye. Hinc 2. Apr. 1735. in Alsó-Merasicz, ubi † m. Mart. 1742.

Gyuresánszky Georgius. Nobilis Rajeczensis e cottu Trencsén. Qua alumnus semin. s. Stephani 1752. baccalaureus et 1753. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem terminavit et 3. Jul. 1756. missus pro capellano et admin. praepositurae de Liptó-Szent-Márton. 13. Aug. 1762. investitus parochus in Báhony. Ibi aedem parochialem aedificavit et tali inscriptione signavit: VIATOR SISTE. AC QVO AEVO HAEC DOMVS RESVRREXIT LECE. † 1. Aug. 1801. aetatis 71. Sepultus ante fores ecclesiae a dextris eundo ex aedibus parochialibus.

Gyuresányi Andreas. Nobilis Rajeczensis e cottu Trencsén. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1722. baccalaureus, Oct. 1725. investitus parochus in Salgó-Tarján. Hinc 22. Febr. 1731. in Ipoly-Szécsényke. Eodem a. visitationem peregit Joannes Ujvendégghi, qui de parochia dicit, quod sit 30. annorum. Inde 5. Nov. 1732. in Palást. Munere VADnali condecoratus. 23. Nov. 1746. benedixit capellam castelli. Rexit parochiam usque 1750. Ab 17. Sept. 1751. administravit Pritrsd aliquo tempore, dein ad semina-

rium deficientium s. Emerici recessit Tirnaviam, ubi † 18. Febr. 1754.

Gyurcsányi Franciscus. Nobilis Moysensis e cottu Trencsén. Qua alumnus coll. generatis 1692. baccalaureus et 1693. magister philosophiae. Theologiam in eodem collegio rubrorum terminavit et m. Dec. 1695. ordinatus est. Mense Apr. 1696. investitus parochus in Balassagyarmath. Hinc 2. Maji 1699. in Nagy-Czétény, ubi usque 1704. operatus est.

Gyuresay Josephus. Theol. cum cursu morali in seminario s. Stephani 1710. terminavit. 27. Maji 1714. investitus parochus in Felső-Szeli, ubi 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parcho notavit; «Testimonium ei bonum cum laude conjunctum dederunt.» Senio confectus, sponte parochiam 1742. resignavit. Victitavit Modrae, ubi † 21. Aug. 1750.

Gyuresek Andreas. Natus 19. Dec. 1816. Jolsva in cottu Gömör. Quae Aug. confessioni addictus munus pastoris assequi voluit, ideo theologiae Posonii et Halae in Borussia studuit. 1846. ad clerum susceptus, operam theologicis studiis Tirnaviae navavit. 1848. in instituto presbyterorum ibidem degit. 21. Jun. ejusdem a. ordinatus est. Hinc cooperatorem egit Szuhae. Eodem a. infirmatus valetudinem curavit in domo deficientium Tirnaviae. Ab 1849. cooperator Stomfae, sed post quatuor menses iterum Tirnaviam reversus. Ab 1851. cooperator in Búr-Szent-György, ab 1852. in Unin, ab 1853. curator anabaptistarum in Szent-János. 24. Mart. 1856. admin. dein parochus in Ószuszkó, a m. Apr. 1861. admin. in Apaj et a m. Oct. ejusdem a. in Tepla, quam 31. Maji 1864. resignavit et Tirnaviam petiit, ubi † 17. Jul. 1878.

Gyurics Laurentius. Natus 10. Aug. 1793. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 23. Aug. 1819. ordinatus est. Cooperator fuit in Verebély, Taszár et Komjáth per annos sex. 1825. factus administrator in Füss, ubi 21. Aug. ejusdem a. investitus est. 27. Apr. 1837. accepit praesentam pro Szete, quam 15. Maji resignavit, cedens petitioni fidelium et remansit in Füss. Ab 1848. munus VADni districtus Verebély gessit. † 14. Dec. 1863. ibidem.

Gyuricskay Joannes. Bossánensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1724. baccalaureus et 1725. magister philosophiae proclamatus. Theologiam cum secundo a. in collegio rubrorum 1727. absolvit. 3. Jun. 1729. investitus parochus

in Felső-Vásárd. Hinc 17. Febr. 1733. in Koloss, ubi usque 1736. operatus est. 18. Aug. 1737. investituram excepit pro Felső-Zelle, usque 1740. hic activus. 17. Mart. 1742. in Alsó-Dombó, quam 1747. resignavit. Victitabat in Hartyán, ubi † 24. Aug. 1755.

Gyuriss Cajetanus. Presbyter ex abolito ordine s. Pauli primi eremitae in gremium ADioecesis susceptus. Ab 1787. primus admin. in Detrekő-Csütörtök. Tardius parochus ibidem. † 5. Mart. 1824.

Gyuriss Joannes. E seminario s. Stephani, 20. Jan. 1772. missus pro cooperatore ad Kozsoltolna, ad quod beneficium 27. Apr. 1776. investitus et illacum dioecesi Nitriensi incorporatus est.

Gyurkóczy Joannes. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Posonii 1800. terminavit. Cooperatorem egit in Patak, ab 1801. in Varbó 1805. obtinuit parochiam Endrefalva. † 24. Maji 1835. Fuit cottus Nográd. tabulae jud. assessor.

Gyurkóczy Stephanus. Theologiam cum quarto a. in seminario s. Stephani 1805. absolvit. Cooperatorem egit in Lekér, ab 1811. in Kéménd, ab 1812. in Karancsságh et ab 1813. in Nyék. Hinc 22. Oct. 1818. praesentam accepit pro Nagy-Bárkány. Quamvis 30. Maji 1835. inivit cambium cum Andrea Knapp pro Soóshartyán, tamen repetiit prius beneficium, donec illud 1. Nov. ejusdem a. resignasset pensione donatus. Victitabat in Soóshartyán, ubi † 19. Mart. 1841. Fuit cottu Neográd. tabulae jud. assessor.

Gyurkovics Georgius. Occurrit 1647. parochus in Zavar, cum filiabus Farkashida et Keresztúr. Nominatur in catalogo eodem a. jussu Georgii Lippay confecto.

Gyurkovics Martinus. Collegii Pázmáni condam incola. Parochum primo egit in Szent-Miklós, ubi propter coloni conjugem male audiebat. A die pentecostes 1634. egit parochum in Nahács, ubi eodem a. Georgius Draskovics visitationem peregit, qui de illo notavit: Non abhorret a nimio vino, alias in literis profecit et a concionibus laudem obtinet. Ast, prout Joannes Solnensis in visitatione eodem a. in Vittencz peracta, de ejusdem ulterioribus fati refert: in Nahács de quondam gravi crimine fuit accusatus, ideo e parochia exclusus et per vicarium aliquo tempore incarceratus. Sed parum se emendavit, nam dum hac aestate iverat ad nundinas post

montes ad Szenicz, inebriatus, (quod illi naturale) in tantum fuit, quod etiam pileum in campo dormiendo amisit. Cui sobrius parochus Hradistensis pileum dedit mutuo. In Vittencz illum visitator invenit, qua hominem nimis vehementem et ebrium, idcirco e parochia amovit et successorem 28. Nov. introduxit ac installavit. Vicarium vero inivit: quatenus ille quocunque locandus esset per ipsum serie sit monendus, ut illam vehementiam deponat.

Gyurkovics Martinus. E seminario s. Stephani qua theologus speculativus 5. Jun. 1694. ordinatus. In Scepusio applicatus fuit. 11. Jun. 1697. investitus parochus in Nagy-Modró. Hinc 18. Apr. 1698. in Nagy-Kosztolán. Ibidem 1700. Josephus Pongrácz peregit visitationem, qui de parcho notavit, quod sit 30. annor. «Contra hunc nulla querela, e contra ipse conquestus contra negligentiam suorum in divinis.» 9. Apr. 1705. investituram accepit pro Lopassó. Ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de illo sic: «Libris necessariis et idoneis bene provisus, in omnibus muniis ecclesiasticis diligentissimus. Operatus est usque 1715.

Gyurovszky Georgius, Josephus. Berzencensis ex cottu Bars. 25. Nov. 1746. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 12. Jun. 1750. missus pro cooperatore Vetro-Zolium. Ibidem jam 8. Aug. 1751. investitus parochus. Hinc 11. Apr. 1758. in Korpona, ubi † 11. Apr. 1760.

Gyürky de Eadem Alexander. Natus 1. Febr. 1851. Theologiam in Pázmáneó 1874. terminavit et 26. Jul. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szigliszberg. Hinc m. Julii administrator in Pjerg usque 31. Dec. 1877. Inde cooperatorem in Selmeczbánya. Mense Apr. 1879. accepit administrationem in Tepla, ubi † 27. Jan. 1880.

Gyürky Andreas. Natus 17. Nov. 1859. Theologiae Strigonii studuit et 15. Jul. 1884. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ipolynyék, in Töl-

gyes et Vajka, ubi 1890. administrator et 1891. parochus factus.

Gyürky de Eadem Joannes. Theologiam cum quarto a. in seminario s. Stephani 1812. absolvit. Cooperatorem egit in Drégely-Palánk, unde eodem a. transpositus Tirnaviam. 2. Jul. 1817. praesentatus parochus in Ipolynyék, ubi † 13. Oct. 1844. Aetatis 58. Fuit VADnus et scholar. nat. inspector in distr. Hont. medii. Item cottus Hont. et Neográd. tabul. jud. assessor.

Gyürky de Eadem Ladislaus. Natus 11. Nov. 1800. in Gyürki in cottu Hont. Theologiam cum quarto a. in seminario s. Stephani 1821. terminavit. Hinc usque 1825. in instituto presbyterorum Strigonii exhaerere debuit, ubi 9. Dec. 1823. ordinatus est. Administratorem inter. egit mensibus sex in Loócz, totidem qua cooperatorem Bajthae. Hinc cooperatorem in Leva. 25. Maji 1827. obtinuit parochiam in Ipoly-Szakállos. Inde 27. Febr. 1833. praesentatus et 1. Apr. investitus parochus in Léva, ubi † 19. Jul. 1876.

Gyürky de Eadem Stephanus. Natus 15. Jun. 1848. Theologiam in seminario generali absolvit Pestini. 31. Jul. 1871. ordinatus est. Cooperatorem egit in Zsigárd, ab 1877. in Somorja, ab 1880. in Érsekújvár. Hinc 4. Maji 1881. factus parochus in Füzesgyarmat.

Gyürky Vincentius. Natus 2. Apr. 1811. in Alsó-Sztrepócz in cottu Neogr. Philosophiam et theologiam absolvit Tirnaviae et 11. Apr. 1834. ordinatus est. Cooperatorem egit Bajnae, in Nádas in cottu Hont. ab 1836. in Garam-Ujfalu, ab 1837. in Mocs, ab 1838. in Ipolyságh. 1841. parochus in Alsó-Palojta. Hinc 3. Maji 1860. in Rimócz. 1861. erigi curavit duas aras laterales ex piis oblatiis. Eodem a. introduxit sodalitatem ss. Cordis B. M. V. et servavit missionem popularem. Hinc 23. Oct. 1874. obtinuit Naszvad. Illo agente 28. Sept. 1878. Joannes Card. Simor sacramentum confirmationis administravit. † 21. Aug. 1879.

H.

Haas Jacobus. Natus in Béla in cottu Scepus. 18. Nov. 1727. susceptus in alumnatum Budensem. Factus parochus Menhardivillae, ubi † 23. Nov. 1760. Fuit simul canonicus Gnesnensis in Polonia.

Haas Rudolphus. Investitus parochus in Ujbánya, quem sub tumultibus Rákoczyanis intrusus minister Andreas Richter exturbare non potuit. Successorem 1706. nactus.

Habala Emericus. Zvonczinensis, ex cottu

Poson. 5. Nov. 1732. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Dein Pázmánita. Qua theologus speculativus quarti a. 1738. ordinatus. Capellanus Bajmóczensis. Hinc 9. Mart. 1739. investitus parochus in Závada, 1. Sept. 1741. autem investitus in Rózsavölgy, hinc 2. Sept. 1743. in Zavar. Ibidem 1755. Joannes Galgóczy visitationem peregit, qui de parcho sic: «Annor. 42. Diligenter exequitur officium suum, vitae exemplaris, domum habet in statu commodo.» Ibidem † 27. Maji 1758.

Habasicz Paulus. Fuit 1633. et 1634. parochus in Nyitra-Sárfő.

Habersák Andreas. Fuit parochus in Durand. Etiam munus VADni distr. sup. fluvii Poprád gessit. † 19. Nov. 1763. Váraljae in Scepusio apud Misericordianos.

Hacskó Georgius. E dioecesi Nitriensi cum dimissorialibus susceptus per AÉppum ad ADioecesim. Fuit eousque applicatus in Pográny et per cambium cum Ladislao Bokor 31. Maji 1718. investitus est parochus in Nagy-Kér. Hinc 12. Maji 1729. in Zsarnócza, ubi † 29. Apr. 1747.

Hacskó Paulus. Qua neomista 7. Mart. 1681. investitus parochus in Alsó-Rakoncza. 1683. metu hostium latitare debuit. A circa 3. Maji 1684. operabatur in Thaszár, donec 25. Febr. 1685. investiretur in Kis-Tapolcsán. Ibi 1686. comitissa Elisabetha Rákóczy de Felső-Vadász fundavit confraternitatem B. M. V. de monte Carmelo. Hinc 16. Jun. 1692. in Kovarcz, inde vero 22. Nov. 1696. in Modor, ubi 1699. Joannes com. Volkra peregit visitationem, in qua de parcho sic: «Aetatis 42. Vir bonae vitae et famae, suis apprime dilectus, munia sua diligenter obit. Libros et breviarium habet, quod et dicit. Ipsius tempore per ipsum et per patres S. J. 41. conversi sunt.» Fine a. 1701. factus parochus in Bazin, ubi et munus VADni gessit. 22. Febr. 1707. installatus canonicus Posoniensis. † 1712.

Hacskó Georgius. Investitus 1. Aug. 1732. parochus in Szent-Mihályúr, quam parochiam 1771. resignavit et qua deficiens † 11. Maji 1775. Tirnaviae.

Hadányi, vel Hradnay Georgius, Josephus. E seminario s. Adalberti 20. Mart. 1706. ordinatus. 23. Oct. ejusdem a. investitus in Nagy-Bárkány. Hinc 6. Mart. 1713. in Jókő, 28. Apr. 1713. in Visk. 10. Apr. 1714. investituram accepit pro

Hradist, cum filia Ószuszkó, ubi usque 1716. in Visk vero usque 1722. activus erat.

Hadbavni Emericus. Nobilis Miklósfalvensis e Scepusio. Qua alumnus semin. Mariani 1749. baccalaureus et 1750. magister philosophiae. Theologiam usque secundum a. in eodem seminario 1752. terminavit. 6. Dec. 1753. missus Scepusium pro cooperatore. 31. Maji 1758. Bazinium et 25. Maji 1759. ad Garam-Szent-Benedek. 22. Nov. 1762. investitus parochus in Némethi in cottu Hont. Ibidem 1766. conscriptio fuit peracta. Hinc 3. Jul. 1768. in Szebeléb. Ibidem munus VADni distr. Hont. super. gessit. † 13. Nov. 1793. ibid.

Hadinger Martinus. Theologiam cum quarto a. in arce Posoniensi 1791. absolvit. 1792. in instituto presbyterorum Tirnaviae transegit. Cooperatorem egit in Tallos, hinc 1794. in Egyház-Gelle. 20. Mov. 1798. praesentatus parochus in Csütörtök. 1799. resignavit parochiam et instituto emeritorum parochorum ingremiatus, victitabat in Püspöki, ubi † 27. Jul. 1828.

Hadviger Antonius. Natus 27. Jul. 1803. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1825. terminavit, 1826. et 1827. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. Ibi 13. Aug. 1826. ordinatus est. Cooperatorem egit Modrae, ab 1829. Posonii ad s. Salvatorem. Ab 1852. professor et catecheta in orphanotrophio civico Posonii. Hinc 1840. factus parochus in Vedrőd. † 30. Oct. 1864. ibidem.

Haffner Michael. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1804. absolvit. Abhinc Budae morabatur. 1805. factus cooperatore in Kürth, 1808. transivit ad Vásárút. 1808. adeptus est parochiam Szent-Antal, quam 1809. ordini s. Francisci resignavit. Mense Majo 1810. administrator in Uj-Bars, ubi † 4. Sept. 1811. Ex ictu apoplectico ad aram celebrans extinctus.

Hagany Matthaeus. Natus in Nagy-Tapolcsány. Qua alumnus semin. s. Stephani 1681. baccalaureus et 1682. magister philosophiae. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 23. Apr. 1686. investitus parochus in Kis-Vendég, quo cum conjuncta Sissó. Ibidem usque 1689. operatus est. 25. Maji 1700. investituram parochiae oppidi Nagy-Tapolcsány assecutus est. Ibidem eodem a. Josephus Pongrácz peregit visitationem, qui mentionem facit hospitalis per dominium erecti pro 12 personis. Munus VADni gessit. † 19. Oct. 1709. ibidem.

Haiden Franciscus, Joannes. Occurrit ab 1458. usque 1467. parochus Posenii ad s. Laurentium, simul canonicus ad s. Martinum. (Rimely, Capit. Posen. 257.) In aliquo antiquo documento germanico a. 1463. vocatur «Franz pfarer zu sand lorentzen.» (Tudom. Érték. I. 141.)

Hainiss Justinus. Natus 23. Sept. 1839. Theologiam cum tertio a. Strigonii absolvit et 24. Jul. 1863. ordinatus est. Cooperatorem egit in Aranyosmaróth. A. 20. Oct. 1865. parochus in Fenyőkosztolány. Hinc 1890. factus admin. in Sissó.

Haiszl Franciscus. Origine Körmőczbányaensis. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1822. absolvit. 1823. in instituto presbyterorum transegit. Pro cooperatore missus Ponium. Initio 1824. Pestinum ad s. Theresiam, hinc 1830. transivit ad Selmeczbánya. 20. Aug. 1839. obtinuit administrationem parochiae Hrussó, ubi † 13. Jul. 1848. Aetatis 49.

Hajdin, vel Haydin Josephus. Natus 13. Mart. 1818. Theologiam in Pázmáneo 1840. absolvit. 8. Aug. 1841. ordinatus est. Eousque in instituto presbyterorum morabatur. Hinc cooperatorem egit Stomfae. Ab 1845. Leopoldi Ferdinandi comitis Pálffy capellanus domesticus. Mense Apr. 1847. parochus et decanus l. r. cittis Szokolca. Ab 1851. praepositus B. M. V. de Novo-Monte Pestiensis. † 18. Maji 1859. Posenii.

Hajdin Stephanus. Szent-Jánosensis in cottu Posen. 1762. susceptus in alumnatum Budensem. 11. Oct. 1763. ad praepositum Scepusiensem missus pro cura animarum. Mense Nov. ejusdem a. applicatus pro cooperatore in Lócse. Ab 1768. parochus in Busócz, hinc 1775. vicarius parochialis in Igló. 1776. incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi. Inde 1780. reversus ad ADioecesim et Budae in arce pro cooperatore missus. 8. Sept. 1782. introductus parochus in Búr-Szent-György, ubi 1788. visitatio per ipsum AEppus a Batthyán peracta. In qua de parocho: «Valetudinis ad munia obeunda bonae. Decenter incedit. Nullo defectu notatus.» † 30. Aug. 1797. ibidem.

Hajdinovics Martinus. Qua secundi anni theologus 1719. ordinatus et in curam animarum missus. 24. Jul. eodem a. investitus parochus in Szémő. Ibidem 1731. Paulus Forgách peregit visitationem, in qua de parocho: «Ejus sedulitate 1728. ex fundamentis erecta ecclesia per Emericum Eszterházy AEppum, qui etiam pro dote assignavit decimas

jure perennali.» Inde 11. Febr. 1733. transivit ad Udvard, ubi usque 1736. operatus est.

Hajdinovics Paulus. 7. Mart. 1686. investitus parochus in Bozók. Hinc eodem a. discessit. 6. Febr. 1693. investituram accepit parochiae oppidi Malaczka, ubi etiam munus VADni gessit. Operatus est usque 1703.

Hájek Adamus. Natus 23. Dec. 1789. Theologiae in Pázmáneo studuit. 26. Aug. 1812. ordinatus est. Cooperatorem egit in Holics, et Kórompa, ab 1813. in Gajar. Hinc 10. Maji 1814. sublevatus parochus in Récse. 22. Jan. 1847. nominatur VADnus Baziniensis. 5. Oct. 1851. canonicus hon. Strigon. 19. Mart. 1857. installatus canonicus Poseniensis. Fuit etiam abbas B. M. V. de monte Zebegény. † 6. Maji 1867. Posenii.

Hajek Martinus. E seminario s. Stephani 16. Apr. 1677. ordinatus. Mense Maji ejusdem a. investitus parochus in Veszele, ubi 10. Sept. 1678. successorem nactus. 1. Jan. 1679. investituram accepit pro Miava, ubi usque 1680. operatus est.

Hajnalkői Joannes. Theologiam cum quarto a. in collegio Apollinari Romae 1744. terminavit. Redux applicatus est studiorum praefectus in seminario s. Stephani. 30. Sept. 1775. investitus parochus in Bárka, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Hajnos, vel Hajnosius Joannes. Fuit 1647. parochus in Nagy-Bresztován. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto.

Hajnos, vel Hajnosius Nicolaus. Occurrit 1630. parochus in Ürméncz. Eodem a. fuit ibidem per Wolfgangum Érsekujvári visitatio peracta. Ibidem 1634. etiam Joannes Solnensis visitationem peregit, qui de parocho talia notavit: «Hic magis poculis, quam officio suo parochiali studet. In sua vita nec semel infirmum unxit oleo sacro, dicens, quod non vocetur ab infirmis (hanc excusationem proferunt plerumque omnes). Huic et aliis injunxi, ut omnes de hac vita decedentes, pro altera visitatione, mihi, cum baptizatis omnibus et matrimonio junctis in scripto ostendant, sub poena incarcerationis diuturnae. Hic est Ludanensis parochus Michael Mazar. Hi pugnant sine vulneribus, post pocula, cum aliquo populi scandalo. Etiam retulit mihi meus vicegerens quod choreis ducendis indulgeat, quodque in

Nagy-Tapolcsán duobus diebus in taberna cum foeminis combibisset in terra sedendo. Nominat illum parochum Lakácsensem, catalogus cleri jussu Georgii Lippay 1647. conscriptus. Dein transivit ad Szolcsán, ubi 1657. Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de parochio notavit: «Senex bonus.»

Hajnos Samuel. Occurrit 1657. parochus in Lakács, de quo visitator Joannes Cherlay eodem a. dicit: «Est pater adhuc ex illis antiquioribus. Bene convenit cum parochianis.»

Hajnosy Stephanus. Investitus 27. Dec. 1691. licentiatus in Nagy-Mácséd, ubi usque 1697. operatus est.

Hajnovics Franciscus. Occurrit 1705. parochus in Bars-Szent-Kereszt. Qui captivitatem Rákóczyanorum expertus. (Schematism. hist. Neosol. 355.)

Hajósy Ladislaus. Natus 1. Aug. 1819. Philosophiam et juridicam Jaurini, theologiae primum et secund. Jaurini, tertium Tirnaviae et quartum a. Strigonii absolvit. 16. Jul. 1850. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ipolyszakállos, ab 1851. in Lekér, ab 1854. in Tölgyes. demum in Ipolynyék. Dein admin. in spiritualibus in Gyerk, tandem subsidiarius in Tardoskedd. 1865. parochus in Királyrév. Hinc 24. Dec. 1880. in Albaár, quam 24. Nov. 1882. resignavit et pensione donatus victitat in Somorja.

Hajossy Michael. Theologiam cum tertio a. in Stephaneo 1775. absolvit. Cooperatorem egit in Bazin. Ab 1778. parochus in Tóth-Gurab. 1784. controversiam habuit cum communitate propter ludimagistrum dimissum. † 24. Aug. 1804. Posonii.

Hajzster, vel Haiszky Georgius. Investitus 28. Febr. 1697. licentiatus in Nagymácséd, ubi usque 1714. operatus est.

Hajts Joannes. Natus 8. Oct. 1843. Theologiam in seminario generali Pestini absolvit et 25. Julii 1869. ordinatus est. Cooperatorem egit in Zsigárd, ab 1870. in Vajka, ab 1871. Comaromii. Hinc 1. Aug. 1877. factus admin. mense Sept. parochus in Ekecs.

Hakkel Mathias. Natus in Detva in cottu Zólyom. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1751. baccalaureus, 1752. magister philosophiae. In eodem seminario theologiam absolvit. 16. Dec. 1755. missus est pro cooperatore Vetero-Zolium. 13. Apr. 1756. investitus in parochiam Baczur

cum Osztroluka. Hinc 6. Febr. 1760. in Nagy-Szalatna. † 6. Dec. 1769. ibidem.

Hakkel Stephanus. Occurrit 1559. parochus in Koross, de quo visitator ejusdem a. refert, quod sit uxoratus et totus catholicus. Michael Szegedy, qui 1560. visitationem peregit, de parochio notavit: «Juvenis, bonus, pius, vitae integritate praeditus. Romanus, sed uxoratus. Sacris Posonii per red. d. Tompam initiatus.»

Halácsy Aloysius. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1818. absolvit. 1819. transiit qua diaconus Bankae. Post ordinationem cooperatorem egit in Nagy-Maros et ab 1823. in Buda Vetus. 6. Jul. 1824. praesentatus parochus in Nagy-Megyer. Hinc 19. Oct. 1829. praesentam accepit pro Zsély. Occasione translationis suae in acri hieme, ut fertur, refrigeravit, in cujus sequelam ex phthisi pectoris † 10. Febr. 1830. ibidem. Aetatis. 33.

Halácsy Joannes. Theologiam qua speculativus cum quarto a. terminavit in Pázmáneo. Investitus 13. Jun. 1705. parochus in Turócz-Szent-Mária, hinc 1. Mart. 1706. in Felső-Vásárd, inde 15. Jan. 1710. in Ardanócz, item pro interim in Alsó- seu Tóth-Dió. Ibidem 1713. Paulus Zichy, peregit visitationem, qui de parochio: «Sufficientis doctrinae. Perficit omnia sine querela.» Exhinc 28. Mart. 1715. in Krakován. Ibidem 1731. Franciscus com. Zichy peregit visitationem, qui de xenodochio zelo parochi erecto refert. Fuit etiam VADnus. † 11. Maji 1740. ibidem. Legavit mille finos.

Halácsy Nicolaus. Nobilis Nagy-Jácensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1704. baccalaureus et 1705. magister philosophiae. Theologiam in seminario Mariano absolvit et 7. Apr. 1708. ordinatus est. 15. Apr. 1709. investitus parochus in Hédervár. 1713. parochus in Ujlak, ubi eodem a. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochio refert: «Bonae doctrinae; commendatur ab omnibus; siquidem omnia munia zelosose perficiat.» Hinc 11. Dec. 1716. investitus in Vicsap-Apáthi cum Egerszegh. In his usque 1728. operatus est.

Haller e comitibus l. b. ab Hallerstein Franciscus. Theologiam cum quarto a. in collegio Apollinari absolvit Romae. Reversus 20. Jan. 1782. praesentatus parochus in Dömös. Hinc 31. Dec. 1783. in Kürth. 1790. Canonicus Posoniensis. 1797. abbas B. M. V. de Prinou. In Martio

1801. canonicus Magno-Varadiensis. 1812. ADnus Békésiensis, 1816. custos, 1822. cantor. † 1823.

Háló Michael. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Posonii 1802. terminavit. 1803. qua diaconus Pestini morabatur. Cooperatorem egit in Kőhidgyarmat, ab 1804. in Udvard, ab 1805. in Bajóth, ab 1806. in Kéménd, et ab 1808. Comaromii. 9. Apr. 1810. factus est administ. in Uny. Quod munus 1825. resignavit et instituto emeritorum parochorum adlectus est. Victitabat Pestini, ubi † 2. Nov. 1838.

✓ **Halma Josephus.** Theologiam cum quarto a. Posonii in semin. AEppali 1798. absolvit. 1779. qua diaconus Tirnaviae morabatur. Cooperatorem egit in Verbó, ab 1802. in Ó-Tura, ubi simul in spiritual. admin. Ab 1806. parochus in Szokolócz. 1810. munere VADni in neo-erecto districtu Szokolóczensi condecoratus. 27. Jan. 1823. factus parochus in Krakován. Districtus Csejthen-sis VADnus et scholar. nat. inspector. † 20. Jan. 1850. ibidem. Aetatis 74. Fuit s. sedis consistor. Tirnav. assessor.

Halus Paulus. Natus 1. Jul. 1820. in Csicsó, Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jul. 1843. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szent-János. 1847. obtinuit parochiam Verbócz. Inito cum Antonio Cserni cambio 20. Sept. 1852. praesentatus est in Szobotist. Hinc iterum per cambium cum Emerico Jedlicska 28. Aug. 1853. praesentatus et 13. Sept. investitus parochus in Czerova. Abhinc 29. Sept. 1860. praesentatus in Nádas in cottu Poson. Hinc 25. Sept. 1891. in-stituto s. Adalberti aggregatus.

Haluznati Andreas. Occurrit circiter ante 1716. parochus in Felső-Zsember.

Hamar Franciscus. Qua alumnus Stephani Bartok 1661. baccalaureus et 1662. magister philosophiae in universitate Tirnaviensi promotus. Theologiam in collegio generali seu rubrorum absolvit et 4. Oct. 1665. ordinatus est. 12. Dec. ejusdem a. investitus parochus in Divény in cottu Neogr. Hinc jam 16. Jul. 1666. transivit ad Torna. Inde vero 15. Jun. 1671. ad Deresk, ubi usque 1672. operatus est.

Hamernék, rectius Hamernik Mathias. Natus in Vág-Besztercze. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali absolvit 1792. Posonii. 1793. accomodationem expectavit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Ó-Tura, ab 1794. in Szobotist, ab 1795. in Cziffer, ab 1799. in Nagy-Súr,

ubi simul admin. vivo adhuc parochus, illo defuncto parochiam 1811. obtinuit. † 26. Jun. 1821. apoplexia tactus. Humanissimus mortalium. Pupillarum fautor.

Han, rectius Joannes de Vajka. Occurrit 1485. rector altariae s. Adalberti, plebanus et canonicus eccl. s. Martini Posonii. Activus adhuc 1495. (Rimely, capit. Poson. 258.)

Han, rectius Joannes de Vép, alias de Ispár. Occurrit 1470. custos canonicus et plebanus ecclesiae s. Martini Posonii. Successorem 1485. nactus. † 1500. (Rimely, Capit. Poson. 257.)

Han Joannes, Georgius. 15. Jan. 1734. investitus parochus in Kormosó, 4. Jul. ejusdem a. et m. in Magasfalva, ubi adhuc eodem a. desinit operari.

Hanák Rudolphus. Theologiam cum quarto a. Pestini in seminario gen. 1818. terminavit. 1819. in Csúz et 1821. in Garam-Szent-Benedek morabatur. Hinc capellanus aulicus applicatus apud Sigismundum com. Berényi in Bodok. 1822. cooperator in Czéthény. Ab 1824. praefectus herul. Pauli Motesitzky in Komjáth. 1825. factus parochus in Hidegkút, quam 1829. resignavit et in Garam-Szent-Benedek victitabat, ubi etiam † 16. Dec. 1834.

Hancsok Alexander. Oriundus ex oppido Báth. Missus 22. Nov. 1762. pro cooperatore ad Garam-Szent-Benedek. 22. Mart. 1766. investitus parochus in Garam-Ujfalú. † 7. Mart. 1783. ibidem. Aetatis 45.

Handerla Georgius. 3. Sept. 1776. praesentatus et 18. ejusdem a. investitus parochus in Krajna, nunc Hrachovistye. Hinc 1782. transivit ad Udvarnok. 1. Jul. 1785. notificavit officio contra illatam querelam, quod ancillam ideo nollet copulare, quia pro catechesi non venit. Inde transivit ad Galgócz, ubi † 9. Maji 1796. Fuit solers apiarius.

Hanel Michael. Occurrit 1510. parochus Budensis ad B. M. V. in castro. Hoc anno Sigismundus rex Poloniae et Barbara filia Stephani comitis Scepusiensis, illius et Casimiri ducis Teschenensis procuracione desponsati sunt. (Révay, De Monarchia et s. Corona, Centuria IV.)

Hanula, alias Homola Georgius. Natus in Koloss in cottu Nitr. E collegio generali 1671. baccalaureus et 1672. magister philosophiae. Theologiae in eodem seminario studuit et 14. Maji 1674. ordinatus est. 2. Jun. ejusdem a. investitus in Nagy- et Kis-Krstyene. Ibidem eodem 1674. a. An-

dreas Péterfy peregit visitationem. 6. Maji 1677. in Szenográd. Dum occasionaliter iter ageret circumdatus a rebellibus, ad mortem quaerebatur, verum acceptis plagis et vulneribus, divina misericordia vivus evasit. Hinc 19. Apr. 1678. in Ujlak et Kis-Báb, sed hinc jam 30. Jul. ejusdem a. transivit ad Nagy-Súr, ubi 15. Sept. investitus est. Inde jam 30. Apr. 1679. investituram accepit pro Bakabánya. Hic successorem 1688. nactus.

Hanula Mathias. Fuit a mense Apr. 1648. parochus in Magasfalva. Successorem 1657. nactus est.

Hanula Mathias. Ab 1667. usque 1670. occurrit adscriptus albo Pázmáneí, accessit Posenio, qua philosophiae studens, ast insufficienti successu, nam classes repetere debuit. 17. Apr. 1679. investitus licentiatu in Felső-Szeli, ubi usque 1680. operatus est. 10. Sept. 1688. vero investituram accepit in Cseri, nunc filia ad Litava.

Hanula Thomas. Szlécsensis in cottu Liptó. 8. Nov. 1735. susc. ad alumnatum Budensem Széchényianum. 30. Jun. 1740. investitus parochus in Szlécs, ubi † 6. Jan. 1754.

Hanuskovics Sebastianus. Occurrit 1700. parochus in Netzdorf, (Nedecz) in cottu Scepus. Quem nominat Joannes Sigray in instrumento visitationis eodem a. peractae.

Hanusóczy Ladislaus. In protocollo visitationis 1700. per Joannem Sigray peractae bis nominatur, et quidem qua parochus in Jamnik et qua recenter installatus in Siga (Zsegra).

Hanuszek Paulus. Fuit ab 1700. usque 1703. parochus in Szklenó-Fürdő. Hinc 26. Apr. ejusdem a. investitus parochus in Jasztráb. Inde 26. Nov. 1709. in Dubova. Exinc jam 6. Dec. ejusdem a. in Libet-Bánya, quacum etiam Pojnik conjuncta fuit. 19. Jul. 1720. investitus in Búr-Szent-Miklós. Hinc demum 5. Mart. 1724. in Detrekő-Szent-Miklós, ubi usque 1727. activus erat.

Hanzel Matthaeus. Theologiam cum secundo a. in collegio generali 1695. absolvit. 7. Jan. 1696. ordinatus et 17. Mart. ejusdem a. investitus parochus in Nizsna. Ibidem 1700. Josephus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho dicit: Annorum 30. Convertit hic 106. Nullum copulavit absque trina denuntiatione et praemissa confessione. Hinc 8. Maji 1701. in Turócz-Szent-Ilona. Inde vero 13. Mart. 1709. in Szucsány. Exhinc demum 2. Apr. 1711. in Mosócz, ubi 1733. successorem nactus.

Hanzeli Michael. Expeditus et 23. Apr. 1694. investitus parochus in Murány in cottu Gömör.

Hanzlik Andreas. Szakolczensis, 1761. susceptus in alumnatum Budensem, Széchényianum. † 20. Dec. 1762. missus pro cooperatore ad Gajar, Inde vero 8. Jul. 1766. ad Mijava. 17. Nov. 1767. commissa illi fuit administratio in Verbócz, ubi usque 1778. exhaesit. Exhinc cooperatore in Nemcsény. 1779. studiorum praefectus in semin. s. Stephani. 1780. ultro quoque cooperatore in Nemcsény. 11. Apr. 1781. admin. ibidem 10. Mart. 1782. contra illum inquisitio fuit mota circa ebrietatem. Vir secus morbis affectus. 2. Apr. ejusdem a. e parochia recessit et Tirnaviae morabatur. ubi † 4. Aug. 1785.

Hanzlik Joannes. Szakolczensis, 1. Nov. 1733. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum, ubi theologiam moralem absolvit. 20. Sept. 1735. investitus parochus in Liptó-Szent-Kereszt. Exhinc 13. Maji 1740. in Komjáthna. Inde 22. Jan. 1748. in Bobrócz. Inde 17. Aug. 1750. in Radvány. Ibidem 1755. visitationem peregit Josephus Batthyány, qui de parocho sic: Annor. 46. Libros habet post fata Josephi Bosányi loci parochi pro ecclesia inscriptos 29. Hinc 4. Dec. 1761. obtinuit Zavar. Ibi in processu ecclesiae contra familiam Hrabovszky triumphavit. † 24. Jan. 1769.

Haraika Joannes. Investitus 25. Jan. 1765. parochus in Bajna, in cottu Nyitra, ubi m. Majo ejusdem a. successorem nactus.

Haraika, vel Haraszka Michael. 3. Maji 1675. investitus parochus Bajnensis in cottu Nyitra. Hinc 4. Oct. 1680. in Varbó, inde 3. Jan. 1690. in Nagy-Bresztován, ubi usque 1691. operatus est.

Harczay, vel Harczányi Georgius. Occurrit 1647. parochus in Cseklész in conscriptione jussu Georgii Lippay facta. 1648. evenit, quod incolae Lutheri addicti, tectis parochialibus ignem injeecerunt, exitus omnes firmis repagulis adeo munierunt, ut deintus manens parochus nulla arte semet flammis subducere potuisset. et certe extitisset vulcani victima, si catholicus quidam, adrorate maturius proficiscens, insolito observato fumo, parochum, periculi ignarum non liberasset.

Harczy Josephus. Missus 1. Jun. 1756. pro cooperatore ad Divény in cottu Neográd. 3. Jul. 1758. investitus parochus in Felső-Tiszovnik. † 4. Mart. 1768. ibidem.

Harczy Stephanus. Felfalvensis in cottu Bars. 1758. susceptus in alumnat. Budensem, Széchenyanianum. Studia theologica in semin. generali absolvit et 21. Dec. 1765. ordinatus est. 13. Oct. 1766. missus pro capellano domestico ad viduam Nicolai Bossányi, natam Sipeky. 1772. cooperatorem egit in Oszlány. 1773. parochus factus in Szelezsény. Resolutis per r. consilium locumten. 4000 flnis 1775. nova ecclesia erecta et 1. Jul. 1777. per Joannem Filó benedicta. Constructa item domus parochialis. Ob continuam oculorum affectionem excoecatus, 1782. resignavit parochiam et inter emeritos parochos susceptus, Tirnaviam recessit, ubi † 31. Aug. 1793.

Harman Joannes. 14. Jun. 1700. investitus parochus in Vagyócz, usque 1705. tunc parochia sub jugum Aug. conf. addictorum venit.

Harman Paulus. Physico-casista. Ad provisionem capituli Strigon. 22. Dec. 1640. ordinatus. 1647. factus parochus in Garam-Szent-Benedek, ubi eodem a. Matthaeus Schlegelius peregit visitationem, qui de parocho sic: «Conventualis ibidem. Vir vegetus. Annor. 33. Residens in hac parochia medium a. Habens librum synodalem, baptisatorum curabit fieri. Auditores quidem omnes catholici sed negligentissimi in divinis. In templo civitatis nullum fieri potest exercitium propter metum Turcarum.» Nominatur in catalogo cleri hoc a. jussu Georgii Lippay confecto.

Harmath Martinus. Natus in Érsekujvár. E seminario s. Stephani 1742. baccalaureus et 1743. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1747. terminavit. 18. Jul. ejusdem a. missus est Pestinum pro cooperatore. Hinc 8. Jul. 1750. investitus parochus in Palást. Inde 4. Mart. 1752. in Léva, 12. Sept. 1772. exusta ecclesia cum 444. domibus. Ibidem munus VADni gessit. Per cambium cum Francisco Kasza obtinuit Diószeg, ubi 20. Dec. 1777. investitus, est. Ibi eodem a. in sequestrum devenit. Diversae difficultates moverunt illum se beneficio abdicare. 1784. Tirnaviam ad deficientiam recessit, ubi † 29. Oct. 1787.

Harmati, vel Hármasz Jacobus. Püspökfalvensis e cottu Nitriensi. E seminario s. Stephani 1672. baccalaureus et 1673. magister philosophiae. 5. Maji 1675. investitus parochus in Csicsó et Szent-Miklós, hinc jam 31. ejusdem m. et a. in Egyházfalva. Inde 6. Jun. 1678. in Duna-Szerdahely, ubi usque 1695. operatus est.

Hárossy Carolus. Natus in Aranyosmaróth. Philosophiam et primum a. theologiam usque pascha 1802. in arce Posoniensi, reliquum Tirnaviae in seminario Mariano 1805. terminavit. Cooperatorem egit in Podola, ab 1806. in Galantha, ab 1807. in Cziffer, ab 1808. in Udvarnok, ab 1809. in Sasvár. Mense Jul. 1812. obtinuit parochiam Kis-Báb, ubi 1815. Franciscus Krammer peregit visitationem. † 19. Jan. 1850. Aetatis 68. ibidem.

Hárossy Michael. Cseithensis. Theologiae tertium a. in seminario s. Stephani absolvens, ordinatus et 25. Nov. 1766. ad Érsekujvár pro cooperatore missus est. 6. Maji 1770. investitus parochus in Némethi in cottu Bars. 25. Sept. 1779. fuit ibi peracta visitatio Batthyanyiana. Ab 1780. munus VADni gessit in districtu Kis-Tapolcsány. 31. Dec. 1784. praesentatus parochus in Verebély. Illuc m. Mart. 1785. transivit. 1789. eligitur unanimi voto in VADnum districtus Verebély. 1791. Propter accuratiam in officiosis relationibus laudem obtinuit. † 23. Maji 1806. ibidem.

Harsányi, vel Hersányi Joannes. Natus in Szent-Miklós in cottu Poson. Ex Emercano 4. Nov. 1734. ad alumnatum Budensem Széchenyanianum missus. 7. Oct. 1743. investitus sine praesenta in Turócz-Szent-Mária. Hinc 25. Febr. 1749. in oppido Mosócz, ubi † 14. Febr. 1761. Fuit per cottum Turócz VADnus.

Harsányi, antea Hersányi Joannes. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo 1769. absolvit et 28. Febr. ejusdem a. pro cooperatore ad Magyar-Szölgyény missus est. 12. Apr. 1774. investitus parochus in Taksony. Sub illius gubernio structa est hodierna ecclesia. 21. Aug. 1785. transivit ad Diószegh, quam 1802. resignavit et recessit ad Csorna, ubi † 27. Jul. ejusdem a. Fuit vir meritum plenus, pietate, eruditione, zelo pastoralis insignis.

Harsányi, vel Hersány Martinus. E seminario s. Stephani qua casista 10. Mart. 1690. ordinatus. 27. Apr. ejusdem a. investitus parochus in Nahács. Hinc 22. Jan. 1691. in Almás. Inde 30. Mart. 1696. in Bogdány. Mense Mart. 1704. accepit Pernek, ubi 1714. visitationem peregit Emericus Pongrácz, qui de parocho notavit, quod sit 52. annor. Ab 1716. parochus in Szent-Miklós, ubi 1718. e fundamentis et ex ruderibus antiquae, surrexit in colle amoeno ecclesia, cui campana 11. centen. e liberalitate parochi procurata. Ab 1719. in Belaháza, ubi 1731. Joannes Jelenffy per-

egit visitationem, qui de parcho: «Aetatis 70. Siquidem parochiam titulo colorato teneret, jus- sus intra duas septimanas extrahere investituram a vicario, commendatum ei, ut ritus ecclesiae in missae sacrificio exactius observet, quae ipsi a superioribus currentaliter injunguntur. Majorem- que curam oeconomiae spiritualis quam tempora- lis habeat.» 17. Mart. 1732. accepit Spácza, ubi usque 1733. operatus est.

Harsteiner Josephus. Fuit ab 1688. usque 1694. parochus in Radván. Juris utriusque licen- tiatus et notarius apost. una ab 1693. parochus in Badin. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 154.)

Harter Godefriedus. 2. Jul. 1711. investitus parochus cittis montanae Bélabánya, ibi operatus est usque finem m. Nov. 1715. Dein 26. Apr. 1717. investituram accepit pro Koos, ubi usque 1718. mansit.

Hartl Josephus. Natus 21. Jan. 1803. Theo- logiam in seminario Mariano 1825. absolvit. 13. Mart. 1826. ordinatus est, hunc annum in insti- tuto presbyterorum transegit Strigonii. Hinc prae- bendatus chori eccl. coll. eccl. Poseniensis una coop. in eccl. s. Martini. Ab 1827. cooperatur in Moravánka et ab 1828. Csasztae. Ab 1834. pa- rochus in Dubova. Hinc 1837. transivit ad Cseszte, ubi † 26. Oct. 1863.

Hartl Thomas, Josephus. Homonnensis. 9. Febr. 1700. susceptus in alumnatum Budensem. 17. Aug. 1721. ordinatus. 5. Oct. ejusdem a. investitus parochus in Csév. Hinc 30. Apr. 1725. in Fél, ubi usque 1728. operatus est.

Hartmann Joannes. 13. Nov. 1758. missus pro cooperatore ad Buda-Ujlak, 24. Jul. 1763. ad Kéménd in cottu Baranya. Ab 1767. iterum in Buda-Ujlak. Hinc 1773. factus parochus in Békás- megyer. 2. Jul. 1782. praesentatus in Buda-Eörs. † 14. Jul. 1793. ibidem. Aetatis 65.

Hartperger Paulus. 1650. ordinatus. Appli- catus qua concionator Tirnaviae. Ab 1659. pa- rochus in Ottóvölgy. 1663. tumultus bellicus per Tartaros, ac incendium, magnam stragem intulit, in qua et matricae, ante triennium inchoatae, com- bustae. Ab 1664. una Cseszte administrabat. Ex Ottóvölgy ad tempus ab 1672. usque 1677. recessit et solum in Cseszte operatus est. Hoc a. autem 4. Maji iterum ibi investitus est et Cseszte resignavit. † 1685. Foundationem fecit.

Hasechi, rectius Hasek Antonius. In aede parochiali exstat quaedam imago oleis coloribus

effigiem alicujus parochi monstrans, cujus super- scriptio sequens: «Vera effigies Adm. Rever. Do- mini Antonii Hasechi primi parochi Gutensis, in Dioecesi Strigoniensi, qui per centum annos in eadem parochia vixit. Obiit autem aetatis anno 125. A. Christi 1586. Interrogatus ab Episcopo Leodico, quo vitae regimine, vitam adeo long- aevam produxisset? Respondit se trium abste- nium semper exstitisse, videlicet: mulierum, ebrie- tatis et iracundiae.» Arnoldus Ipolyi refert (Ar- chaeol. Közl. I. 98.) se similem imaginem cum tali inscriptione vidisse in Chrenócz. Res fabulosa est, nam hujus parochi nomen in actis non oc- currit et eo tempore (1486—1586) alios hoc mu- nus gessisse certum est.

Haskó Andreas. 8. Apr. 1727. investitus pa- rochus in Felső-Hámor, ibidem operatus est us- que 1731.

Haskó Casparus. Natus 3. Jan. 1793. in Kis- Belád, in cottu Bars. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 15. Aug. 1816. ordinatus est. Cooperatorem egit in Hédervár a. tribus, in Komjáth aequae tribus, in Thaszár uno et mensi- bus quinque, in Párkány duobus a. 6. Apr. 1826. praesentatus est parochus in Dágh. Hinc 27. Oct. 1842. transivit ad Csév. 5. Jun. 1863. aggrega- tus instituti s. Adalberti. Habitabat in Csév, ubi etiam † 21. Jan. 1869.

Haskó Jacobus. Natione moravus. 1647. su- szeptus ad Pázmáneum, ibi philosophiae et theo- logiae studuit et mense Apr. 1654. parochus in Szomolány. Incepit ibidem matricas nitide scri- bere. Vir aestimatus, a nobilibus saepius patrinus eligebatur. In eccl. parochiali aram struxit, cum hac inscriptione: «Deo immortalis mortuo et sepulto posuit, dicavit, sacravitque Jacobus Hasskó pa- rochus Szomolanensis. M. D. CLVI.» Post con- versionem pastoris Grman de Csejthe m. Majo 1660. ibidem parochus factus, ubi post protestan- tium dominationem multa ordinanda habuit. 1661. matricas et historiam parochiae solertissime scri- bere incepit. Proventus ecclesiae et parochi auxit. 14. Apr. 1662. installatus canonicus Poseniensis. 1664. Strigoniensis promotus. 1666. electus prae- positus Vágújhelyiensis. Domicilium illuc transpo- suit et 1669. matricas scribere, res perversas or- dinare cepit. Residentiam praeposituralem ad pri- mam contignationem elevari ceptam consummavit. Ecclesiam renovavit et decoravit. Ipsius fatigiis circa 500 lutherani conversi. 1678. neoerectam

ecclesiam, 1681. vero parochiam in Pobedim dotavit. Posthabitis omnibus sibi oblati promotionibus titulum eppalem Bosonensem ac Tribunicensem et abbatiam Rajkensem acceptavit. Ad cuius titulum 1672. in eccl. Vágújhelyiensi solemniter benedictus. 1690. eppus Nitriensis renunciatus. Eodem a. ordini s. Francisci Serafici monasterium aedificavit in Beczkó, in quo effigies ipsius structoris conservatur. Episcopatum post anni spatium resignavit et redivit ad Vágújhely, quam tot beneficiis excoluit, ut alter ejus fundator habeatur. † 19. Oct. 1695. (Memoria episcopatus Nitr. — Jedlicska, Kiskárpáti Eml. I. 212. et II. 479. 571.)

Haskó Josephus. Natus 26. Jan. 1828. Budae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 23. Jul. 1852. ordinatus est. Cooperatorem egit in Verebély. ab 1853. in Nyergesujfalu, ab 1854. in Szomor. 3. Oct. ejusdem a. int. administravit Csolnok, usque 22. Apr. 1855. hinc herulorum praefectus apud Leopoldum com. Pálffy. 14. Aug. 1860. factus parochus in Bátorkesz, inde 7. Apr. 1868. curam animarum suscepit in Duna-Szerdahely. Ab 1890. VADnus et schol. elem. inspector per districtum ejusdem cognominis. Consoc. sodal. cath. ibidem praeses.

Haskó Sigismundus. Nobilis Váraljensis. Qua collegii gener. alumnus 1708. licentiatu et magister philosophiae. Theologiae in eodem seminario studuit. 30. Aug. 1716. investitus parochus in Menhárd, ubi usque 1741. operatus est. Promotus ad canoniam Scepusiensem, jam † 7. Maji 1742. ibidem.

Haszprunkay Andreas, Ignatius. Theologiae ab 1672. in Pázmáneó studuit. 9. Febr. 1675. investitus parochus in Szucsán. 1677. jam munus VADni gessit. Hinc 1679. transivit ad Malaczka, ubi usque 1691. operatus est. 18. Mart. 1699. investituram accepit in Gajar. 1709. Successorem nactus. In visitatione 1714. peracta dicitur «defunctus parochus loci.»

Hatala Franciscus. E seminario s. Stephani, 25. Febr. 1767. missus pro cooperatore ad Ólved, hinc 5. Apr. 1768. ad Szölgyén, sed nec appulit illuc, nam 28. Apr. ejusdem a. investituram accepit pro parochia in Barka, hinc 22. Febr. 1769. transivit ad Almás, demum m. Nov. 1773. ad Alsó-Dombó, ubi † 30. Apr. 1777.

Hatrik Antonius. Pruszkensis ex cottu Trencsén. 1752. susc. in alumnatum Budensem Szé-

chényianum. 16. Apr. 1754. ordin. 3. Jan. 1755. factus cooperator Jolsvae in cottu Gömör. 21. Maji 1757. investitus parochus in Nagy-Röcze, quacum ingremiatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Hausegger Martinus, Leopoldus. 7. Oct. 1722. investitus parochus in Jánoshegy. Hinc 12. Jan. 1724. in Börzsöny. Ibidem 1732. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui dicit parochum ex propria industria procurasse ecclesiae paramenta et requisita. † Mense Dec. 1734. ibid.

Havertovics, vel Mavertovics Georgius. A 16. Jul. 1677. parochus in Vámos usque 1685.

Havlicsek Vincentius. Natus 26. Apr. 1845. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit et 25. Jul. 1869. ordinatus est. Cooperatorem egit in Komjáth, ab 1873. Posenii ad s. Martinum, a 26. Oct. ejusd. a. int. adm. in Szent-Mihályúr, usque m. Febr. 1874. dein iterum cooperatore Posenii. Ab 1886. admin. in hospitali civico. 1889. electus in parochum Posenii in Virágvölgy.

Havlovecz Josephus. 21. Jun. 1714. investitus parochus in Hodrusbánya, hinc 12. Febr. 1715. in Velicsna ubi usque 1716. operatus est. 1723. occurrit parochus oppidi Cseszte, nominatur nempe in conscriptione hoc anno peracta. Investitus est ibidem 22. Apr. 1724. ubi operatus est usque m. Maji 1726.

Havlovicz, vel Hudovicz Martinus. Natus in Egbell. E seminario s. Stephani 1652. baccalaureus et 1653. magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario absolvit. 21. Dec. 1652. ordinatus. Ab 1653. parochus in Búr-Szent-György assignatus, occasione divisionis parochiarum Szent-György et Kukló, a Szeot-János et Szekula. Hic usque 1660. operatus est. 28. Apr. 1665. investitus in Bresztován et Zavar. Interim 19. Maji 1666. investitus parochus in Sárső. In Bresztován 1673. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. 24. Maji 1675. in Fenyő-Kosztolány, ubi usque 1680. activus erat.

Hávor Joannes. Nobilis Poseniensis. Qua alumnus collegii generalis 1704. baccalaureus, 1705. magister philosophiae. Theologiae in eodem seminario per quatuor annos studuit. 2. Maji 1709. ordinatus est. Eodem a. exmiserat eum AEppus et Jaurin. Eppus ad Révfalu, qui per duos et medium a. tam hic, quam in insula inservivit et sacramenta ministravit, residente in domo annonaria, capella ibidem corrueunte. Sic refert visi-

tatio a. 1714. Jam eodem a. parochum egit in Hedervár, de quo idem visitator refert: «31. annorum. Habet ab arce 100 fl. duplicem vestitum et liberam mensam» etc. Ab circiter 1730. VADnus. 1731. ibidem visitatio fuit peracta per Paulum Forgách, qui dicit illum libris esse provisum. 1734. sepelivit ibi Josephum Christianum com. Viczay. Operatus est usque 1745.

Havran Paulus, Petrus. 2. Oct. 1712. investitus in Almás, hinc 17. Dec. ejusdem a. in Zohor, ubi 8. Jan. 1713. appulit. Hinc 25. Maji 1719. in Malaczka. Ubi usque 13. Apr. 1722. operatus est.

Haydin Josephus, vide Hajdin.

Hazucha Ludovicus. Natus 3. Oct. 1795. in Vágújhely. Theologiam in seminario generali 1826. terminavit. 1827. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 9. Mart. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit Miavae, ab 1829. in Pöstyén, ab 1830. in Ujvároska, ab 1831. in Gajar. Hinc 1. Jul. 1834. factus parochus in Haszprunka, nunc Szent-István. † 16. Aug. 1855. ibidem ex cholera.

Héda Antonius. Natus 26. Aug. 1802. Theologiam in seminario Mariano 1824. absolvit. 1825. in instituto presbyterorum Strigonii transegit et 7. Sept. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit Stomfae, ab 1728. in Vágújhely. Hinc 28. Nov. 1830. admin. in Nyitra-Pásztó. usque 15. Aug. 1832. Hinc applicatus in Nagy-Lévárd curatus convers. anabaptistarum. 29. Aug. 1834. factus parochus in Illésháza, ubi † 27. Dec. 1862. Fecit foundationem pro pauperes scholares.

Hedlmayer Sebastianus. 14. Jul. 1688. investituram accepit pro aliqua parochia, cujus nomen insertum non occurrit.

Hederváry Joannes. Origine de Hedervára. Qua alumnus seminarii s. Stephani. 1680. baccalaurens et eodem a. magister philosophiae. 20. Mart. 1690. investitus parochus in Csicsó, hinc jam 19. Nov. ejusd. a. transivit ad Vámos, ubi usque 1691. activus erat.

Hegedüs Gregorius. Natus 28. Febr. 1835. in Ebed. Theologiam Strigonii absolvit et 26. Jul. 1861. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Megyer, dein Comaromii. Ab 1868. in Drégelypalánk ab 1869. in Érsekújvár. 1872. administrator, et mox 8. Mart. ejusdem a. parochus in Nagyemöke. 6. Maji. ejusd. horribile incendium

domum parochialem incineravit. Parochus hac occasione pecunia spoliatus.

Hegedüs Stephanus. Ex abolito ordine Trinitariorum ad ADiocesim susceptus. 8. Aug. 1787. introductus primus post erectionem parochus in Szelőcze. Proventuum parochi ordinatio diutius durabat. 1816. aedificata aedes parochialis. Eo usque habitabat parochus in Sook, in aede ubi nunc schola † 15. Sept. 1823.

Hegyi Ignatius. Natus 23. Jul. 1727. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1851. ordinatus est. Cooperatorem egit in Rimócz, ab 1852. Galanthae et ab 1853. in Szered, 1854. parochus in Sopornya. Hinc 19. Jan. 1877. transivit ad Sempte. Ab 1879. VADnus et scholar. elem. inspector in districtu Ürmény.

Hegyi Joannes. Theologiam cum secundo a. in Pázmáneó terminavit. Hinc 12. Oct. 1730. investitus parochus in Vág-Sellye. Ibidem 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. Inde 19. Apr. 1738. in Vámos-Ladány, ubi ecclesiae adjecit turrim et sacristiam, totamque restauravit sumtibus Nicolai Eszterházy. † mense Jan. 1774. Legavit ecclesiae pratum, successoribus agrum cum prato.

Hegyi de Eadem Josephus. Natus 9. Febr. 1835. in Szemere. Theologiam Strigonii absolvit. 29. Jul. 1860. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kemencze, dein Kövesd. Qua talis administrabat ad interim per tres menses Kospallag. Dein iterum coop. in Kövesd, hinc in Ürmény. Inde 1865. admin. et 4. Mart. ejusdem parochus in Vizsoka. Inde a m. Maji 1874. admin. in Hrachovistye. Est simul spiritualis distr.

Hegyi Nicolaus. A mense Maji 1645. parochus in praesidio Léva. De quo Matthaeus Schlegelius visitator a. 1647. sic refert: «Philosophus ac theologus, vegetus, aetatis 37. sacerdotii 8. Residens in hac parochia annos duos. Calvinistarum major pars frequentat nostrum templum, audiendo conciones, suscipiendo baptismi et matrimonii sacramenta. Illis nondum est locus pro templo designatus.» Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto. Fuit vicegerens in districtu Levensi. Circiter ab 1650. parochus in Nagy-Kér. Hinc 1652. canonicus Posoniensis, ibique mortuus.

Heiller Carolus. Natus 11. Febr. 1811. Posonii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae didicit. 25. Febr. 1834. ordinatus. Cooperatorem egit

in Misérd mensibus novem. Exactis quinque a. qua concionator Posonii ad ss. Salvatorem, in pari qualitate ad s. Martinum transpositus est. Hinc 17. Jul. 1849. canonicus Posoniensis installatus, mox parochus electus et VADnus constitutus. Fuit Abbas s. Georgii mil. et mart. de Gottál, In capitulo usque lectoratum evectus. 1880. elect. eppus Biduanensis. Occasione jubiliaei 1884. ins. ord. coronae ferrae secundae classis eques condecoratus, † 24. Mart. 1889. ibidem. Habet etiam merita in literatura.

Heimberger Mathias. Natus 8. Apr. 1820. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 16. Jan. 1846. ordinatus est. Cooperatorem egit in Somorja ab 1849. in Egyházkarcsa. Hinc 15. Aug. 1850. administrator in Hidas, ubi † 12. Aug. 1870.

Helmich Ferdinandus. Natus 13. Aug. 1813. in Alsó-Lendva in cottu Szalad. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Oct. 1837. ordinatus est. Educatores egit apud familiam Foglár. Ab 1842. cooperatorem fuit in Bussa, Patak, et Vámos. 3. Maji 1848. admin. 24. Sept. 1852. vero investitus parochus in Bácsa, ubi circa jus patronatus diversa stabilita sunt. 1858. transivit ad Börzsöny. Societatem ss. Cordis D. N. J. et Rosarii introduxit. † 11. Oct. 1869. ibidem. Vir zelosissimus, strenuus erga se, charitate plenus erga minimum. Semper aegrotans, tamen usque virium dissolutionem quaerebat fidelium salutem, quorum ingratitude animam ejus fregit.

Heinrich Sigismundus. Ex Bruxellis in Belgia. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1730. baccalaureus, qua alumnus semin. Mariani 1731. magister philosophiae. 4. Mart. 1736. investitus parochus in Velkopole, quacum incorporatus est 1776. neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Heinczinger Josephus, vide Marosi.

Helczl Gabriel. Natus Stomfae. Qua alumnus semin. s. Stephani 1731. baccalaureus et 1732. magister proclamatus. Theologiam in eodem seminario cum quarto a. 1735. terminavit 23. Aug. 1737. investitus parochus in Zohor. Ibidem operatus est usque m. Jun. 1738.

Held Mathias. Natus 21. Feb. 1762. Dubovae in cottu Poson. Theologiam cum quinto a. in seminario generali 1788. absolvit. 1789. in instituto presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Stomfa, 1792. factus parochus

in Morva-Szent-János. Ab 1821. VADnus distr. Szent-János. † 29. Apr. 1832. ibidem. Diligenter scripsit historiam parochiae.

Helleri Andreas. Ab 1637. parochus in Kistapolcsán. De quo Matthaeus Schlegelius in visitatione ibidem. 1647. peracta sequentia notavit: «Aetatis circiter 42. Sacerdotii 12. Existens in hac parochia annis decem. Philosophus et theologus moralis. Habens omnes requisitos libros. Fuit vicegerens in districtu Kistapolcsányensi. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem 1647. confecto. Successorem 1657. nactus est.

Hell Ferdinandus. Theologiam cum quarto a. in seminario s. Stephani 1816. terminavit. Cooperatorem egit in Windschacht. Hinc 28. Maji 1825. investitus parochus in Tepla, ubi † 26. Jan. 1842. Aetatis 49.

Helleri Joannes. Occurrit parochus in Nahács. Interfuit synodi 4. et 5. Oct. ejusdem a. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae.

Helmár Joannes, Michael. Praenobilis Bajmóczensis, qua alumnus seminarii Mariani 1722. baccalaureus et 1723. magister philosophiae. In eodem seminario theologiam cum quarto a. 1727. absolvit. Pro brevi tempore cooperatorem Tirnaviae. 25. Jul. ejusdem a. investitus parochus oppidi Stomffa. Ibidem 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parochio notavit: «Annor. 32. A parochianis commendatur.» 5. Sept. 1731. installatus canonicus Posoniensis. † 1740. ibidem.

Helmár Joannes. Nobilis Illmitzensis e cottu Moson. E collegio generali 1739. baccalaureus. 1740. magistris philosophiae. 17. Febr. 1743. missus pro cooperatore Vetro-Budam. 20. Febr. 1744. investitus primus parochus in Buda-Eörs. 21. Febr. ejusd. vicarius Fribeisz cum incolis ratione solutionis parochio praestandae contractum inivit. Hinc 1. Sept. 1751. transivit ad Süttö, ubi † 13. Maji 1752.

Helmich Josephus. Natus in Ujbánya. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1743. baccalaureus 1744. magister philosophiae, quam universam defendit. Theologiam cum tertio a. 1747. in eodem seminario absolvit. 3. Oct. 1748. investitus parochus in Thaszár. Qua talis 28. Aug. 1749. in universitate Tirnaviensi, doctor theologiae promotus. (Oblatus libellus Sandini, Hist. Apost. 1749.) Ibidem 1755. visitatio fuit peracta. † 7. Jan. 1759. ibidem.

Helmuth Casparus. Natus 1718. in Ujvároska. Philosophiae in Pázmáneó ab 1739. studuit. Qua alumnus seminarii s. Stephani, extra-ordinarie 1741. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem seminario 1743. absolvit. Jam 1742. in universitate Tirnaviensi baccaureus theologiae, qua tertiani theologus promotus. (Oblatus libellus Campiani. Odio rel. in Anglia occisi 1742.) 27. Mart. 1743. Stomfam pro cooperatore missus et quidem primus postquam statio cooperatoris stabilita. 15. Jul. 1745. investitus parochus in Laab. 1749. ara principalis erecta. 16. Nov. 1752. in Stomfa. 30. Jul. 1754. AEppus dedit facultatem Leopoldo com. Pálffy in castello Stomfensi publicum erigendi sacellum. Munere VADni districtus Malaczka-Stomfensis condecoratus. 1755. ibidem Joannes Galgóczi peregit visitationem, qui de parocho: «Annor. 36. Missam omnibus dominicis pro parochianis offert.» 1761. actionem movit contra judicem nobilium Stermeszky, quia praedictas clero circulares publicavit. Ab 1760. magnam activitatem adhibuit in negotio anabaptistarum Levardensium. (Acta in archivo vicar. Tirnaviensi.) 1764. ecclesiam navibus laterilibus ampliavit. Introduxit adorationem sanctissimi in feriis bachanaliis. 27. Nov. 1776. investitus in Bazin, retento munere VADni. 12. Febr. 1781. installatus canonicus Poseniensis. 23. Jul. Strigoniensis. 7. Aug. 1795. ADnus Neograd. Protonotarius apostolicus. † 1. Mart. 1807. Tirnaviae. Notabiles foundationes fecit pauperibus, imprimis conversis. Effigies custoditur in parochia Stomfensi.

Henckel Joannes. Natus Leutschoviae. Ex archidiaconatu, canonicatu et vicariatu Varadiensi 2. Febr. 1513. electus plebanus Leutschoviensis. Decorem suae ecclesiae procuratis tabulis pictis auxit. 1516. ibidem visitationem peregit Joannes Horváth de Lomnicza, qui viros discretos de parochia interrogavit, qui unanimiter responderunt, se nihil scire mali de parochia, sed eum una cum sacerdotibus suis honeste et honorifice ecclesiam et populum regere dicebant. 1517. visitatio iterata. Die s. Agathae ejusdem a. «Ist Herr Pfarrer gen Ofen gezogen mit dem Stadtrichter Conrad Sperber und Melchiore Messingschlager um dem jungen König Ludovico ihr Gehorsam zu zeigen. Haben auch Geschenke mitgenommen.» (Wagner, *Analecta Scepus*. II. 13, 16.) 1519. solvit 16 fl. decimas papales. Munere ADiaconi Tornensis condecoratus. 1520. Suscepit rectorem

scholae Leonardum Koxum de Anglia, poetam laureatum. (Ibid. 193, 140.) Post mortem Joannis Röbel plebani Cassoviensis 1522. transivit illuc amatus ab omnibus, a quo bibliotheca plurimos libros accepit. (Ibid. 142, 349.) Hinc capellanus aulicus et confessarius Mariae reginae. Quae 1526. pro illo distinctionem ecclesiasticam impetrare conata est. Imo praeposituram Agriensem oblatam accepit, quin acceptasset. Eodem a. reversus ad suam parochiam Cassoviensem. Abhinc confidentiosam correspondentiam continuavit, cum Erasmo Rotterdamo. Prout apud reginam ita et in omni regione magnae aestimationis fuit particeps. Apud magistratum Bartfensem, sui ob respectum, Christophoro olim eorum parochia benevolentiam expetiit. Hoc tempore episcopatus fuit illi oblatum; nec hanc acceptabat. Post cladem Mohácsianam regina solertius illius consolationis indigens illum revocavit, post gravem deliberationem ad aulam iterum reversus. Elapso uno a. Cassovienses illum revocare conabantur, sed frustra. 15. Nov. 1529. Leutschovienses magno aestimio erga illum ducti iterum in parochiam elegerunt, post mortem Sebastiani Henckel, qui nuper illius successor evasit. Nuntii apud reginam repulsum passi, quae cum confessario suo 1530. Germaniam petiit. Quum Maria e mandato Caroli V. gubernatrix Belgiae denominata fuit, ipsius confessarius in suspitione, quod connexionem cum novatoribus religionis habeat, jussu imperatoris aulam deserere debuit et capitulo Vratislaviensi aggregatus est. 1531. etiam parochiam in Schweidnitz in Silesia accepit, quam tardius resignavit. † 5. Nov. 1539. Sepulchrum ejus in cathedrali epitaphium ornat. (Frankl, Henckel, *Mária királyné udvari papja.*)

Henckel Sebastianus. 11. Dec. 1522. introductus parochus Leutschoviensis. Fuit canonicus Varadiensis (Wagner, *Analecta Scepus*. II. 143.) 1526. executores venerunt, qui juxta mandatum papae, regis et episcoporum, ex bonis ecclesiae dimidium colligerent ad conducendum militem contra turcas. (Ibid. II. 146) Segregarunt 56. marcas argenti, quamvis 82 potuissent retinere, sed industria parochi, ecclesiae haec superveniens pars condonata fuit. Argentum hoc tardius in bonum civitatis venditum fuit. † 1529. Nov. 9. De quo dicit annalista Sperfogel: Fuit vir omni laude dignus, et vere pater patriae nuncupandus, nam pauperum fuit adjutor, miserorum protector, divitum consocius, et breviter, nemini odiosus, nisi

Lutheranis et voluntarie ac nequitiose errantibus in fide, quibus se quantum potuit, semper opposuit. (Ibid. 154.)

Henricus. Occurrit 15. Jun. 1315. plebanus de Pruck, Hidas. (Tabul. capit. Poson. Capsa LX. Fasc. 5. Nr. 3.)

Henricus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Babasac (Bábaszék) qui juratus dixit collectoribus census papalis, suum beneficium non valere ultra sex marcas. (Mon. Vat. S. I. T. I. 227.)

Henricus. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos de Chastuc (Chastue) nunc Cseszte. Cujus beneficium examinatum, integra decima septem grossos effecit, quos et solvit. (Mon. Vat. S. I. T. I. 203.)

Henricus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Drabrimo, (Dobruno) Dobrona, Qui juratus dixit, collectoribus census papalis, suum beneficium non valere ultra quinque marcas. (Mon. Vat. S. I. T. I. 227.)

Henricus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Morosis, prope Vissiegrad ultra Danubium (Nagy-Maros) qui juratus taxavit suum beneficium ad quindecim marcas, solvit collectoribus census papalis tres fertones cum dimidio. Notatum quod et in castro debeat solvere. (Mon. Vat. S. I. T. I. 218.)

Henricus. Occurrit 1332. inter 1337. Sacerdos de Spissa (Spassa) solvit collectoribus census papalis decem grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 202.)

Henricus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Plesvic, est comitatus Vntensis. nunc Szász, qui immediate subjectus AEppo, juratus dixit, suum beneficium non valere ultra sex marcas, quas et collectoribus census papalis solvit. (Mon. Vat. S. I. T. I. 227.)

Henricus. 1519. plebanus de Majori Lumnicz, solvit decimas papales 3 f. 12 d. (Wagner, Analecta Scepus.)

Hentaller Paulus. 9. Febr. 1725. investitus parochus in Konossó. Hinc 12. Dec. 1733. in Börzsöny, ubi 7. Jan. 1743. status parochiae conscriptus. Mense Jun. 1750. resignavit parochiam et ad Selmezbánya se recepit, ubi † 30. Apr. 1760.

Henyei de Eadem David. Theologiam cum quarto a. in seminario s. Stephani 1811. absolvit. Hinc missus est pro cooperatore ad Héder-

vár. Inde 5. Dec. 1815. ad Duna-Szent-Pál pro administratore translatus, ac ibidem 20. Febr. 1816. parochus praesentatus. Hinc 4. Jul. 1820. praesentatus in Hédervár, ubi munere VADni et scholar. nat. inspectoris condecoratus. † 9. Maji 1842. Aetatis 54. Fuit complur. cottum, sedis item praed. de Bácsa tabulae jud. assessor.

Heorgovics, vel Hergovics Georgius. 26. Sept. 1687. investitus parochus in Börzsöny, ubi 1689. successorem nactus.

Hepner Joannes. Theologiae in seminario Mariano studuit. 13. Mart. 1723. ordinatus est. 22. Apr. 1724. investitus parochus in Szenográd. Hinc 25. Jul. 1730. in Bozók. † 12. Jun. 1753. Sepultus honorifice, praesentibus fratribus 24. in crypta ecclesia.

Hepner Joannes. Natus in Bozók. E seminario s. Adalberti 1750. baccalaureus et 1751. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem seminario 1754. terminavit. 14. Febr. ejusdem a. factus administrator praepositorialis parochiae Liptó-Szent-Mária. Hinc jam 10. Jun. ejusdem a. in Kormos. Inde vero 13. Nov. 1755. in Szent-Antal in cottu Hont. Hinc demum 30. Jun. 1760. in Trubin, quacum incorporatus neorectae dioecesi Neosoliensi.

Herald Joannes. Natus 26. Apr. 1845. Theologiam in generali seminario Pestini 1869. absolvit et 25. Jul. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Patak, ab 1871. in Szered, ab 1873. Sopornya, ubi mox int. admin. constitutus et 1874. parochus investitus. † 5. Sept. 1876.

Herbán Josephus. Natus 2. Apr. 1819. in Lopej in cottu Zólyom. Philosophiam et theologiam in seminario Tirnaviensi absolvit. 3. Apr. 1845. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ó-Bars, ubi etiam inter. admin. fuit. Ab 1849. cooperator in Nádas, eodem a. in Aranyos-Maróth, et in Nemcsén, ab 1851. in Nagy-Surány, ab 1852. in Bakabánya, demum Bazinii. 1855. curatus anabaptistarum in Nagy-Lévárd. 1857. administrator in Apaj, hinc in Mart. 1859. factus parochus in Grinád, ubi † 19. Maji 1889.

Herbold, vel Herbolt Josephus. 24. Apr. 1718. investitus parochus in Velkopole. 17. Apr. 1720. in Püski, hinc 26. Febr. 1722. in Komárom-Szent-Péter, ubi eodem a. successorem nactus.

Herbst Josephus. Natus 28. Aug. 1859. Theologiam in collegio Pázmáneo 1881. absolvit. 8. Oct. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit

in Hédervár, ab 1884. in Mocs et Tölgyes, ab 1885. in Szomor, ab 1887. admin. in Vajka, ubi 1889. parochus factus, hinc 1890. transivit ad Szentmihályfa.

Herczeg Georgius. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1774. absolvit. Cooperatorem egit in Nemcsény. Ab 1775. parochus in Nagy-Hind. Haec plebania 1776. ex districtu Érsekújvárensi translata est ad districtum Verebely. 1779. discessit e parochia et ex ADioecesi.

Herczeg Michael. Theologiam cum tertio a. in seminario generali 1776. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Lévárd. Hinc m. Jul. 1782. parochus in Bélaház. Ecclesia antiqua primis diebus m. Apr. 1786. diruta. 1. Maji lapis primus novae ecclesiae positus, quae 15. Sept. 1787. penitus consummata. 1794. aedes parochiales exustae. † 25. Maji 1799.

Herczegh Paulus, Dionysius. Theologiam absolvit Graetii in Styria. 23. Apr. 1697. investitus parochus in Almás, ubi usque 1700. activus erat. 1. Oct. 1711. in oppido Alsó-Kubin. Hinc 14. Febr. 1713. in Podola cum obligatione intertendi duos capellanos. Eodem a. peregit Paulus Zichy visitationem, qui de parochia sic: «In cura animarum a. 25. Perficit omnia sua sine querela.» In Junio ejusdem a. amotus qua percussor. 26. Apr. 1714. investituram accepit in Felső-Attrak, ubi 1716. successorem nactus.

Herczog Adamus. 8. Mart. 1757. investitus parochus in Janó-Lehota, cum qua ingremiatus neo-erectae dioecesis Neosoliensis.

Herczog Joannes, Georgius. 20. Dec. 1741. investitus parochus in Handlova. Hinc 22. Maji 1748. in Szklono, ubi usque 1750. operatus est.

Herdel Joannes, Hilarion. Fuit 1648. usque 1649. parochus in Ottóvölgy.

Hereke Ludovicus. Ab 1689. fuit parochus in Börzsöny. Abhinc exstant matricae, quae hunc parochum clare nominant. Operatus est usque 1690.

Herényi Joannes. Natus in Breznóbánya. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1715. baccalaureus et 1716. magister philosophiae. 7. Maji 1720. praesentatus parochus in Kis-Keszi, nunc Karancs-Keszi. Interim 23. Aug. 1720. et in Szklabonya, quam usque in Oct. ejusdem a. possidebat. Ex Keszi 23. Aug. 1722. transivit penitus ad Szklabonya. Munus VADni in se assumpsit. 1735. coram ordinariatu conquestus est contra Franciscanos Fülekienses. Usque mortem

ibidem, quod fine a. 1735. accidit. Testamentum ejus, 4. Jan. 1736. approbatum, praesto est.

Hergovics Andreas. Récsensis. Qua alumnus collegii generalis 1674. baccalaureus et 11. Jul. 1675. magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario absolvit et 3. Apr. 1677. ordinatus est. Eodem a. adhuc investitus parochus in Lieszkó. 12. Oct. 1680. in Korpona. Ubi et vicinis parochiis, per augustanos ministros tentis, succurrebat usque 1687. quando ad Visegrad transivit, potius in Nagymaros residens, nam hae parochiae simul administrabantur. Hinc 18. Jun. 1702. investitus in Lopej. Inde vero 7. Dec. 1709. in parochia oppidi Szász, ubi per Rákóczyanos intrusus minister Samuel Turdely eousque operabatur, 1715. desinit fungi.

Hergovics Georgius, vide **Heorgovics.**

Heriban Andreas. 8. Oct. 1736. investitus parochus in Felső-Attrak. Hinc 2. Jan. 1739. transivit ad Felső-Vásárd, ubi 1744. turris per Antonium l. b. Jeszenszky erecta. 1758. in castello dni Szöllösy sacellum constructum. † 29. Jul. 1760. ibidem.

Heribán Georgius. Theologiam cum a. morali in seminario s. Adalberti absolvit, 8. Mart. 1710. ordinatus est. 16. Maji ejusdem a. pro indeterminata parochia in cottu Zólyom investitus. 27. Apr. 1711. in oppido Spácza, ubi usque 1712. mansit, donec transiret ad Zólyom-Szent-Anna. Ibi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. † 31. Maji 1762. ibidem.

Hérich Franciscus. Natus in Laitha-Szent-Miklós, in cottu Sopron. Qua alumnus semin. s. Stephani 1721. baccalaureus, 1722. magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario absolvit. 23. Dec. 1724. presbyter ordinatus, ast studia continuavit et qua tertii a. theologus 15. Maji 1725. baccalaureus ss. theologiae promotus. 27. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Dorogh. Hinc 20. Febr. 1734. in AEppali civitate Strigonii. 27. Oct. 1742. qua VADnus Strigoniensis fecit extractum summarium conscriptionis omnium parochiarum sui districtus. 9. Apr. 1743. investitus parochus Pestiensis, 21. ejusdem m. et a. installatus. 4. Febr. 1749. denominatus praepositus B. M. V. de novo monte Pestiensi. Hic a magistro civico et a civibus aestimatissimus exstit. 30. Jnn. 1752. installatus canonicus Posoniensis. 6. Apr. 1748. Benedictus XIV. papa prorogavit novum subsidium quinquennale. Maria Theresia,

AEppo Colocensi Nicolauo Csáky collectionem 79,599. a clero Hung. demandavit, qui Herich pro collectore constituit. Idem papa ab 1752. ad quindecim annos subsidium colligendum 20. Mart. 1751. extendebat, ad hujus collectionem iterum Herich constitutus. (Acta quottae papalis, categ. I. publico eccl. vetera.) 1764. excidit e capitulo ac Tirnaviae consedit, ubi † 15. Mart. 1781. (Pesti főtemplom tört. 263.)

Herkál Martinus Georgius. Nobilis Szakolczensis. E convictu nobilium 1708. licentiatu philosophiae in universitate Tirnaviensi. 4. Maji 1723. investitus parochus in Ottóvölgy, ibidem eodem a. conscriptio fuit peracta, in qua de parocho: «Annor. 28. in cura 5. Habet ecclesiam s. Catherinae, sacellum s. Leonardi item Fabiani et Sebastiani. Catechizat a meridie in congregatione fraternitatis. Concionatur catechetice a potiori. Est apud suos bonae famae.» Usque 1729. hic operatus est. 31. Oct. 1733. investit in Nagy-Szuha. 1734. contra illum quaestio mota. 20. Febr. 1737. Szuhenses reversales dederunt, quod in parochialia nolint deinceps se miscere. Hinc 7. Mart. ejusdem a. in Tiszolcz. Ibi 1739. festo s. Marci ev. processio per protestantes turbata. 1750. parochiam resignavit et Ponium, dein Tirnaviam recessit, ubi † 15. Febr. 1766.

Hermán Josephus. Natus 25. Mart. 1848. Theologiam in Pázmáneó absolvit et 19. Jul. 1872. ordinatus est. Cooperatorem egit Bajnae, dein professor studii philosophiae Tirnaviae. Mense Oct. 1883. parochus in Várkony. Notarius districtualis.

Hermann Augustinus. Natus Pragae. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1741. baccalaureus et 1742. magister philosophiae, defenditque universam. In eodem seminario theologiam cum tertio a. 1745. absolvit, 12. Maji ejusd. a. pro succentoratu missus Ponium, ibidem 20. Jan. 1746. cooperatorem constitutus. Circa 1755. imaginem s. Volfoldi donavit seminario s. Stephani, in qua habetur insigne ejus, pelicanus. 9. Mart. 1756. investitus parochus in Misérd. Hinc 1758. canonicus Poniensis. Ibidem 18. Apr. 1760. parochus electus l. reg. cittis. Contra illum quaestio mota, quia capellam familiae Pongrácz in coemeterio 1761. demoliri curavit. Capitulum adurgebat restitutionem tecti capellae per parochum. 1766. complanat causam inter S. J. et magistratum, qui inhibuit aedificationem calvariae. 1767.

nititur eo, quod irreverentiae, quae in templis Poniensibus observantur, tollantur. Fuit abbas s. Georgii mil. et mart. de Csanád. † 30. Oct. 1767. Viennae.

Hermann Georgius, vide **Krman.**

Hermann Paulus, vide **Harmán.**

Hermannus. Occurrit 1316. plebanus eccl. B. M. V. de castro Budensi, seu novi montis Pestiensis. (Budavári főtemplom története. 48.)

Hermannus. Occurrit ab 1349. usque 1355. plebanus ecclesiae B. M. V. de castro Budensi, seu novi montis Pestiensis. (Budavári főtemplom története. 48.)

Hermannus. Fuit plebanus de Leucha, (Lőcse.) canonicus Scepusiensis, decretorum doctor. † in vigilia s. Andreae ap. 1407. (Wagner, *Analesta Scep.* II. 83.)

Hermannus. 1410. eligitur parochus Leutschoviensis, fuit artium et utriusque juris doctor, institutor fraternitatis Corporis Christi. Mansit usque 1416. (Wagner, *Analecta Scep.* II. 348.)

Hermolaus. Occurrit. 1519. plebanus de villa Compositi (Káposztafalu) in fraternitate regali. Solvit decimas papales 10 fl. 14 d. (Wagner, *Analecta Scep.* II. 193.)

Herold Wolfgangus Franciscus. Oroszváriensis. 1678. ad collegium Pázmánianum susceptus, ubi studia 1684. terminavit. 7. Apr. 1690. investitus parochus in Misérd. Hinc 1693. transivit ad Somorja, ubi 1695. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parocho dicit, quod sit 36. annorum. Hinc 1700. transivit ad l. r. cittem Szent-György. Inde vero 1714. factus canonicus Poniensis et 1715. parochiae valedixit. † 1728. Poniis.

Herricus. Occurrit. 1332. inter et 1337. plebanus de Vicentia, est archidiaconatus Nitriensis de ultra Vag, (Vittencz.) Juratus aestimavit suum beneficium ad marcam et mediam, et solvit collectoribus census papalis novem grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 230.)

Herricus. Occurrit. 1315. et 1316. presbyter parochialis ecclesiae beatae virginis Mariae de castro novimontis Pestiensis. (Knauz, *Mon. Strig.* II. 715, 716. 721.)

Hersányi, vide **Harsányi.**

Hersics Elias. E dioecesi Jauriensi susceptus. A m. Jan. 1736. admin. 6. Jun. praesentatus parochus in Visegrád. Mense Dec. ejusdem a. fungi desinit.

Hersics Mathias. A 16. Mart. 1640. parochus in Nagy-Senquicz. 1641. incepit matricam scribere. 1649. per illum inventarium hungarice confectum. 1655. successorem nactus.

Hervolay Joannes. Lóthensis e cottu Bars. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1752. bacca-laurens, 1753. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem seminario 1756. absolvit. 3. Mart. ejusdem a. missus pro cooperatore ad Nagy-Kálna, hinc 6. Apr. 1757. ad Verebély. 7. Maji 1758. investitus parochus in Óhaj, ubi † 12. Oct. 1773.

Hesner Mathaeus. Occurrit 1630. parochus in Nemet-Diós, nunc Felső-Diós. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusdem a. per Petrum Pázmány Tirnaviae asservatae.

Heszterényi Franciscus Xav. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Poseniensi 1789. absolvit. Cooperatorem egit in Balassa-Gyarmat. 1801. praefectus studiorum in eodem seminario. Hinc 20. Sept. 1802. praesentatus parochus in Balassa-Gyarmat. Illius cura 1805. turris lamineum tectum accepit. † 22. Sept. 1817. ibidem. Fuit cottus Neograd. tabulae jud. assessor.

Hettes Georgius. Natus 21. Mart. 1785. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1809. absolvit et 19. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vittencz, ab 1811. in Szomolán, 1813. factus parochus in Bogdány, hinc 1830. transivit ad Nagy-Szenquicz, ubi † 16. Febr. 1857.

Hettes Joannes. Natus 20. Jun. 1775. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Poseniensi 1802. absolvit et 25. Oct. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Koros, ab 1805. in Korompa. Ab 1806. usque 1809. capellanus localis in Bucsán, dein parochus. 24. Apr. 1811. incorporatus est pagus Karkócz huic parochiae. 1821. sumptibus patroni aedificata nova ecclesia in loco veteris angustae et ruinam minantis. 1836. iisdem sumptibus extractae aedes parochiales. Eousque in loco communitatis habitabat parochus. † 9. Aug. 1855. ibidem.

Hévay Joannes. Theologiam in Pázmáneó 1819. absolvit. 1820. ocomodationem expectare debuit. Dein cooperatore Galanthae, ab 1822. in Búr-Szent-György, ab 1823. in Thaszár, ab 1825. in Kis-Apáthi, ab 1828. in Garam-Szent-Benedek. 11. Maji 1831. praesentatus parochus in Szob. † 1. Aug. 1837. ibidem. Fuit conventualis s. Benedicti de juxta Grón.

Hevele Joannes. 1787. in domo presbyterorum s. Josephi Tirnaviae transegit. Hinc cooperatore in Udvard. Inde 8. Apr. 1794. praesentatus capellanus localis in Pilis-Maroth, ubi † 11. Aug. 1800.

Hevesy Ladislaus. Occurrit. 1561. parochus in Torna-Almás, de illo visitator ejusdem a. dicit: «Qui non est sacris initiatus, habet duos sacerdotes, sub se, qui sunt legitime ordinati Strigonii, attamen Sacramenta administrant populo more Lutheranorum, sed in ecclesia prorsus sacramentum Eucharistiae, fonsque baptismatis non habetur.» In schemate parochiarum vacantium in ADiaconatu Tornensi, haec omnia repetuntur. Juxta visitationem a. 1562. Almás vacabat.

Hibicz, rectius Chibicz Joannes Franciscus. Theologiam in seminario s. Stephani absolvit. 20. Maji 1665. ordinatus est. Jam ante ordinationem, nempe 10. Apr. ejusdem a. investitus parochus in Kaproncza, ubi 1669. successorem nactus est.

Hiday Franciscus. 5. Maji 1673. investitus parochus in Kosztolán ad Divék, in cottu Turócz.

Hidass Ladislaus. E seminario Budensi Széchényiano 8. Maji 1767. factus cooperatore in Börsöny, hinc 26. Jun. translatus ad cittem regiam Strigonii. Inde vero 21. Jun. 1772. investitus parochus in Bajóth, hinc 23. Jul. 1779. in Visegrád. Nova ecclesia sumptibus camerae regiae constructa et 1782. per Andream Klastromi VADnum benedicta. 14. Sept. 1783. parochiam resignavit, et instituto emeritorum parochorum aggregatus. Victitabat qua capellanus aulicus apud baronem Pongrácz in Nádas, ubi † 29. Oct. 1808.

Hidass Paulus. Nobilis Comaromiensis. Extraordinarie qua secundi a. theologus philosophiae magister 1750. creatus est. Theologiam cum quarto a. in eodem seminario 1751. terminavit, 11. Dec. 1752. capellanus in Vásárút, hinc 17. Febr. 1755. in Szerdahely, inde 5. Julii. 1764. investitus parochus in Vásárút. † 29. Jan. 1787. ibidem. De caducitate controversia fuit mota.

Hidassy Joannes. 17. Jul. 1666. investitus in Vámos. 21. Maji 1669. successorem nactus. 30. Jan. 1671. in Ipoly-Bolyh. Hinc 23. Sept. 1675. in Sósartyán. Inde vero jam 7. Febr. 1676. in Kraszna-Horka-Váralja, ubi 1687. desinit operari.

Hidassy Joannes. E seminario s. Adalberti

theologus moralis. 31. Maji 1692. ordinatus. 22. Aug. ejusdem a. investitus parochus in Vámos cum filii Fél. Hinc 12. Maji 1695. in Felbár. Ante denominationem ejus, hoc anno per Stephanum Illyés hic visitatio fuit peracta, qui dicit, quod parochus summe necessarius esset. Domus ruinam minatur. 18. Aug. 1699. investituram parochialim accepit pro Muzsla, Ebed, Párkány, Sárkány et Libad. 1701. in Muzsla visitatio fuit peracta per Joannem Franciscum Jezerniczky, qui de parocho dicit, quod sit annorum 40. Furiosus, contentiosus. Juxta eandem visitationem jam tunc Párkány ad Strigonium AEppale fuit junctum. Demum 1. Maji 1703. investitus in Medve, nunc Ballony, ubi usque 1710. operatus est.

Hidrányi vel **Hinorányi Michael.** 7. Maji 1675. investitus in Keresztúr, ubi eodem a. desinit fungi.

Hieronimi Gregorius. 18. Maji 1680. investitus parochus in Gaidel. Hinc 14. Apr. 1681. transivit ad Turócz-Szent-Márton. Inde vero 12. Febr. 1682. in Rutka, ubi usque 1700. deserviebat.

Hieronimus. Occurrit 1560. parochus in Bajna in cottu Nitr. de quo visitator Michael Szegedy eodem a. dicit: «Antiquus uxoratus, sacris initiatus per rev. dm. Stephanum (Podmaniczky de) Podmanin eppm. Nitriensem. Est iste verum ecclesiae Romanae, dempta uxore, membrum, cum sacramentis, ceremoniis, ornamentis indumentis et moribus.»

Hieronimus. Occurrit. 1562. plebanus in Bogdanócz, de quo in visitatione Oláhiana eodem a. peracta habetur: «Catholicus, famulam habet. Administrat sacramenta et in possessione nobilium Korompa.»

Hieronimus. Occurrit. 1562. Parochus in Sto-Georgio. De quo in visitatione Oláhiana eodem a. peracta sic: «Sacramenta administrat juxta ritum sanctae Romanae ecclesiae, uxorem tamen fatetur se habere.»

Hilbert Joannes. Natus 2. Jun. 1864. Theologiam Strigonii absolvit. 30. Maji 1887. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ceszte, ab 1890. in Totgurab, ubi mox etiam int. administr. egit. Dein ab initio 1891. admin. in Szöllös. Eodem a. parochus factus est in Lamacs.

Hill Emericus. Theologiam in Pázmáneo cum tertio a. 1779. absolvit. Hinc cooperatorem egit in Pöstyén et ab 1780. in Verbó, Inde 1784.

parochus factus in Nagy-Modró, ubi † 27. Jan. 1809.

Hillebrand Laurentius. Fuit 1529. plebanus in Igló et senior fraternitatis, qui per actiones Joanni Katzianer campiductoris graviter vexatus fuit. Aduit 1546. dum senior Molner rationem poneret. Pro illo exequiae celebratae 1550. in octava Epiphaniae. (Wagner, Analecta Scepus. II. 202, 255. et 256.)

Hindy Georgius. Nobilis hung. e cottu Nitr. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1680. baccalaureus et 1681. magister philosophiae. Theologiae in eodem seminario studuit. 31. Mart. 1684. ordinatus 8. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Diószegh. Hinc 31. Jul. 1685. in Maniga, inde 28. Maji 1687. in Liptó-Szent-Kereszt. Exhinc m. Jun. 1689. in Csall. Inde 29. Apr. 1693. in Nadas in cottu Hont. Demum 21. Maji 1700. in Csiffár ubi † 1702.

Hindy Michael. Natus 1732. Levae. Theologiae per triennium Tirnaviae operam navavit. 1. Mart. 1762. pro cooperatore Földvarinum missus. 8. Febr. 1763. administrator in Bába factus, quod beneficium 13. Maji 1764. optinuit, quacum ingremiatus est 1776. dioecesi Quinque-Eccl. 1798. parochiam resignare fuit coactus. Quinque-Ecclesiis recedens, ubi † 15. Jul. 1801.

Hipolytus. 1332. inter et 1337. fuit sacerdos s. Nicolai de Bartuka (Barakcha) ADtu Borsensi (nunc Baracska filia ad Besse,) qui juratus dixit suum beneficium non valere mediam marcam. solvit tres grossos (Mon. Vat. S. I. T. I. 190.)

Hir Thomas. 7. Jul. 1665. investitus parochus in Maniga, hinc 9. Oct. ejusdem a. in Nagymegyér, ubi usque 1674. operatus est.

Hiray Rudolphus. Theologiam cum quarto a. in seminario generali 1781. terminavit. Cooperatorem egit in Pobedim, ab 1783. in Csejtha, ab 1786. in Korompa, ubi et admin. fuit. Ab 1787. Tirnaviae absque officio morabatur. 1791. instituto emerit. parochorum adlectus. Mense Jan. 1793. factus capellanus localis in Bikszárd, † 27. Febr. 1828. in Radossócz.

Hires Georgius. Mezibrodensis ex cottu Zol. 1762. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 24. Sept. 1763. ordinatus et m. Nov. ejusdem a. pro cooperatore missus ad Zsmisan, hinc capellanus in capitulo Scepus. applicatus. 1768. parochus in Tepliczka et jam eodem a. in Vidernik, ubi † 10. Jul. 1772.

Hirt Mathias. Natus in Szebeléb. Theologiam cum tertio a. in seminario generali 1772. absolvit. 25. Mart. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Bélabánya, hinc 24. Mart. 1773. ad Zsemer. 30. Jun. 1777. investitus parochus in Nagy-Herestyény. Ibidem 5. Oct. 1779. visitatio Batthyányiana fuit peracta. 16. Nov. 1780. in Egegh, quorsum non prius habeat transeundum, donec parochialis aedes reparatae. Hinc demum transivit 1782. ad Csall, ubi † 22. Oct. 1781.

Hitéry Joannes. Natus 26. Dec. 1812. Szatmarini. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Jul. 1839. ordinatus est. Cooperatorem egit in Naszvad, duobus fere mensibus. Dein in Nyerges-Ujfalu annis sex et tribus mensibus. Tandem in Érsekujvár, item annis sex. 5. Oct. 1852. investitus parochus in Kosuth. Hinc 28. Jan. 1868. transivit ad Püspöki, ubi † 30. Nov. 1880.

Hivner Joannes. 14. Mart. 1715. investitus parochus in Felső-Hámar, hinc 9. Jul. 1718. in Zsarnócza, qui 1728. dum ab infirmi provisione redivisset, aquis Grani mersus est.

Hisza Joannes. 11. Oct. 1760. investitus parochus Tarnóczensis in cottu Liptó. Ab 1772. VADnus. Ingremiatus cum suo beneficio dioecesi Scepusiensi.

Hiza Martinus. Natus in Stepanó. Qua alumnus seminarii s. Adalberti 1744. baccalaureus. 1745. magister philosophiae. Theologiam quarto a. in eodem semin. 1749. terminavit. 5. Maji ejusdem a. administrator constitutus in Liptó-Szent-Kereszt, ubi 22. ejusdem m. et. a. etiam parochus investitus, usque 1760. activus erat.

Hizay, vel Hisay Georgius. 14. Apr. 1698. investitus parochus Viskientis. Hinc 13. Febr. 1701. in Jasztraba. Inde 5. Maji 1703. in Geletnek. Exhinc 15. Jan. 1710. in Bucsán. Demum 31. Dec. ejusdem a. in Madunicz, ubi 1711. desinit operari.

Hlahovitz Daniel, vide Vlahovicz.

Hlatky, vel Hletky Jacobus. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Posonii 1801. absolvit. Cooperatorem egit in Alsó-Diós, hinc 1802. transivit ad Szomolán, 1805. factus parochus in Alsó-Diós. Qui gravi phtysis malo pressus gratia habendorum praesto medicorum Tirnaviam se transferri curavit, ubi † 6. Mart. 1810. et ad cryptam, pro tunc eccl. cathedralis sepultus est.

Hlatky Josephus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1777. terminavit. Hinc studiorum praefectus in convictu s. Adalberti. Ab 1778. vero in pari qualitate in seminario generali Budensi. Ab 1783. parochus in Nagy-Hind. † 6. Apr. 1809. ibidem.

Hlatky Lucas. Prividiensis ex cottu Nitr. 10. Nov. 1740. assumtus in alumnum Budensem Széchényianum. 21. Dec. 1743. ordinatus. Factus parochus in Abrahamfalva in Scepusio, ubi † 31. Oct. 1759.

Hlauka, vel Hlaukó Joannes Georgius. E seminario s. Stephani 11. Jul. 1672. ordinatus. 7. Maji 1677. parochus in Nagy-Rippény, ubi usque 1688. operatus est.

Hlavács Jacobus. E seminario generali, seu rubrorum 7. Jun. 1675. ordinatus est. 25. Jul. ejusdem a. investitus parochus in Turócz-Szent-Péter. Hinc 30. Mart. 1681. in Szlaszka, ubi usque 1684. operatus est.

Hlaványi Ignatius. Philosophiam idem et theologiam cum quarto a. Tirnaviae 1824. absolvit, 1825. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. Cooperatorem egit in Nagy-Ölved, ab 14. Jun. 1828. in Lekér, hinc a m. Febr. 1829. admin. in Nagy-Lehota, ubi 18. Aug. ejusdem a. praesentatus parochus. † 16. Mart. 1834. Aetatis 30. Sepultus in coemet. superiori. Quidquid reliquit laudes hujus egregii viri annutiant.

Hlavatay, vel Novotny Joannes. Egbellensis. In universitate Tirnaviensis 1680. magister philosophiae. Theologiam partim in Pázmáneo, partim in collegio gener. absolvit et 21. Mart. 1681. ordinatus est. 7. Jan. 1682. investitus parochus in Alsó-Korompa. Ibidem incepit matricam scribere. 1694. Stephanus Illyés visitationem peregit, in qua de parocho notatum: Aetatis 37. Sub hoc parocho conversi decem. Hinc 20. Maji 1712. investitus in Maniga. Ibidem 1713. visitationem peregit Paulus Zichy, qui parochum Joannem Novotny vocat, cum adnotatione: «Perficit omnia sua munia.» Operatus est usque 1730.

Hlavnyay Joannes. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Posoniensi 1798. absolvit. Cooperatorem egit in Tölgyes. 15. Jul. 1800. investitus capellanus localis in Ebed, hinc 1808. factus parochus in libr. r. citte Strigon. Hic beneficio 1820. canonice privatus. 9. Dec. 1821. constitutus admin. in Keszegfalva. Hinc 15. Jan. 1822. praesentatus parochus in Érseklél, ubi † 28. Aug.

1826. Fuit cottus Strigon. ac sed. praed. archi-abb. de Füss tab. jud. assessor.

Hliniczky Ignatius. 10. Nov. 1761. missus pro praebendato chori ecclesiastici eccl. metr. Hinc 27. Jan. 1763. investitus parochus Lutillensis, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Hliniczky Joannes. 12. Febr. 1756. praesentatus parochus in Nagy-Szelecsény. Ibidem † 28. Oct. 1763.

Hlivay Emericus. Studuit Tirnaviae in Societate Jesu undecim annisi sed ob aegritudinem certam, cujus medalam nullatenus consequi potuit exire coactus. Cooperatorem egit Rosenbergae a. uno, Hinc parochus in Liptó-Szent-Erzsébet. 9. Dec. 1748. investitus in Kelecsen. 7. Maji 1751. in Baczúr, Ibi 1756. Josephus Batthyany peregit visitationem, qui de parochio notavit: «Zelus, plurimum ex proprio vixit, et quod habuit expendit in restaurationem ecclesiae, revindicationem jurium parochialium, promotionem fidei orthodoxae, propterquae multa odia patitur.» Hinc 14. Oct. 1757. in Eözdöge, ubi tunc parochia erecta. Ibi usque m. Maji 1758. operatus est, Posenii absque officio existens 3. Apr. 1764. pro cooperatore Szakolczam missus est, Inde absque munere Schemnicii vacabat, ubi † Mense Sept. 1774.

Hloskó Nicolaus. 21. Oct. 1672. investitus parochus in Alsó-Dió. Ibidem 1673. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. Operatus eodem loco usque m. Maji 1679.

Hlozsy Georgius. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1824. terminavit, 1825, in instituto presbyterorum transegit Strigonii. Cooperator fuit in Cziffer, ab 1826. in Vásárút, ab initio a. 1829. in Galantha, ab 1837. cooperator dein admin. in spiritual. in Soponya, ubi 1834. parochus factus. † 1. Aug. 1844. ibidem. Aetatis 45. Fuit cottus Tolnensis tabulae jud. assessor.

Hluhovics Martinus. 18. Apr. 1703. investitus parochus in Kazár, Szele, Homok, Terenye. Novák, et Vislás. Hinc 5. Mart. 1714. in Kis-Terenye, ubi usque 1725. operatus est. † 1731.

Hluskovics Michael. 6. Jun. 1716. ad titulum com. Czobor ordinatus. 23. Maji 1717. investitus parochus in Bodafalva, ubi usque 1721. activus erat. 6. Apr. 1723. missus pro cooperatore ad Nagy-Tapolcsány.

Hnazovics, rectius Hnatovics Martinus. 1.

Jul. 1685. investitus parochus in Szent-Antal. Hinc 10. Jan. 1687. Teplensis cum filiali Szent-Mihály. † 1720. ibidem.

Hochenbarter Josephus. Occurrit. 1611. parochus in Némét-, seu Alsó-Dió.

Hodermann Ludovicus. Natus 27. Dec. 1799. in Farnad. Philosophiae et theologiae studium absolvit Tirnaviae. 15. Aug. 1823. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kövesd, ab 1824. in Karancsságh, 10. Sept. 1829. in Vadkert, et a 26. Febr. 1832. in Érsekujvár. 30. Jul. 1836. administrator, 1. Febr. 1837. vero parochus in Bőrsöny. Hinc 8. Oct. 1838. praesentatus ad Nagy-Kér. In thermis Szliacsensibus, quo restaurandae valetudinis causa concessit, morbo typhi correptus, † 28. Jun. 1870. Sepultus in coemeterio pagi Hajnik penes Szliács.

Hodor Joannes. E collegio gener. cleri 2. Mart. 1676. ordinatus. 6. Oct. ejusdem a. investitus parochus in Nagy-Salló. † 19. Maji. 1687.

Hódossy Carolus. Natus 28. Mart. 1814. in Livina. Studia philosophiae Posenii, juridica Pestini, theologia Tirnaviae absolvit. 26. Jul. 1839. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szent-János et Szomolán. 13. Nov. 1846. factus parochus in Nahács. † 20. Jul. 1879. ex pectoris hydrope. Sepultus prope ecclesiae portam lateralem penes parochum Martinum Zigó.

Hoening Franciscus. Natus 13. Maji 1858. Theologiam Pestini absolvit et 29. Jun. 1881. ordinatus est. Cooperatorem egit Stomfae, ab 1885. in Vágújhely. Hinc 1888. parochus in Nagy-Kosztolán.

Hoffer Joannes. 11. Apr. 1737. investitus parochus Sanctae Mariae de monte Kis-Szóczóc, (Túrócz-Szent-Mária.) Hinc 27. Sept. 1743. in Túrócz-Szent-György, ubi † 23. Aug. 1746.

Hoffmann Ferdinand. Natus. 11. Mart. 1805. Theologiam in seminario Mariano 1828. terminavit, et 25. Oct. ejusdem a. ordinatus est. 1829. in instituto presbyterorum Strigonii morabatur. Cooperatorem egit in Nagy-Jác, ab 1830. in Szomolán. Ab 1832. usque 1846. parochus in Nahács, quam resignavit et emeritis parochis adnumeratus est. † 20. Mart. 1853. in Jakabfalva.

Hoffmann Ignatius. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Poseniensi 1802. terminavit. Hinc cooperatorem egit in Modra, ab 1805. in Kosztolán, ab 1807. in Sasvár. 1810. factus parochus in Nagy-Koválov. Hinc 14. Mart. 1813. transivit ad Broczkó, ubi † 6. Jan. 1820.

Hoffmann Joannes. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1806. absolvit. Hinc prae-bendatus chori eccl. metr. Strig. Ab 1808. coo- perator in Nagy-Tapolcsány. Hinc 1811. parochus in Kisvendég, inde 1837. transivit ad Udvarnok, ubi † 29. Jul. 1849. Aetatis 68.

Hogenbuch Stephanus. Natus 16. Dec. 1807. Theologiam in seminario Mariano cum quarto a. terminavit. 1831. in instituto presbyterorum transegit et 9. Mart. ejusdem a. ordinatus est. Coopera- torem egit in Felső-Ludány, ab 1835. in Varbó, ab 1838. in Hédervár, ab 1839. in Marczal, ab 1842. in Vadkert, ab 1844. in Mocs, et ab 1849. in Nagy-Salló. Exhinc 2. Maji 1851. administrator in Nagy-Fajkürth, ubi usque 1853. applicatus. Hinc cooperator in Nagyöved, ab 1855. deficiens sacerdos Tirnaviae, ab 1856. coop. in Hidaskürth, ab 1858. in Nagymagyar, ab 1859. iterum Tir- naviae absque officio. Ab 1864. cooperator in Vágszerdahely. † 13. Sept. 1865. Tirnaviae.

Hohenbarter Joannes. Occurrit 1611. paro- chus in Ottóvölgy, contra hunc 21. Jan. ejusdem a. Jacobus Püspeky fiscalis actionem movit. 1616. aedificatio ecclesiae peracta, nam annus hic inscri- ptus est lapidi immurato ad latus evangelii arae majoris, penes quem etiam antiquum tabernacu- lum ferreis cratibus clausum. Successorem 1624. nactus.

Hoits Martinus. Natus 6. Sept. 1845. Theo- logiam Strigonii absolvit et 25. Jul. 1869. ordina- tus est. Cooperatorem egit in Szent-Endre, ab 1870. in Nagy-Lévárd, ab 1873. in Kis-Tapol- csány et in Ürmény, ab 1874. in Udvard, ab 1876. in Nagymaros. 12. Jul. 1880. administrator factus in Szent-Mihályur. Notarius districtualis.

Hoksáry, vel Holcsáry Joannes. Oszlányen- sis. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1740. bac- calaureus, 1741. magister philosophiae. In eodem seminario theologiam qua speculativus cum tertio a. 1743. terminavit. Cooperatorem egit in Sas- vár, inde 27. Jan. 1747. investitus parochus in Alsó-Dió, ubi 1755. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parcho notavit, quod sit 40 annorum diligens, exemplaris. † 16. Febr. 1759. ibidem.

Holaszek Thomas. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1806. terminavit. Coope- ratorem egit in Bozók, hinc 16. Nov. 1814. prae- sentatus parochus in Alsó-Badin. Hinc 8. Aug. 1820. in Litava. 1837. VADnus et schol. nat.

inspector. † 11. Febr. 1838. ibidem. Fuit cottus Neograd. tabulae jud. assessor.

Holba Josephus. Natus 12. Mart. 1812. Theo- logiam cum quarto a. in seminario Mariano 1836. absolvit. 28. Oct. ejusdem a. ordinatus. 1837. transegit in instituto presbyterorum Strigonii. Cooperator fuit in Szenicz, ab 1838. in Miava. Ab 1841. morabatur in Bölgén, Koros, Rosin- dol, et Apaj, ubi ab 1847. administratorem egit. Hinc 1857. factus parochus in Szilincs, ubi † 10. Maji 1863.

Holberg, vel Holbigh Franciscus. 29. Mart. 1731. parochus in Velkopole. † 1736. ibidem.

Holcsek Georgius. Natus 5. Apr. 1811. in Pudmericz. Philosophiam qua Piarista Szegedini, theologiam Tirnaviae absolvit. 30. Sept. 1835. ordinatus est. Administrator in spirit. penes in- firmum parochum in Kesztlöcz, per duos men- ses. Cooperator in Majthény aequae per duos men- ses. Administr. in Jabloncza anno uno et mense uno. Cooperator in Nádas in cottu Posen, sex et medio a. Hinc 5. Oct. 1843. praesentatus paro- chus in Veszele. Inde 1848. transivit ad Óhaj, exhinc vero 1865. ad Jászfalu, ubi † 4. Maji 1869.

Holcsek Joannes. Natus 6. Sept. 1781. Theo- logiam in seminario Mariano 1809. absolvit et 20. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Korompa, ab 1812. in Pöstyén, ab 1813. in Varbó, ab 1816. in Podola, ubi simul admin. in spirit. quod beneficium 1824. adeptus est, ast 1862. resignavit, et instituto emeritorum parochorum adlectus. † 5. Dec. ejusd. a. Tirnaviae.

Hold Michael, vide Isold.

Holeskó Andreas. Ex Barth, parentibus Lu- theranis conversis. Theologiam Tirnaviae, Budae et cum quarto a. in Pázmáneó 1778. absolvit. Cooperatorem egit in Sasvár. ab 1780. in Holics, ubi simul administrator. 1782. factus parochus in Péterfalva. 30. Sept. 1788. fuit peracta visitatio Batthyanyiana. Ante mortem per quatuor annos habuit administratorem Ignatium Zsillay. † 21. Maji 1821. ibidem.

Holéczy Franciscus. Natus 20. Aug. 1834. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii ab- solvit. Non habendo aetatem pro suscipiendis s. ordinibus egit educatorem apud baronem Höller in Töre. 3. Jan. 1857. ordinatus est. Cooperato- rem egit in Cseklész et Majthény. Hinc 1867. admin. in Keresztur, ubi 20. Aug. praesentatus et 29. ejusdem m. a. investitus parochus. Hinc

1876. transivit ad dioecesim Neosoliensem et factus parochus in Bajmócz.

Holéczy de Ocsova Ignatius. Natus 31. Jul. 1837. Theologiam Strigonii absoluit. 29. Jul. 1860. ordinatus est. Cooperatorem egit in Hidaskürth, hinc 18. Jul. 1863. admin. 6. Oct. ejusdem a. vero investitus parochus in Alsó-Jattó. Hinc 1868. transivit ad Tallós.

Holeksy Josephus. Natus 6. Apr. 1838. in Kosztolány in cottu Nitriensi. Theologiam Viennae absoluit. 24. Febr. 1862. ordinatus est. Cooperatorem egit Schemnicii, hinc in Ujvároska, subin ad Vágújhely transivit. Exhinc 1. Apr. 1869. factus admin. in Szokolócz, ubi usque 20. Maji ejusdem a. mansit, tunc reversus ad Vágújhely. Mense Oct. 1870. parochus in Bucsán, ubi ecclesiam et suo et fidelium zelo multimode exornavit. Hinc 6. Aug. 1881. nominatus parochus in Hradek, una VADnus in districtu Galgóczensi. Hinc 1888. ad Krakován transivit, retento munere VADni et schol. elem. inspectoris.

Holiczky Joannes. 11. Jun. 1710. presbyter ordinatus. 4. Aug. 1713. investitus parochus in Lutila et Szlaszka, hoc beneficium 1733. prius vero 1745. resignavit et parochis emeritis est aggregatus. † 10. Sept. 1748. in Lutila.

Holiczky Joannes. 1. Sept. 1723. investitus parochus Paraszt-Duboviensis. Hinc 21. Aug. 1731. in Trstena. Ob inductam congregationem scapularis magnus populi confluxus, idcirco cooperatore indigebat, 27. Nov. ejusdem a. in hac re officiosa propositio facta. Ibidem domum parochialem, ad usque ligneam, e solidis materialibus 1736. extruxit. † 23. Apr. 1754. ibidem.

Hollady Eugenius. Natus 8. Febr. 1860. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1881. absoluit. 6. Jul. 1882. ordinatus est, dein cooperatorem egit in Kövesd, ab 1883. in Csejthe. Ab 1887. admin. in Assakürt. Notarius districtus. Habet merita in liteatura hungarica. (Uj Magyar. 1886. 115.)

Hollics Martinus. 29. Apr. 1716. investitus parochus in Nagy-Szuha, ubi usque 1721. operatus est.

Hollik Joannes. Theologiam cum quarto a. in seminario s. Stephani 1815. terminavit. Cooperatorem egit in Windschacht. 9. Sept. 1824. praesentatus parochus in Kolpach, ubi † 3. Nov. 1829.

Hollósy Ignatius. Natus 27. Jul. 1778. Theo-

logiam in seminario AEppali Posonii 1799. absoluit. Hinc praefectus herul. comitis Rindsmaul Posonii. 31. Jul. 1801. ordinatus. Ab 1802. concionator ad s. Salvatorem Posonii, ab 1803. cooperatore Strigonii in l. reg. citte. 22. Dec. 1806. praesentatus parochus in Nyerges-Ujfalu, ubi jam per aliquod tempus admin. fuit. Hinc 6. Dec. 1813. installatus canonicus Posoniensis. Ascendit in capitulo usque lectoratum. Fuit abbas de Salamon. † 25. Sept. 1850.

Hollósy Joannes. Natus 7. Sept. 1800. in Balaton-Kajar. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absoluit. 22. Febr. 1824. ordinatus est. Praebendatus capituli Posoniensis anno fere uno. Cooperatorem egit in Virágvölgy uno a. et novem mensibus. Concionatorem ad s. Salvatorem Posonii anno semitertio, in eccl. collegiata vero fere per undecim. 3. Febr. 1840. praesentatus parochus in Püspöki, ubi † 1. Nov. 1867. Sepultus in coemeterio parochiali. Fuit praeclarus pomologus.

Holly Joannes. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1808. terminavit. Cooperatorem egit in Pobedim, ab 1811. in Galgócz, 3. Febr. 1813. parochus factus in Madunicz, quam 16. Maji 1843. resignavit. Instituto emeritorum parochorum aggregatus. † 12. Apr. 1849. in Jókő. Aetatis 64. Poeseos linguae slavicae in Hungaria clarissimus fautor.

Holmár Josephus. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Posonii 1798. terminavit. Hinc cooperatore in Nagy-Maros, ab 1801. in Vajka, ab 1802. in Szent-Antal, in cottu Poson., ubi demum admin. Mense Aug. 1805. capellanus localis in Duna-Szent-Pál. Ubi tardius tantum admin. Hinc 15. Maji 1810. discessit.

Holmik Matthaeus. Theologiam cum quarto a. in seminario generali 1773. terminavit. Cooperatorem egit in Sasvár. Hinc 21. Dec. 1776. praesentatus parochus in Stepanó. Inde 1778. vicepraefectus in seminario s. Stephani. 1784. archivarius vicarialis Tirnaviae. 1788. parochus in Horváth-Gurab, quam 1805. resignavit et qua emeritus parochus † 25. Apr. 1807. Szlaniczae.

Holnapy (antea Moringer) Michael. Natus 26. Oct. 1783. Comaromii. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1806. absoluit. Ordinationem Comaromii expectavit. 24. Jan. 1807. ordinatus. Cooperatorem egit in Szent-Mihályfa, ab 1808. in Vajka. 1. Nov. 1809. praesentatus parochus in Magyarbél. Hinc 11. Oct. 1815. transivit ad Nagy-Emőke.

16. Maji 1820. dum installationi AEppi Alexandri a Rudna Strigonii interfuisset, totus fere pagus una cum domo parochiali incineratus. Secunda vice 10. Jan. 1831. igne damnificatus combusto horreo. Tertia vice 28. Mart. 1850. visitatus, tunc aedificia oeconomica perdidit. Evenit, quod territus parochus, occasione exercitiorum 9. Sept. ejusdem a. Tirnaviae asservatorum, somnians magna voce incendium exclamaverit et omnes e somno exturbaverit. 9. Maji 1847. fuit asservata visitatio ADiaconalis per Vincentium Jaross. 1850. primus VADnus factus in neo-erecto districtu Nagyczéthyensi. † 13. Mart. 1856. ictu apoplectico occasione asservati funeris tactus in coemeterio occubuit. Fuit homo acceptabilis et erga fideles affabilis. Fecit fundationes.

Holovitus Paulus. 22. Febr. 1665. investitus parochus in Nagy-Tapolcsány. Hinc 10. Maji 1669. in Rohov. Inde vero 26. Jul. ejusdem a. in Radosna, ubi usque 1672. operatus est.

Holubek Franciscus, Antonius. Sancto-Georgiensis, fuit 1725. alumnus seminarii Budensis Széchényiani. 31. Oct. 1727. dimissus, studia theologica alibi terminavit. 18. Aug. 1729. investitus parochus in Rózsavölgy, ubi usque 1731. operatus est.

Holubka Joannes. E converso ministro acath. factus licentiatu, qui 14. Maji 1673. investituram pro licentiatu in Boronka nactus est.

Holczschuch Franciscus. Natus 20. Febr. 1811. Schemniczii. Theologiam Tirnaviae absolvit et 25. Mart. 1836. ordinatus est. Cooperatorem egit Siglisbergae, ab 1837. Schemnicii. 1843. administrator et 8. Febr. parochus in Vizsoka. Hinc 1855. transivit ad Nagy-Hind, ubi † 17. Jun. 1871.

Homoky Josephus. Natus 5. Dec. 1796. Tirnaviae. Theologiam ibidem absolvit. 17. Mart. 1822. ordinatus est. Cooperatorem egit in Perezlény annis duobus, in Búr-Szent-György annis quatuor et in Szent-János annis duobus. Ab 8. Jan. 1830. parochus in Závad. Hinc 1833. spiritualis in seminario s. Stephani Tirnaviensi, una confessarius monialium, nec non instituti deficientium vicerector. 1839. assessor s. sedis Tirnaviensis. 1857. canonicus coll. eccl. ibidem. 1870. abbas B. M. V. de Egeres. † 21. Sept. 1875. ibidem.

Homolay Joannes, Franciscus. Natus in Bá-hony. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi

1682. baccalaureus et 1683. magister philosophiae extraordinarie promotus. Theologiam in seminario s. Stephani absolvit et 29. Mart. 1686. ordinatus est. 23. Apr. ejusdem a. investitus parochus in Istvánfalva. Hinc 6. Aug. 1687. in Vihodna, nunc filia ad Hibbe. Inde 9. Apr. 1698. in Liptó-Szent-Kereszt. Ubi successorem tantum 1731. nactus.

Homolay de Szkacsán Joannes, Bapt. Natus 17. Jun. 1822. in Felső-Elefánt. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jan. 1847. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nyitra-Perezslény quatuor mensibus, in Valle-Mariae septem mensibus. Postea in Vágujhely, ubi etiam qua admin. in spirit. et temp. applicatus fuit. 1. Aug. 1858. installatus parochus in Vág-Szent-Kereszt. Hinc 15. Febr. 1865. in seminario Strigon. spiritualis, subin 22. Mart. 1868. vice-rector nominatus. 1876. canonicus honor. Strigoniensis, 1885. vero Tirnaviensis, ubi usque cantoratum evecus. † 25. Jun. 1888.

Homolkay Andreas, Petrus. Nagy-Lovcsensis. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1711. baccalaureus et magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario cum tertio a. 1712. absolvit. 6. Jun. 1713. investitus parochus in Kelecsény, ubi 1717. successorem nactus. 24. Apr. 1725. in Ternye, ubi † 4. Febr. 1751.

Homolkay Andreas, Franciscus Xav. Ternyensis ex cottu Zol. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1745. baccalaureus et 1746. magister philosophiae. Ex hoc seminario 31. Oct. ejusd. a. ad alumnatum Budensem Széchényianum pro theol. morali venit. 21. Sept. 1748. ordinatus. 30. Oct. ejusdem a. missus pro cooperatore ad Ternye, ubi 17. Febr. 1751. investitus parochus, ibidem usque 1755. activus erat. An idem sit, qui 11. Sept. 1762. pro cooperatore ad Radossóc missus, ubi usque 1769. operatus fuit, nescitur.

Hompó Michael. 15. Jun. 1669. investitus licentiatu in Házás-Nénye, ubi usque 1670. activus erat.

Horáček Josephus. Natus 3. Febr. 1854. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1878. absolvit. 21. Jun. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Unin, ab 1880. in Búr-Szent-Miklós. 1884. factus parochus in Laksárufalu.

Horáček Joannes. E seminario s. Stephani 10. Nov. 1769. pro cooperatore ad Csermend missus. Hinc 14. Nov. 1770. factus administrator in Nagy-Lovcsa, ubi 28. Maji 1773. investitus

parochus, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Horánszky Georgius. Horensis e cottu Liptó, qua alumnus seminarii Mariani 1738. magister philosophiae. Factus parochus Kvacsanensis, ubi † 26. Jun. 1760.

Horánszky Georgius. Horensis e cottu Liptó. 5. Nov. 1730. susceptus in alumnatum Budensem Szechényianum, 2. Maji 1734. investitus parochus in Pusztá-Födémés. Hinc 10. Dec. 1749. in neo-erecta parochia Zazriva, quae a Nagy-Falu separata. Inde 21. Mart. 1753. in Zakameno-Klin. Exhinc 20. Maji 1757. in Lokcza, Hinc demum 13. Oct. 1762. in Velicsna, ubi † 17. Jun. 1775.

Horánszky Josephus. 14. Oct. 1732. investitus parochus in Hárskút et in Zsarnó. Hinc 10. Oct. 1735. transivit ad Rapp, ubi † 25. Jan. 1763.

Horánszky Stephanus. Natus 16. Dec. 1857. Theologiam in seminario generali absolvit Pestini. 29. Jun. 1881. ordinatus est. Cooperatorem egit in Verebély. Ab 1891. admin. in spirit. in Nagy-Lóth.

Horesiczky Andreas Augustinus. 10. Jan. 1687. pro coadjutore Rosenbergam missus. Hinc 13. Apr. 1692. investitus parochus in Liptó-Szent-Anna. Successorem 1712 nactus.

Horecsni Joannes. 17. Jun. 1721. investitus parochus in Nagy-Szalatnya. Hinc 15. Febr. 1738. in Dobrona. Quam 1752. resignavit. Extra beneficium constitutus, † 2. Sept. 1754. in Tepla.

Horeczky Aloysius. Natus 18. Jun. 1809. in Uj-Bánya. Philosophiam Posonii, theologiam Tirnaviae absolvit. 11. Sept. 1813. ordinatus est. Cooperatorem egit in Galantha annis tribus. 1837. praesentatus parochus in Tallós. † 27. Oct. 1868. ibidem.

Horeczky de Horka L. B. Franciscus. Natus 8. Aug. 1819. in Rohó. Philosophiam et politico juridica Viennae in Theresiano, theologiam Tirnaviae absolvit, 3. Apr. 1845. ordinatus est. Cooperatorem egit Budae Christinopoli, ubi 1850. penes alt. complacentiam cruce aurea cum corona decoratus. 30. Sept. 1851. praesentatus parochus in Csejthe. Cura ipsius 1852. turris una orgia altius aedificata. 1853. missio per quatuordecim dies asservata, qua occasione plus quam decem millia sacra synaxi relecti. Non obstantibus difficultatibus e parte politica 1856. solemnis processio ad Sasvár ducta. 10. Jan. 1864. canonicus Posoniensis installatus. Est summi pontificis praelatus domesticus et

praepositus s. Pauli de Monostorpályi. In capitulo usque lectoratum proventus. Sanctimonialium de Nostra-Domina ord. et Elisabethinarum extraord. confessarius. Conventus Ursularum director. Penes gymn. majus loc. commissarius AEppalis, lib. r. cittis Szakolcza civis ad honores.

Hornlak, vel Hrnolak de Horn Carolus Alexander. E Scepusio oriundus. Qua alumnus seminarii generalis 1750. baccalaureus, 1751. magister philosophiae proclamatus. Theologiae in eodem seminario studuit, 9. Aug. 1755, pro succentore in ecclesia cathedrali applicatus. Hinc 22. Mart. 1756. Scepusium missus, ibidem postmodum parochus in Kislomnicz et decanus distr. infer. fluvii Poprád. Circa 1765. accepit parochias Tóthfalu et Viborna interimaliter conjunctas. Factus etiam protonotarius apostolicus. Incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Hornyáček Joannes. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1804. absolvit. Cooperatorem egit in Búr-Szent-Miklós. Ab 1807. in Holics, ab 1808. in Sasvár, demum ab 1809. in Bikszárd. Hinc m. Jul. 1811. transivit ad Maniga. † 13. Jul. 1840. ibidem.

Hornyáček Josephus. Theologiam cum quarto a. in AEppali seminario Posonii 1795. terminavit. 1796. ordinationem Tirnaviae exspectavit. Hinc applicatus est praebendatus in choro metrop. eccl. Ab 1797. cooperator in Nagy-Ölved. Hinc 27. Oct. 1802. praesentatus capellanus localis in Farnad, ab 19. Jan. 1810. vero parochus ibidem. 1831. occasione magnae cholerae, ex parte ingrati populi multa perpressus est. † 12. Febr. 1840. Aetatis 66. Fuit cottus Strig. tabulae judicariae assessor.

Hornyáček Paulus. Natus 26. Apr. 1833. Theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1859. ordinatus est. Cooperatorem egit Ó-Turrae, ab 1860. in Sasvár. 1871. inter. admin. dein parochus in Nagy-Kovaló. Hinc 4. Nov. 1886. nominatus est parochus in Unin, quorsum 21. Dec. ejusdem a. transivit.

Horth Josephus. Natus 3. Febr. 1786. in Klucsovány in cottu Poson. Philosophiam et theologiam Tyrnaviae absolvit. 1. Sept. 1810. ordinatus est. Cooperatorem egit Modrae, in Ottóvölgy et Galgóczii. Hinc 1819. parochus in Katlócz, ubi ab 1855. munus VADni ord. districtus Jókőensis gessit usque 10. Nov. 1862. quo instituto s. Adalberti ingremiatus, in Bélaház qui-

etam duxit vitam. A 5. Jun. 1871. nestor ADioec. † 6. Sept. 1876. in Katlócz.

Horthy Ignatius. Nobilis ex Rimócz. Qua alumnus semin. s. Stephani 1747 baccalaureus, 1748. magister philosophiae. Theologiae quatuor a. in eodem semin. 1752. terminavit. 1. Febr. ejusd. a. praebendatus chori metr. eccl. constitutus, hinc 1. Mart. ejusdem a. cooperator Tirnaviae. Qua talis 22. Jul. eodem adhuc a. baccalaureus theologiae in univ. Tirnaviensi creatus. Inde 15. Sept. 1754. investitus parochus in Felső-Ludány. 1767. conscriptio parochiae fuit peracta. 31. Mart. 1772. installatus canonicus Poseniensis. Reliquit parochiae vineam 30 fossorum in Szécsény. 29. Dec. 1780. installatus canonicus Strigoniensis. 13. Dec. 1790. ADnus Barsiensis. Praepositus in Aszód. † 26. Jul. 1794. ex hydrope. Aetatis 67. Ante mortem, circiter uno mense, tumbam parari et adferri curavit.

Horsteiner Franciscus, Josephus. Ab 1692. parochus in Badin una cum Radvány. Circa 1692. ibidem peractae visitationes Bartok et Nárayanæ. 1696. successorem nactus.

Hortulányi Jacobus. Natus in Geletnek. Qua primi a. theologus seminarii s. Stephani 1750. magister philosophiae creatus. Theologiae secundum a. in eodem seminario 1751. absolvit. 15. Sept. 1753. pro cooperatore ad Nagy-Kosztolán missus. 17. Jun. 1756. investitus parochus in Maniga, ubi 21. Aug. 1788. peracta fuit visitatio Batthyanyiana. Ab 1783. VADnus. † 9. Jun. 1792.

Horváth Andreas. Theologiam in generali seminario absolvit et baccalaureus theologiae creatus est. 10. Maji 1667. investitus parochus in Lopassó. Per cambium cum Joanne Jancsovic 1676. transivit ad Krakován. Hinc 22. Mart. 1712. investitus in Szempcz, ubi 1714. visitationem per egit Emericus Pongrácz, qui de parochia notavit: quod sit 30 annor. Curandae valitudinis causa Tirnaviae apud Franciscanos morabatur, morbo succubuit ibidem in collegio rubrorum.

Horváth Andreas. Nobilis ex Szécsény in cottu Castrifer. Qua alumnus semin. s. Stephani 1758. defendit universam philosophiam. Theologiam cum quarto a. in eodem seminario 1763. absolvit. Abhinc spiritualis alumnatus Budensis. 30. Oct. 1766. investitus parochus Bástiensis, ubi † 25. Apr. 1771.

Horváth Andreas. Natus 26. Nov. 1816. Strigonii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit, ubi 1837. rigorosum examen e stu-

dio biblico subivit. 26. Jul. 1839. ordinatus est. Cooperatorem egit Comaromii. Ab 1845. studiorum praefectus Tirnaviae, hinc 10. Dec. 1849. praesentatus et 2. Oct. 1850. investitus parochus in Iza. Pro conservatione statuæ B. M. V. in pago erectae foundationem deposuit. 1. Nov. 1870. resignavit beneficium et Strigonium condescendit, ubi † 26. Jul. 1871. Habet merita literaria. (Uj Magy. Sion. 1886. 115.)

Horváth de Bella Antonius. Soproniensis. Qua alumnus Pázmáni in universitate Tirnaviensi 1715. magister philosophiae. 15. Jul. 1716. investitus parochus in Vásárut, cum Nyárasd, Kürth, et Vámosfalu, ubi usque 1730. operatus est. Statum sub illo existentem visitator a. 1732. Joannes Jelenffy sic notat: «Ecclesia in pago sita tota ex sepibus atquæ lignis cane jam consumtis, mole sua collabetur. Venerabile in tabernaculo altaris decenter asservatur. Baptizabat parochus aqua lustrali communi, jussus proinde aquam sibi in erastino benedicere, et socordiam Antonii Horváth, antecessoris, qui multos etiam infantes, chrysmate sacro non tinxit in baptisate, quoad fieri potest supplere.»

Horváth Antonius. 5. Apr. 1753. pro cooperatore Scepusium missus. Ab 30. Maji 1757. in Trsztena, ab 16. Maji 1758. iterum Scepusii. 1763. parochus in Felső-Répás. Hinc 1767. obtinuit parochiam Polanócz, ubi † 28. Jan. 1769.

Horváth Antonius. 10. Mart. 1758. pro cooperatore Strigonium ad cittem reg. missus. Hinc 28. Febr. 1761. investitus parochus in Tölgyes. Inde 12. Jul. ejusdem a. in Ipoly-Szakállos, 1766. fuit ibidem conscriptio parochialis peracta. 1774. beneficio privatus, qua deficiens morabatur in Szent-Antal. Tandem fato et vicissitudine temporum obrutus positus est in Barth pro cooperatore et admin. ubi tribus annis fungebatur. Inde 1779. parochus in Soóshartyán, ubi conscriptio fuit eodem a. peracta, in qua de parochia sic: Si quid deliquisset condam, illud radicitus a se amovit, seque omnibus exemplarem exhibet.» Hinc 8. Febr. 1782. factus beneficiatus in arce Strigon. ubi † 15. Febr. 1792. Aetatis 56. In crypta eccl. s. Ignatii depositus.

Horváth Antonius. E cooperatore Szerdahelyiensi 15. Maji 1761. missus ad Vizkelet, 20. Apr. 1762. Pestinum. 1763. parochus in Haraszt. 1766. Odorini (Markusfalva) quocum incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Horváth Antonius. Ab 1776. cooperator Strigonii in l. reg. citte. Ab 1777. secretarius, s. sedis notarius et ceremoniarus vicarii Strigoniensis, una beneficiatus Strigonii et ab 11. Jan. 1778. usque 31. Maji ejusdem a. admin. parochiae cittis AEppalis. Mense Jun. ejusdem a. obtinuit parochiam Kéménd, quam 22. Maji 1784. resignare debuit. 1785. obtinuit Szakál. Hinc 18. Jan. 1803. per cambium cum Paulo Mészáros transivit ad Endrefalva, 1805. eam resignavit et ad institutum emer. parochorum translatus est. † 19. Nov. 1827. Pestini.

Horváth Emmanuel. Natus 25. Sept. 1840. Terchovae in cottu Trencsén. Theologiam Strigonii 1862. absolvit. Adhuc qua diaconus subsidiarium egit in Csejkő. Cum dispensatione papali 12. Febr. 1863. ordinatus. Cooperator fuit in Marczal, Siglisbergae, in Balassa-Gyatmath, in Érsekujvár, demum ab 1869. in Drégelypalánk. Hinc a 28. Jun. 1870. usque 14. Sept. ejusd. a. administrabat int. Nagy-Kér, ubi utroquoque coop. permansit. A m. Oct. 1871. admin. denuo hanc parochiam usque 4. Apr. 1872. hinc iterum remanens cooperator. 28. Sept. ejusd. a. obtinuit parochiam Eözdöghe.

Horváth Franciscus, Joannes. 11. Maji 1697. investitus parochus in Szklabonya. Hinc 29. Apr. 1702. in Ipoly-Nyék. Inde 11. Nov. 1713. in Ipoly-Szakállos. 1714. pulsus minister aug. conf. et parochia ex Szete huc translata. Matrica eodem a. scribi incepta. Operatus est usque 1725.

Horváth Gabriel. Fuit 1634. licentiatus in Ebeczk, nunc filia ad Szklabonya. Nominatur in visitatione eodem a. per Martinum Apáthy peracta.

Horváth Georgius. 29. Apr. 1697. investitus parochus in Lancsár, ubi usque 1699. operatus est.

Horváth Georgius. E semin. s. Stephani 20. Jul. 1761. pro cooperatore ad Somorja missus. 3. Aug. 1762. applicationem accepit qua praefectus herulorum Thaddaei l. b. Amade in Böös. 28. Jan. 1763. investitus parochus in Magyarbél. Hinc m. Dec. 1780. transivit ad Guta, ubi visitatio Batthyanyiana fuit peracta. † 24. Febr. 1788. ibidem.

Horváth Georgius. Theologiam cum quarto a. in seminario gener. Budensi 1782. absolvit. Cooperator fuit in Nagy-Megyer, ab 1786. in Negyed. 3. Febr. 1788. installatus parochus in Tornócz. 6. Sept. 1811. Adalbertus Tarkó visita-

tionem ADnalem peregit. † 11. Aug. 1831. in cholera. Aetatis 76.

Horváth Georgius. Theologiam in seminario generali cum quarto a. qua theologus practicus 1790. absolvit. 1791. Tirnaviae accomodationem expectavit. Hinc cooperator Galgócii. 2. Maji 1794. installatus parochus in Lancsár. Hinc 1. Jan. 1801. per cambium cum Joanne Martsek transivit ad Jókő, ubi † 16. Nov. 1817. Habet merita in literatura slavica.

Horváth Joannes. Lövdensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1718. defendit universam philosophiam. Theologiam ibidem absolvit. Fine 1721. applicatus parochus in exemta parochia Berkesd, cui vineam donavit. 1732. factus canonicus Jauriensis. Qua talis donavit eccl. Berkesdensi monstrantiam. Subin ADnus Soproniensis. † 23. Mart. 1746. (Brüsztle, Recensio. II. 213.)

Horváth Joannes. Theologiam 1720. inchoavit Tirnaviae et 1742. presbyter ordinatus est. 13. Apr. ejusdem a. investitus parochus Püskiensis. Hinc 19. Apr. 1743. in Medve, nunc Ballony, ast inde jam 15. Dec. ejusdem a. in Csütörtök, ubi m. Mart. 1744. appulit. † 28. Aug. 1745. ibidem.

Horváth Joannes. Kis-Mácsédensis, ex cottu Poson. 15. Nov. 1740. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Ubi theologiam cum morali absolvit. 9. Jun. 1742. missus pro cooperatore ad Udvard. 15. Mart. 1743. autem pro capellano aulico ad Franciscum l. b. Balassa in Alsó-Esztergál. Dein cooperator duobus a. in Ürmény. 1. Apr. 1745. investitus parochus in Böös in cottu Poson. Ibidem 1756. visitationem Joannes Galgóczy peregit, qui de parocho dicit, quod sit 35 annor. Domum habet ex sepibus comparatam ex toto reparatione egentem. † 15. Dec. 1757. ibidem.

Horváth Joannes. 16. Jan. 1760. missus pro cooperatore ad Szerdahely. 2. Sept. 1762. investitus parochus in Semppte. Inde 22. Apr. 1773. in Galantha. Propter diversas querelas contra parochum, ille 1796. resignavit et semet ad Apaj recepit, ubi † 19. Sept. 1797.

Horváth Joannes. Natus 24. Jul. 1744. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1798. terminavit et 6. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Pudmericz. Ab 1801. fuit parochus in Báhony, ubi in magna senectute administratores habuit, a 23. Sept. 1825. usque

31. Sept. 1828. Josephum Gálffy et abhinc Aloysium Scherer, qui ibidem vitam clausit. Provectae aetatis causa beneficium 1846. resignavit. † 24. Aug. 1857. Tirnaviae.

Horváth Joannes. Natus 1. Mart. 1813. in Szempcz. Philosophiam et theologiam Tirnaviae audivit. 28. Oct. 1836. ordinatus est. 12. Apr. 1837. pro cooperatore missus ad Búr-Szent-Miklós. Hinc 6. Apr. 1847. praesentatus parochus in Maniga. 1878. ecclesiam pingi curavit. † 30. Maji 1879. ibidem.

Horváth Josephus. Nobilis Szerdahelyiensis. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1755. baccalaureus, 1756. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem seminario 1758. absolvit. 17. Maji 1759. missus pro cooperatore ad Érsekujvár, 31. Maji 1763. investitus parochus in Naszvad. Hinc 15. Jun. 1773. transivit ad Tardoskedd, ubi ab 1804. VADnus distr. Érsekujvár. sup. † 17. Apr. 1808. ibidem.

Horváth Josephus. Natus 7. Febr. 1854. Theologiam Strigonii 1877. absolvit et 1. Jul. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Unin, ab 1878. in Stomfa et Nagy-Súr, ab 1880. in Galgócz ac Krakován. 1886. constitutus admin. in Horvátgurab, quod beneficium 1889. adeptus est.

Horváth-Kissevich de Lomnicza Joannes. Nobilis croata. In universitate Tirnaviensi 1661. baccalaureus et 1662. magister philosophiae. 10. Maji 1664. investitus parochus in Egyházgelle. Successorem nactus 1673.

Horváth-Kissevich de Lomnicza Josephus. Theologiam cum tertio a. in seminario generali 1778. absolvit. Cooperatorem egit in Majtény, ubi 1782. parochus est factus. 26. Maji 1788. delatus, quod verberaverit campi custodem et ter dehonestaverit nobilitatem. Denique 1791. amisit beneficium. Dein applicatus qua cooperator in Lévárd. Demum 1799. parochus in Maria-Nostra, ubi † 18. Mart. 1805.

Horváth de Rakovicz Ladislaus. Natus 22. Jun. 1834. in Réthe in cottu Poson. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 25. Jul. 1858. ordinatus est. A m. Sept. usque 22. Oct. ejusdem a. parochum in vacante beneficio Boldogfalva supplevit. Abhinc cooperatorem egit in Vedröd, dein ab 1. Febr. 1861. in Misérd. 14. Aug. 1864. admin. in spirit. constitutus penes infirmum parochum in Albaár, post mortem hujus

29. Sept. ejusdem a. admin. ibidem. 10. Dec. e. a. obtinuit beneficium. Hinc 13. Dec. 1870. parochus in Szárazpatak denominatus. 9. Jan. 1871. investitus ac 22. e. m. installatus. 1871. et 1872. restauravit eccl. parochialem. 1873. et 1874. munificentia Joannis com. Pálffy 15 millibus flr. ex integro reaedificatae aedes parochiales. 1875. restaurata eccl. filia Zvoncsin. 1883. item in Kostolna. 1885. vero sacristia ecclesiae parochialis.

Horváth Laurentius. Occurrit 1561. parochus in Kripolecz, (Kiripolcz, nunc filia ad Malaczka) de quo in visitatione Gregorii Bornemissza 27. Mart. ejusdem a. peracta, notatum est: «Qui ad imitationem suae gentis antiquae, verae et catholicae fidei et religionis semper fuit et est observatissimus atque amantissimus. In cuius ecclesia rite et ordine omnia simul et peraguntur. Cui, ut oppidani commodam domum parochialem aedificarent sedule injunximus. Ecclesia filialis in Gajar, quae bene est disposita, magna diligentia administratur per hunc parochum.»

Horváth Martinus. E seminario generali 14. Maji 1769. missus pro cooperatore ad Osgyán, hinc 19. Maji 1770. ad Nagy-Ölved, inde 2. Mart. 1772. investitus parochus in Nagy-Csoltó, exhinc 13. Maji in Bást, quacum ingremiatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Horváth Mathias. Sankfalvensis ex cottu Gömör, 1. Nov. 1744. susceptus ad alumnum Budensem Széchényianum. 1750. missus pro cooperatore ad Nagy-Kálna. 11. Dec. 1752. investitus parochus in Kis-Terenye, ubi † 2. Jul. 1759.

Horváth Michael. Occurrit 1647. licentiatius in Bussa. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto.

Horváth Michael. Occurrit 1647. licentiatius in Nagy-Lethe in ADtu Hont-Liptoviensi. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto. Ulterius quoque occurrit licentiatius hujus nominis etquidem 14. Jul. 1688. investitus qua talis in Csataj, 27. Maji 1695. investitura pro eodem iterata fuit in eadem licentiatura.

Horváth-Aitich Michael. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1804. terminavit. Cooperatorem egit in Valle Mariano. Ab 1805. in Csek-lész, ab 1807. in Udvard, ab 1809. in Érsekujvár, et ab 1811. Budae in praesidio. Hinc 18. Aug. 1812. praesentatus parochus in Bajta, ubi ab 1820. VADnus surr. ab 1826. ord. distr. Hont. inf. Inde

28. Jul. ejusdem a. in Kemencze. Ibidem VADni munus retinuit, ubi † 28. Jul. 1826. Fuit compl. cottus tab. jud. assessor.

Horváth Michael. Natus 21. Jul. 1794. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1817. absolvit et 22. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Somorja, ab 1820. in Holics et ab 1823. in Sasvár. Hinc 1831. factus parochus in Szomolánka. Inde 1840. transivit ad Dojcs. Demum 3. Mart. 1855. ad Péterfalva, ubi † 8. Oct. 1866.

Horváth Nicolaus. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Poson. 1800. terminavit. Cooperatorem egit in Gyerk. Hinc 8. Febr. 1803. praesentatus parochus in Visk. Inde 28. Jan. 1818. nominatur in Zseliz, ubi † 4. Nov. 1837. Fuit cottus Hont. et Bars. tabulae jud. assessor et conv. s. Benedicti de juxta Grón conventualis.

Horváth Paulus, Joannes Bapt. 11. Jun. 1697. investitus parochus in Nagyhind. Hinc 9. Nov. 1699. in oppido Verebély. Inde 12. Maji 1702. in Szklabonya. Exhinc 6. Jun. 1705. investituram accepit in Rimócz, cum Sipék et Lacz. Inde 1. Maji 1706. iterum in Szklabonya. Exhinc vero 28. Maji ejusd. a. in Karancs-Ságh. Inde 16. Maji 1707. in oppido Nagy-Salló. Ibidem ecclesiam et parochiam occupatam tenebant asseclae helv. conf. Usque 1710. ibidem activus erat.

Horváth Petrus. Theologiam cum tertio a. in seminario generali 1771. absolvit. 28. Aug. ejusdem a. pro cooperatore ad Diószegh missus. Hinc transivit ad Vadkert. 1774. factus parochus in Bolg. (Ipoly-Bolyk) quacum incorporatus dioecesi Rosnaviensi.

Horváth Petrus. Prius Benedictinus. 23. Nov. 1780. investitus parochus in Bussa, ubi 1787. parochia stabilita. Is, ecclesias in matre et filia Csátár ac domum parochialem a 24. Apr. 1797. usque 14. Oct. 1798. aedificavit. Et quidem ecclesiam pro 6700. fnis. Usque 1802. ibidem operatus est. Restituto ordine s. Benedicti ad monasterium reversus est.

Horváth Petrus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1799. terminavit. Cooperatorem egit Comaromii, ab 1803. in Muzsla. 12. Dcc. 1804. missus pro admin. ad Ipoly-Szécsénke, quam 1812. resignavit. Instituto emeritorum parochorum aggregatus. † 30. Apr. 1816. in Negyed.

Horváth Rudolphus. Natus 10. Sept. 1831. Kolthae in cottu Komárom. Philosophiam Tirna-

viae, theologiam Strigonii absolvit. 29. Jul. 1855. ordinatus est. Fuit cooperator in Sellye, qua talis interim. admin. in Eperjes. Subin ab 1856. coop. in Szárazpatak. A m. Nov. 1861. admin. in Ószuszkó. Hinc 4. Nov. 1862. obtinuit parochiam in Schweinsbach.

Horváth Rudolphus. Natus 13. Apr. 1863. Theologiam in Pázmáneó 1885. absolvit. 30. Sept. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Komárom-Szent-Péter, ubi una a 30. Nov. ejusdem a. usque 4. Febr. 1886. int. admin. egit. Abhinc coop. in Érsekujvár. Ab 1887. Strigonii in l. r. citte.

✓ **Horváth Stephanus.** Theologiam qua casista in seminario s. Adalberti absolvit. 6. Maji 1687. investitus parochus in Vagyócz. Hinc 21. Apr. 1691. in Veszéle. Inde 21. Apr. 1693. in Krakován. Ubi 1697. Josephus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho sic: Annor. 40. in parochiis 15. hic 4. annis. Ibidem usque 1697. activus erat.

Horváth Stephanus. 22. Sept. 1721. investitus est qua primus parochus in neo-erecta exemta parochia Pécsvárad, sed brevissimo tempore hoc beneficium tenuit, nam eodem a. successorem nactus.

Horváth Stephanus. Nobilis natus in Sztrazsa ad Sasvár. Studia Viennae in monasterio Carmelitarum absolvit, tum per breve Clementis XIV. qua ecclesiasticus debite saecularisatus, primum in partes Italiae delatus, postea in patriam reversus, ADioecesi Strigon. ingremiatus. 1777. capellanus aulicus Josephi l. b. Horeczky et una cooperatores in Rohó, ab 1782. cooperatores Holicsii et ab 1783. in Búr-Szent-Miklós. Hinc m. Maji 1784. parochus in Chropó, ubi cum parochianis propter denegatos labores campestris ad quos semet occasione erectionis parochiae obligarunt, continuis discordiis fuit expositus, ideo 21. Maji 1787. per cambium cum Joanne Nádaszky transivit ad Turóluka. Ibi 13. Sept. 1788. peracta visitatio canonica Batthyanyiana, in qua aetatis 50 esse notatur. 2. Febr. 1790. parochiam resignavit. † 14. Oct. 1791. Szobotistii.

Horváth Vendelinus. Natus 17. Oct. 1841. Theologiam Strigonii absolvit et qua quartiannita 27. Febr. 1867. ordinatus est. Cooperatorem egit in Mocs, ab 1868. in Kemencze, ab 1872. in Szölgyén. 1875. constitutus administrator in Ipoly-szécsényke. Hinc ab 1890. parochus in Csúz.

Horváthovics Franciscus. 7. Mart. 1681. investitus parochus in Jolsva, qui 1684. per rebelles ita spoliatus fuit, ut mendicando vivere debuerit. 1687. resignato beneficio ad seminarium s. Emerici deficientium Tirnaviae recessit, ubi † 8. Mart. 1752. Aetatis 94.

Horváthovics Georgius. Theologiam cum secundo a. in Pázmáueo 1673. terminavit. 9. Maji ejusd. a. investitus parochus in Jolsva, ubi usque 1681. operatus est. A mense Majo 1689. fuit parochus in Bajna, cottu Strig. ubi simul munus VADni gessit.

Horváthovics Michael, Gabriel, Paulus. Nobilis Levensis. E collegio generali 1702. baccalaureus, 1703. magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario cum quarto a. 1707. absolvit. 6 Jul. 1708. investitus parochus in Nagy-Emöke. Hinc 5. Jan. 1709. in Nádas, in cottu Posen. ubi eodem a. restaurata fuit ecclesia. 5. Apr. 1714. investitus parochus in Holics. Quae talis eodem a. in universitate Tirnaviensi pro doctoratu ss. theologiae inter quinque concertantes primam lauream adeptus est. † 24. Mart. 1722. Aetatis 39.

Horváthy Carolus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáueo 1779. terminavit. Cooperatorem egit in Baka, ab 1780. Tirnaviae. Hinc m. Aug. 1789. obtinuit parochiam in Zsemlér, ubi sub illo ecclesia aedificata fuit. † 12. Febr. 1807. ibidem.

Horváthy Franciscus. Natus 30. Oct. 1803. Theologiam cum quarto a. Pestini 1826. terminavit. 1827. in instituto presbyterorum transegit Strigonii et 30. Maji ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Köhid-Gyarmat. 1830. factus parochus in Helemba. Hinc 9. Apr. 1834. per cambium cum Josepho Csicsmanczay transivit ad Óhaj. 4. Jan. 1845. accepit praesentam pro Bussa, sed illam jam 7. Febr. ejusdem a. resignavit, remansitque in Óhaj. 7. Sept. 1848. praesentatus in Nadlány, ubi † 16. Apr. 1850.

Horváthy Paulus. Natus 1. Aug. 1766. in Kis-Kereskény. Theologiam cum quinto a. qua theologus practicus in semin. generali Posenii 1789. terminavit. Cooperatorem egit in Léva. Hinc 24. Aug. 1790. constitutus admin. in Füzes-Gyarmath. Inde 26. Febr. 1798. transivit pro admin. ad Köbölkút, ubi 19. Apr. ejusdem a. praesentatus. † 25. Apr. 1805. ibidem.

Hossek Joannes, Josephus, Franciscus. E seminario Mariano 20. Mart. 1706. ordinatus. 5. Maji 1707. investitus parochus in Keresztur, ibidem † et 18. Apr. 1709. sepultus.

Hoszik Emericus. Theologiam cum quinto a. qua theologus practicus in semin. gener. Posenii 1789. absolvit. 1790. in domo presbyterorum morabatur Tirnaviae. Hinc cooperator in l. r. citte Strig. inde 24. Jun. 1793. admin. Bajnae in cottu Strig. ubi 12. Oct. ejusdem a. parochus praesentatus. 1819. VADnus in distr. Bajóth. 1830. canonicus Poseniensis nominatus, ideo 1831. beneficium resignavit. † 16. Apr. 1835. ibidem.

Hottovinszky Carolus. Natus 21. Oct. 1841. Theologiam Strigonii absolvit. 2. Aug. 1868. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vajka. Mense Aug. 1870. constitutus est int. admin. in Hidas, usque m. Nov. ejusd. a. Abhinc cooperator in Tallós, ab 1871. in Ipolynyék, ab 1872. in Balassa-Gyarmath, 1877. admin. in spir. et temp. ibidem, ubi 16. Febr. 1884. praesentatus est parochus. Eodem a. turris ecclesiae lamina cuprea provisiva et ecclesia exstus restaurata pretio 4000 flnor. Notarius et spirit. districtus. Sororum charit. confess. ord.

Hozlpeck Ignatius, Franciscus. Szokoliensis e cottu Nitr. Qua alumnus seminarii Mariani 1728. baccaluureus et 1729. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1733. absolvit. 29. Maji 1734. investitus parochus in Vizsoka. 1736. transivit ad Bélabánya, ubi 13. Jul. 1737. investitus est. Tunc cum acatholicis controversia versabatur, quia hi praetendebant commune coemeterium cum catholicis. 1740. ad exc. consilium gravamina proposuit contra parochianos suos. Fuit protonotarius apostolicus Fine m. Oct. 1741. factus canonicus Nitriensis. Fecit foundationem missarum pro seipso celebrandarum.

Hönig Vilhelmus. Natus 16. Febr. 1832. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1854. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nyergesujfalu, ab 1855. Schemnicii. 1859. factus parochus in Szent-Antal. Ab 24. Maji 1887. VADiaconus distr. Schemnicziensis. Ad preces ejusdem, patronus 1871. et 1872. e fundamentis novam parochiam erexit, quam puteo et reclinatoriis providit. Parochus ad augendum nitorem harum aedium non parum contulit. Hinc. 1890. transivit ad Garam-Ujfalú, retento munere VADni. Est simul penes gymnasium Levense et instit. stat.

praep. commiss. AEppalis, sororum charit. Levensium confess. extraord.

Hörvek Franciscus. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Poseniensi 1797. terminavit. 1798. ordinationem Tirnaviae expectavit. Cooperatorem egit Posenii in Blumenthal. Hinc 1802. exivit pro admin. in Máriavölgy, ubi 30. Nov. 1802. parochus nominatus est. 1804. statio cooperatoris ibidem stabilita. 1823. resignavit hoc beneficium et instuto emeritorum parochorum adlectus, victitabat Posenii, ubi † 4. Maji 1831.

Hrabovszky Antonius, Ignatius, Josephus. Trencsiniensis, fuit 1747. alumnus semin. Budensis Széchényiani. 5. Maji 1749. missus pro cooperatore ad civitatem Rosenbergam. 15. Jun. 1751. investitus parochus in Liptó-Szent-Erzsébet, ubi † 10. Maji 1768.

Hrabovszky Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poseniensi 1796. absolvit. Hinc cooperatorem egit in Bajna cottu Strig. Inde 17. Febr. 1801. investitus est capellanus localis in Alsó-Szemeréd, cui mox renunciavit, ulterius remanens in Bajna. Brevi pro tempore transivit ad Komárom-Szent-Péter, inde 1. Oct. 1805. parochus in Ó-Gyalla. 1809. resignavit beneficium et recessit ad Bajna, ubi † 25. Dec. 1810.

Hrabovszky Josephus. Trencsiniensis. In universitate Tirnaviensi 1752. baccalaureus et 1753. magister philosophiae. 27. Febr. 1757. missus ad Balassa-Gyarmath pro cooperatore 2. Sept. 1757. ad Szenicz, 6. Aug. 1761. ad Szered. Hinc 10. Sept. ejusdem a. investitus parochus in Alsó-Merasicz. Inde 17. Mart. 1764. transivit ad Nagy-Rippény. Jam 22. Jun. ejusd. a. etiam in Nagy-Paka. Inde 21. Jan. 1772. in Duna-Szerdahely, ubi † 7. Jun. 1784.

Hrabovszky Paulus. Theologiam cum quarto a. in seminario generali 1781. terminavit Budae. Cooperatorem, egit in Balassa-Gyarmath, ab 1784. in Nyék. 30. Nov. ejusdem a. investitus parochus in Csall. Inde m. Maji 1789. in Kis-Tapolcsán. Hinc 16. Maji 1797. demum in Kis-Apáthi. Ibi 15. Oct. 1819. per grande incendium damna perpressus. † 14. Jun. 1825. Fuit strenuus defensor jurium parochialium, qua de causa saepius debuit beneficia mutare.

Hrachovszky Leopoldus. Natus 15. Nov. 1817. in Kopcsán. Theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jul. 1844. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Jác, et Egbel, quinque annis. Hinc int.

administrator in Broczkó, serius in Egbel, tandem in Kuti. 4. Dec. 1856. investitus in Nagy-Koválov. Hinc 20. Jul. 1871. transivit ad Stepanó. Inde vero 21. Jul. 1875. praesentatus in Búr-Szent-Miklós. 1882. munere VADni ord. districtus Szent-Jánosensis condecoratus. 28. Maji 1888. instituto s. Adalberti aggregatus, victitabat in Sasvár. † 4. Mart. 1890.

Hradeczky Joannes. 10. Jun. 1724. ordinatus. 14. Sept. ejusdem a. investitus parochus in Turán, ubi usque 1730. operatus est.

Hradessány Georgius. Fuit ab 1651. usque 1653. parochus in Pernek. Hinc transivit ad Gajar.

Hradil Ignatius. Natus 15. Mart. 1836. in Pravschitz in Moravia. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii terminavit. 27. Jul. 1863. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ó-Bars. 21. Oct. 1868. praesentatus, 10. Dec. ejusdem a. investitus parochus in Bakabánya.

Hradistenus Philippus. Occurrit 1647. licentiatius in Patak. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto.

Hradicsay, vel Hradistay Georgius. E seminario s. Adalberti 19. Sept. 1693. ordinatus. 20. Sept. 1685. investitus parochus in Prencsfalu, ubi usque 1702. activus fuit.

Hradnay Georgius, vide Hadányi.

Hranyák Andreas. Ardanóczensis, ex cottu Nitriens. 7. Nov. 1729. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 25. Oct. 1733. ordinatus. 9. Nov. ejusdem a. investitus parochus in Felső-Sipék, ubi † 1735.

Hrebitsek Stephanus. Natus 21. Jul. 1810. in Szobotist. Theologiam in seminario Mariano 1834. terminavit. 29. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Somorja, ab 1835. in Holics. Mense Majo 1846. admin. factus in Csári, ubi m. Oct. e. a. investitus parochus. Hinc 20. Nov. 1855. praesentam accepit pro Broczkó. Inde 1859. transivit ad Sasvár. Ibi simul decanus et altariae s. Antonii rector. Ab 1864. abbas s. Augustini de Colocza. 8. Sept. ejusdem a. Joannes card. Scitovszky in praesentia ingentis multitudinis devotorum, occasione trisaecularis jubilaei loci thaumaturgi, miraculosam imaginem coronavit. † 24. Aug. 1866. (A sasvári Búcsú-Járat. 56.)

Hresta Emericus, Joannes, Martinus. 24. Apr. 1670. investitus parochus in Nyitra-Pereszlény. 19. Apr. 1673. investitus Szalatnyensis in cottu Hont. Nunc filia ad Egegh.

Hriagyel Martinus, Antonius. Egegiensis ex cottu Hont. 1721. Dec. 9. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Theologiam ab 1724. in seminario Mariano cum quarto a. 1727. absolvit. Jam 26. Mart. 1725. ordinatus est. 9. Aug. 1727. investitus parochus in Sajó-Püspöki. Ibidem 1733. visitatio Illyésiana fuit peracta, in qua de parochus sic notatum: «Aetatis 62. Ejus vita et mores ecclesiastico digni. Domus parochi lignea, eget reparatione. In conclavi parochi omnia disjecta.» † 15. Jan. 1763. Agriae.

Hriankay Stephanus. Fuit Societatis Jesu. Ante hujus suppressionem concionator collegii Szakolczensis. Postea aggregatus sacerdotibus ADioec. Strigon. A 10. Maji 1778. parochum egit in Verbócz, 1779. in coena Domini ecclesia incendio vastata. Beneficium hoc m. Julii 1788. resignavit et pensione donatus recessit ad Vág-Besztercze, ubi † 31. Dec. 1794.

Hribovszky Joannes. 27. Apr. 1703. investitus parochus in Árva-Váralja. Hinc 1709. transivit ad Rabcsicza, ubi 19. Febr. 1710. investitus est. Hinc 17. Oct. 1712. in Bohunicz, ubi 6. Dec. 1721. successorem nactus.

Hricovszky Paulus. Rajecziensis ex cottu Trencsiniensi. 19. Nov. 1747. pro logica ad alumnatum Budensem, Széchényianum missus. 29. Oct. 1752. ordinatus. 28. Apr. 1751. jam applicatus pro cooperatore Szeniczii. 20. Jan. 1752. vero Szakolczae. Hinc 13. Jun. 1753. investitus parochus in Kápolna, ubi † 30. Mart. 1755.

Hricza, vel Hrnicza Martinus. Stepanoviensis. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1742. baccalaureus, 1743. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in seminario s. Adalberti 1746. terminavit. 25. Apr. ejusdem a. pro cooperatore Bazinium missus, ast jam 4. Nov. ejusdem a. investitus parochus in Pernek. Ibi 1755. Joannes Galgócy peregit visitationem, qui de parochus dicit: «Annor. 35. Vitae exemplaris.» † 18. Dec. 1757. repente in Szent-György.

Hrizlakovics Joannes. Banhidensis in cottu Comar., aut Váradiensis. 6. Nov. 1722. susceptus in alumn. Budensem Széchényianum. Qua alumnus semin. Mariani 1724. baccalaureus et 1725. magister philosophiae, in quo et theologiam cum secundo a. 1727. absolvit. 25. Jul. 1730. investitus parochus in Füss. 1740. capella in domo Josephi Bencsik erecta. Munere VADni districtus

Verebély condecoratus. † 6. Febr. 1748. in Podrecsán.

Hrizlakovics Joannes, Josephus. Istvánfalvensis. 3. Nov. 1731. indutus cerulea, in alumnatu Budensi Széchényiano, deposita nigra Tirnaviensi. 25. Oct. 1633. ordinatus. 27. Mart. 1735. investitus parochus in Felső-Sipék. Hinc 19. Maji 1737. in Koss. Inde 6. Oct. 1743. in Csetnek. Multa discrimina habuit cum acatholicis, qui ambas ecclesias catholicorum possidebant. † 26. Aug. 1747. ibidem.

Hrizlakovics Joannes. Bánhegyiensis ex cottu Comar. 27. Febr. 1741. susceptus in alumnatum Budensem. 1742. missus pro cooperatore ad Sasvár. 26. Nov. 1750. investitus parochus in Turócz-Szent-Ilona, ubi usque 1753. activus erat. 1. Jul. 1756. missus pro cooperatore ad Báb. 29. Aug. ejusd. a. investitus in Nagy-Bresztován, ubi † 15. Jan. 1766.

Hrmo Martinus. Natus 3. Nov. 1796. in Nagy-Lovcsa. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 19. Maji 1824. ordinatus est. Agendo cooperatorem in Visegrád, Kövesd, Bakabánya, Szomor, Garamujfalu, Garamszöllös, ubi potissimum infirmos parochos supplevit. Insuper in Ó-Bars et Kis-Tapolcsány. 20. Febr. 1829. administrator constitutus in Fenyő-Kosztolán, pro quo beneficio 1. Mart. ejusd. a. praesentam accepit. Hinc 27. Oct. 1865. transivit ad Bánkeszi. Inde 19. Maji 1874. assumtus est ad institutum s. Adalberti. † 23. Maji 1877. Nitriae.

Hrnicza Martinus, vide Hricza.

Hrochovszky Balthasar, Neosoliensis. Occurrit 1580. parochus in Tepla. 1581. Christophorus Kubinyi cryptam in ecclesia parochiali erigi atque illam insigni gentilitio inscriptioneque, cum a. positionis provideri curavit.

Hromadka Andreas. 3. Sept. 1742. investitus parochus in Kis-Palugya. 17. Aug. 1750. in Bobrócz, ubi usque 1756. operatus est.

Hromkó Stephanus. 3. Jul. 1691. exmissus Scepusium cum investitura pro indifferente parochia. 1700. occurrit parochus oppidi Svedlér, ubi eodem a. Joannes Sigray peregit visitationem. Qui dicit: «Lutherani hujus oppidi sunt valde refractarii, contumaces et inobedientes, quia habent suos fautores in camera Cassoviensi, qui ipsis favent plus quam deberent. Unde parochus loci nunquam est securus de sua permansione.»

Hruska Adalbertus. Natus 27. Jul. 1861.

Theologiam Strigonii 1844. absolvit et 1. Sept. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont. Ab 1885. in Ó-Bars. Ab 1891. parochus in Fenyő-Kosztolány.

Hruskay Thomas. 20. Febr. 1749. missus pro cooperatore Prividiam. 11. Jan. 1751. investitus parochus in Lutilla. Hinc 16. Oct. 1754. in Turócz-Szent-Mária. Inde 15. Maji 1760. in Felső-Zelle. Ibidem 1765. ecclesia restaurata 6. Apr. 1767. inquisitio contra illum mota. Jam 1768. ad deficientiam missus, sed tamen usque 1778. exhaesit in beneficio. Tunc qua emeritus parochus Tirnaviae consedit, ubi † 3. Apr. 1795.

Hruskovics Georgius, Josephus, Emericus. 9. Jun. 1748. Prividiam pro cooperatore missus. 20. Febr. 1749. investitus parochus in Pritrsd, nunc Ószuszkó. Hinc 18. Maji 1751. in Nádas, in cottu Poson. Demum 1759. transivit ad Dejte, ubi † 3. Maji 1776.

Hruskovics Joannes. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1641. terminavit. 29. Jan. ejusd. a. investitus parochus in Aranyos-Maróth, ubi 1674. Andreas Péterffy peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod sit 32. annorum. Habet domum incommodam. Operatus est ibi usque m. Aug. 1678.

Hubáczy Paulus. Fuit ab 1655. usque 1656. parochus in Tótgurab.

Hubatius Joannes. Occurrit 1629. parochus in Sárffő, qui cum socio suo 23. Sept. ejusdem a. examinavit testes, quidnam milites perpetrarunt, quomodo templum intrarunt, ibidem cistas incolarum effregerunt. Item, quod res e sacrario sacerdos quidam Italus ad parochiam deportaverat.

Hubatius, rectius Hubacs Joannes. Szakolcensis. In universitate Tirnaviensi 1671. baccalaureus, 1672. magister philosophiae. 31. Maji 1675. investitus parochus in Hajnik. Hinc 1677. transivit ad Nagy-Lovcsa, ubi 30. Jul. 1678. investitus est, sed adhuc hoc anno abivit. 23. Mart. 1681. investitus in Búr-Szent-György. Hinc 1682. transivit ad Dojcs, ubi usque 1690. activus erat. 3. Dec. 1691. investituram accepit pro Sándorf. Hinc 2. Maji 1698. in Nahács, ubi usque 1706. operatus est, tunc ad deficientiam missus, ubi etiam vita functus est.

Hubatius Michael. 5. Maji 1675. investitus parochus in Hajnik, ubi eodem adhuc mense operari desinit. Secutus est illum Hubatius Joannes, quocum identicus esse videtur.

Huber Georgius, vide **Fluber.**

Huber Mathias. Natus 16. Febr. 1796. Szakolczae. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1818. absolvit. 15. Apr. 1819. ordinatus est, quam Szakolczae expectavit. Hinc herulorum Caroli Starhemberg praefectum egit Posonii. 1822. iterum Szakolczae morabatur. Eodem a. factus cooperatore in Sasvár, sed jam sequenti iterum Szakolczam reversus. Ab 1824. cooperatore in Modor, ab 1827. in Gajar. 1828. adeptus parochiam Jakabfalva. Ob afflictam valetudinem 1. Aug. 1853. beneficium resignavit et 2. Nov. ad lares paternos recessit, ubi † 24. Sept. 1856.

Hubert Josephus. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1804. terminavit. Cooperatorem egit in Egerszegh et Cseklész. Ab 1808. capellanus in aula serenissimi archiducis Caroli Ambrosii Primatis et AEppi. Ab 1809. nob. in-surr. Hung. I. leg. equestr. Poson. capellanus castrensis. Ab 1810. in lyceo AEppali Tirnaviae matheseos professor, una in seminario B. M. V. studiorum praefectus. Ab 1815. vero in eodem lyceo theologiae dogmaticae professor p. o. 13. Nov. 1816. praesentatus parochus in Ebed, quam 1819. resignavit et instit. emer. parochorum adscriptus morabatur in Elefánt, ubi † 30. Apr. 1822.

Hubert Stephanus. Qua scholasticus S. J. Tirnaviae rhetoricam absolvit. Post cassationem Strigonii docuit. In Pázmáneó cum quarto a. 1781. theologiam absolvit. Hinc applicatus apud s. sedem Tirnaviensem qua notarius et archivarius, sed mox cooperatore in Hédervár, ab 1783. in Vásárút. 4. Maji 1784. parochus in Jóká. † 16. Jan. 1799. Erat vir statura pusillus capillis subrufus, vultu oblongo, fere pallido, robore virium admirando. Septem linguas bene loquebatur. Librorum suorum, quibus bibliotheca referta est, succum memoria tenebat. Mortuus est plus animi, quam corporis infirmitate.

Hubovszky Josephus, vide **Hribovszky.**

Hucsekovicus Michael. 9. Jul. 1740. investitus parochus in Chrenócz, ubi † 26. Apr. 1761.

Hudák Joannes. E seminario generali 8. Apr. 1764. missus Scepusium in curam animarum. Cooperatorem egit in Olasz. Ab 1773. parochus in Nagy-Szalók, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Hudák, vel Hudakovicus Stephanus, E seminario s. Stephani 16. Apr. 1672. ordinatus. 3. Jun. ejusdem a. investitus est parochus in Alsó-

Rakoncza. Hinc 25. Jul. 1675. in Felső-Sipék et Tészér. Inde 23. Mart. 1680. in Velcsicz, ubi usque 1681. activus fuit.

Hudecek Mathias. Fuit parochus Gölniczensis, ubi † 13. Mart. 1769.

Hudelovics, vel Hugyelovics Joannes, vide Kudelovics.

Hug Joannes, Jacobus. Occurrit 1647. parochus in Jano- et Nova-Lehota. Nominatur in catalogo cleri eodem a. jussu Georgii Lippay confecto. Tunc etiam Matthaeus Schlegel visitationem peregit, qui de parochia ait: «Theologus unius a. Aetatis 30. Sacerdotii 5. Hic tribus mensibus. Praeter synodale habet omnes necessarios libros.»

Hugina Andreas. Occurrit 1648. et 1657. parochus in Szielnicz. Fuit simul VADnus et conventualis de Turócz. (Schemat. hist. Neosol. 1876 96.)

Hukarius Joannes. Fuit ab 1678. usque 1684. parochus Levensis.

Hulényi Alexander. Natus 17. Jul. 1808. in Vittencz. Philosophiam Tirnaviae, theologiam in Pázmáneó 1832. absolvit. 7. Sept. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit Modrae, ab 1834. Galgóczii. 1842. obtinuit parochiam Brezován, 1853. resignavit illam curandae valetudinis causa. Pensione donatus Posonii morabatur, ubi † 5. Aug. 1875.

Hulik Joannes. Theologiam cum cursu morali in seminario s. Stephani terminavit. 29. Maji 1713. investitus parochus in Lédecz, cum filia Ghymes. Eodem a. visitationem peregit ibi Joannes Bublovics, qui de parochia notavit, quod sit 24. annorum. Incepit matricam scribere. Hinc 21. Apr. 1719. investitus in Nádszeg. 1721. inquisitio fuit peracta desuper, quinam ecclesiam aedificaverint. Ex fassione testium prodiit, quod olim exstitit ibidem lignea ecclesia catholica, verum in hujus loco, ex industria parochi nova fuit structa per catholicos. 1731. peregit ibidem Joannes Jelenffy visitationem, qui de parochia sic: «Annor. 41. quoad functiones parochiales satis facit muneri suo.» 20. Maji 1739. accepit investituram pro Vizkelet, nunc Hidaskürt, ubi solatium nactus est spirituale in conversione plurimorum acatholicorum. 13. Jul. 1753. resignavit parochiam, sed mansit in Vizkelet, ubi etiam † 13. Oct. 1755.

Hulik Martinus. Theologiae secundum a.

in seminario s. Stephani 1690. absolvit. 18. Apr. 1699. ordinatus est. 25. Jul. ejusd. a. investitus in Nagy-Szuha. Hinc 6. Jul. 1712. in Ocsova. Inde vero 9. Maji 1719. in Felső-Ludány, ubi usque 1723. operatus est.

Hulimann Josephus. Natus in Szakolcza. 1763. susceptus rhetoricam Posonii, logicam in semin. s. Stephani, physicam, dein theologiam in seminario Széchényiano Budensi absolvit. 6. Jan. 1770. factus cooperator in Sasvár. Post quatuor annos transivit ad Radossócz, ubi infirmum parochum supplevit. 27. Jun. 1777. investitus parochus in Nagy-Rippény. Inde transivit 1778. ad Dojcs. Hinc 5. Apr. 1782. investitus in Broczkó. Ibidem 29. Sept. 1788. peracta fuit visitatio canonica Batthyanyiana, in qua de parochia notatum, quod inchoet 50. a. aetatis. Domum parochialem recenter erectam habet. † 10. Jul. 1813. ibidem.

Hulimann Mathias. Theologiam qua speculativus in Pázmáneó absolvit. 4. Apr. 1712. investitus parochus in Pöstyén. Ibidem 1713. Paulus Zichy peregit visitationem. Hinc 28. Mart. 1715. in Ardanócz, ubi usque 1725. operatus est.

Hulinay Georgius. Szlascensis in cottu Bars, 1. Nov. 1732. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum. Ab 1737. fuit usque 1754. parochus in Szob. 28. Maji 1755. investitus parochus in Szent-Ilona, ubi † 9. Nov. 1774.

Hulják Josephus. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1819. terminavit. 1820. accomodationem expectavit Rajeczii. Cooperatorem egit in Ujvároska, ab 1821. in Sasvár. 1829. parochus in Hidegkút. Hinc 1831. transivit ad Nagyjác. Inde vero 20. Febr. 1836. ad Nadlány, ubi ab 1846. VADnus et schol. nat. insp. districtus Nagy-Tapocsány. † 27. Apr. 1848. Aetatis 58.

Hulka Joannes. 7. Oct. 1741. investitus parochus in Aranyos-Maróth. Hinc 22. Dec. 1750. in Prassicz. † 19. Mart. 1751. ibidem.

Hulka Martinus. 15. Nov. 1755. missus ad Balassa-Gyarmat pro cooperatore. 11. Dec. 1756. investitus parochus in Alsó-Esztergály, ubi † 10. Maji 1758.

Humay Franciscus, Joannes. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 5. Jun. 1676. investitus parochus in Nagy-Kosztolány, ubi usque 1684. morabatur. 24. Apr. 1687. in Jasztraba. Hinc 1690. transivit ad Felső-Micsinye. Inde 6. Apr. 1696. investitus in Szielnicz et Badin, ubi 15.

Nov. 1702. iterum investitus Hinc 29. Apr. 1706. in Valkócz, nunc filia ad Nemcsény. 7. Oct. 1709. in Zsákócz, ubi ipsius investitio 18. Jul. 1711. iterata fuit, tunc una et Komjáthna accepit, ubi usque 1714. in Zsákócz vero usque 1719. operatus est.

Humay Georgius. 7. Sept. 1678. investituram accepit pro aliqua indeterminata parochia in districtu s. Crucis in cottu Bars.

Hunger Joannes, Henricus. 9. Sept. 1686. investitus licentiatus in Németh-Próna una et in Tót-Próna, ubi inter acatholicos continuis rixis expositus fuit. 1688. in Ujbánya, — expedito ultimo ministro Lutherano, per militem caesareum, — introductus, ubi usque 1689. operatus est.

Hunger Josephus. 11. Nov. 1688. usque 23. Dec. 1690. parochus in Bélabánya. Fuit ss. theologiae doctor.

Hunyáczky, vel Hunicz Paulus. 8. Febr. 1704. investitus parochus in Velkopole, ubi 1707. operatus est.

Hurta, vel Hürtóczy Joannes. Natus in Bars-Szent-Kereszt. Qua alumnus coll. gen. 1679. baccalaureus, 1680. magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario eodemque a. inchoavit et jam m. Apr. 1681. ordinatus est. 8. Dec. 1686. investitus parochus in Vieszka. 26. Sept. 1688. in Szent-Ilona. Hinc demum 7. Apr. 1690. in Lutila, ubi usque 1696. operatus est.

Hurtha Mathias. Fuit ab 1737. usque 1740. parochus in Libetbánya.

Hury Georgius. E praefecto comitelli Antonii Berchtold 18. Febr. 1766. investitus parochus in Nagy-Födemes. In sequelam relationis de 30. Maji 1783. per Joannem com. Pálffy factae, contra illum inquisitio mota. † 20. Mart. 1784. Posonii.

Hury Joannes. Natus in Szerdahely. Qua alumnus seminarii Mariani 1748. baccalaureus et 1749. magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario cum quarto a. 1752. absolvit. 19. Jan. 1753. Strigonium missus pro cooperatore. 8. Apr. 1755. investitus parochus in Szakál. Hinc 31. Oct. 1757. in Bajna in cottu Strig. 27. Mart. 1759. petiit facultatem benedicendi oratorium in Szomor filiali sua, a quatuor helv. conf. hominibus, reliquis a domino terrestri Michaele Sándor dimissis, sponte resignatum. Hujus memoriam inscriptio ecclesiae sic conservavit: «HAEC AEDES NVPER SPECVS RVRSVS EX TENEBRIS IN PE-

TRAM XTI SVRREXIT.» Ibidem 1767. conscriptio pro informatione fuit peracta. 11. Mart. 1773. installatus canonicus Posoniensis. Factus ibidem praepositus s. Sapientiae de Titel. † m. Jun. 1785.

Hury Paulus. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó 1770. absolvit. 21. Dec. ejusdem a. applicatus est praefectus herulorum Francisci Szent-iványi in Varbó, tardius apud Georgium comitem Csáky. Hinc 13. Nov. 1772. investitus parochus in Nagy-Abony, ubi aliquem percussit et mulctatus est. Inde 13. Jan. 1773. investitus in Bajna in cottu Strig. Inde 4. Jul. 1793. Comaromii. Canonicus Paulus Beznák qua commissarius, sublato ord. s. Benedicti ecclesiam s. Andreae et inventarium civitati 25. Nov. 1799. resignavit. † 26. Mart. 1800. ibidem.

Husch Franciscus, Mathias. Fuit ab 1710. parochus in Misérd. 2. Jul. in festo Visitationis B. M. V. ejusdem a. ecclesia parochialis e manibus acatholicorum erepta est. 1713. successorum nactus.

Husinecensis Philippus. Bohemus. 1614. occurrit parochus in Nahács. Qui 25. Oct. ejusdem a. reversales dedit, quod nunquam concubinam servaturus sit, et quidem sub juramento, ut secus puniri possit ubicunque.

Huszák Ignatius. Mense Apr. 1679. investitus parochus Micsinensis, ubi usque 1688. operatus est.

Huszák Joannes. 25. Mart. 1673. ordinatus ad mensam AEppi. 28. Apr. 1684. investitus parochus in Turóluka. Hinc 1. Maji 1687. in Csermend. Inde 28. Jun. 1688. in Paraszt-Dubova. Demum m. Mart. 1690. in Tardos, ubi 1697. successorum nactus.

Huszár Abrahamus. Fuit 1647. parochus in Némethi in cottu Hont. cum filiabus Domanyik et Rákócz. Notatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto. 1657. fuit parochus in Thaszár, ubi eodem a. Andreas Szily visitationem peregit, qui de parcho sic: «Anno- rum 44. Sacerdos 20. Casista. Slavus. Probatae conversationis et vitae.» 22. Apr. 1663. investitus in Lutila, ubi usque 1670. operatus est.

Huszár de Regócz Alexius. Szucsánensis ex cottu Thurócz. 1. Aug. 1756. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 23. Jan. 1759. ordinatus. 20. Nov. 1761. missus pro cooperatore ad Pobedim. Inde 30. Jul. 1764. vero ad Vág-

ujhely. Hinc 20. Sept. 1770. investitus parochus in Broczkó, ubi † 9. Mart. 1782.

Huszár Andreas. Theologiam 1740. absolvit. A m. Apr. 1743. parochus in Nagy-Bárkány. Inde 16. Sept. 1745. investitus in Alsó-Győröd. Hinc 3. Sept. 1754. investituram accepit pro Egegh, sed jam 11. ejusdem m. et a. hoc beneficium resignavit permanens in pristino loco. Inde 15. Dec. 1756. investitus in Nagy-Kálna, ubi † 27. Jul. 1770.

Huszár Emericus. Nobilis Szent-Keresztensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1738. magister philosophiae. 24. Maji 1740. investitus parochus in Felső-Micsinye. Hinc 21. Jun. 1748. in Detva, ubi † 19. Dec. ejusdem a.

Huszár Emericus. Theologiam cum quarto a. in AEppali seminario Pisoniensi 1799. terminavit. Cooperatorem egit in Lédecz, ab 1804. in Zeliz, et ab 1805. in Sasvár. 1807. factus parochus in Galántha. Hinc 1814. in Szebeléb, ubi † 14. Oct. 1830. Fuit cottus Hont. tabulae jud. assessor.

Huszár Georgius. 20. Jul. 1638. occurrit parochus in Bogdány.

Huszár Georgius, Joannes. E cottu Zoliensi oriundus. Qua alumnus semin. s. Stephani 1669. baccalaureus, 1670. magister philosophiae. In eodem seminario, qua niger theologiae studuit ac 18. Dec. 1671. ordinatus est. 23. Jan. 1672. investitus parochus in Kovarcz. Hinc 14. Maji 1688. in Thaszár. Ibidem 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui de parochia sic: «Annor. 64. sacerdotii 42. Habet domum recenter aedificatam.» Fuit una VADnus districtus Kis-Tapolcsány ac Verebély. † 17. Nov. 1713. Aetatis 65. Sepultus in ecclesia 20. Nov. e. a.

Huszár Ignatius. Theologiam cum quarto a. in seminario s. Stephani 1816. absolvit. Cooperatorem egit in Valle Mariae. Ab 1818. Pisonii apud s. Salvatorem. 1819. applicatus est ceremoniarius apud eppum suffr. Joannem Benyovszky Strigonii. Hinc 3. Dec. 1824. praesentatus parochus in Nemcsény, ubi 1825. aedes parochialis aedificata prouti et nunc existit. Fuit notarius distr. Kis-Tapolcsány. † 8. Jan. 1849. ibidem. Aetatis 57.

Huszár Joannes, Antonius. Theologiam cum cursu morali terminavit. 26. Dec. 1711. investitus parochus in Nemcsény, ubi 1713. Joannes Bublovics, visitationem peregit, qui de parochia notavit,

quod sit 27. annor. 1715. residentia parochi ligno fabricata ictu fulminis succensa, combusta, nova itidem e ligno fabricata. Testis desuper trabes magistralis anno 1715. provisa. 1729. resignavit beneficium. E pedibus laborando, in filiali Nagy-Vezekény sedem fixit, ubi † 10. Oct. 1730. et sepultus est. Aetatis 45.

Huszár Laurentius, Joannes. E seminario s. Stephani 1650. ordinatus. Jam 1657. administrator. 24. Apr. 1664. investitus parochus in Némethi in cottu Hont. Hinc 22. Dec. 1666. in Nagy-Lovcsa. Inde 27. Nov. 1669. in Bars-Szent-Kereszt. Ubi incepit matriculas regulariter scribere. Fuit una VADnus. Operatus usque 1686.

Huszár Nicolaus. Pisoniensis. 1755. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 13. Mart. 1759. factus cooperator Vetero-Budae. 13. Febr. 1760. investitus in neo-erecta parochia Szomor, avulsa a matre Bajna. Ecclesia expensis domini terrestres solerter restaurata et hac inscriptione provisa: «PIA MVNIFICENTIA ILL. D. L. B.» (Michaelis Sándor.) Ecclesia mox indulgentia plenaria provisa. 10. Aug. 1767. in Nyerges-Ujfalú. Eodem a. informatio de parochia confecta. Beneficium hoc 1806. resignavit, ast jam † 29. Nov. ejusdem a. ibidem.

Huszár Paulus. Szucsányensis ex cottu Túróc, perillustris hungarus. 14. Nov. 1733. in alumnatum Budensem Széchényianum susceptus. 23. Sept. 1737. investitus parochus in Turány. Illius investitio 13. Jul. 1768. iterata est. † 17. Mart. 1772. ibidem.

Huszár Stephanus. Natus 13. Aug. 1851. Theologiam Strigonii absolvit et 16. Jul. 1876. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagysúr et Egyházzelle. Ab 1885. parochus in Böös.

Huszkó Martinus, vide Risskó.

Huszóczy Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Pisoniensi 1793. absolvit. Cooperatorem egit in Bozók. Hinc 18. Dec. 1798. praesentatus parochus in Littava. Inde 7. Aug. 1805. in Szenográd. Ab 1827. una VADnus distr. Hont. superior. Bozók. † 24. Jul. 1838. Fuit cottus Hont. tab. jud. assessor.

Husztovics Lucas, Antonius. Theologiae in Pázmáneó studuit. Cooperatorem egit in Szent-Benedek, ubi occasionem habuit cum celebri itinerante Jacobo Tollio conveniendi. (Epist. Itiner. 194.) 4. Aug. 1684. investitus parochus in Sempte. 13. Aug. 1686. in Némethi et Berzencze. Hinc

m. Maji 1689. in Gácsfalva. Inde 20. Jul. 1691. in Nádas in cottu Poson. Exhinc demum 29. Nov. 1695. in Felső-Diós. Ubi 1713. per Emericum Pongrácz visitatio fuit peracta, quae de parochia sic: «Annorum 66. Vir zelo plenus ecclesiasticus bonus et omni honore dignus» † 24. Oct. 1719. ibidem. Fuit conventualis s. Benedicti de juxta Grón.

Hutkay Stephanus. Ex Vajk in cottu Nitr. Philosophiam ac theologiam cum a. quinto in seminario generali Budensi 1782. absolvit. Cooperatorum egit Szokolczae. Ab 1787. fuit parochus in Morva-Szent-János. 1. Aug. 1788. visitatio canonica Batthyányiana fuit peracta, in qua notatur, quod propter exiles proventus cooperatorem non potest providere. 1792. transivit ad Maniga. Ubi 1807. munere VADni districtus Tirnaviensis condecoratus. Hinc, resignato munere VADnali 18. Mart. 1810. investitus in Nagy-Mánya, ubi † 4. Jun. 1824.

Hübner Joannes Nep. Natus 28. Apr. 1836. Theologiam cum quarto a. Strigonii absolvit. Qua diaconus in seminario studiorum praefectum egit. 1. Maji 1859. ordinatus est. Cooperator fuit in Szenicz et Ürmény. 20. Maji 1860. constitutus admin. in Alsó-Jattó, ubi 6. Jun. 1862. investitus parochus. Hinc 2. Jul. 1863. praesentam accepit pro Hidaskürt. Notarius distr.

Hratonics Martinus, vide Hnatovics.

Hyross Carolus. Natus 19. Sept. 1811. Theologiam in seminario Mariano 1835. absolvit et 30. Sept. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Jácz mensibus sex. Dein in Majthény annis octo. 10. Jan. 1844. praesentam accepit pro Alsó-Récsény. Hinc 24. Aug. 1865. renunciatus et 17. Sept. investitus parochus in Bohunicz. † 13. Mart. 1867. ibidem.

Hyross Joannes. Natus in Szent-Mihályur.

1735. collegii Pázmániani alumnus. 21. Apr. 1740. investitus parochus in Almás in cottu Tornensi. Qua talis 27. Sept. 1744. in universitate Tirnaviensi doctor ss. theologiae ritu publico creatus. 26. Apr. 1745. in Hédervár sine praesenta. Ibidem mox munere VADni condecoratus. 1753. actionem habuit contra Michaellem com. Viczay, quod non agnoscat visitationes. 1754. factus canonicus Posoniensis. 1. Aug. 1760. investitus Strigon. 1763. ADnus. Tornensis, 1776. Sasvárensis Fuit etiam abbas s. Petri et Pauli de Tata. Protonot. apost. † 19. Jan. 1780. Tirnaviae. Assignavit dotem pro subsidio parochi et ludimagistri in Szent-Mihályúr.

Hyross Michael. Rosenbergensis ex cottu Liptó. 25. Oct. 1733. ex Emericano ad alumnum Budensem Széchényianum missus. 11. Oct. 1736. pro applicatione in cura animarum ad praepositum Scepusiensem inviatus, ubi beneficium quod habuit amisit et extra illud constitutus † 2. Oct. 1754. Scepusii.

Hyross Sigismundus. Natus 13. Jan. 1817. in Szalka. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1838. absolvit. 1839. et 1840. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 27. Jul. 1840. ordinatus est. Cooperatorem egit in Bart, ab 1841. in Nagyker, 1842. applicatus fuit pro juvamine infirmi parochi in Héreg. 1843. int. administravit parochiam Ipolyfödemes et Ipolyszécsényke. Eodem a. cooperator in Drégelypalánk. Ab 1852. admin. Farkasd et a 7. Jun. 1853. Nagybjacs, ubi usque 26. Sept. 1856. activus erat. Postea curavit valetudinem, qua recuperata missus est ad Lekér, inde admin. m. Oct. ejusd. a. Perezslény, secus remanens in Lekér. Hinc m. Sept. 1869. factus admin. in Zseliz, ubi † 30. Nov. 1876.

I.

Ichnát Andreas. Theologiam cum quarto a. in seminario generali 1768. absolvit. 19. Maji ejusdem a. missus est cooperator ad Liptó-Szent-Mária. Hinc 21. Nov. 1770. investitus parochus in Bodafalva, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Idosca (Pasca). Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos eccl. S. Ladislai de Horuati (Hanoa)

ADtu Hont, (Horváthi, nunc filia ad Gyerk.) Qui juratus dixit, beneficium non valere ultra duas marcas, solvit duodecim grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 191.)

Ignatius. Occurrit 1558. parochus in Koós. De quo visitator a. 1559. notavit: «Qui fuit et superiore a. uxoratus, administrat catholice omnia sacramenta.»

Ikrényi Josephus. Natus 28. Mart. 1834. in Nagysurány. Theologiam in Pázmáneó absolvit et 27. Jul. 1857. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kisapáthi, dein Tirnaviae. 7. Jun. 1864. praesentatus 17. vero e. m. et a. investitus parochus in Koross. Fuit notar. districtus, ab 1890. surr. VADnus distr. Nagytapolcsány.

Ikrényi Michael. Natus 12. Maji 1844. Theologiam in seminario generali absolvit Pestini. 2. Aug. 1868. ordinatus est. Cooperatorem egit Comaromii, ab 1869. Tirnaviae. 23. Oct. 1878. factus parochus in Gerencsér.

Ilkusch Martinus. In academia Cracoviensi ad magisterii gradum 1459. promotus. In astrologia summus artifex. Librum tabularum astrologiarum dono dedit universitati ejati. In hujus libri compositione adiutor fuit Joannis de Königsberg (de Regiomonte) 1467. in arce Strigoniensi operanti. (Magy. Könyvszemle. 1882. 385.) Floruit in universitate Vienensi Martinus Heinzl de Memmingen, s. theol. doctor et ad s. Nicolaum professor, quem doctus Schier identicum esse arbitratur. (Buda Sacra 23.) Hic se munere 1481. abdicavit. 1483. nominatur Martinus, cognomine Ilkusch professor in universitate Budensi, sed non notatur, quod simul parochus majoris eccl. B. M. V. Budensis fuit. (Knauz, Magy. Sion. 1865. 69. et sq.) Juxta Francisci Toldi adnotationem parochi et professoris munus simul gessit. (Magy. Irod. 1851. II. 21.) Imo astrologus ipsius regis Mathiae Corvini fuit (Teleky, XI. 350, XII. 382. Item Csánki, Mátyás udvartartása. Századok, 1883. 570.) Qui, prout abbas Ludovicus Tuberó in suis commentariis (Schwandner, Scriptores II, 114.) ait: «Regi Mathiae, ut vitae cupido et huic vanitati admodum dedito ac omnia ad fatum referenti facile persvaserat, se decennium adhuc victurum. Licet, quum valetudine minus prospera uteretur, nec multum curae in ea poneret, medici illum brevi interitum existimarent.» Meminere ejus acta universitatis Viennensis, (Schier, l. c.) referuntque ipsius potissimum opera 1485. effectum fuisse, ut Mathias, postquam Viennam victor cum regina Beatrice intrasset, universitatem ipsam festiva oratione se studiaque sua devoventem, in choro ecclesiae cathedralis s. Stephani benigne audire voluerit. Epistola, quam 7. Dec. 1487. magistratui Cassoviensi scripsit, testatur quod in universitate Budensi artium et s. theologiae professor fuit, et quod titulo pro-

tonotariali apost. sedis decoratus fuit. (Kapri-nay, Hung. dipl. I. 78. Katona, Hist. crit. XVI. 825.) In literis Angeli eppi Ortani sedis ap. legati 5. Jul. 1490. Budae exaratis testis nominatur. (Kercselich, Hist. Eccl. Zagrab. I. 203.) Mathias rex scripsit pontifici, ob insignia merita ejus velit in Polonia, per mortem Nicolai de Xantz cantoris Quesnensis vacantia beneficia et praebendas canonicales, videlicet in ecclesiis Cracoviensi, Posnaniensi, et Vratislaviensi eidem conferre. (Mon. Vat. Ser. I. T. VI. 250.) Occurrit 1519. Mathias Ilkusch can. Scepus. decret. doctor, Joannis praep. Scepus procurator (Wagner, Analecta Scep. II. 193. et III. 79.) An idem nescimus.

Illia Stephanus. Csepregiensis in cottu Soproniensi, 13. Jun. 1712. susceptus ad seminarium Budense. 14. Jul. 1717. investitus parochus Hárskútiensis. Hinc 10. Jun. 1719. in Almás. Ibi 1725. successorem nactus. 1727. missus pro coadjutore ad Drégely-Palánk. Mense Apr. ejusd. a. accepit parochiam Felső-Thúr, ubi tantum usque m. Aug. operatus est. Ante ipsius adventum et post ejus abitum administrabatur ex Saagh.

Illyés Andreas. Nobilis Transilvanus natus in Csik-Szent-György. Qua alumnus seminarii s. Adalberti 1663. e philosophia promotus. Theologiam Romae absolvit. Reversus in concionibus excelluit. Jam 1668. parochum egit in Vásárút usque 1676. nam 24. Apr. installatus canonicus Posoniensis. Hinc a m. Jan. 1677. admin. in Józka usque m. Apr. 1678. Ibi inter turbulentae sortis homines volens pacifice vivere, frena sua mansuetudine laxabat. In capitulo usque lectoratum promotus. Una praepositus Cibinensis fuit. 19. Jan. 1696. nominatus ac 3. Mart. 1697. consecratus in eppum Transilvaniae. 19. Apr. 1696. jam installatus in praeposituram s. Stephani de castro Strig. et simul in canonicatum metr. eccl., uti etiam in abbatiam Pilisiensem. 13. Maji 1697. pervenit Claudiopolim, postquam integro fere saeculo eppo consecrato Transylvania caruisset. 9. Oct. ejusdem a. Tirnaviam reversus, domum suam altaristicam ss. Trinitatis 1698. reparavit, item 1699. altariam in eccl. s. Nicolai eleganti structura exornavit. 1703. iterum eppatum visitavit residens in Alvincz. 4. Oct. 1704. Tirnaviam reversus, ubi † 1712. Fundavit votivum de s. Andrea ap. in metr. eccl. Strig. Auxit dotem eccl. in Csik-Szent-György et seminarii suae dioecesis. In concionando celeberrimus, in

literatura ecclesiastica quam hungara, tam latina meritissimus. (Opera recenset Szabó Károly, Régi magy. könyvtár I. 722. II. 100.) Fuit frater germanus Stephani, ex cuius memoriali chronologico haec data potissimum excerpimus.

Illyés Andreas. Studia theologica in Pázmáneó absolvit. 10. Jun. 1723. investitus parochus in Nagy-Paka, ubi † 1730.

Illyés Franciscus. Nobilis Czabajensis e cottu Nitriensi. E seminario s. Adalberti 1727. baccalaureus, 1728. magister philosophiae. In eodem seminario etiam theologiam cum tertio anno absolvit. 1. Jun. 1731. investitus parochus in Medve, nunc Ballony. Ibi incepit matricas scribere. Eodem a. Paulus Forgách peregit visitationem, qui de parochia sic: «Doctrinae bonae et aptitudinis.» Hinc 22. Jun. 1742. transivit ad Kolos. Contra illum quaestio mota, ob multas excessivas et lites cum provisore. Inde 19. Nov. 1746. investitus in Kis-Terenye, ubi usque 1748. operatus est.

Illyés Joannes. 20. Apr. 1698. investitus licentiatu in Kelenye-Födémes. Nunc Kelenye filialis ad Ipoly-Födémes.

Illyés Joannes. Siculus e sede Csikiensi. Qua alumnus collegii generalis 1703. baccalaureus et 1704. magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario ac Romae absolvit. 14. Sept. 1709. investitus parochus in Guta. Ibidem 1714. Paulus Olasz visitationem peregit, qui de parochia sic: «Annor. 30. Sub ipsa visitatione VADnus constitutus. Libris affluenter provisus.» 27. Aug. 1714. canonicus Strigon. installatus. 5. Mart. 1719. ADnus Gömöriensis. Jam tunc abbas B. M. V. de campo Strigon. Fuit praefectus Strigonii et ab 1725. seminarii s. Stephani. † 25. Nov. 1733. Lenta tabe consumtus. Sepultus sub arassa. Corporis Christi in eccl. s. Nicolai Tirnaviae.

Illyés Stephanus. Natus 1650. ad finem Dec. in Transilvania, in Csik-Szent-György. 1671. Emericianista et mox Pázmánita. 29. Jul. 1674. lauream ex philosophia adeptus est, in hujus praemium Romam ad Apollinare missus. Ibique 14. Febr. 1677. ordinatus. 1678. reversus, 31. Jul. ejusdem a. parochus Nádszegiensis investitus. Operabatur hic usque Jan. 1684. cum periculo vitae. 21. Jul. 1683. nempe Kuruczones Tököljani parochiam adgressi, parochum ad tormenta quaerentes, ast non invenerunt, ipsius mobilia spoliaverunt. Non defuit qui dissecto crucifixo sic gloriari audiretur: «Megöltük az Istenteket.» 8.

Jan. 1684. parochus factus est in Püspöki. Verum mense Majo fidelibus suis disperis, ipse Posonium se recepit. 1685. professor juris Tirnaviae, sed praelectiones tantum mense Majo inchoavit et continuavit usque ferias 1686. Eodem anno 29. Nov. rediit ad parochiam Püspöki. 14. Mart. 1688. canonicus M. E. Strig. et simul parochus in Somorja. Eodem anno 14. Aug. ADnus Honthensis. 1689. resignavit parochiam. 4. Mart. 1690. ADnus Zoliens. 22. Apr. 1691. praepositus s. Thomae. 13. Jan. 1692. vero abbas B. M. V. de Szent-Jobb. 4. Oct. 1693. custos, 19. Apr. 1696. cantor, 24. Oct. 1707. lector, 30. Nov. 1708. praepositus major. Fungebatur munere vicarii generalis. Fuit etiam altaris Corporis Christi. † 1711. Excelluit in literatura eccl. hungara et latina. Opera ejus recenset Szabó Károly, (Régi magy. könyvtár I. 722. et II. 700.) Ipsius autobiographiam sub titulo: «Memoriale chronologicum privato usui conscribentis, Stephani Illyés potissimum deserviens ab a. 1650.» conservat bibliotheca ADioecesana. Typis prodit in Magy. Sion. 1865. 809, 881.

Imády Carolus. Natus 13. Nov. 1811. Tur-nae in cottu Trencsén. Philosophiam Tirnaviae theologiam Pestini absolvit. 24. Nov. 1834. ordinatus. Cooperatorem egit in Ó-Bars. Ab 1836. in Köhidgyarmat, mox eodem a. in Balassagyarmat, ubi 1840. beneficium parochiale adeptus. 26. Aug. 1857. sua Majestas Franciscus Josephus ibi commorans ordinavit, quatenus capella carceris restaretur et in illa divina peragantur. 1858. conthoralis Stephani I. b. Pongrácz aliquam capellam aedificari curavit. 1865. munere VADni condecoratus. 1868. Francisca Divényi in coemeterio capellam struxit. † 10. Dec. 1883. Fuit ins. ord. Francisci Josephi I. eques.

Ingliez, vel Jeglics Petrus. 6. Nov. 1716. investitus parochus in Misérd, cum filiali Pruck, ubi usque 1724. operatus est.

Intibus Josephus. Theologiam cum a. quinto qua theologus practicus in arce Posoniensi 1791. absolvit. Cooperatorem egit in Stomfa, ab 1792. in Egbel, ab 1796. in Sasvár. Hinc 1805. factus est capellans localis in Kuti. Inde 1806. obtinuit parochiam in Búr-Szent-Miklós. Exhinc 1818. obtinuit Holics, ubi † 6. Jan. 1840.

Ipol Martinus. Boldog-Csévensis ex cottu Strig. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1731. baccalaureus 1732. magister philosophiae. Theo-

ogiam cum tertio a. 1736. in eodem seminario terminavit. 18. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Zsarnó. 1763. transposuit parochiam ad Hidvég-Ardó, ubi † 22. Febr. 1767.

Ipolyi (Stummer) Arnoldus. Natus 20. Oct. 1823. in Ipoly-Keszi in cottu Hont. Philosophiam Tirnaviae in semin. Mariano, theologiam in Pázmáneó 1844. terminavit. 1845. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. Abhinc praefectus heruli Dionysii Mednyánszky. 4. Aug. 1847. presbyter ordinatus est per Antonium Majthényi in capella residentiae primatialis. Exhinc cooperatorem egit in Komárom-Szent-Péter. A m. Oct. 1848. concionator in eccl. s. Salvatoris Posenii. 1849. educator heruli Leopoldis com. Pálffy in Stomfa, a quo eodem a. beneficium parochiale in Zohor accepit. Hinc m. Jun. 1860. transivit ad dioecesim Agriensem et acceptavit parochiam sibi oblatam in Török-Szent-Miklós. Mense Mart. 1863. canonicus Agriensis. 1869. rector seminarii Pestiensis. 20. Oct. 1872. eppus Neosoliensis. Mense Febr. 1886. vero ad mitram Magno-Váradiensem translatus. † 2. Dec. ejusdem a. ibidem, ictu apoplectico exstinctus. Fuit celeberrimus sui temporis archaeologus etiam extra fines patriae notissimus ac aestimatissimus. Biographia ipsius pluries publicata, meritissima illa, quam concinnavit Antonius Pór. (Ipolyi Arnold váradi püspök élete és munkái vázolata.)

Ipolyi Casparus. Szalkensis in cottu Hont. 1. Nov. 1728. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum, ubi philosophiam terminavit. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 1731. qua primiannita baccalaureus, 1732. qua secundiannita magister philosophiae proclamatus. Qua tertianita 1733. e seminario egressus. 13. Sept. ejusdem a. investitus parochus in Dömös. In congregatione 23. Maji 1734. ante synodum munus vice-secretarii gessit. (Péterffy, Conc. II. 425.) Hinc 20. Jan. 1736. in Muzsla. Fecit ibi historicas notationes. Tempore morbi contagiosi qui imprimis in filia Bela grassabatur, ne matrem inficeret cum campanatore in capella s. Francisci degebat, inde ad provisionem infirmorum excurrens, matrem interea curis ordinis Seraphici committendo. Hinc 28. Apr. 1742. transivit investitus ad Duna-Földvár. Ubi sacellum ss. Sebastiani et Rochi erexit. Inde 23. Jan. 1749. installatus canon. Strigon. 18. Sept. 1754. ADnus Hont. 7. Nov. 1760. praepositus s. Georgii de viridi campo Strig. et ADnus cathedr. Dum

Strigonii exmissus existeret, ut res de construendis domibus canonicalibus procuraret in oppido S. Thomae ictu apoplectico tactus, 27. Dec. 1762. vivere desiit. Aetatis circa 56. Sepultus 30. Dec. ejusd. a. in capella Bakácsiana. Hinc 16. Nov. 1823. exuviae, majori ex parte incorruptae, exhumatae et ad cryptam basilicae translatae. (Jordánszky, Mária kegyképei 2) Fuit abbas B. M. V. de Rákony. Admirandae sanctitatis et mortificationis exemplum praebuit. Corpus suum ferreis catenis constrinxit, quas longiori tempore gestavit. Catenae haec in bibliotheca ADioecesana conservantur. Fecit fundationes missarum ac stipendia pro pauperibus scholaribus. Aliquas ejus epistolas publicavit Máthes. (Arcis Strig. Descriptio 44. et sq.)

Ipolyi Michael. Natus in Csév in cottu Strigon. Qua alumnus semin. s. Stephani 1728. baccalaureus et 1729. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1731. terminavit. 9. Maji ejusd. a. investitus est parochus in Csév. † 2. Jul. 1739. in obsequio pestiferorum.

Ipovitz Aloysius. Natus 20. Jan. 1804. in Kőrmöczbánya. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 25. Oct. 1828. ordinatus est. Cooperatorem egit in Garam-Ujfalú, in Nádas in cottu Hont. uno a., in Hodrusbánya a. novem, Schemniczii mensibus totidem. 19. Aug. 1840. praesentatus parochus in Steffoltó. † 11. Mart. 1869. ibidem.

Irmess Joannes. Occurrit 1647. licentiatum in Berytha, in cottu Hont. (Bernicza, nunc filia ad Kemencze.) Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Isaacus Franciscus Regius. Occurrit 1664. et 1668. parochus in Bazin. Habentur in archivo ecclesiae, inventarium et rationes ecclesiae ab ipso exaratae.

Isold, etiam Herold Michael. Theologiam in semin. s. Stephani cum cursu speculativo terminavit. 21. Mart. 1722. presbyter ordinatus et 26. Apr. ejusdem a. investitus parochus in Nyitra-Sárfő, ubi usque 1727. operatus est. 2. Jul. 1731. in Zavar. Ibidem eodem a. Joannes Jelenfy per egit visitationem, qui de parcho sic: «Annor. 26. Testimonium ei sat honorificum dederunt, defectus tamen unum alterumque retulerunt, quem et visitator paterna monitione adhibita, corrigere studuit, tantum sit dicto obediens.» Operari eodem anno desinit.

Istenes Michael. 15. Maji 1676. investitus licentiatius in Kis-Várad, nunc filia ad Nagysurány.

Istvánffy Franciscus. 25. Jan. 1675. investitus parochus in Zsarnócza. Hinc 30. Mart. 1681. transivit ad Geletnek, ubi usque 1686. operatus est.

Istvánffy Joannes. Filius Bajmóczensis. In Pázmáneo factus magister philosophiae. Defendit universam theologiam Romae in Apollinari. 12. Maji 1692. investitus parochus in Szárazpatak. Hinc 10. Nov. 1693. transivit Prividiam, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia refert: Annor. 34. sacerdos 12. In hac parochia per 4. annos et convertit 25. acatholicos. Hinc 3. Apr. 1705. ad parochiam oppidi Verbo investitus. Ibi 1706. successorem nactus.

Istvánffy Josephus. Natus 5. Mart. 1786. Theologiam cum quarto a. Tirnaviae 1810. absolvit et 1. Sept. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Virágvölgy. 9. Sept. 1812. administrabat Ivánka. Dein iterum cooperatorem in pristino loco. Mense Jan. 1814. factus parochus in Divény. 1841. VADnus districtus Stomfensis. † 24. Mart. 1859.

Istvánffy Michael. 21. Oct. 1751. missus pro cooperatore Prividiam. Hinc 16. Dec. 1752. investitus parochus in Neczpál. Inde 26. Apr. 1755. in Turócz-Szent-Mihály. Protonotarius apost. Cum suo beneficio incorporatus dioecesi Neosoliensi.

Istvánffy Nicolaus. Fuit 1679. per unam tantum septimanam parochus in Ternye.

Istvánffy Paulus. Ex abolito ordine s. Pauli primi eremitaе ADioecesi incorporatus presbyter. Ab 1789. cooperatorem egit in Szomolán. Ab 1791. admin. in Szárazpatak. Hinc 1794. transivit ad Szomolány, ubi † 29. Jul. 1799. post toleratum per unum annum pertinacem phthisis trachialis morbum. Sepultus in coemeterio antiquo e regione capellae B. M. V. Dolorosae.

Istvánffy Stephanus. Mense Oct. 1689. investitus parochus in Magasfalva, ubi usque m. Maji 1692. operatus est.

Istvánovics Stephanus. Ad titulum Rmi Georgii Jakosit 19. Maji 1640. ordinatus. 30. Jun. 1680. investitus parochus in Madunicz, ubi usque 1687. operatus est.

Istvánovics Martinus. Ad curam animarum primo applicatus est in Jabloncza. Hinc 13. Jul.

1680. investitus parochus in Nagy-Ugrócz, ubi 12. Febr. 1682. successorem nactus. 4. Apr. 1687. in Zólyom. Inde m. Apr. 1689. in Pojnik. Hinc 28. Mart. 1691. in Gács, nunc filia ad Gácsfalva, ubi usque 1692. mansit. Demum 6. Jun. 1693. in Kis-Báb. Operatus est usque 1699.

Ivák Laurentius. 18. Maji 1672. investitus parochus in Alsó-Lelőcz. Hinc 19. Apr. 1678. in Turócz-Szent-Márton. Hinc 14. Apr. 1681. in Zsarnócza, usque 1689. Deinde ab 1692. in Bars-Szent-Kereszt. 7. Apr. 1695. e comissione ab ordinariatu accepta inquisitionem peregit contra Georgium Szeniglovics parochum in Velkopole. Hinc 18. Jun. 1695. investituram accepit in Rózsahegy, ubi usque 1707. operatus est.

Iván. Occurrit 23. Dec. 1332. sacerdos de Sceredahel (Duna-Szerdahely) homo maturae aetatis et bonae opinionis, qui in statu sacerdotali a quadraginta annis in provincia de Cholloukuz (Csalóköz) usque tunc commorabatur. Qui in inquisitione e mandato Caroli I. regis desuper peracta, an in Csalóköz possessiones Pethen et Petend existerent, dixit se nunquam audivisse aliquam terram Petend vocatam, sed solam Pethen. (C. D. Andeg. II. 633.)

Iván Petrus. Theologiam cum quinto a. Posonii in seminario generali 1785. absolvit. Cooperatorem egit in Nagy-Födémes. 1788. parochus in Duna-Szerdahely. 28. Jul. 1801. inviatus est per vicarium ad resignandum tricesimatori Posoniensi thesaurum in ruinis sacelli repertum. 1808. munere VADni ord. in districtu insulani infer. condecoratus. † 16. Febr. 1820.

Ivanchan Stephanus. Fuit a m. Jun. 1663. usque 1665. parochus in Besztercze.

Ivancsak Joannes. 8. Dec. 1665. investitus parochus in Sárköz. 19. Maji 1666. successorem nactus.

Ivancsics Joannes. 25. Maji 1742. investitus parochus in Liptó-Szent-Miklós, ubi aliquo tempore munus VADni districtus Liptóviensis gessit. † 27. Jun. 1773. ibidem.

Ivancsics Franciscus. 25. Jan. 1757. missus pro cooperatore ad Hédervár. 27. Maji investitus parochus in Vámos. Hinc 10. Maji 1762. in Ásvány, ubi † 3. Maji 1773.

Ivancsics Josephus. Filius Comaromiensis. E seminario s. Stephani, theologus antiquus mysticus. Emendati, systematicique studii theologici recentioris idcirco per totam vitam, si non osor,

certe non patronus. 5. Mart. 1766. missus pro cooperatore ad Felbár ubi dein admin. et a. 3. Dec. 1768. per 52. annos parochus. † 19. Dec. 1818. aetatis 77. in pulmonum putredine. Severae et durae naturae, temperamentum fervidum pro suo aevo non indoctus, ast nimis acerbus iudex et damnator eorum, quae non novit et summus laudatur antiquorum. In poesi latina et hungarica aequè versatus. (Petrik, Magy. Orsz. Bibliogr. II. 240.)

Ivanics Adalbertus. In seminario generali theologiam cum quarto a. 1782. terminavit. Cooperatorem egit in Majthény, ab 1786. in Csejthe. 27. Febr. 1789. missus pro admin. ad Sissó, ut repararet negligentias praedecessoris. Ibidem parochus factus. 1816. parochiam resignavit et instituto emer. paroch. adlectus † 20. Mart. 1825. Tirnaviae.

Ivanics Joannes. Theologiae tertium a. in Pázmáneó 1667. terminavit. 24. Apr. 1690. investitus parochus in Turócz-Szent-Mihály, ubi usque 1696. operatus. 24. Maji 1698. investituram accepit pro Csúz. Hinc 15. Maji 1702. pro Nagy-Ölved, Kéti, Farnad et Barth. Inde 5. Maji 1703. pro oppido Szölgyén. Exhinc vero 4. Sept. 1710. in Ürmény. 18. Nov. ejusdem a. investitus parochus in Lekér et jam post mensem, nempe 18. Dec. ejusdem a. in Köbölkút. Adest testamentum ejus 16. Jan. 1723. approbatum. (Magy. Sion. 1865. 419.)

Ivanics Joannes. Manigensis. Qua alumnus seminarii generalis 21. Jun. 1761. defendit universam philosophiam. Theologiam in eodem seminario cum quarto a. 1762. terminavit. 5. Apr. ejusdem a. missus pro capellano domestico et praefecto herulorum ad Ladislaum Balogh. Hinc 19. Jan. 1763. transivit in pari qualitate ad Emericum com. Csáky. Ast jam 2. Aug. ejusdem a. applicatus est cooper. in Galantha. Hinc 30. Nov. 1765. investitus parochus in Csúz. Mense Aug. 1776. praesentatus in Kürth. Tempore visitationis Batthyanyianae 6. Maji 1780. jam infirmabatur. † 26. Dec. 1783.

Ivanics Josephus. 1. Jan. 1757. missus pro cooperatore ad Ó-Bars. 3. Jan. 1759. vero ad Nagy-Salló. 14. Aug. 1760. investitus parochus in Ivánka. Sub illo 1770. exstructa est moderna ecclesia. † 10. Febr. 1788. Sepultus in crypta ecclesiae.

Ivanics Stephanus. E seminario Szécséniano

Budensi m. Mart. 1769. factus cooperator in Szered, ab 1771. in Szenicz. 1773. parochus in Turócz-Szent-Péter. Hinc 11. Dec. 1774. in Turócz-Szent-Ilona, quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Ivanovics Georgius. 1682. ad semin. generale susceptus. Ubi theologiam qua speculativus terminavit. 31. Mart. 1684. presbyter ordinatus. Mense Dec. ejusdem a. investitus parochus in Koross. Hinc 18. Dec. 1690. in Hibbe, ubi 2. Apr. 1692. successorem nactus. 28. Mart. 1707. investituram accepit in oppido Ó-Tura. Sed hinc jam 10. Maji ejusdem a. etiam in Szobotist. 12. Dec. 1709. pastor lutheranus coactus fuit migrare. Ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Annor. 54. Nullam contra illum querelam attulere, perficit omnia diligenter.» Operatus est ibidem usque 1731.

Ivanovics Joannes. Theologiam in seminario s. Adalberti qua casista terminavit. 8. Febr. 1691. investitus parochus in Szolcsán, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia dicit: «Annorum 45. sacerdotii 18. Convertit acatholicos 11.»

Ivánovics Joannes, Ladislaus. Pritrsdensis, alibi Szakolczensis dicitur: Qua alumnus semin. gener. 1681. baccalaureus, 1682. magister philosophiae. 17. Febr. 1687. investitus parochus in Fenyőkosztolán. Inde m. Jan. 1689. in Rohó. Hinc 12. Apr. 1692. in Jablonicz. Inde 20. Jun. 1695. in Búr-Szent-György. Hinc demum 29. Mart. 1705. Szakolczae. † 11. Aug. 1712. ibidem.

Iványi de Királyfia-Karcsa Colomannus. Natus 26. Sept. 1845. Theologiam in Pázmáneó 1869. absolvit et 25. Jul. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Párkány, ab 1870. in Kéménd, ab 1871. in Tallós, ab 1872. in Varbó, et Karancsság, ab 1873. in Érseklél, 1880. iterum in Karancsság. Ab 1888. admin. in Óvár. 1892. reliquit ADioecesim, amplectens ordinem Trapistarum.

Iványi Franciscus. Natus 6. Dec. 1802. in Szelőcze in cottu Nitr. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 31. Maji 1827. ordinatus est. Cooperatorem egit in Léva. 22. Maji 1838. denominatus parochus in Alsó-Badin. Ab 1840. operatus est in Mellek, hinc m. Mart. 1846. transivit ad Zsemlér. ubi † 23. Jun. 1876.

Iványi de Királyfia-Karcsa Stephanus. Natus 6. Jul. 1793. in Szelőcze, patre Stephano,

matre Judita Kis nobilibus. Theologiam cum quarto a. in seminario s. Stephani 1817. terminavit. Cooperatorem egit in Garam-Szent-Benedek, inde 25. Jul. 1825. praesentatus parochus in Kis-Apáthi. Hinc 9. Dec. 1842. nominatus in Köhid-Gyarmat. Ibidem aedificata est, impensis metr. capituli Strig. nova domus parochialis, externe quidem sat concinna, interne vero absque ulla commoditate, continuo fumo repleta. Ibidem † 3. Febr. 1846. Fuit cottum Bars et Strig. sed. item praed. Verebély et Szent-György tabulae jud. assessor, item conventualis s. Benedicti de juxta Grón.

Ivisics Paulus, Franciscus. 8. Mart. 1710. ordinatus. 16. Maji ejusdem a. investituram accepit pro indifferenti parochia in cottu Zólyom. Reipsa applicatus est in Nagy-Szalatnya. Hinc 11. Oct. 1712. investitus in Zólyom-Szent-András. Inde 29. Maji 1734. in Bodafalva. Ibidem eodem a. conscriptio fuit peracta, in qua dicitur: «Parochia lignea commode aedificata. Populus pessimis moribus praeditus.» Parochiam resignavit et ad quietem recessit. † 18. Aug. 1746. in seminario deficientium.

Ivicsics Paulus. Natus 30. Apr. 1805. Szakolczae. Studia philosophica absolvit Jaurini, juris universi Pestini. Praxi juridicae, qua amanuensis, medio a., alio, qua tabulae reg. judicariae juratus notarius, intentus fuit. Theologiam in seminario s. Stephani cum tertio a. 1831. terminavit et 17. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Czétény. Jam tunc sed. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor. A 24. Febr. 1835. cooperator in Verebély. 31. Jul. 1845. investitus parochus in Nagy-Endröd, ubi † 20. Maji 1851.

Izakovics Joannes, Josephus. Hosszufalvensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1711. baccalaureus ex philosophia promotus. Theologiae primum a. similiter qua saecularis didicit, tres ceteros in seminario s. Adalberti usque 1715. terminavit. 24. Jan. ejusdem a. investitus parochus in Istvánfalva. Qua talis 15. Maji eodem a. baccalaureus theologiae proclamatus. Hinc 11. Jun. ejusdem a. investitus in Vistuk ubi eodem a. altare

majus curatum. 1728. ecclesia renovata, 1730. vero turris ac una campanarum procurata. Etiam supellex sacra valde aucta industria ejusdem. Inde 1731. promotus ad Pudmericz. Eodem a. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parcho: «Annorum 40. in cura animarum 17. Testimonium ei dederunt vitae exemplaris et zeli apostolici, cujus laudem loquitur vel ipse decor ecclesiae, ad commendationem ulteriorum promotionum.» Ibidem 1737. similiter renovavit ecclesiam. Mense Aug. 1753. benedixit crucem in Halmes. 6. Apr. 1755. petiit facultatem potius impendendi pecuniam ecclesiae pro cathedra, quam dominio in incertum elocandi. Ibidem etiam 1756. peracta fuit visitatio per Joannem Galgóczy, qui de parcho: «Annor. 68. in cura 42. Diligens exemplaris.» Peracta visitatione † 22. Maji ejusdem Legavit pro missis agrum ac vineam.

Izakovics Paulus. Felső-Diósisensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1699. baccalaureus et 1700. magister philosophiae. Theologiae in semin. s. Adalberti per tres annos studuit. 22. Mart. 1704. ordinatus est. 5. Aug. ejusdem a. investitus parochus in Turócz-Szent-Péter. Hinc 30. Nov. 1706. in Felső-Attrak. Ab 1708. usque 1710. in Bélaház. Hinc in Pudmericz, ubi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parcho notavit: Annorum 39. in cura animarum 10. Commendatus ab exemplari vita et fructuosis concionibus.» Ibidem 1723. conscriptio fuit peracta, in qua: «Parochus aetatis 42. in cura 19. catechisat, concionatur, bonae famae» 6. Mart. 1727. conqueritur, quod e mola nullum proventum habeat. 1731. successorem nactus.

Izakovics Petrus. Occurrit 1647. parochus in Grinád. Nominat illum catalogus cleri jussu Georgii Lippay confectus.

Izó, rectius Józsa Joannes. Nobilis Német-Szölgyénensis. Fuit 1647. licentiatus in Karva, nunc filia ad Mocs. Exactis ibidem annis multis transivit m. Sept. 1693. ad Bajna in cottu Strig. ubi usque m. Maji 1695. operatus est. Filii ejus vocabantur Pap, a patre licentiato.

J.

Jablonszky Ignatius. Jablonkensis ex cottu Árvensi. 3. Nov. 1742. ex semin. s. Steph. reg. in alumnum Budensem, Széchényianum missus. 21. Dec. 1743. ordinatus. 28. Maji 1744. cooperator factus in Trsztena. 7. Maji 1749. investitus parochus in Nizsna, quacum ingremiatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Jablonszky Joannes. 10. Oct. 1752. missus cooperator ad Trsztena. 20. Maji 1757. praesentatus parochus in Zakameno-Klin, ubi † 25. Apr. 1764.

Jachan Martinus, Franciscus. 28. Aug. 1714. investitus parochus in Vieszka. Hinc 16. Mart. 1716. in Nagy-Lovcsa, sed mox ad Zsdány transivit. Ubi usque 1728. operatus est. 14. Sept. 1733. investituram accepit in Spácza, ubi usque 1734. mansit. Ab 1739. operatus est in Felső-Zsember, usque † 9. Nov. 1750. (Juxta Schemat. hist. Neosol. 1876. p. 349. tempus ab 1678. usque 1687. etiam in Nagy-Lovcsa transegit.)

Jacobus. Occurrit 1272. curio ecclesiae s. Petri mart. intra urbem Budensem. Nominatur in actis controversiarum parochorum Budensium. (Schier, Buda Sacra 69.)

Jacobus. Occurrit 1301. presbyter capellae s. Petri Budae, cui Gregorius elect. aeppus Strig. commisit finaliter, ut conquesto Alberto rectori seu plebano eccl. B. M. V. Budensi sub excommunicationis et inipignorationis sententia, solutionem praestet. (Knauz, Mon. Strig. II. 501.)

Jacobus. Occurrit 1311. plebanus Poseniensis, qui penes domum praepositi et ecclesiam s. Salvatoris, domum possidebat. (Knauz, Mon. Strig. II. 644.)

Jacobus. Fuit 1316. presbyter parochialis ecclesiae B. M. V. castrum novi montis Pestiensis, qui interfuit dum Petrus medicus et confector medicinarum testamentum suum conderet. (Knauz, Mon. Strig. II. 721.)

Jacobus. Occurrit 1325. rector ecclesiae s. Michaelis Posenii, qui primus inter notos. (Tudományos Értekezé I. 156.)

Jacobus. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos de Golguos, (Galgócz), qui juratus aestimavit suum beneficium ad unam marcam, et solvit collectoribus census papalis sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 230.)

Jacobus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos Sancti Pauli de Radysna in ADtu Nitriensi. (Radosna,) qui juratus dixit, suum beneficium non valere ultra mediam marcam et unam pensam. Solvit collectoribus census papalis tres grossos et quatuor denarios. (Mon. Vat. S. I. T. 186.)

Jacobus. Fuit 1360. plebanus in Turócz-Szent-György. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 263.)^X

Jacobus. Occurrit circa 1400. usque 1415. plebanus in Korpona. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 184.)

Jacobus. Occurrit inter 1400. et 1425. plebanus in Gyarmath (Balassa-Gyarmat) canonicus metr. eccl. Strig. (Memoria Basil. 129.)

Jacobus. Occurrit 1406. plebanus in Zólyom-Lipcese, cum Stephano suo vicario. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 206.)

Jacobus. Occurrit 1. Maji 1468. primus plebanus de Dilna (Bélabánya.) Tunc Joannes Vitéz AEppus Strigoniensis ecclesiam b. Joannis ev. de Dilna, quae eousque filia fuit eccl. B. M. V. de Semniczia, independentem declaravit. (Magy. Sion. 1868. 282.)

Jacobus. Fuit usque 1486. plebanus Tirnaviae. Quo a. hoc se munere abdicavit.

Jacobus. Ex Felka 1510. adoptatus parochus Leutschoviensis, ubi usque 1513. mansit. (Wagner, Analecta Scep. II. 349.)

Jacobus. «1513. Festo S. Elisabeth. Ist der erwürdige Herr Pfarrherr zu Leutsch gestorben, bey dem Jacobi Altar begraben.» (Wagner, Analecta Scep. II. 13.)

Jacobus. 1519. plebanus de Richvald solvit decimas 1 f. (Wagner, Analecta Scep. II. 196.)

Jacobus. 1546. parochus in Árva-Váralja, praesens fuit dum senior Molner sui senioratus rationes poneret. (Wagner, Analecta, Scep. II. 255.)

Jacobus. 1556. parochus de villa Latina, seu Olaszi, collaboravit in recuperandis privilegiis parochiarum regalium, igne annihilatis. (Wagner, Analecta Scep. II. 257.)

Jacobus. Occurrit 1559. et 1560. parochus in Nyitra-Pereszslény. De quo in visitatione a. priori peracta sequentia notantur. «Senex, concubinarius, alias catholicus.» In illa a. posteriori

peracta vero sic stat: «In Prezlian est parochus ille Jacobus senex, quem Vestra Rev. Dom. (vicarius) propter uxorem alterius viri, quam tenet, captivaverat et sub spe vitae emendationis eliberaverat, praecipiens ne deinceps illam teneret, sed marito remitteret, quod facere usque in diem hodiernum distulit. Alioquin esset Romanae ecclesiae membrum Sacramento, ceremoniis et ornamentis ecclesiasticis.»

Jacobus. Occurrit 1561. parochus in Cheyk. (Csejkő.) De quo visitator a. ejusdem notavit: «Qui ad conscientiam interrogatus fassus est: quod ipse sacramenta administrat secundum antiquum et observatum morem, s. matris ecclesiae, praeter hoc, quod sub utraque specie communicat. Corona caret, tamen barbam et uxorem habet.»

Jacobus. Occurrit 1561. et 1562. parochus in Csukárd, nunc filia ad Bazin, de quo in visitationibus Olahiana a. prioris sic notatum: «Nunc ab eisdem susceptus, famulam, quae sibi ministrat tenet, catholice concionatur.» Anni vero posteriori sic: «Plebanus juvenis et populus catholici.»

Jacobus. Occurrit saec. XVI. plebanus ecclesiae Mariae Magdalенаe Budae. (Mss. Form. Strig. 38.)

Jacobus Mathias, Silesius. Occurrit 1616. plebanus in Bars-Szent-Kereszt. (Schemat. hist. Neosol. 1867. 355.)

Jacskó Joannes. Philosophus, casista. Ab 1639. parochus in Kis-Krstyene, ubi 1647. Matthaeus Schlegelius peregit visitationem, qui de parocho notavit, quod sit 38. annor. hic residens annis octo. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto.

Jacubei Michael. 22. Apr. 1746. missus est pro cooperatore ad Krakován. 7. Sept. 1748. investitus parochus in Alsó-Bottfalva. Sub illo oblatum est jus patronatus Antonio Erdödy de Monyorókerék et praesentata est pia fundatio ipsius, pro bono parochorum. † 9. Sept. 1768. ibidem.

Jácz Michael. Posenii, per r. d. Franciscum suffraganeum Quinqueecl. ordinatus. Occurrit 1560. parochus in Dekthe (Dejthe.) In visitatione per Michaellem Szegedy eodem a. peracta de illo sic: «Servitricem habet, loco uxoris, nomine distinctam revera ipsa uxoris debitum reddentem. Ecclesiam tenet ordine bono, cum sacramentis,

ceremoniis et ornamentis condignis. In aliis moribus laudatur.»

Jadrna. Occurrit 1647. parochus in Szlécs. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto.

Jäger Franciscus. Poseniensis, 28. Nov. 1729. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 11. Nov. 1731. ordinatus. In Aug. 1732. ad curam animarum missus. 17. Mart. 1734. cooperator germanicus Posenii applicatus. Mense Maji 1741. e cooperatore electus parochus a magistratu, sed electio contra conventionem 1348. facta, irrita declarata est, priusque in canonicum nominari et installari debuit 14. Jun. ejusdem a. ut novam institutionem pro parochia obtinere valeat. Confraternitatem s. Stephani reg. in collegiatam ecclesiam introduxit. † 8. Jul. 1751. ibidem. Fuit aestimatus concionator germanicus. E sermonibus plures typis vulgatae sunt.

Jakab de Bögöz Joannes Ev. Eugenius. Natus 15. Oct. 1835. in Kocsord in cottu Szatmár. Qua helv. conf. addictus philosophiam Sárospatakini, ubi etiam theol. ref. studuit. 1858. conversus. Theologiam Strigonii absolvit. 1. Mart. 1861. ordinatus est. Cooperatorem egit in Diószeg. 9. Mart. 1865. ad orphanotrophium Posen. in professorem et catechetam nominatus est. Unde ad curam animarum redisponi orans, 9. Aug. e. a. eidem cooperatura in Hidaskürt assignata fuit. Hinc 9. Nov. 1869. praesentatus parochus in Kajal, 20. Nov. 1871. accepit Negyed, ubi 1875. schola ex fundamentis nova erecta. 1881. ecclesia ex oblatibus fidelium exornata. Ab 2. Jun. 1885. in Zsigárd, una VADnus per distr. Vágsellyensem, schol. elem. inspector.

Jakab Josephus. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Poseniensi 1793. terminavit. Cooperatorem egit in Rimócz. Ab 1794. Strigonii in AEppali citte. Hinc 15. Apr. 1799. in Ipolyság, quam 1813. resignavit et instituto emer. parochorum ingremiatus resedit in Piszke, ubi † 9. Jan. 1822.

Jakabffy de Hernád Joannes. Occurrit ab 1506. usque 1516. plebanus Pestiensis, quem 29. Oct. 1506. Julius II. papa confirmavit in munere suo. 1511. Cum illo simul curam animarum Pestiensium gesserunt: Joannes Szent-Miklósi vicarius ipsius, Martinus Chanáthi, magister capellae s. Michaelis, Emericus Paxi, ac Georgius Pesti cooperatores. Joannes Almán sacristarius. Omnes

ordinati sacerdotes. 2. Nov. 1511. illum Petrus Hernadi, quia plebanus filius Emerici Jakabffy de Hernád sit, in Hernád, Pakan et Kakuch haeredem fecit ea conditione, ut illum interteneat, et illo defuncto, viduae Afrae curam gerat. Ad dictus fuit Andreae Gönczy ludirectoris Pestiensis, dein directoris scholae et notarii Cassoviensis, quocum epistolarum commercium habebat. Successorem 1516. nactus. (A pesti fötempl. tört. 97.)

Jakacz Andreas. Casista. Ab 1655. parochus in Garam-Szent-Benedek, ubi 1657. Andreas Szily peregit visitationem, qui de parcho sic: «Aetatis 30. hic semialtero anno. Libris satis excultus praeter Tridentinum.»

Jaklin de Elefánt Blasius. Nobilis ex Mura-Szombat. E convictu nobilium 1662. baccalaureus, sequenti anno magister philosophiae salutatus est. 1668. parochus Szempczensis, quod munus usque 22. Maji 1671. gessit. 10. Mart. 1673. canon. Posoniensis. 22. Apr. 1674. vero M. E. Strig. 22. Apr. 1676. ADnus Bars. 29. Jun. 1679. Praepositus s. Georgii et ADnus Cathedralis una abbas B. M. V. de Schavnik. 1683. per Kuruczones captus et ab illis magno litro redemptus. 16. Maji 1684. post longam vacantiam cantor. 25. Sept. 1685. lector. qua tabulae judicariae praelatus. 25. Sept. 1687. praepositus major Strig. et eodem anno eppus Scardonensis. 16. Jun. 1688. eppus Tinniniensis, sequenti anno consecratus et suffraganeus ac vicarius generalis factus. 10. Jun. 1690. cancellarius regni. 14. Mart. 1691. eppus Nitriensis, retinens fere uno anno praeposituram majorem Strigoniensem. † 1695. Oct. 17. Viennae. Aetatis 53. Sepultus in domo professa S. J. Exstruxit altare majus Franciscanorum Tirnaviae.

Jaklin de Elefánt Stephanus, Nicolaus. Natus in Elefánt. Ex Pázmáneo 21. Jun. 1725. investitus parochus in Kis-Gyarmat in cottu Hont. hinc 18. Sept. 1726. transivit ad Vizkelet (nunc Hidaskürt), hinc vero 16. Jul. 1731. ad Nagy-Födemes, ex qua parochia 1732. ad canonicatum Scepusiensem est promotus, inde 17. Apr. 1735. ad Strigoniensem. 25. Jan. 1736. ADnus Bars. 29. Jan. 1752. Zoliensis installatus. 1773. ad cantorum promotus. Fuit abbas B. M. V. de Bizere. et el. eppus Almisiensis. 24. Apr. 1785. celebravit ingenti cum pompa jubilaem canonicatus sui Strig. † 1. Jan. 1787. Tirnaviae, aetatis 86. Exstruxit templum in natali suo vico.

Jakosztovics Joannes. Philosophus, casista.

Series Paroch.

Ab 1643. parochus in Thaszár, cum filiabus Veresvár et Ujfalu. Ibidem 1647. Matthaeus Schlegel peregit visitationem, in qua de parcho notatum: «Vir vegetus, aetatis suae circiter 29. annor. Residens in hac parochia sesquitertio anno. Totidemque est sacerdos. Non habens libros requisitos neque agendarium.» Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay 1647. confecto.

Jakovics Georgius, vide **Jurkovics.**

Jakubecz Malachias. Ex ordine s. Francisci saecularisatus et ADioecesi ingremiatus presbyter. Ab 1786. cooperatore in Udvard. 24. Sept. 1801. investitus capellanus localis in Alsó-Szemeréd. 1807. parochia ibidem erecta. 1812. visitatio peracta. 1816. resignavit, pensione donatus.

Jakubecz Martinus. E seminario s. Stephani 19. Dec. 1692. ordinatus. 30. Apr. 1693. investitus parochus in Ürmény, hinc jam 5. Maji ejusdem a. investitus in Lopej cum Lehota, ubi usque 1696. activus erat.

Jakubek Stephanus. 17. Jan. 1711. investitus in Némethi in cottu Hont. ubi usque m. Mart. ejusdem a. mansit. Dein ad dioecesim Nitriensem transivit, hinc reversus 22. 1718. investitus in Háj. Inde 27. Jun. 1727. in Turócz-Szent-Mihály, ubi † 4. Febr. 1738.

Jakubovics Joannes. Natus 28. Jan. 1847. ordinatus 14. Mart. 1870. Ex ordine s. Francisci ad ADioecesim susceptus. Ab 1889. administrator in Rarbach.

Jakucz Jacobus. Galgóczensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1662. baccalaureus, 1663. magister philosophiae promotus. Theologiam in coll. gen. absolvit et 4. Oct. 1665. ordinatus. 21. Oct. ejusdem a. investitus parochus in Handlova, ubi e legatis Josephi Messei cathedram curavit. Hinc 20. Oct. 1668. in l. r. citte Szent-György, sed ex hinc 1670. iterum remigravit ad Handlova. Inde 29. Mart. 1671. investitus in Nemet-Próna, ubi usque 1673. operatus est.

Jaloveczky Franciscus. Natus 12. Oct. 1806. in Hradek in cottu Liptó. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 17. Aug. 1831. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagylévárd. Ab 1837. ibidem curatus anabaptistarum convers. 20. Oct. 1848. nominatus parochus Alsó-Korompensis, quam 15. Nov. e. a. ingressus est et post 33. annor. laborem, ob propectam aetatem 26. Sept. 1881. resignaverit. Pensione donatus victitabat in Nagy-Lévárd, ubi † 3. Jul. 1882.

Jaloveczky Maximilianus. Natus 2. Oct. 1817. in Nagy-Bobrócz in cottu Liptó. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae inchoavit, sed ob infirmitatem Tirnaviae terminavit. 23. Jul. 1842. ordinatus est. Cooperatorem egit in Alsó-Korompa, ab 1845. in Majtény, ab 1848. fuit conv. anabapt. in Nagy-Lévárd curatus. Ab 1854. admin. in spiritualibus, ab 1856. parochus, 1858. munere VADiaconi in Distr. Malaczkensi surr. et ab 1881. ord. fungebatur. Titulo canonicatus m. e. Strig. condecoratus. † 11. Febr. 1889.

Jámbor Joannes. Jaurinensis. Qua alumnus seminarii Mariani 1718. defendit universam philosophiam. 15. Apr. 1719. investitus parochus in Rózsavölgy, ubi † 17. Jan. 1729.

Jámbor Joannes. Finitis studiis theologicis ordinatus et 5. Jul. 1721. investitus parochus in Varbó. Hinc 17. Apr. 1723. in Barth, ubi 7. Mart. 1725. successorem nactus. 22. Apr. 1730. investitus in Zámoly, ubi 1731. Paulus Forgács per egit visitationem, qui de parochio notavit: quod sit presbyter 10. annis, hic uno. Usque 1732. ibidem operatus. 9. Maji 1735. investitus in Magyarbél. Ibidem usque 28. Aug. 1736. activus erat.

Jambrikovics Georgius. 5. Maji 1677. investitus parochus in Magasfalva, ubi usque 1687. operatus est.

Janács Adamus. Natus 5. Jan. 1760. in Kisutcza-Ujfalu in cottu Trencsén. Theologiam cum a. quinto in semin. gen. Posonii 1787. absolvit. Cooperatorem egit in Szenográd, ab 1789. in Hodrusbánya. Hinc m. Jun. 1791. admin. in Kolpach usque m. Sept. ejusd. a. Dein cooperatorem in Selmezbánya usque 1803.

Janátsy Laurentius. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Posoniensi 1795. absolvit. 1796. ordinationem expectavit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Laksár-Ujfalu, ab 1798. in Gajjar. 6. Jun. 1806. factus capellanus localis in Rarbach. Hinc 23. Febr. 1807. transivit ad Almás. 15. Mart. 1808. incendium exortum e regione parochiae, quod 40. domos consumpsit. † 29. Jan. 1812. ibidem.

Jancsó Andreas. Natus 29. Nov. 1756. in Garamkeszi cottu Bars. Theologiam cum quinto a. in seminario generali Budensi 1784. terminavit. Cooperatorem egit in Szent-Miklós. Ab 1787. admin. in Fenyő-Kösztolány usque 1789. Tunc se Tirnaviam recepit. 1792. qua deficiens presbyter Szobotistii, 1793. in Kőpösd, item ab

eodem a. cooperatorem egit in Üzbégh, ab 1795. in Galantha, ab 1796. in Vágszerdahely, ab 1799. in Ardanócz, 1803. reversus Tirnaviam. Ab 1804. cooperatorem in Nagy-Surány. 8. Apr. 1806. factus admin. capell. localis in Nyitra-Pásztó, quam 1. Jan. 1809. resignavit et factus cooperatorem in Pereszlény. Ab 1810. in Nagy-Jác, ab 1812. in Mánya. 1814. instituto emer. parochorum ingremiatus Tirnaviae. 14. Jan. 1816. interim capellanus localis in Felső-Szöllös, hinc jam 13. Febr. ejusd. abivit Tirnaviam. † 3. Aug. 1824. in Ó-Bars.

Jancsó Jacobus. Bajmócziensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1678. baccalaureus, 1679. magister philosophiae. Theologiam in coll. gener. absolvit. 1681. ordinatus. 31. Aug. 1684. investitus parochus in Lopassó, 1685. a revoltantibus percussus. Mansit hic usque 1690. Tunc applicatus fuit in Németh-Lipcse. Hinc 5. Jun. 1692. investitus in Csejthe. Inde 18. Jun. 1695. in Zolio-Lipcse, ubi munus VADni etiam gessit. Operatus usque 1712.

Jancsó Georgius. Natus in Ó-Bars. Theologiam cum cursu practico quinti anni in semin. Poson. 1791. terminavit. Cooperatorem egit in Gyerk, ab 1793. in Nyék. Mense 28. Febr. 1796. capellanus localis in Uj-Bars installatus, ubi usque 21. Oct. 1800. operatus. Tunc Tirnaviam citatus. Dein factus cooperatorem in Radosó. Ab 1801. iterum Tirnaviae. Ab 1802. cooper. in Kövesd. Hinc 5. Jul. 1805. capellanus localis in Kolpach. Inde 11. Nov. 1808. itidem Tirnaviam vocatus. Dein cooperatorem in Nádas in cottu Hont. 1809. factus admin. in Suránka, ubi usque 1812. mansit. Dein cooperatorem in Nagy-Surány, ab 1814. in Galantha. Mense Aug. 1815. admin. in Pritrsd, a m. Aug. in Bikszárd, a m. Dec. 1821. iterum in Pritrsd, usque 1824. Hinc demum cooperatorem in Marczal, ubi † 31. Aug. 1830.

Jancsó Julius. Natus 5. Apr. 1856. Theologiam Strigon. 1879. absolvit et 21. Jun. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Lévárd, ab 1881. in Vittencz. Ab 1885. parochus in Miava et mox notar. distr. ejusdem cognominis.

Jancsó Matthaeus. vide Gancsó.

Jancsovics Alexander. Nagy-Tapolcsányensis. 4. Nov. 1734. ex Pázmáncó ad alumnum Budensem Széchényianum missus. 13. Aug. 1737. investitus parochus in Jászfalu. Hinc 20. Jun. 1741. in Endrefalva, ubi † 30. Jun. 1745.

Jancsovics, vel Jankovszky Jacobus. Lopa-

sóviensis. Unus e 17. primis alumnis 1624. ad collegium Pázmáneum susceptis. Occurrit 1630. parochus in Bars-Szent-Kereszt, qui 4. et 5. Oct. interfuit synodo Tirnaviensi per Petrum Pázmán celebratae. 1633. canonicus Posoniensis 1634. fuit admin. in Récse. De quo Georgius Draskovics in visitatione eodem a. peracta sic notavit: parochi vices gerit, canonicus Posoniensis. Contra illum conquesti sunt cives, quod interdum negligit parochi munia, causa est, quia etiam officia canonici, praesertim tempore decimationis explere cogitur, nec ad omnia sufficit. 1644. in capitulo nominatur inter hebdomadarios. 1647. nominat illum qua canonicum altaristam catalogus cleri jussu Georgii Lippay confectus.

✓ **Jancsovics, vel Jankovics, alias Mondok Joannes.** 10. Febr. 1674. investitus parochus in Krakován. Hinc 1676. per cambium cum Andrea Horváth transivit ad Lopassó, ubi usque 1679. operatus est.

Jancsovics Joannes. A m. Mart. 1720. cooperator Pestiensis, 14. Mart. 1722. investitus parochus in Udvard. 1727. Tirnaviae ad doctoratum ss. theologiae promotus. 5. Jun. 1725. investitus in l. r. citte Korpona, resignantibus ibidem Piaristis, sed vix salutatis liminibus Udvardiensem repetiit. Ibidem 1731. Forgács Paulus peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit diligens. Etiam munus VADni gessit. 11. Febr. 1733. investituram accepit pro Érsekujvár, ubi usque m. Nov. ejusdem a. operatus est. (Pesti fötempplom tört. I. 255.)

Jankovics Stephanus. Absoluto a secundo theologiae speculativae in Pázmáneo, ordinatus et 10. Sept. 1712. in Nagy-Jác parochus investitus. Ibidem 1713. Paulus Zichy visitationem peregit, in qua de parochia notavit, quod sit doctrinae bonae. Hinc 5. Maji 1714. transivit ad Prassicz cum filiabus suis, cum reapplicatone parochiae Zavadensi et filialium. 6. Febr. 1721. cum deputatis sociis inquisitionem peregit contra praedicantem Szeptencz-Ujfalvensem. † 14. Jan. 1722. ibidem.

Jancsovics Stephanus, vide Fancsovics.

Jancsovics Paulus. 29. Apr. 1700. investitus parochus in Csered. Hinc 26. Oct. 1702. in utramque Szemere, ubi usque 1704. operatus est. Ab 1708. in Drégely-Palánk. Qui residentiam suam ex Drégely ad Palánk transtulit. † 1727. ibidem.

Janecska Joannes. Occurrit 1622. parochus in Dojcs. Nominatur in libro antiquissimo ordi-

num communitatis. 1630. fuit parochus et decanus in Malaczka et qua talis interfuit synodo 4. et 5. Oct. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. Interim factus canonicus Posoniensis. Ab 1633. administravit parochiam Csukárd, ubi 1634. Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de illo sic: «Anno elapso hic agere jussus. Quadragenarius, vir bonus, cujus singulari labore et industria templum reparatum. Mirum quantum laudatur a concionibus. Etiam extempore dicit, licet parum studuerit. Vinum amat. Breviarium et alios libros possidet. Diligens in suo munere.»

Janecz Joannes. Fuit dioecesis Nitr. presbyter parochus et VADnus in Alsó-Motesicz. A 21. Jan. 1801. praesentam accepit ad Nagy-Rip-pény et ad ADioecesim susceptus. Sed mox resignavit et ad pristinam reversus est.

Janek Josephus. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Posonii 1799. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Túr, ab 1800. in Sellye, ab 1801. in Léva. 1. Sept. 1802. admin. factus in Ipoly-Szécsényke, hinc 1804. iterum cooperator et quidem in Muzsla. 20. Apr. 1805. praesentatus parochus in Zeliz, ubi † 3. Jan. 1818.

Janics Adamus. Natus in Csejthe. Auditis philosophiam et theologiam 1763. ordinatus 8. Febr. ejusdem a. applicatus praebendatus chori metr. eccl. Mense Apr. 1764. capellanus Tirnaviensis. Hinc 22. Dec. 1765. parochus in Tóth-Megyer. Ibi 19. Oct. 1779. peracta fuit visitatio Batthyányiana, in qua de parochia: «Habet tres fratres, unus in Ürmény parochus, alter provisor, tertius aulae praefectus apud comitem Károlyi. Promotus erga praesentam Antonii com. Károlyi.» † 31. Jul. 1792.

Janics Joannes. Natus 1729. Csejthae. Patrem habuit officialem dominalem. Societati Jesu se addixerat 1749. in hac absolutis studiis philosophicis et theologicis, doctor philosophiae creatus. Ipse dein partim humaniores literas, partim altiores scientias docuit. Cassatio illum invenit Budae professorem canonum, praefectum congr. maj. studiosorum et exhort. dom. Post hanc ad ADioecesim susceptus cooperatorem egit Sexardini tribus mensibus. Postea partim fratrem parochum juvabat ultra annum, partim Posonii morabatur, litteratura occupatus. 3. Aug. 1776. praesentam accepit pro Ürmény, ubi 18. e. m. et a. investitus. Ibidem 25. Oct. 1779. visitatio Batthyányiana peracta, in qua de illo: «Frangi necesse est multipli-

cibus hujus parochiae occupationibus nisi capellanus eidem accedat.» Transactis quatuor a. inter meras parochianorum vexas et afflictiones † 26. Jun. 1780. ibidem.

Janickovits, vel Janikovics, aut Putakovics Franciscus. 22. Jan. 1766. missus Scepusium. 1770. factus parochus in Lomnicz, qua cum transivit ad dioecesim Scepusiensem. Postmodum ad ADioecesim reversus. 31. Oct. 1777. investitus parochus in Detrekeő-Szent-Péter. Diversas difficultates tolerandas habuit. Sic Franciscanis Malaczkaensibus, contra jus parochi, facultas data est celebrandi in arce Detrekeő. 16. Oct. 1778. Carolus com. Pálffy moram exstructionis domus parochialis per negligentiam incolarum injectam esse significans, cum ligna a dominio jam pridem assignata fuere. 1779. transivit ad Gajar, quam 1795. resignavit et se Szakolczam recepit, ubi † 28. Mart. 1807.

Janik Josephus. Natus 5. Jun. 1816. in Hradek in cottu Liptó. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 8. Aug. 1841. ordinatus est. Cooperatorem egit in Unin, ab 1843. in Eg-bel, ab 1845. in Holics et ab 1852. in Gajar. 1857. factus parochus in Detrekeő-Csütörtök. Ipsius solertia fideles complures sacros hymnos addicerunt et pro communi aedificatione pulcherrime decantarunt. Hinc m. Mart. 1867. translatus ad Detrekeő-Sz.-Miklós, quam 28. Apr. e. a. occupavit.

Janiss Franciscus. Natus 21. Nov. 1838. Theologiam Strigonii absolvit. 29. Jul. 1860. ordinatus. Cooperatorem egit in Ürmény, ab 1861. Kis-Tapolcsány et ab 1864. in Hidaskürt. 1866. capellanus castrensis ad legionem pedestrem ADucis Vilhelmi nro 12. applicatus. Ab 1867. curatus in caes. r. invalidorum milit. domo Viennae. Ab 1869. cooperatur Budae ad s. Annam. Hinc 1872. aliquo tempore valetudinem curans in Maria-Nostra, dein cooperatur in Nagy-Maros. 1874. administrator in Vízoka, hinc 11. Oct. 1879. in Nagy-Modró, quam 1882. resignavit et qua emeritus victitatus potissimum in Pöstyén.

Jankó Alexander. Natus 13. Maji 1779. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1804. absolvit et 12. Aug. ejusd. a. ordinatus est. 1805. applicationem in Magyarbél expectavit. Cooperatorem egit in Szempcz, 1814. parochus in Nádszeg. 1858. aetate fractus beneficium resignavit et inter emeritos parochos numeratus victitabat in Nádszeg, ubi etiam † 26. Aug. 1859.

Jankó Joannes. Theologiam cum a. quarto in semin. AEppali Posoniensi 1800. absolvit. Cooperatorem egit in Hidaskürt. 1803. parochus in Magyarbél usque 1809. Abhinc cooperatur Pestini ad s. Spiritum, ab 1810. Comaromii. 1811. parochus in Érseklél, ubi † 15. Oct. 1821.

Jankó Ludovicus. Natus 18. Nov. 1821. in Réthe in cottu Poson. ex helv. conf. addictis parentibus. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 24. Apr. 1846. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vásárút, post decem menses, ab 1847. in Nagy-Magyar, ab 1850. in Vág-Szerdahely, eodem a. etiam in Nyék, ab 1852. in Szölgyény, hinc 1856. reversus ad Nyék. 1860. transivit ad Tölgyes, demum 10. Aug. 1861. in Helemba, ubi 1. Sept. e. a. appulit. Fuit strenuus defensor jurium parochialium. Aug. 1870. transpositus ad Csiffár, ubi 13. e. m. et a. ingressus. Hinc 30. Jun. 1880. transivit ad Tölgyes, ubi † 9. Jan. 1882.

Jankó Stephanus. Natus 27. Apr. 1837. in Szeli in cottu Poson. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 24. Febr. 1862. ordinatus est. Cooperatorem egit in Karanság, ab 1864. in Nagy-Megyér et Hédervár, ab 1867. in Tölgyes, 1870. Tirnaviam vocatus. Ab 1871. in Vágszerdahely, ab 1872. in Szomor. 1874. inter deficientes sacerdotes susceptus. 1875. admin. in Kóspallag, ubi usque 1884. exhaesit. Nunc absque officio vivit in Galantha.

Jankolás, vel Jankoss Stephanus. Ab 1645. parochus in Pernek. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay 1647. confecto. Operatus usque 1649. Filiales habuit Konyha et Almás.

Jankovics Adalbertus. Theologiam cum quinto a. in Pázmáneo 1783. absolvit. Cooperatorem egit in Veszéle. Hinc 1785. parochus in Nagy-Szelezsény, ubi magnus benefactor ecclesiae et parochiae. † 1805. ibidem.

Jankovics Carolus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1827. absolvit. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont. ab 1829. in Garam-Ujfalu, ab 1831. in Nagy-Ölved. 1833. admin. in Fajkürth, ubi † 13. Apr. 1837.

Jankovics Georgius. Pruszkensis in cottu Trencsén. E coll. generali 1675. baccalaureus, 1676. magister philosophiae. Theologiae in eodem semin. studuit. 8. Apr. 1678. in Szklenó-Fürdő, ubi usque 1705, mansit. 6. Dec. 1709. investituram accepit pro Geletnek, ubi 1710. successorem nactus.

Jankóvics Ignatius. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó 1779. absolvit. Cooperatorem egit in Bozók, ab 1780. in Lévárd, ab 1781. in Emőke. 22. Febr. 1782. factus parochus in Nagy-Heresztyn, 8. Jul. 1787. contra illum vice-comes Barsien. conquestus. Hinc m. Aug. ejusd. a. transivit administrare Sissó. 1788. ob furiosum agendi modum unius mensis ascési subjectus. Diebus veneris et mercurii praeter panem et aquam nihil accepit, ab officio suspensus donec serio emendatus morum praebuerit specimen melius. Abhinc deficiens. 1793. deseruit ADioecesim.

Jankovicz Joannes. Occurrit 1633. parochus in Sasvár, de quo Joannes Kőszeghy in visitatione eodem a. peracta notavit: «Dicitur, et ita etiam ipsemet adverti, esse diligentem in suo officio exequendo in Ecclesia, commendatur etiam quoad mores et conversationem.»

Jankovics, aut Jankovitus Joannes. Occurrit 1647. parochus in Vesztenicz, cum filia Szucsán. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem. a. confecto.

Jankovics, aut Jankovitus Joannes. Ab 1646. parochus in Búr-Szent-Miklós. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay 1647. conscripto. 1660. primam matriculam scribere inceptit. Successorem 11. Maji 1665. nactus.

Jankovics Joannes, vide Jancsovics.

Jankovics de Jeszenicz Josephus. Natus 21. Mart. 1841. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. Cooperatorem egit in Unin, ubi a m. Mart. 1867. usque m. Maji e. a. munus int. admin. sibi concreditum. Abhinc iterum cooperator etquidem in Vittencz. Hinc 1. Oct. 1874. parochus in Istvánfalva.

Jankovics Martinus. Occurrit 1639. parochus in Turócz-Szent-Márton, post breve tempus profligatus. (Schemat. hist. Neosol. 1867. 244.)

Jankovics Michael. 27. Apr. 1698. investitus parochus in Tardos. Ibidem statum ubique desolatum invenit. In lata periferia curam animarum gerere debuit.

Jankovics Michael. 1. Maji 1712. investitus parochus in Nagy-Szalatna, ubi usque 1721. operatus est. Mense Jan. 1723. accepit Istvánfalva. Ibi eodem a. concriptio fuit peracta in qua de illo: Annor. 39. in cura animarum 11. Catechesim facit parvulorum et ante meridiem concionatur catechice. Bonae famae.» Mansit hic usque 1726.

Jankovssky Jacobus. Occurrit 1584. parochus in Szenográd. Annor. 40. testem egit pro favore A. Rakoncza. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Jankovszky Jacobus, vide Jancsovics.

Janni, vel Fanni Georgius, Leopoldus. Theologiam cum secundo a. in academia Viennensi absolvit. 13. Mart. 1694. investitus parochus in Hidas et Misérd. 1695. ibidem Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parocho sic: Aetatis 44. sacerdotii 22. Novit germanicam et italicam.» Operatus est usque 1696.

Jannuz Georgius, Leopoldus, vide Janny.

Jánoky de Ráhó Carolus. E dioecesi Nitriensi 1813. assumtus ad ADioecesim. Cooperatorem egit ab 1815. in Balassa-Gyarmat, ab 1816. Comaromii, 1819. capellanus castrensis legionis equestris ADucis Ferdinandi. 8. Apr. 1825. praesentatus parochus in Izsa, quam 2. Maji e. a. ingressus. 1831. fidelibus perniciem intulit, antea penitus ignota contagio, sic dicta cholera, quae a 2. Aug. usque 18. Sept. e catholicis 98 enecavit. † 25. Apr. 1849. Sepultus in coemeterio catholicorum.

Jánoska Adalbert. Natus 14. Apr. 1760. in Kovarcz in cottu Nitr. Theologiam usque tertium a. in Pázmáneó didicit et cum quinto in gener. semin. Posonii 1786. terminavit. 1787. in domo presbyterorum s. Josephi Tirnaviae transegit. Cooperatorem egit in Koross, ab 1788. in Nagy-Tapolcsány, ab 1789. in Vág-Szerdahely. Illius veri pastoralis zeli perdurans hucusque grata in populo memoria; ac eruditionem insignem, multa penu comparata librorum supellex in bibliotheca parochiali existens, posteritati reliquit. † 9. Apr. 1802. ibidem.

Jánoska, etiam Jajuska, vel Tajuska Joannes. Letaviensis ex cottu Trencsény. 28. Aug. 1750. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 19. Maji factus cooperator in Kis-Krsztyene, Hinc 11. Jul. 1754. in Ó-Tura. 17. Jul. 1755. investitus parochus in Alsó-Récsény. Hinc 2. Nov. 1757. transivit ad Kovarcz, ubi † 15. Apr. 1775.

Jánoska Joannes Nep. Natus 18. Maji 1777. Theologiam cum tertio a. in seminario Posoniensi 1798. absolvit. 7. Mart. 1800. ordinatus. Primam applicationem qua praebendatus in choro metr. eccl. Strig. accepit. Mox cooperator Strigonii in l. r. citte. 25. Febr. 1803. ibidem parochus praesentatus, cui 2. Maji 1808. renuncia-

vit, factus secretarius officii vicarialis Tirnaviensis. Dein cancellarius ejusdem officii. Hinc 23. Oct. 1816. praesentatus parochus in Drégely-Palánk, una VADnus districtus Honth. medii. † 3. Maji 1850. ibidem.

Jánoska Michael, vide **Zoványi**.

Janosovics Michael. Fuit ab 1631. licentia-tus in Nemet-Gurab. De quo Georgius Draskovics in visitatione 1634. peracta sic: «Nemet-Aisgrub prius filialis ad Csataj, postea ungaris incolis germanos superantibus Illésházy praedicantem ungarum invexit, germani ad Csataj comeabant, deinde vero ante triennium converso ad fidem catholicam praedicante Michaelé Janosovics hungaro, totus pagus illius dicta audire et illi solvere jussus.»

Janosovics Georgius. 5. Oct. 1671. investitus parochus in Rohó, ubi usque 1675. eperatus est.

Jánossy Franciscus. Natus 30. Mart. 1761. in Sasvár. Theologiam cum quinto a. in seminario generalis 1787. absolvit. Cooperatorem egit in Koross, ab 1790. in Nagy-Tapolcsány. Hinc parochus in Kisvendég. Inde m. Aug. 1806. transivit ad Prassicz. Hinc 23. Jun. 1811. ad Nagy-Tapolcsány, una VADnus districtus ejusdem cognominis. † 28. Jul. 1819.

Jánossi Joannes. Natus 21. Dec. 1842. Theologiam in seminario Nitriensi absolvit. 25. Jul. 1867. ordinatus est. Praesentam pro parochia Ujlak, a Stephano com. Eszterházy 1871. accipiens, ad ADioec. susceptus, prius ibidem admin. dein parochus investitus est. † 2. Jun. 1886.

Janovics Georgius. Sasvárensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1687. magister philosophiae. Theologiam in collegio rubrorum cum quarto a. 1690. absolvit. 1. Maji 1691. ordinatus est. 22. Apr. ejusdem a. investitus parochus in Vagyócz. Hinc 27. Jan. 1694. in Búr-Szent-György. Ab eodem a. usque 1696. occurrit etiam in Bogdány. Ibidem 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parochia sic: «Aetatis 27. sacerdotii quatuor.» 2. Apr. 1696. investituram accepit in Lopej. Inde 17. Apr. 1697, in Kis-Palugya. Hinc 7. Jul. 1702. in Dojcs. Sub eo prima vice inveniuntur rationes ecclesiae deductae. Hinc 22. Apr. 1711. in Ocsova, una cum Szalatna. 1712. transivit ad Szelec. Inde demum 12. Sept. 1718. obtinuit investituram pro l. r. citte Veterozolio, ubi † 21. Jan. 1738.

Janovics Joannes. E seminario s. Stephani

5. Dec. 1663. ordinatus. 8. Apr. 1664. investitus parochus in Pöstyén, ubi m. Sept. e. a. successorem nactus. 14. Apr. 1666. investitus in Drégely-Palánk. Demum 26. Jan. 1669. in Pohorella.

Janovics Mathias. 9. Mart. 1663. investitus parochus in Maniga. Primus inscriptus in protocollo investorum parochorum cui titulus: Nomina parochorum, quos ego (Stephanus videlicet Bartok) sub vicariatu meo ad parochias expedivi.» Ex Maniga 30. Apr. 1664. investitus in Rózsa-völgy.

Janovszky Josephus. Nobilis Magospartensis ex cottu Bars. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1750. baccalaureus, 1751. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. 1754. absolvit. 7. Maji ejusd. a. investitus parochus in Nagy-Mánya. 1755. cepit augere capellam in filia Nagy-Valház, quam 1761. consummavit. 1775. dignitate VADni districtus Verebélyensis decoratus. 1776. ad neo-erectum capitulum Neosoliense evectus, ubi † 30. Nov. 1791.

Jantulik Andreas, Josephus. Turzófalvensis ex cottu Trencsiniensi, ex dominio Bicse. Cujus avus ad passum Turzófalvensem constitutus custos a Kuruczonibus securi percussus. 4. Nov. 1746. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Dum deponeret vestes saeculares sic fuit indutus: habuit chlamidem coloris cerulei pelle vulpina circumdatam, tunicam e panno serico viridem cum nodulis argenteis, cingulum coloris violacei e zona Viennensi cum argento praeparata, cum nodis 20. sericeis ac totidem rotulis utrinque eosdem nodos terminantibus. Caligas e panno ceruleas et coturnos cum zona argentea.» Aliqui etiam in pileo habebant fimbriaturam argenteam, aut zonas ex auro, vel argento. Plures caligas rubras, coturnos plicatos, album collipendium. Theologiam speculativam Viennae audivit. 7. Sept. 1749. a suffraganeo Viennensi ordinatus. 30. Aug. 1750. missus pro cooperatore ad Lévárd. 21. Maji 1751. investitus parochus in Moravánka. 24. Mart. 1757. petiit facultatem in sacello castelli Stephani Motesiczky celebrandi. Hinc 7. Aug. 1764. in Nyitra-Sárfő. 1665. levavit lapidem sepulchralem marmoreum cum effigie Ladislai de Zelemér provisoris bonorum AEppalium 1570. sepulti. 1771. ecclesiam in Lipovnok erexit. 1775. vero turrim ecclesiae in matre renovavit. 8. Jun. 1780. visitatio Batthyányiana peracta. † 21. Mart. ejusdem a.

Janyik Michael. Ab 1815. cooperator in Bozók. Hinc 8. Aug. 1820. investitus parochus in Alsó-Badin. Hinc 25. Sept. 1833. transivit ad Bozók, ubi † 19. Jun. 1848.

Janyikovics Franciscus, vide **Janieskovics**.
Jarek Georgius, vide **Garek**.

Járfás, vel **Gyárfás Benedictus**. Theologiam cum tertio a. absolvit. 6. Maji 1672. investitus parochus in Lédecz, ubi 1674. Andreas Péterffy peregrit visitationem, qui de parochia sic: «Annor. 28. Habet duo cubacula. In ecclesia statuæ sanctorum per Turcas destructæ. Ex 14. inquilinis parochi habet tantum 4. reliqui per Turcas exusti et dispersi.» 29. Apr. 1680. in Györkény, ubi usque 1686. operatus est.

Járfás Demetrius. Patria Gyöngyösiensis. Romæ in collegio germanico et ungarico pietati bonisque literis operam sedulam dedit. Appulit 1634. in patriam et per Sanctimoniales Posonienses pro parochia in pago suæ professionis Nagymagyar opere adscitus est. Eodem a. Georgius Draskovics ibidem peregrit visitationem, qui de parochia: «Solitarius. Moniales illi apud oconomum suum hospitium et intertentionem providerunt.»

Jaromin Georgius. 29. Sept. 1674. investitus parochus Árva-Arcensis et in Paraszt-Dubova.

Jarosini Georgius, Augustinus. 29. Sept. 1674. investitus parochus in Árva-Váralja, ubi 1690. successorem nactus. 24. Aug. 1696. in Bábászék. Hinc 17. Apr. 1698. in Nagy-Szuha, ubi usque 1699. operatus est.

Jaross Georgius. Nimniczensis, ex cottu Trencsin. 31. Oct. 1738. susceptus in alumnatum Budansem Széchényianum. Qua alumnus collegii generalis 1741. baccalaureus, 1742. magister philosophiæ. Theologiam in eodem collegio cum tertio a. 1745. terminavit. 21. Jul. ejusd. a. pro cooperatore ad Vittencz missus. 7. Sept. 1746. investitus parochus in Spácza. † 3. Mart. 1751. ibid.

Jaross Joannes, Apollinaris. Nobilis. Natus in Uminicz (Ujnémet) in cottu Trencsén. Qua alumnus seminarii Mariani. 1743. baccalaureus, 1744. magister philosophiæ. Theologiam in eodem seminario cum tertio a. 1747. terminavit. 9. Aug. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Csejthe. 18. Febr. 1750. investitus parochus in Bohunicz. Hinc 7. Maji 1757. in Galgócz. 1768. congregatio s. Annæ stabilita. 19. Aug. 1776. concessa est usque futuram dispositionem Galgóczyensibus processio ad

Sasvár. 15. Jun. 1780. peracta visitatio Batthyániana. 1798. Joannes Nep. Erdödy xenodochium fundat cum capella, in cuius ara statua B. M. V. Cellensis posita, ante quam quotidie missa celebranda. (Acta Xenodochii vide cat. 3. fundat. saec. ab 1776—1788.)

Jaross de Nemes-Miticz Vincentius. Natus 22. Jan. 1795. in Koltha in cottu Comar. Philosophiam et theologiam cum quarto a. in seminario Stephani 1818. absolvit. 12. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Praebendatus chori eccl. metr. Ab 1820. cooperator Tirnaviæ. 20. Oct. 1829. investitus parochus in Cseke, hinc jam 26. Oct. ejusdem a. per cambium cum Andreae Krssák, qui obtento Verebély mox reverti voluit ad suam pristinam stationem Cseke, sic Jaros obtinuit Verebély. Ab 1831. VADnus per districtum Verebély et schol. nat. inspector. 20. Apr. 1841. installatus canonicus Strigon. 1850. ADnus Comarom. 1853. abbas s. Aegydi de Simighio. † 22. Jun. 1859. Strigonii.

Jászay Andreas. Occurrit 1630. parochus in Egerszegh, nominatur in visitatione per Volfgangum Érsekujvári, hic et in Nyitra-Vicsap, (nunc Vicsap-Apáti) eodem a. peracta. Synodo Tirnaviensi per Petrum Pázmány 4. et 5. Oct. ejusdem a. celebratae qua parochus in Tardoskedd interfuit.

Jászay Joannes. Occurrit 1630. licentiatuſ in Polybolt (Ipoly-Bolyk.) Interfuit synodo Tirnaviæ per Petrum Pázmány 4. et 5. Oct. ejusd. a. celebratae. 1647. nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto.

Jászay Michael. E seminario s. Stephani 19. Jul. 1689. ordinatus. Mense Oct. ejusdem a. investitus parochus in Bélaház. Hinc 26. Apr. 1691. in Turócz-Szent-Ilona et mox 16. Jun. ejusdem a. in Kamenicz et Lelócz. Sed hos relinquens aliam petiit regionem et 13. Jul. 1691. investituram accepit in Nyerges-Ufalu, ubi tantum usque 1692. operatus est. Mense Oct. 1694. accepit Vilke. Hinc 3. Apr. 1698. Szakal, ubi 1699. successorem nactus. Denique 19. Aug. 1712. investitus in Istvánfalva, ubi usque 1714. activus erat.

Jaszek Franciscus. Ab 1833. cooperator in Kis-Tapolcsány, ab 1834. in Szigliszberg et ab 1839. in Selmezbánya. 1840. obtinuit parochiam Kormossó. Fuit cottus Hont tabulae jud. assessor. † 9. Maji 1847. ibidem. Aetatis 47.

✓ **Jaszlóczy Georgius.** Fuit ab 1661. usque 1663. parochus in Báhony. 25. Apr. 1665. investitus in Galgócz. Hinc 3. Maji 1666. in Rózsavölgy, ubi usque 1669. mansit. 6. Apr. 1672. investituram accepit pro Krakován, ubi 10. Febr. 1674. successorem nactus.

Jaszlóczy Jacobus, Alexius. Natus in Jaszlócz. Qua alumnus Thomae Pálffy eppi Csanád. in universitate Tirnaviensi 1657. baccalaureus et 1658. magistrus philosophiae. 1659. alumnus Pázmánei. Postquam Jacobus Haskó m. Maji 1660. parochiam Szomolány cessit, ille hanc occupavit. Ibi, inscriptio matricularis, uti ipse notabat, «1664. propter disturbia vacabat» et «1665. consignationem infirmitas gravis impedivit.» 1672. quinque laterales aras statuit. 1673. jam VADnus Eodem a. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem, qui dicit, quod Barbara Ludányi novitus erexit capellam dolorosae B. M. V. in qua parochus singulis mensibus unum sacrum dicere debet pro legato prato. In eccl. parochiali cryptam parari fecit, quam fundatione proviait. 27. Apr. 1676. installatus canonicus Poseniensis. Factus abbas de Czikador. 1686. canonicus cantor. 1687. testem egit contra canonicum Viza imposturas patrantem, tunc aetatis quinquagesimo. 1698. substitutus parochi eccl. coll. ad s. Martinum usque 1700. Jam 1697. lector, et el. eppus Tribunicensis. 1698. installatus praepositus in Volkra. † 1708. Magnus benefactor capituli, qui 10,273 flnos pro sacris perpetuis reliquit.

Jaszlóczy Jacobus. Theologiae in Pázmáneu studuit. 1. Maji 1699. investitus parochus in Turócz-Szent-Mária, hinc una et in Szent-György sacra administrabat. Sub Rákóczyanis ministri unus post alterum introducti; qui, pace regno reddita, parochi locum cedere debebant. Is 1709. palam rediit, qui eoque clam operatus est. Hinc 26. Apr. 1711. investitus in oppido Oszlány, ubi mox desinit operari.

Jaszlóczy Mathias. Jaszlóczensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1676. baccalaureus et 1677. magister philosophiae. Theologiam in coll. generali cum quarto a. absolvit. 20. Sept. 1680. ordinatus est. 15. Apr. 1681. investitus parochus in Turán. Hinc 31. Jan. 1684. in Pudméricz, ubi 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui parochum 42. annor. esse dicit. Joannes com. Volkra in visitatione 1699. illum aetatis 45. dicit. 1705. m. Aug. hic victoria de Rá-

koczyanis reportata, caesis mille, tormentis septem captis. Operatus est usque 1710.

Jaszlóczy Michael. Occurrit 1647. parochus in Nyitra-Perezslény cum filia Lovász. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto. 1657. peregit ibidem Joannes Cherlay visitationem, qui de parochi notavit, quod sit bene commendatus, sed parochiam nullius momenti habeat.

Jasztrabszky Stephanus. Natus 3. Sept. 1793. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1816. absolvit et 4. Sept. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Köhidgyarmat, ab 1820. in Udvard. A m. Febr. 1826. usque Jun. ejusdem a. int. admin. egit in Koltha. Dein iterum cooperatur et quidem in Barth. Hinc admin. in Skiczó, ubi 18. Mart. 1828. praesentatus parochus, quam 13. Jun. 1834. resignavit, sed jam 27. Sept. ejusdem a. accepit Óvár administrandam. Hinc m. Apr. 1852. transiit Felső-Sipék, ubi † 1. Jun. 1863.

Jávör Michael. Nobilis Kazáriensis e cottu Neograd. E seminario Mariáno 1752. baccalaureus, 1753. magister philosophiae. 4. Jul. 1757. pro cooperatore ad Vizkelet missus. 19. Apr. 1759. investitus parochus in Besse, ubi † 12. Apr. 1764.

Jávorek Paulus. Theologiam cum quarto a. in seminario generali 1776. absolvit. Dein praebendatus chori coll. eccl. Posen. Hinc 1779. factus parochus in Detrekő-Szent-Péter. Inde m. Maji 1781. in Récse. Exhinc in Gajar, ubi 1809. munus VADni districtus Malaczkensis in se assumpsit. † 9. Mart. 1827. ibidem.

Javornik Stephanus. Theologiam tertii a. in seminario generali 1770. absolvens 6. Dec. in curam animarum Scepusium inviatus. Cooperatorem egit in Tótfalu, ab 1772. in Szomolnok, ab 1773. in capitulo Scepusiensi. 1774. factus parochus in Toporc. Quacum parochia incorporatus est neoerectae dioecesi Scepusiensi.

Javorszky Joannes. E dioecesi Agriensi legitime dimissus et ad hanc ADioecesim susceptus. 14. Oct. 1755. missus pro cooperatore ad Almás in cottu Posen. hinc Neo-Villam. 19. Febr. 1756. investitus parochus in Fenyő-Kosztolány. † 8. Jun. 1758. ibidem.

Jázberényi Paulus. 21. Febr. 1680. investitus parochus in Karancsságh, ubi eodem a. successorem nactus.

Jazvicz Antonius. Viennensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1753. baccalaureus et 1754. magister philosophiae. 26. Apr. 1760. applicatus pro cooperatore Posonii. 8. Jun. 1761. jussu neo-electi AEppi Strig. Francisci Barkóczy cum tribus aliis sub directione Ladislai Bertalanffy Agriam missus. Accomodationem accepit qua ceremoniarum eppi Targensis. † 30. Oct. 1761. Viennae.

Jedinák Theodorus. Natus 9. Nov. 1855. Theologiam in generali seminario Pestini 1878. absolvit. 21. Jun. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Vedröd et Nagy-Tapolcsány. 1887. factus admin. in Nagy-Senquicz, ab 1890. in Felső-Vásárd. Eodem adhuc a. parochus in Kis-Vendég.

Jedlicska Emericus. Natus 24. Oct. 1798. in Egbell. Philosophiam et theologiam in seminario Mariano 1822. absolvit. 1823. in instituto presbyterorum Strigonii transegit. 5. Mart. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Verbó, Pöstyén et Galgócz. 1832. factus parochus in Felső-Vásárd. Hinc 1836. transivit ad Drahócz. Inde 26. Mart. 1844. accepit Rarbach, per cambium cum Ignatio Császár. Inde 19. Maji 1845. praesentatus in Czerova. Hinc 13. Sept. 1853. investitus in Szobotist, quam per cambium cum Paulo Halus accepit. Exhinc 14. Nov. 1859. transivit ad Rohó, ubi usque 1872. operatus est, nam 1. Nov. 1871. aggregatus est instituto s. Adalberti. † 22. Nov. 1891. qua nestor dioecesis.

Jedlicska Georgius. Theologiam cum cursu speculativo et morali in Pázmáneó terminavit. Fuit cooperatore Szakolczae a. uno, dein admin. in Búr. 3. Febr. 1711. investitus parochus in Závada, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochia dicit: «In cura animar. annis 6. Non se immittet ad perceptionem proventuum ecclesiae ad tollendam omnem suspensionem.» 5. Maji 1714. investituram accepit pro Nagy-Jác. Ibidem 14. Nov. 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parochia, quod sit presbyter 25. annor. † 1733. ibidem.

Jedlicska Georgius. Natus 1. Apr. 1774. Szakolczae. Theologiam cum quarto a. in seminario AEppali Posonii 1798. absolvit et 17. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Üzbég, ab 1800. in Pöstyén. 1809. factus parochus in Brezova. Hinc 1814. transivit ad Ujvároska. Inde 11. Maji 1823. praesentatus in Bajna in cottu Nyitra. Hinc 19. Jun. 1834. installatus in Lan-

csár. Exhinc 4. Apr. 1836. transivit ad Lopassó, ubi operatus est usque 29. Maji 1853. Tunc in sequelam totalis surditatis beneficium resignavit et ad locum natalem recessit. Meretur gratam memoriam apud Lopasóvienses, nam 1842. loco antiqui aedificii parochialis ruinae proximi, quum jam ipse provectae fuisset aetatis et quiete opus haberet, a fundamentis novam struere curavit aedem. 21. Jan. 1858. Adalbertinista factus. † 23. Febr. 1865. Szakolczae qua nestor dioecesanus.

Jedlicska Ignatius. Szakolczensis, 1753. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum, ubi magisterium philosophiae adeptus et theologiam moralem per triennium absolvit. 3. Apr. 1756. ordinatus et factus coop. in Vittencz. 30. Jul. 1757. investitus parochus in Jókó. 16. Aug. 1777. exculpat se, respectu tumulti propter organistam a castellano suscitati. 26. Aug. 1788. visitatio Batthyanyiana peracta, in qua parochus 55. annorum dicitur. † 3. Jul. 1800.

Jedlicska Paulus. Natus 14. Jan. 1844. in Lopassó. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 25. Jul. 1866. ordinatus. Cooperatorem egit in Cszazta, 9. Dec. 1868. Budae in Taban. 17. Jun. 1870. denominatus parochus in Istvánfalva. Hinc 30. Jul. 1874. potitus est parochia in Felső-Dió. A 3. Maji 1882. etiam munus VADni in distr. Szomolányensi gerit. Est zelosus cultor historiae, imprimis ecclesiasticae. Merita ejus literaria recensentur. (Uj Magy. Sion. 1886. 119.)

Jedlicska Stephanus, Adalbertus. 31. Maji 1675. investitus parochus in Verbócz. Hinc jam 28. Aug. ejusdem a. in Jablonicz, ubi 1676. successorem nactus.

Jedlicska Thomas. Natus 16. Dec. 1761. in Nagy-Jác, cottu Nitr. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. Poson. 1786. terminavit. 1787. in domo presbyterorum s. Josephi Tirnaviae transegit. Cooperatorem egit in Kis-Apáthi, ab 1788. in Garam-Szóllós, ab 1792. in Szered. 31. Jan. 1795. investitus parochus in Keresztúr. Ibi 1800. habuit causam complicatam propter testamentum Martini Jabloniczky. † 15. Mart. 1814. ibidem.

Jeglics Petrus, vide Inglicz.

Jekelfalussy de eadem et Margitfalva Vincentius, Fer. Natus 1802. in Mucsony in cottu Borsod. Studia juridica Cassoviae et Pestini absolvit, item laurea doctoratus e philosophiae cod-

ratus. Theologiam in seminario Mariano Tirnaviae 1827. terminavit. Eodem a. ordinatus. 1828. in domo presbyterorum transegit Strigonii. Cooperatorem egit in Vásárút et mox in Érsekujvár. A m. Apr. usque Sept. 1830. vero Strig. in AEppali citte. Hinc accersitus ad aulam primatiam pro capellano una protocollista. Inde 1831. parochus in Füzes-Gyarmat. Exhinc 13. Febr. 1833. praesentatus in Párkány, quam 9. Jul. 1835. cambiavit cum Francisco Kovács pro Rimócz, ubi ab 1841. munus surr. VADni gessit. 13. Jun. 1842. promotus ad canonicatum Poseniensem, 14. Maji 1844. vero Strigoniensem. 1846. consiliarius ad consilium locumten. Hung., mox el. eppus Almisiensis. 1848. nominatus eppus Scepusiensis. Dioecesim ob turbulenta tempora nec adire potuit, sed illam 1849. resignans, primo in superiori Austria, dein Viennae retractam duxit vitam. 20. Oct. 1866. praepositus Poseniensis installatus. 19. Nov. ejusdem a. denominatus, 5. Maji 1867. consecratus eppus Albaregalensis. A 21. Nov. 1869. usque 31. Mart. 1871. partem cepit in concilio oecumenico Romae. Propter dogma de infallibilitate summi pontificis, collisiones habuit cum gubernio. Romam iterum reversus. † 15. Maji 1874. ibidem. Corpus 28. Maji ad cryptam cathedr. ecclesiae suae reconditum. (Historia Dioec. Alba-Regalis 315.)

Jekkel Josephus. Natus 18. Apr. 1845. Theologiam Strigonii 1868. terminavit et 2. Aug. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Duna-szerdahely, ab 1869. in Zsigárd et adhuc eodem a. Comaromii 1874. parochus factus in Püski.

Jelencsics Georgius. Occurrit 1700. parochus in Mindszent, (seu Bethania, Biaczovecz, Bigazovecz) in cottu Scepus. Fuit simul decanus fraternitatis. Nominatur eodem a. per visitatorem Joannem Sigray.

Jelencsics Josephus. Deákensis ex cottu Posen. 3. Nov. 1733. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 18. Dec. 1735. investitus parochus in Ürméncz. Hinc 30. Apr. 1740. in Tóth- seu Nagy-Megyer, ubi eodem a. Stephanus com. Zichy ecclesiam reparari curavit. Inde 9. Oct. 1741. investitus in Závada. Hinc 30. Jan. 1743. in Ujlak. Demum exhinc 5. Febr. 1751. in Nagy-Surány, ubi 1753. per Andream Rabcsék expositio de parochia facta. 15. Aug. 1758. Joannes l. b. de Reva, qua commissionis taxae tolerantialis praeses regius, petit puniri parochum,

quod judeo laridum in os intruserit. † 10. Mart. 1764. ibidem.

Jelenffy Georgius. 5. Jun. 1722. investitus parochus in Garam-Szóllős et Csejkő, ibi 14. Maji 1731. Georgius Jelenfy peregit visitationem, qui de parocho refert: Aetatis 46. in cura animarum 16. † 1. Mart. 1738. ibidem.

Jelenffy Isidor. 14. Febr. 1674. investitus parochus in Brogyány, nunc filia ad Széplak, ubi jam eodem a. successorem nactus.

Jelenffy Joannes. Natus 27. Nov. 1677. in Zsolnafalva e parentibus Mathia et Justina Radványi. Theologiam cum cursu speculativo in Pázmáneó 1703. terminavit et ordinatus est. 4. Jul. 1704. investitus parochus in Udvarnok. Pulso ministro aug. conf. addicto, maxime operam conferente Josepho Sárváry, domini Galgócz provisoro, ecclesia recuperata et parochus introductus est. Successorem 1706. nactus. Subin cooperatorem egit in Vágújhely et supplevit parochum in Csejthe, ubi post mortem hujus m. Majo 1710. beneficium obtinuit. Ibidem 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parocho notavit: «Bonae doctrinae commendatur a. communitate.» Ad recommendationem Adalberti Révay praep. Vágújhelyiensis illum Emericus Eszterházy 1726. aulae suae inspectorem constituit. 3. Jun. 1727. canonicus Strig. 17. Apr. 1735. ADnus Zoliensis installatus. Fuit etiam abbas s. Georgii de Gottal et canonicus a latere AEppi. † 24. Febr. 1736. Tirnaviae. Sub ara s. Dorotheae tumulatus.

Jelenffy Ladislaus. Ab 1667. parochus Szakolczae, una decanus. Hinc 3. Jun. 1670. investitus in Bazin. Ibi jam 16. Febr. 1671. successorem nactus. 2. Maji ejusd. a. investituram accepit pro Szucsány in cottu Turócz. Primus hic curio catholicus post abitum pastorum aug. conf. addictorum. Operatus est usque 1675.

Jelenffy Paulus. Natus in Oct. 1758. in Garam-Keszi. Theologiam cum quinto a. in gener. semin. 1786. absolvit. 1787. in domo presbyterorum s. Josephi Tirnaviae transegit. Cooperatorem egit in Balassa-Gyarmat, ab 1788. in Sasvár. Hinc 19. Jul. 1791. praesentam accepit pro Nagy-Lapás, ubi † 12. Mart. 1794.

Jelenovicz Michael. Theologus qua casista duobus et semi altero anno. 1651. factus parochus in Lutilla, ubi 1657. Andreas Szily peregit visitationem, qui de parocho dicit, quod sit aetatis 30. parochus annor. 6. ibidem usque 1663. operatus

est. 27. Apr. 1668. investitus parochus in Szklenó-Fürdő.

Jelinek Andreas. Fuit parochus Görgöensis. † 17. Dec. 1743. Szepes-Váraljæ apud FF. Misericordiae.

Jelinek Franciscus. Natus 29. Febr. 1820. in Nagy-Tapolcsány. Philosophiam et theologiam Tirnaviae cum quarto a. 1843. terminavit. 15. Jul. 1844. ordinatus est. Modram pro cooperatore missus, mox ad Szomolány transivit, ut viribus fracto parochus auxilia praestet. 1849. obtinuit parochiam Hosszúfalva, ubi ab 1858. surr. ab 1866. vero ord. VADni munere functus est. † 27. Nov. 1881.

Jemich, seu Jemicus Joannes. Fuit ab 1611. usque 1639. parochus in Nagy-Senquicz. (Kovachich Commentatio, 39. in Kolinovics, Chronicon Templar.) Ejus nomine usus est Petrus Pázmány in duobus operibus polemicis. (Frankl, Pázmány Péter és kora I. 101. et Fraknoi, Pázmány Péter. 54.) Kovachich illum ipsum autorem fuisse declarat, et strenuum aetatis suae theologum polemicum nominat. (l. c. 38.) Opera recensentur per Szabó, Régi Magy. Könyvtár II. 700.

Jenik Nicolaus. Natus 5. Dec. 1813. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit, 21. Aug. 1837. ordinatus est. Cooperatorem egit in Felső-Ludány, ab 1840. in Patak, et ab 1842. in Rimócz. 1849. denominatus parochus in Kőkeszi, quam 20. Oct. 1867. resignavit. 1. Nov. 1871. instituto s. Adalberti adlectus. † 29. Jul. 1873. Strigonii.

Jeremias. Occurrit 1561. et 1562. plebanus in oppido Sancto-Georgio. Instrumentum visitationale a. priori confectum de illo habet: «Plebanus uxorem habet et liberos cum ea. Administrat sacramenta secundum ritum Romanae ecclesiae.» Instrumentum visitationis a. posteriori peractae, dicit, plebanum catholicum, et repetit prius dicta.

Jerometti Ignatius. Cassoviensis, 10. Nov. 1751. e collegio rubrorum missus ad alumnatum Budensem Szechényianum. 14. Sept. 1752. ordinatus. 27. Aug. ejusd. a. missus pro capellano ad capitulum Scepusiense. Jam 1763. parochus in Felső-Szalók, ubi † 8. Apr. 1774.

Jessenius Casparus. Occurrit 1634. parochus in Zohor, de quo Georgius Draskovics in visitatione eodem a. peracta notavit: «27 annor. nuperrime e collegio Pázmányano missus. Ad initium animi impetus exagitabat, non conveniebat illi

cum parochianis. Quemdam cum baculo excepit, cum alius correptionis modus fuisset potius adhibendus. Decimatorem, forte propter suam sedecimam vituperiis affecit. Lenis etiam apparebat, plusculum vino indulgens. Choreas ipsemet duxit. Imberbis et natura ad saltandum promptus. De quibus, cum eum graviter objurgassem, emendationem promisit. In literis videtur progressum fecisse. Breviarium recitat. Nullam foeminam, duos pueros servat. Cum parochianis jam melius concordat ac antea. Mansvescet. A concionibus non laudatur praesertim, quia ultimas silabas in loquendo absorbet. Parochia nondum omnino perfecta. Nova extruitur priore penitus exusta.»

Jeszeni Stephanus, vide Tétényi.

Jeszenszky Andreas, Josephus, Stephanus. Mense Jan. 1721. pro secundi a. theologo ad seminarium Marianum susceptus et jam 21. Mart. 1722. ordinatus. 7. Sept. ejusdem a. investitus parochus in Nádasd, in cottu Hont. Ibidem 1731. Joannes Ujvendéghy visitationem peregit, qui de parochus adnotavit, quod sit 32. annor. Reclamavit decimas vini a S. J. Idcirca habuit litem cum rectore collegii Neosol. qui amotionem parochi postulavit, hic econtra in 12 punctis collegium accusavit. Hinc 7. Sept. 1737. investitus in Alsó-Dombó, ubi † 6. Febr. 1740.

Jeszenszky Franciscus. Philosophiae studuit in Pázmáneó. 1681. Romam missus pro theologia. Ad patriam reversus 18. Nov. 1690. pro interim applicatus est parochus in Egyházfalva, ubi usque 1692. operatus est. 22. Apr. 1694. installatus canonicus Strigon. A 23. Maji ejusd. a. parochum egit in Szempcz. 9. Sept. ejusdem a. investitus in Nagy-Zellő, ubi usque 1696. mansit, tunc reversus ad capitulum. † 26. Sept. 1702.

Jeszenszky Joannes. 8. Aug. 1762. missus pro cooperatore ad Nagy-Salló. 25. Apr. 1766. investitus parochus in Valaszka-Béla. Hinc 9. Maji 1767. in Nagy-Herestyén. Inde 8. Jun. 1777. in Szöllös, ubi dilatationem et reparationem ecclesiae terminavit. 1780. transivit ad Felső-Attrak. † 20. Febr. 1786. ibidem.

Jeszenszky Joannes. Natus 20. Maji 1814. in Garam-Ujfalu. Theologiam in seminario Mariano 1838. absolvit. 1839. in instituto presbyterorum Strigonii transegit. 26. Jul. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Aranyos-Máróth. 1840. obtinuit parochiam in Velsicz, ubi † 16. Mart. 1882.

Jewlasovszky Joannes. Fuit a 6. Jun. 1676. usque m. Maji 1677. parochus in Bohunicz.

Jezerniczky de Báhon Franciscus. Theologiam in collegio s. Apollinaris absolvit Romae. Reversus 28. Aug. 1678. investitus parochus in Felső-Szeli. Hinc jam 28. Nov. ejusd. a. in Szent-Mihályfa. Inde 18. Oct. 1679. in Vizkelet. 23. Maji 1680. in Szempcz. 19. Dec. 1685. installatus canonicus Strigon. retenta ultroquoque parochia, usque dum 16. Jul. 1686. investituram accepisset pro parochia cittis reg. Strigon. primus, post recuperationem ante biennium a Turcis factam. 1689. reversus ad capitulum. 7. Mart. 1690. ADnus Hont. 5. Jun. 1691. abbas s. Spiritus de Hrapkó, sed hanc resignavit et 1698. illam ss. Salvatoris de Lekér obtinuit, hanc similiter resignavit. 18. Jul. 1696. praepositus s. Georgii de viridi campo Strig. et ADnus cathedralis. 24. Jul. custos. Jam tunc el. eppus Tribunicensis. † 1. Maji 1713. Sepultus apud Franciscanos Tirnaviae.

Jezovszky Paulus. 30. Aug. 1698. investitus licentiatus in Rudnó, ubi usque 1699. operatus est.

Jezsó Michael. Natus 17. Dec. 1818. in Ó-Tura. Philosophiam et theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1840. absolvit. Hinc educator herul. apud Antonium Tersztyánszky in Dalmad. 3. Jan. 1842. ordinatus est. Cooperatorem egit in Tallós et Vedröd. 26. Oct. 1845. praesentatus parochus in Jóká. 1863. surr. et 1866. ord. VADnus distr. Szempczensem. Sub illo ecclesia extus et intus restaurata, campana major empta, paramenta procurata, pro xenodochio duae domus acquisitae, item schola aedificata. 29. Nov. 1869. accepit Vásárút. Qua juris peritus et medicus populo multa bona praestitit. 5. Apr. 1883. transpositus ad Szölgyén una VADnus distr. Párkány.

Joachim Michael. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1802. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Surány, ab 1803. in Alsó-Korompa et ab 1805. in Nádas. 7. Febr. 1806. missus pro admin. capellaniae localis in Hrussó. 1811. illa in parochiam evecta, ipse permansit in statu administratoris. 15. Sept. 1814. dimissus ad ADioecesim Viennensem, discessit.

Joachimi Adalbertus. 14. Sept. 1687. investitus parochus in Pribidina et Szent-Péter. 17. Maji 1692. in Dovalló et Kokava, ubi usque 1696.

operatus, tunc accepit Jekelfalva, ubi 1700. Joannes Sigray peregit visitationem, qui de parochio notavit quod sit Silesita.

Joannes. Occurrit 25. Apr. 1286. sacerdos de villa Püspöki, qui in synodo Strigonii per Lodomerum AEppum celebratae praesens fuit. (Knauz, Mon. Strig. II. 214.)

Joannes. Occurrit 12. Maji 1291. sacerdos ecclesiae de Chalamia (Nagy-Csalamia) VADnus Hontensis de ultra Bykelew, testatur de ultima voluntate comitis Benedicti filii Both. (Knauz, Mon. Strig. II. 283.)

Joannes. Occurrit 1291. sacerdos de Chuzthu, (Csölöstö, nunc filia ad Somorja) qui praesens fuit dum Joannes filius Petri, filii Csukár possessionem Turne Posoniensi ecclesiae donavit. (Knauz, Mon. Strig. II. 283.) Item 27. Jun. 1305. nominatur sacerdos de Chelchteu, qui in negotio respectu villae Dorbogez activus fuit. (Ibid. 555.)

Joannes. Occurrit 12. Maji 1291. presbyter ecclesiae de Lesunye (Leszenye in cottu Hont.) qui testis fuit, dum comitis Benedicti filius, dictus Both, ultimam conderet voluntatem. (Knauz, Mon. Strig. II. 283.)

Joannes. Occurrit 27. Jun. 1297. plebanus et canonicus Posoniensis, coram quo Elisabetha, relicta comitis Cosmae, in ecclesia fratrum minorum. Posonii, occasione exequiarum mariti sui, possessionem Horpo comiti Petro legavit. (Knauz, Mon. Strig. II. 400.) 1310. per capitulum in re metalli exmissus, tunc jam qua custos. (Ibid. 673.)

Joannes. Occurrit 27. Sept. 1320. plebanus ecclesiae sancti Petri de Gelye (Egyházgelle) canonicus Posoniensis. (Knauz, Mon. Strig. II. 782.) Item occurrit 1324., tunc coram illo, filii comitis Hambatonis, post hujus tumulationem fassi sunt dispositiones, per ipsum factas. (Fejér, C. D. VIII. II., 576.)

Joannes. Occurrit 1324. vir discretus plebanus de Súr, (Nagysúr) quem capitulum Posoniense cum commissario comitatensi exmisit, ut perambularet possessionem nobilium de Nyék. (C. D. Andeg. II. 141.) Item 11. Jul. 1330. Qui per capitulum Posoniense exmissus fuit, actum potentiarum per filios Kenez contra Mathiam Elefanti patratum inquirendi, (Ibid. 499.) Inter 1332. usque 1337. adhuc fuit ibidem qua sacerdos de Sur applicatus, et juratus dixit, quod suum beneficium non valeret ultra quinque grossos, quos

et collectoribus census papalis exsolvit. (Mon. Vat. S. I. T. I. 202.)

Joannes. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Bot, seu de Viel (Alsó-Botfalva) solvit quatuor grossos collectoribus census papalis, et erat pauper heremita. (Mon. Vat. S. I. T. I. 230.)

Joannes. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos Sanctae Mariae de Chitnik (Csetnek,) qui juratus dixit, non valere suum beneficium ultra decem marcas, et solvit collectoribus papalis unam marcā. (Mon. Vat. S. I. T. I. 192.)

Joannes. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos s. Elyzabeth in ADtu Hont (nunc Drégely-Palánk) qui juratus edixit beneficium non valere ultra marcā, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 186.)

Joannes. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Zel, (Felső-Zelle) qui juratus dixit, suum beneficium valere duas marcas cum media et solvit collectoribus census papalis decimam, sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 230.)

Joannes. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos de Salanta (Gualanta) nunc Galanta, qui juratus dixit, non credere, quod suum beneficium valeret ultra quinque fertones, et solvit collectoribus census papalis septem grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 201.)

Joannes. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos s. Martini de Hono, Honti. (Hont nunc filia ad Drégelypalánk) qui juratus, quod suum beneficium non valeret ultra unam marcā, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 187.)

Joannes. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Quesi (Karancskesz) est Neugradiensis, qui dixit collectoribus census papalis, quod suum beneficium non valeret ultra marcā, et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 229.)

Joannes. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos eccl. B. M. V. de Cresuag (Kis-Krstyene), qui juratus dixit non credere, valere suum beneficium ultra marcā et solvit collectoribus census papalis sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 190.)

Joannes. Occurrit 1332. plebanus de Moys Sanctae Trinitatis (Mosócz) juratus aestimavit suum beneficium ad centum grossos et solvit decem. (Mon. Vat. S. I. T. I. 222.)

Joannes. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Costulan (Nagy-Kosztolány), qui dixit

suum beneficium non valere ultra marcā et mediam. Solvit. (Mon. Vat. S. I. T. I. 234.)

Joannes. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos sancti Petri de Sarro (Nagy-Sáró), qui juratus dixit, non valere suum beneficium per annum ultra marcā et fertonem. Solvit septem grossos et medium. (Mon. Vat. S. I. T. I. 188.)

Joannes. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos ecclesiae Sancti Nycolai de Synon, Suran (nunc Nagy-Surány) qui juratus dixit, quod suum beneficium non valeret ultra duos fertones, et solvit tres grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 186.)

Joannes. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos sancti Mauritii de Vaskan, Naswoti (Naszvad), qui juratus dixit, non valere suum beneficium ultra quatuor marcas, et solvit viginti quatuor grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 186.)

Joannes. Occurrit 1332. vice-plebanus Neosolii, qui in extruenda ecclesia ejate non parum desudavit et operam exhibuit. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 106.)

Joannes. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos eccl. s. Joannis de Bexim (Reychan) in ADtu Nitr. (nunc Rajcsán, filia ad Nadlány) qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra fertonem et solvit grossum et medium. (Mon. Vat. S. I. T. I. 192.)

Joannes. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Turdesquedi (Tardoskedd), qui juratus dixit, non credere, quod suum beneficium ultra sex marcas valeret et solvit mediam marcā cum sex grossis. (Mon. Vat. S. I. T. I. 331.)

Joannes. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus s. Stephani de Zolna. Solvit instar decimae papalis quatuor marcas. (Theiner, Mon. Hung. I. 573.)

Joannes. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Tenvere, (Cemere), nunc Szemere qui juratus dixit, suam plebaniam non valere ultra marcā cum fertone. (Mon. Vat. S. I. T. I. 183.)

Joannes. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Sedino, (Szölgyén), qui juratus dixit, non valere suum beneficium tres marcas, solvit collectoribus census papalis octodecim grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 232.)

Joannes. Occurrit 1340. presbyter ecclesiae beati Georgii de Zerdahely (Duna-Szerdahely) et ibidem rector. (Fejér, C. D. VIII. IV. 482.) Item 1341. deputatus capituli Posoniensis pro statutione ecclesiae Egyházkarcensis. (Ibid. IX. V. 315.)

Joannes. Occurrit 1341. et 1343. plebanus eccl. B. Virg. in Visegrad et reginae Elisabethae capellanus spiritualis. (Fejér, C. D. IX. I. 103. és Századok 1868. 403.)

Joannes. Occurrit 9. Maji 1342. ecclesiae de Reche (Récse) plebanus, qui testis auriculatus fuit in ultima voluntate comitis Andrae de Churle. (Magy. Sion. 1865. 376.)

Joannes. Occurrit 1349. plebanus de Leegh (Nagy-Légh). Nominatur in actis praedialistarum de Karcsa. (E notis Sig. Kisfaludy.)

Joannes. Occurrit 1358. plebanus de Korpona. (Palásthyak I. 126.)

Joannes. Occurrit 1360. plebanus in Mosócz. (Schemat. hist. Neosol. 1867. 229.)

Joannes. 1379. plebanus de Bors et VADnus item de Bors. (Palásthyak I. 151.)

Joannes de Regiomonte. Occurrit 1391. rector altariae s. Sigismundi in ecclesia parochiali in Körmöcbánya. (Schemat. hist. Neosol. 299.)

Joannes Petrus. Occurrit 9. Jan. 1398. de S. Benedicto presbyter Strigon. Dioec. cui Bonifacius IX. indulget, ut per confessarium pro suo lubitu eligendum absolvi possit. (Mon. Vat. S. I. T. IV. 44.)

Joannes de Gyba. Occurrit 1405. plebanus parochialis ecclesiae de Brizna (Breznóbánya). Eum ejusque successores Sigismundus rex concessis decimis providet. (Fejér, C. D. X. IV. 376.)

Joannes. Occurrit 1413. plebanus B. M. V. de Pesth. (M. O. D. L. 10,119.)

Joannes. Occurrit 1415. plebanus, seu rector parochialis ecclesiae de Korpona, una canonicus praebendatus Quinqueecclesiensis ac Albaregalensis, reginalis Mattis hung. vicecancellarius. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 184.)

Joannes. 1429. parochus Sygrensis et canon. Scep. quem Georgius de Késmárk severe comonefecit per affixum ad valvas ecclesiae edictum, ut nisi extrema experiri mallet, mores suos castiget, non alibi frequentius, quam in loco beneficii agat. Divinis constanter assistere studeat. (Wagner, Analecta Scep. III. 55)

Joannes. Occurrit 1449. plebanus de Korpona. (Schemat. hist. Neosol. 184.)

Joannes. Occurrit 1456. plebanus in Várkony. (C. D. Patrius IV. 385.)

Joannes. Occurrit 1460. plebanus ecclesiae parochialis Strigonii in vico fabrorum ad s. Lau-

rentium, qui jussu AEppi citationem peregit. (E notis Georg. Palkovics.)

Joannes. Occurrit 1483. parochus in Németh-Próna, qui ob censum contra parochum Bajmóczensem actionem movit, sed causam per omnia fora perdidit. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 396.)

Joannes. 12. Febr. 1512. rector capellae s. Michaelis in Szered, factus est notarius publicus.

Joannes. 1519. plebanus de Villa Abrahae distr. sup. Hernad. (Abrahámfalu), solvit decimas papales 1 f. 20. d. (Wagner, Analecta Scep. II. 194.)

Joannes. 1519. parochus de Villa Bethlen, distr. sup. Hernad. (Betlenfalu), solvit decimas papales 3 f. 10 d. (Wagner, Analecta Scep. II. 194.)

Joannes. 1519. plebanus de Villa Canis, seu Hundsorf, solvit decimas papales 4 f. 8 d. (Wagner, Analecta Scep. II. 194.)

Joannes. 1519. plebanus de S. Cruce, distr. inf. Poprád, solvit decimas papales 2 f. 12. d. (Wagner, Analecta Scep. II. 196.)

Joannes. 1519. plebanus de Igló, alias Nova-Villa, solvit 10 f. 32. d. decimas papales. (Wagner, Analecta Scep. II. 193.)

Joannes. 1519. plebanus de Kokasi, (Kakavel Nagy-Lomnicz) distr. inf. Poprad, solvit decimas papales 3 f. 10 d. (Wagner, Analecta Scep. II. 196.)

Joannes. 1519. plebanus in Neswitz (Leszincze, Lessnitz), solvit pro decimas pap. 2 f. 14. d. (Wagner, Analecta Scep. II. 195.)

Joannes. 1519. plebanus in Lomnicz, solvit decimas papales 4 f. 16 d. (Wagner, Analecta Scep. II. 194.)

Joannes. 1519. plebanus de Villa Marci (Markusfalva), solvit decimas papales 5 f. 20 d. (Wagner, Analecta Scep. II. 194.)

Joannes. 1519. plebanus de Meltwer (Maldur) distr. inf. Poprád, solvit decimas papales 4 f. 25 d. (Wagner, Analecta Scep. II. 196.)

Joannes. 1519. plebanus in Olaszi, solvit 8 f. 1 d. decimam papalem. (Wagner, Analecta Scep. II. 193.)

Joannes. 1519. plebanus in Toportz, solvit decimas papales 4 f. 25 d. (Wagner, Analecta Scep. II. 196.)

Joannes. 1519. plebanus in Nova Bela (Uj-Béla), solvit decimas papales 1 f. 40 d. (Wagner, Analecta Scep. II. 196.)

Joannes. 1519. plebanus de Vedernik (Vi-

dernik), solvit decimas papales 1 f. 41 d. Ubi de ipso adnotatur quod sit vulneratus. (Wagner, Analecta Scep. II. 194.)

Joannes. Occurrit 1522. plebanus in Dobrona. (Schemat. hist. Nosol. 1876. 188.)

Joannes. Occurrit 1528. plebanus ecclesiae parochialis Strigonii in villa fabrorum, ad s. Laurentium, cui jussum fuit, quatenus praestaret ADiacono praestanda. (E notis Georgii Palkovics.)

Joannes. 1543. parochus in villa Menhardi, seu Werbow, quem huszarones Ladislai Merse de Zvinye, quia parochi XXIV. regalium cathedraticum Andreae Báthory exsolvere recusarunt, in lecto repertum podagricum, absentibus domesticis, omnibus spoliarunt et secum in arcem Scepus. abstulerunt, ubi in tetrum carcerem dejectus, certe suffocatus fuisset, si litro redemptus non fuisset. (Wagner, Analecta Scep. II. 243.)

Joannes. Fuit parochus in Libetbánya, qui 1557. per heterodoxos occisus. De quo visitatio Narayana 1697. peracta, verbotenus haec habet: «Joannes quidam parochus cath. Lybeth-Banyae ante annos circiter 170. quando primum inceperat haeresis in Ungaria et plurimi fossores fodinarum eo tunc confluerant ex Germania, jam prius imbuti, ipsa feria secunda paschatis fuit in uno colliculo extra civitatem decapitatus per carnificem; qui ante mortem protestatus fuisset, se innocentem esse et injuste condemnatum. Quapropter in tribus rebus maledixerit illis: 1. Ut nunquam possint 12 senatores uno anno habere; quod ipsum eventus continue et experientia comprobant, semper enim ex illis aliquis intra annum moritur. 2. Ut benedictionem in fodinis non habeant. 3. Ut nunquam media nocte resurrectionis et nativitatis Domini festivae laetitiae et glorificationis divinae possint esse participes; quae omnia successores et moderni plebani ejus loci ita contingere et evenire solitum esse, firmiter asseverarunt, cum benedictio fodinarum reapse cessaverat.»

Joannes. Occurrit 1559. parochus in Galgócz ad s. Petrum. De quo in visitatione eodem a. peracta sic habetur: «Concubinarius, sacramenta ecclesiae cum aliis ceremoniis catholice servat et ministrat. 1560. occurrit magister ecclesiae xenodochialis ibidem et quidem nominatur in visitatione per Michaellem Szegedy ibidem peracta, ubi de illo: «Senex, sine uxore, bonus Romanae ecclesiae servus, plus justo tamen nonnunquam

bibere solet et tunc verba ipsius solent esse effrena, in aliis moribus laudatur.»

Joannes. Occurrit 1559. et 1560. plebanus in Háj. De quo visitatio a. prioris sic: «Senex, uxoratus, qui omnia sacramenta tenet more catholico.» Visitator Michael Szegedy vero, a. posteriori sic de illo: «Senex Arvensis, uxoratus, totus pannosus, propter vini inordinatum potum et visitationem tabernarum. Romanam cum habeat conditionem in omnibus ceremoniis, mero hausto totum destruit aedificium. In aliis vitiis immunis est, ut fertur.»

Joannes. Occurrit 1559. plebanus in Radossina, (Radosna) de quo visitator ejusdem a. sic: «Senex, barbatus, juvenem uxorem habens, qui alias totus catholicus.» 1560. successorem habuit.

Joannes. Occurrit 1559. parochus in Zewleos (Garam-Szöllös). De quo visitator ejusdem a. notavit: «Vicearchidiaconus, ordinatus Strigonii, uxorem habet et filios, est satis humanus et slavonice bene concionatur.» 1561. successorem habuit.

Joannes. Occurrit 1560. parochus in Csermend. De quo Michael Szegedy in visitatione eodem a. peracta dicit: «Silesita, uxoratus, Vienne, sacris per R. D. Urbanum Labacensem initiatus. Secundum consuetudinem Romanae ecclesiae omnia tenet. Ecclesiam pure tenere potest minime, cum combusta fuerat.»

Joannes. Anno 1560. parochus in Janó-Lehota. Anno praecedenti antecessorem, subsequenti successorem habuit. Interfuit synodo per Nicolaum Oláh 23. Apr. ejusdem a. Tirnaviae celebratae.

Joannes. Occurrit 1560. parochus in Ker, (Nagy-Kér) de quo visitator Michael Szegedy sic habet: «Adultus sine uxore, VADnus, est professor fidei Romanae, ecclesiam cum omni Sacramento et ceremoniis ornatam tenet, media nihilominus eccl. diruta est, et reliqua ruinam minatur et in brevi non sine periculo corruet, nisi eandem restaurandam jusserit.»

Joannes. Occurrit 1560. parochus in Liptó-Szent-Miklós. De quo visitator Michael Szegedy sic loquitur: «Obesus et senex, uxoratus, christianus et verae religionis amator, uxor tamen placet.»

Joannes. Occurrit 1560. plebanus in Turán, Polonus. De quo visitator ejusdem a. sic notavit: «Ut dicitur, primam uxorem reliquit, et alteram

juvenculam superinduxit. Formatam non habet. Dicit Cracoviae ordinatum, sed literas sui sacerdotii apud affines in Polonia reposuisse, propter timorem et periculum itineris. Est suspectus eum fore sacramentarium, quamquam ipse cum iuramenta contradicat. Nullis in ecclesia utitur sacramentis et ceremoniis solitis. Si sit verum, quod errorem sacramentarium non redoleat, verum attamen hoc est, quod sit lutheranus imperitus.»

Joannes. Occurrit 1560. plebanus in Turóc-Szent-Marton, de quo Michael Szegedy in visitatione eodem a. peracta notavit: «Tirnaviae per Szondinum sacris initiatus, uxoratus, et dicitur esse sacramentarius, quod me latet, notum hoc est, quod sit haereticus pessimus. Ecclesiam tenet, ut haram pecorum omnibus sacramentis, ornamentis et ceremoniis orbatam. Maledicere, illis qui coelibem ducunt vitam, non veretur.»

Joannes. Occurrit 1560. parochus in Úrmény. De quo Michael Szegedy in visitatione eodem a. peracta notavit: «Alioquin Romanus, sed uxorem fovet pulcherrimam. Ecclesiam bono tenet ordine, sed domum plebani occupavit Nicolaus Vitéz, cogitur manere in domo rustici.»

Joannes. Occurrit 1560. parochus in Znyóvárálja. De quo Michael Szegedy in visitatione eadem a. peracta ait: «Moravus, bona conditione nam omnia sacramenta habet, ceremoniis consuetis utitur et ecclesiam bene tenet ornatam. Uxore non caret. Conqueritur contra Beneczky, qui vituperiis afficere non veretur. Missum condonatumque a Vra Dominatione Rssma in subsidium triticum, restituere recusat, propterea vellefacere suo nititur beneficio. Revideat Eadem, nam iste officialis incrassatus et impinguatus in patrimonio Christi, non solum in ecclesiasticas saevit personas, verum etiam inter jobbagiones.»

Joannes. Occurrit 1561. plebanus in Bozyn (Bazin) de quo visitator a. 1562. sic: «Catholicus, tamen focariam dicit se habere, cum qua et proles habet.» Visitator vero, de a. 1562. notavit: «Uxorem habet. Volentibus sub bina specie sacramentum Eucharistiae distribuere dicitur.» Administravit Lymphok et Zombergh.

Joannes. Occurrit 1561. plebanus in Divény, in cottu Poson. De quo in visitatione eodem a. peracta notatur, quod sit catholicus et solitarius. 1562. successorem nactus.

Joannes. Occurrit 1561. parochus in Egbell. De quo in visitatione per Georgium Bornemissza

peracta notatur: «Presbyter qui Tirnaviae per eppum Scopiensem est promotus, et habet formatam. Hic catholicus est, et libri, quos in suis concionibus sequitur sunt catholici et ab ecclesia recepti. Idemque honestis moribus est praeditus et in sua vocatione diligens.»

Joannes. Occurrit 1561. plebanus in Gutta. De quo in visitatione eodem a. peracta notatum est: «Bonis moribus et nullam aliam fidem tenet nisi quam Romana ecclesia.» Visitator Michael Dobrokutyay vero 1562. sic habet: «Plebanus juratus et examinatus est per me de religione et secta utraque, sed nulla per me inventa est in eo, sed tantum ea, quam olim patres antiqui tenuerunt.»

Joannes. Occurrit 1561. plebanus in Kaproncza, qui in schemate parochorum ADnatus Barsensis eodem a. confecto, nominatur.

Joannes. Occurrit 1561. plebanus in Lopej, adhuc catholicus. (Schemat. hist. Neosol. 170.)

Joannes. Occurrit 1561. plebanus in Sasvár, de quo in visitatione per Gregorium Bornemissza peracta habetur: «Vicearchidiaconus, est promotus ad sacros ordines per Olomucensem suffraganeum in monasterio Sarensi in Moravia. Habet suam formatam. Is mediocriter doctus est, et est catholicus, qui diebus dominicis aliisque festis diebus sermone patrio, juxta doctrinam s. matris ecclesiae ex libris catholicis concionatur. Idemque fidelis et diligens in ecclesiae ministerio. Cujus mores et conversationem ab oppidanis vehementer probantur. Uxorem habet.»

Joannes. Occurrit 1561. plebanus in Zuha (Szárzpaták) de quo visitatio eodem a. peracta sic habet: «Homo catholicus, focariam servat.»

Joannes. Occurrit 1561. plebanus in Hunyn (Unin). De quo in visitatione jussu Nicolai Oláh eodem a. peracta dicitur: «Presbyter qui Viennae per Fridericum Nauseam ad sacerdotium fuit promotus et habet formatam. Is catholicus est, diebus dominicis et aliis festis diebus concionatur et in reliquis quoque divinis officiis peragendis fidelis ac diligens est et propterea a sua plebula plurimum diligitur. In conservandis autem ecclesiae sacramentis et aliis ritibus ecclesiasticis retinendis vere catholicum agit, hic sobrie et continenter vivit. Habet uxorem. Interim etiam in Peterfalva bene providet omnia.»

Joannes. Occurrit 1561. plebanus in Zerdahely Regio. (Duna-Szerdahely.) De quo visitator

a. eodem notavit: «Administrat sacramenta secundum ritum Romanae ecclesiae. Habet servitricem foeminam.» Visitator vero a. 1562. sic habet: «Plebanus VADnus districtus Csallóköz, catholicus, mulierem habet.»

Joannes. Occurrit 1561. plebanus in Zerdahely AEppali, (Vág-Szerdahely.) Qui dum visitator a. eodem comparuit, absens fuit, ideo non potuit ecclesiam intrare et ille per literas admonitus, ut ad synodum compareat. Visitator vero a. 1562. notavit: «Plebanus senex, catholicus cum populo.»

Joannes. Occurrit 1562. parochus in Samaria, de quo in visitatione Olahiana eodem a. peracta sic notatum: «Discipulus Galli de Óvár, in oppido Tholna a quodam haeretico ordinatus. Est haeresi pessima sacramentarium infectus. Tota fere insula confluit ad illum. Et nisi duo haeretici, videlicet plebanus de Jolka et iste de Samaria ex insula expelli possent, alii, ut spero, resipiscerent.»

Joannes. Occurrit 1562. parochus in Stomfa. De quo visitator ejusdem a. taliter notavit: «Olmucensis, ibidem per R. Venceslaum suffraganeum loci ejusdem ordinatus, cujus literas testimoniales, seu formatas habet. Praeter hoc, quod habet mulierem, omnes uno ore praedicant illum esse catholicum. Promisit paternas admonitiones domini nostri gratiosissimi in omnibus observaturum.»

Joannes. Occurrit 1562. parochus in Zohor, de quo visitatio eodem a. peracta habet: «De Nossislavia, Cracoviae ordinatus, ex Moravia nunc primum eo venit. (Beneficium a. priori vacabat.) Coronam non defert. Literas testimoniales, seu formatas in s. synodo se producturum promisit. Uxorem habuit priusquam ordinaretur, quam etiam modo habet. An sit catholicae fidei, ex eo, quia nunc primum illuc venit, dubitatur. Se tamen morigerum in omnibus articulis, in instructione domini nostri gratiosissimi sibi propositis, bona fide recipit.»

Joannes. Occurrit 1563. parochus in Komárom-Szent-Péter.

Joannes. 2. Jun. 1674. investitus licentiatus in Bajóth.

Joannics Joannes, vide **Ivanics.**

Joannovics Georgius vide **Janovics.**

Joannovics Joannes, Ladislaus, vide **Ivánovics.**

Johannides Georgius. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poseniensi 1795. terminavit. Cooperatorem egit in Ipolyság. Hinc 23. Aug. 1796. investitus capellanus localis in Alsó-Szemeréd. Inde 11. Apr. 1800. praesentatus parochus in Déménd, ubi † 21. Apr. 1831. Sepultus die nominis sui sacra, in crypta ejate. Fuit cottus Hont. tabulae judic. assessor.

Jókay alias Ladikos Stephanus. Nobilis Jókaiensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1694. baccalaureus et qua alumnus semin. B. M. V. 1695. magister philosophiae. Studia theologica in semin. s. Stephani cum tertio a. terminavit. 9. Jun. 1697. ordinatus est. 26. Jul. ejusdem a. investitus parochus in Űrmény. Hinc 28. Apr. 1700. in Nagyker. Ibidem 9. Sept. ejusdem a. Gregorius Ghillányi peregit visitationem, qui de parocho notavit, quod sit annor. 28. in cura anim. 3. Acquisivit altare majus exalt. s. Crucis et aedificavit turrim lapideam. Hinc 24. Nov. 1706. investitus in Csataj. Inde 14. Apr. 1707. in Csúz. Hinc 5. Oct. 1710. in Szölgyény. 1716. occasione incendii thesaurum ecclesiae cum periculo vitae liberavit, sed matriculas flammis eripere non potuit. † 18. Dec. 1828. Legavit ecclesiae 800. flnos qui in aedificatione novae ecclesiae consumti sunt.

Joklovics Georgius. 27. Apr. 1692. investitus parochus Nagy-Orosziensis. Hinc 17. Apr. 1695. in Palást. Actionem movit contra illos, qui visitationum determinationes observare recusarunt. 1709. incepit scribere matricam. Operatus est usque 1732. Videtur ibidem mortuum esse. (Palásthyak, III. 282.)

Jokoviez Franciscus, vide **Juboviez.**

Jolsvatőy Benedictus. Occurrit 1561. parochus in Szilas, de quo visitator Franciscus a Mechke sic notavit: «Hereticus est. Habet uxorem. Neque Eucharistiam, neque baptisterium habet.»

Jónás Christianus. Societatem Jesu ingressus humaniora repetiit Szokolcae dum cassatio effectuata fuit. Ad alumnatum ADioec. susceptus. Theologiam cum quinto a. in Pázmáneó 1781. absolvit. Cooperatorem egit in Gajar. 7. Mart. 1785. praesentatus parochus in Horvátgurab. Hinc 8. Jan. 1788. in Csermend, ibi 1789. reparatio ecclesiae peracta. Hinc 1801. transivit ad Nagyjác, ubi operatus est usque 15. Apr. 1814. quo tempore, quā valetudinarius ad quietem recessit.

29. Aug. 1818. iterum reversus ad Csermend, hinc 1831. similiter altera vice ad Nagy-Jác, sed pro brevi tempore, nam † 15. Sept. 1831. ibidem.

Jónás Martinus. Szlaszkensis. Qua alumnus seminarii s. Adalberti 1733. baccalaureus, 1734. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1736. terminavit. 17. Maji ejusdem a. investitus parochus in Litava. Hinc 25. Jul. 1737. in Szenográd. Inde 3. Mart. 1749. in Detva, ubi † 6. Dec. 1758.

Jónás Nicolaus. Theologiam cum cursu morali in semin. s. Stephani absolvit. 5. Jun. 1715. investitus in Alsó-Merasicz. Hinc 26. Apr. 1721. transivit ad Jókő, ubi 1730. Georgius Paulovics aedificavit capellam ss. Trinitatis. 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit presbyter in 16. annum. 1756. aedificata domus parochialis. 1757. parochiam resignavit et ingressus semin. deficientium Tirnaviae, ubi † 27. Sept. 1759.

Jónás Thomas. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posoniensi 1792. terminavit. 1793. accomodationem exspectavit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Prassicz. A 29. Aug. 1804. parochus in Csermend. Fuit VADnus districtus Radosnensis. † 26. Aug. 1818. ibidem.

Jordánszky Alexius. Natus 15. Sept. 1765. Cassoviae. Studia domi incipiendo, in seminariis s. Emerici Posonii, in Stephaneo Tirnaviae, et theologiam in generali Posonii continuavit et finivit. 26. Sept. 1789. ordinatus. 1790. et sequenti educator erat prolium Nicolai comitis de Berény in Bodok. 1793. registratorem egit in aula primatis, subin archivarium, tardius item capellanum et notarium. 2. Febr. 1798. investitus est parochus in Szölgyény. 2. Jan. 1805. renuntiavit Szölgyény et cum Michaele Korbelyi professore hist. eccl. in lyceo Tirnaviensi cambiavit et mense Mart. e parochia discessit. 10. Aug. 1807. canonicus Posoniensis et prodirector academiae factus. Ubi agendi dexteritate et linguarum peritia, capitulo maxima praestitit servitia. Sub bello gallico vere anima capituli dici potuit. 1. Oct. 1816. promotus ad capitulum Strig. 7. Oct. 1820. ADnus Sasvár. 24. Mart. 1825. praepositus s. Georgii et ADnus cathedr. installatus. Ab 1827. usque 1831. munus vicarii gessit Tirnaviae. 1829. cantor capituli factus. 23. Apr. 1830. in ecclesia s. Ignatii consecratus est in eppum Tinniniensem, factusque suffraganeus pro districtu Tirnaviensi. Fuit abbas

B. M. V. de Szászvár, protonotarius apostolicus, et facultatis theol. penes universitatem Pestiensem membr. coll. SS. Theologiae doctor. † 15. Febr. 1840. Strigonii. Fecit magnas fundationes. (Magyar Sion, 1865. 421. et Zelliger, Eszt. Megy. Irók. 82.)

Josephovicz, vel Josef Adamus. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 17. Dec. 1701. ordinatus. 2. Mart. 1702. investitus parochus in Zámoly, ubi usque 1706. operatus est. 2. Jun. 1720. investitus in oppido Cseklész, ubi 1713. successorem nactus.

Josephus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Givec (Divék, antea Divék-Ujfalú), qui juratus aestimavit suum beneficium, non valere ultra marcam cum fertone, et solvit collectoribus census papalis decimam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 183.)

Josephus. 1519. plebanus in Hanneschau (Hanusfalva) in distr. Dunavicz, solvit decimas papales 2 f. (Wagner, Analecta Scep. II. 195.)

Józan Joannes. Theologiam cum quinto a. qua theologus practicus in semin. generali Posonii 1789. terminavit. 1790. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperator fuit in Kéménd. Hinc 20. Mart. 1801. praesentatus parochus in Felső-Thúr. Pro reparatione ecclesiae ex cassa dioecesana 600 flni resoluti. Hinc 20. Mart. 1810. transivit ad Naszvad, ibidem Adalbertus Tarkó peregit visitationem ADiaconalem. † 10. Apr. 1832. ibidem.

Józsa Joannes, vide Izó.

Józsa Josephus, Stephanus. Szerediensis, ex cottu Poson. 1750. e sem. s. Emerici ad alumnatum Budensem missus. 16. Apr. 1754. ordinatus. 15. Oct. 1754. factus est cooperator et coadjutor in Földvár octo annis. Tunc 6. Aug. 1759. in Vizkelet semialtero a. Dein 5. Maji 1763. factus capellanus domesticus apud Alexandrum Kostyán directorem AEppalem in Czabaj, filiali ad Örmény. Hinc 20. Oct. 1770. investitus parochus in Besse. 12. Oct. 1779. peracta est ibi visitatio canonica Batthyányiana. † 27. Sept. 1784. ibidem.

Jubovicz, aut Jobovicz, vel Jokovicz Francisus. 26. Oct. 1665. investitus parochus in Vagyócz, ubi 1683. successorem nactus.

Juhász Antonius. Natus 13. Jan. 1797. Theologiam in Pázmáneó cum quarto a. 1820. terminavit et 2. Jul. ejusdem a. ordinatus est. 1821. in instituto presbyterorum Strigonii transegit. Coo-

peratorem egit in Somorja, ab 1823. in Nagy-Kér, sed mox iterum reversus ad Somorja, ab 1825. in Mocs. Hinc 2. Sept. 1832. int. administratura in Héregli illi concredita, inde 21. Nov. ejusd. a. parochiam Nemes-Oroszi adeptus, cuius maximus benefactor evasus. † 23. Sept. 1876. ibidem.

Juhász Josephus. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1818. terminavit. 1819. accomodationem Strigonii exspectavit. Cooperatorem egit in Szalka, ab 1821. in Nagy-Kér, ab 1824. in Udvard, 1829. factus administrator in Ekel, ubi † 25. Nov. 1845. Aetatis 50. Fuit cottum Comar. et Strig., item sedis de Füss tabul. jud. assessor.

Jungbauer Franciscus. Natus 17. Nov. 1760. Budae. Theologiam cum quinto a. in semin. generali in arce regia Posonii 1787. absolvit. 1788. in domo presbyterorum s. Josephi Tirnaviae transigit. Cooperatorem egit in Buda-Eörs, ab 1791. in Buda-Ujlak. 27. Dec. 1803. praesentatus parochus in Leányvár, ubi † 4. Oct. 1810.

Jungwirth Antonius. Theologiam cum quarto a. in semin. generali 1726. absolvit. 21. Sept. ejusdem a. ordinatus et jam 8. Oct. investitus parochus in Grinád. Hinc 7. Apr. 1728. in Handlova, ubi † 22. Nov. 1741.

Junikovics Edmundus. Fuit ab 1657. usque 1663. parochus in Grinád.

Juracska Ignatius. Natus 1. Maji 1820. in Kopcsány. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 3. Apr. 1845. ordinatus. Cooperatorem egit in Stomfa. Exhinc 1849. admin. et ab 1855. parochus in Laáb. Ex notario districtus Stomfaensis 1886. VADnus ord. ejusd. distr.

Juracska Joannes. Studia qua philosophus casista terminavit. Ab 1645. parochus in Jasztrab. Ibidem 1647. visitationem peregit Matthaeus Schlegel, qui de parochio notavit: «Annorum circiter 30. Sacerdos annis sex. Habens omnes praescriptos libros. Residens in hac parochia anno secundo.» Nominatur etiam in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto.

Juracska Josephus, Paulus. Dojcsensis. Qua metaphisicus ad universitatem Tirnaviensem 1747. baccalaureus et a. sequenti magister philosophiae. Theologiam in semin. s. Adalberti cum tertio a. 1749. terminavit. 18. Nov. ejusdem a. missus pro cooperatore ad Zolio-Lipcse. Hinc 14. Apr. 1752. investitus in Badin, ubi 1755. Josephus com. Bat-

thyányi peregit visitationem, qui de parochio: «Bonorum morum, zelosus.» Hinc 17. Maji 1764. investitus in Ocsova, ubi factus est VADnus. Hinc 29. Dec. 1770. investitus in Vetus-Zolium, retento munere VADni. Recidit ad neo-erectam dioecesim Neosoliensem.

Juracska Martinus. 27. Jun. 1759. missus pro cooperatore ad Udvarnok, hinc 11. Apr. 1760. ad Stomfa. 13. Dec. 1763. investitus parochus in Nagy-Szelecsény. Inde 19. Jan. 1765. in Lamacs, ubi † 22. Febr. 1772.

Juragha Stephanus. Theologiam qua theologus practicus cum quinto a. in semin. generali Posonii 1791. absolvit. Cooperatorem egit in Hodrusbánya a. uno, ab 1792. in Selmezbánya, hinc 14. Jul. 1802. praesentatus parochus in Pjerg-Szélakna, inde 1803. promotus ad parochiam l. r. ac montanae cittis Selmezbánya. Ab 1826. VADnus distr. Hont. super. † 19. Aug. 1827. Fuit cottus Hont. tabulae jud. assessor.

Jurasics Georgius. E seminario s. Stephani 7. Jun. 1675. ordinatus. 14. Maji 1680. investitus parochas in Lancsár, ubi 1684. successorem nactus.

Jurcsa Martinus. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1816. absolvit. Cooperatorem egit in Szenicz et ab 1819. in Holics. 1823. factus parochus in Bori, ubi † 13. Maji 1837.

Jurcsák Jacobus. Zubricensis ex cottu Árva, 1. Nov. 1735. susceptus ad alumnatum Budensem Széchényianum. 26. Jun. 1740. investitus parochus in Lokcza. † 5. Maji 1757. ibidem.

Jurcsák, vel Gyurcsák Thomas. Theologiam cum tertio a. qua theologus speculativus in collegio rubrorum 1713. terminavit et statim pro parochio applicatus est in Namesto, ubi 13. Maji ejusd. a. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochio sic: «Annor. 27. sacerdos medio anno, catechizat frequenter. Exemplaris vitae.» 1716. m. Aug. ecclesia per Lucam Natali consecrata. 1721. comes Arvensis Emericus Zichy, hic contra acatholicos inquisitionem instituti. 3. Jul. 1731. Franciscus Zichy visitationem peregit. 1755. resignavit et ad seminarium deficientium Tirnaviae recessit, ubi † 13. Sept. 1759.

Jurcsák, vide et sub Gyurcsák.

Juriga Joannes Bapt. Natus 2. Jul. 1806. in Egbell. Philosophiam et theologiam Tirnaviae, et quidem in semin. s. Stephani 1829. terminavit. 19. Dec. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Pereszlény et mox in Búr-Szent-

György, hinc post tres annos et quatuor menses in Szent-János. Ibi post a. quatuor, nempe ab 1837. curator anabaptistarum. 2. Jan. 1840. parochus in Laksárujfalu. Hinc 11. Apr. 1864. praesentatus in Búr-Szent-György. Sub eo, post invasionem Borussorum cholera grassabatur et etiam cooperatorem Ladislaum Vachaja 14. Aug. 1866. eripuit. Gessit munus surr. VADni districtus Szent-Jánosensis. 12. Maji 1869. canonicus hon. 12. vero Aug. ejusdem a. realis canon. Strigoniensis. Dein factus abbas de Casa Nova, ADnus Sasvárensis. † 10. Apr. 1888. Strigonii.

Jurikay Lazarus, Joannes. 23. Mart. 1680. investitus parochus Oszlányensis. De quo informatio anonymi sic: «Debilis in oculis, sacrum quoque difficulter celebrat, si non se abstinerit a potationibus, certe certius brevi deficiet, de cetero nihil adverti aliud, nec sunt querelae aliae contra illum.» Ibidem 6. Sept. 1689. Blasius Jaklin vicar. gen. confirmatis fidelibus, campanas benedixit. Successorem 1700. nactus.

Jurikovics Georgius. Occurrit 1657. parochus in Lancsár, de quo visitator Joannes Cherlay in eodem a. peracta visitatione notavit, quod sit valde passionatus.

Jurina Joannes. Theologiam cum tertio a. absolvit. Fuit ab 1651. parochus in Jasztrabe. Ibi 1657. Andreas Szily peregit visitationem, qui de parochia sic: «Aetatis 31. in parochia annis 6. Vegetus. Omnibus libris instructus praeter synodale et concilium Tridentinum.»

Jurinecz Lucas, vide Györgyövícs.

Juriss Joannes. E semin. s. Stephani theologiam cum morali terminavit 20. Sept. 1692. ordinatus. 27. Oct. ejusd. a. investitus parochus in Fenyő-Kosztolán. Ibidem 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui de parochia habet, quod sit 50. annorum.

Juris Laurentius, vide Duris.

Juriss Michael. Natus 16. Sept. 1825. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1853. absolvit. 19. Jun. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Tapolcsány et ab 1858. in Szomolány. 1862. factus educator herul. Constantini Ertl Posonii. 13. Febr. 1864. admin. et 19. Sept. praesentatus parochus in Dubova. Hinc 1866. transivit ad Privigye in dioec. Neosoliensi, ubi VADnus ord. distr. Bajmocensis et can. hon.

Jurkovics, vel Turkovics, aut Zurkovics Joannes, Georgius. Occurrit ab 1630. parochus in

oppido Deithe. Hoc a. 4. et 5. Oct. interfuit synodo Tirnaviensi sub Petro Pázmány celebratae (Péterffy, Concil. II. 317. nominat illum Georgium Zurkovich.) Eodem a. Volfgangus Érsek-ujváry peregit visitationem, qui illum Georgium Jukovits appellat et legitime ordinatum dicit. Successorem 1634. nactus. Dein canonicus Posoniensis, qui 1646. ab AEppo mulctatus ob offensam fratrum. 1647. nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto, qua canonicus et altarista Posoniensis. Occurrit usque 1648.

Jurkovics Martinus. Unus e primis alumnis collegii Pázmániani, qui illud qua philosophus 1624. ingressus. Subin parochus in Nagy-Lovcsa, qua talis 4. et 5. Oct. 1630. praesens fuit synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. Successorem 1632. nactus.

Jurkovich Michael, Ignatius. A 15. Apr. 1715. usque 1720. parochus in Lopassó.

Jursza Joannes, Nöp. Natus 19. Maji 1803. in Szakolcza. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Vienna absolvit. 21. Dec. 1827. ordinatus est. Cooperatorem egit in Alsó-Korompa, post annum in Soponya. Ibidem admin. in spirit. duo et semis anno. 23. Aug. 1833. factus parochus in Alsó-Jattó. Hinc 22. Nov. 1839. transivit ad Besse. Inito cum Joanne Dónay admin. eccl. olim Paulinorum Tirnaviae m. Apr. 1861. cambio, illuc se contulit. 1. Maji 1878. instituto s. Adalberti adlectus. Fuit etiam instituti emer. parochorum et defic. sacerdotum vice-rector. † 30. Maji 1880.

Justh de Neczpál Ludovicus. Natus 2. Febr. 1824. in Neczpál in cottu Turócz. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 16. Apr. 1847. ordinatus est. Cooperatorem egit in Perbete. Ab 1849. int. administravit parochiam Csúz. Dein iterum cooperatorem et quidem in Muzsla. A 21. Aug. 1851. admin. 26. Jul. 1852. parochus in Egegh. Hinc m. Apr. 1861. transivit ad Szalka, quam resignavit, dum 28. Dec. 1889. instituto s. Adalberti adlectus fuisset.

Justinopolitanus (Capo d'Istria) Bartholomaeus. Ab 1562. parochus in Divény in cottu Poson. De quo visitatio Olahiana eodem a. peracta sic refert: «Ordinatus Parentii (Parenzo in Italia) per Rdm Petrum Grythy eppum. Habet litteras dimissoriales et formatas. Sacramentum Eucharistiae, chrisma, oleum sanctum, fons baptismalis, aqua benedicta, ornamenta altarium et indumenta sacerdotalia honorifice, locoque mun-

dissimo servantur, et omnia sacramenta, juxta ritum s. Romanae ecclesiae per ipsum administrantur. Quod etiam parochiani sui fatentur. A quibusdam tamen exteris dicebatur, eundem cum nonnullis, sub utraque specie communicare, ipse tamen fortiter id negabat. Horas canonicas orat, missas latine celebrat cum indumentis et apparatus solitis. Concionatur ex postillis catholicorum scriptorum. Mulierem habet. Coronam seu tonsuram defert.»

Juszkó Mathias, Andreas. Rosenbergensis. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1768. absolvit. Cooperatorem egit in Szered. 13. Mart. 1769. investitus capellanus localis in Alsó-Jattó. Hinc m. Apr. 1778. usque m. Majo ejusdem a. una Nagy-Kér administravit. Ab 1779. parochus in Óhaj, ubi 15. Oct. ejusdem a. visitatio Batthyanyiana fuit peracta. 1782. resignavit et qua deficiens victitabat. Ab 1785. cooperatorem in Lakács. A m. Mart. 1786. admin. in Felső-Attrak, ubi † 19. Febr. 1789.

Kabarecz Joannes. Laksár-Ujfalvensis. Philosophiae magisterium, qua secundi a. theologus in semin. Mariano 1721. adeptus est. 16. Nov. 1724. susceptus in alumn. Budensem Széchényianum. In eodem semin. et theologiam terminavit. 21. Apr. 1731. investitus parochus Lieszkó. Hinc 18. Dec. in Laksár-Ujfal. Sub illo deposita est 26. Apr. 1754. summa 1500 fl. per Joannem Colmannum Klempay, beneficiatum Viennensem, qua patriae filium, jam 1717. legata. Eodem a. etiam capella ss. Simonis et Judae erecta. † 15. Dec. 1766. ibidem.

Kabarecz Joannes. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1781. absolvit. Cooperatorem egit in Selmeczbánya et ab 1782. in Vág-Ujhely: 22. Maji 1789. factus parochus in Lancsár. Hinc 1794. transivit ad Udvarnok, ubi † 22. Nov. 1804.

Kabarecz Josephus. Natus in Laksárufalu. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1755. baccalaureus, 1756. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1758. absolvit. Hinc cooperatorem egit in Holics. 18. Sept. 1759. investitus parochus in Verbócz. Inde 18. Oct. 1761. praesentatus in Unin. † 8. Febr. 1773. ibidem.

Kabarecz Mathias. Natus in Laksár-Ujfal.

Jutrói Hieronymus. Ab 1562. plebanus in Bogdáuy, ubi 1562. peracta fuit visitatio Oláhiana, quae de parochia: «Catholicus. Famulam habet.»

Jüttner Carolus. Natus 13. Jun. 1820. Neosolii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jul. 1843. ordinatus est. Cooperatorem egit Galanthae uno a., Posenii in Virágvölgy duobus a. et 9. mansibus. Dein praebendatus et coop. ad s. Martinum. 25. Sept. 1853. parochus in Szöllös, ubi 12. Oct. ejusd. a. investitus. 1891. resignavit beneficium et ad quietem recessit.

Juza Martinus. Szolocsniczensis e cottu Pos. Ex semin. s. Adalberti 1750. baccalaureus, 1751. vero ex semin. s. Stephani magister philosophiae. In hoc seminario theologiam cum tertio a. 1754. absolvit. 23. Apr. ejusdem a. missus pro capellano aulico ad Paulum de Réva, eppum suffr. Strig. 24. Apr. 1755. factus cooperatorem Szakolczae. 24. Jan. 1756. investitus parochus in Detrekő-Szent-Miklós, ubi † 20. Jan. 1759.

K.

Qua alumnus semin. s. Stephani 1763. magister philosophiae proclamatus. E seminario Széchényiano Budensi, 1. Jun. 1768. factus cooperatorem in Dévény, in cottu Neograd. Hinc 1772. parochus in Felső-Tiszovnik, quacum incorporatus neorectae dioecesi Rosnaviensi.

Kabina Andreas. Natus 26. Nov. 1829. in Szénásfalu in cottu Bars. Philosophiam qua saecularis Jaurini, theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1852. absolvit. 30. Nov. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont. Qua talis mensibus Sept. et Oct. 1854. inter admin. in Déménd. Ex Nádas 5. Sept. 1855. translatus ad Siglisberg, ibidem post obitum parochi Eduardi Majsch novem mensibus inter. admin. fuit. 1. Sept. 1859. admin. in Csábrág. Intermedio tempore ab initio Jan. usque 9. Apr. 1862. int. admin. Litavae et a 1. Jun. usque 15. Oct. in 1863. Alsó-Badin. 20. Oct. ejusdem a. parochus Felső-Sipékensis. Hinc 1. Sept. 1869. transivit ad Lédecz.

Kabolth Joannes, Josephus. 4. Jul. 1758. missus pro cooperatore ad Galantha. Inde 9. Jan. 1759. in Üzbégh. Hinc 26. Sept. 1760. investitus parochus in Felső-Sipék. Exhinc 19. Apr. 1765.

in Zsemlér, ubi usque 30. Maji 1775. operatus est. † 2. Dec. ejusdem a. Aetatis 41. Sepultus in ecclesia parochiali.

Kabzay Stephanus. Natus 26. Dec. 1761. Neosolii. Theologiam cum quinto a. in seminario generali Posonii 1788. terminavit. Cooperatorem egit in Búr-Szent-Miklós. Ab 1796. admin. in Szobotist, vivo adhuc parochus Josepho Pauly. 1802. factus parochus in Verbócz, ubi † 27. Mart. 1825.

Kacsik Franciscus. Szakolczensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1740. baccalaureus, 1741. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem seminario 1744. terminavit. 17. Apr. ejusd. a. missus cooperatore ad Morva-Szent-János. Ibidem 16. Dec. 1746. investitus parochus, ubi † 30. Apr. 1749.

Kacsinga Joannes. Neocomiensis e Scepusio. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1740. baccalaureus et 1741. magister philosophiae publicatus. Theologiam cum secundo anno 1743. terminavit. 24. Aug. ejusdem a. missus pro cooperatore ad Vittencz. 2. Jun. 1745. investitus parochus in Podola. Hinc 24. Nov. 1750. in Csejthe, ubi magnam navavit operam circa renovationem ecclesiae et turris. (Jedlicska, Kiskárpáti Eml. II. 466.) Ibidem † 31. Dec. 1771. aetatis 69. Sepultus in crypta ecclesiae.

Kacskovics Stephanus. Theologiam cum tertio a. in semin. B. M. V. 1727. absolvit. Jam 21. Dec. 1726. ordinatus. 22. Jan. 1729. investitus parochus in Ottóvölgy. Ibidem 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parochus notavit: «Annorum 29. in cura animarum 6. Accusatur in nonnullis etiam gravioribus per suos, quae ad relationem protocollarem reservat visitator, quandoquidem emendatio eorum post paternam monitionem datam non videtur desperanda.» 1735. successorem nactus. 21. Maji 1744. investitus in Rózsavölgy. Hinc 27. Jun. 1746. in Alsó-Récsény. 1752. quaerela mota contra illum, quod magnam stolam exigat. Ecclesiam in ruinoso statu relinquens, 1755. e parochia discessit. 9. Febr. 1759. ex vicariali collatione accepit Szemere, ubi usque 1760. operatus est. Dein podagra laborans, recessit ad seminarium deficientium, ubi † 3. Mart. 1769.

Kadak Georgius. Jablonczensis ex cottu Trenscin. 9. Sept. 1714. susceptus pro alumnatu Budensi. 5. Mart. 1717. expeditus pro parochia Szob, ubi 3. Apr. ejusdem a. investitus. Ecclesiam par-

vam ibi existentem restauravit. Matricam scribere incepit, sujus annum sic notavit: «CAROLVS FORTIS BELGRADENSIA MOENIA PAGANIS HOSTIBVS ERIPIT.» Ibidem † 23. Mart. 1732.

Kadeczky Carolus. Natus 15. Febr. 1818. Theologiam cum quarto a. in seminario s. Stephani 1842. absolvit. 1843. in instituto presbyterorum transegit. 15. Jul. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit Tirnaviae. Hinc m. Apr. 1857. frctus parochus in Récse, ubi † 10. Febr. 1858.

Kadlubják Jacobus. Pekelnikensis ex cottu Árva, 1756. Aug. 19. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 9. Jan. 1758. missus pro cooperatore ad Zólyom-Lipcese, hinc 23. Maji 1759. transivit ad Csorba. 18. Jun. 1764. investitus parochus in Zakameno-Klin, quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Kailing Ignatius, vide **Keyling.**

Kain David. Nobilis Galgóczensis. Qua alumnus seminarii s. Adalberti 1749. baccalaureus et 1750. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. cum secundo a. 1752. terminavit. 28. Aug. ejusdem a. missus pro cooperatore ad Novák. 26. Jun. 1655. investitus parochus in Neczpál. Hinc 3. Oct. ejusdem a. in Nyitra-Pereszlyény, 1764. pro et contra illum inquisitio peracta, quia accusatus, quod negligens sit docendo et sacramenta administrando. Eodem a. valedixit parochiae. Factus cooperatore in Csermend, 1766. deficiens. Dein iterum cooperatore in Verebély et ab 8. Oct. 1768. in Udvarnok. Ab 1769. iterum deficiens, potissimum Galgóczii commorans. 1773. discessit.

Kajdáczy Andreas. 29. Jul. 1744. investitus parochus in Zohor. Ibidem † 29. Dec. 1747.

Kajdáczy, vel Kajdóczy Ladislaus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1779. absolvit. Accomodationem accepit in aula cardinalis Josephi a Batthyán, qua capellanus aulicus. 1781. factus parochus in Börzsöny. Zelosissimus vir. Plura acta et facta sua ab ingressu suo in hanc parochiam conscripsit. 1791. VADnus districtus Hont. infer. Danubiani. Assessor consist. Strig. et tabulae jud. cottus Hont. † 18. Sept. 1803.

Kajnár Ignatius. Vallensis (Úrvölgy,) e cottu Zol. 22. Nov. 1721. susceptus ad alumnatum Budensem. Fuit parochus Remethensis, ibique † 19. Aug. 1739.

Kaiser Ignatius, vide **Császár.**

Kakas Michael. 19. Apr. 1692. investitus

parochus in Nyerges-Ujfalu. Hinc jam 24. Nov. ejusdem a. transivit ad Almás in cottu Tornensi, ubi 17. Apr. 1703. successorem nactus.

Kalbach Josephus, vide **Kolbach**.

Kalinay Antonius. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1819. terminavit. Cooperatorem egit in Korompa, ab 1823. in Hosszufalu, ab 1824. in Konyha, ab 1825. in Nagy-Jász et ab 1828. in Vajka. Mense Nov. ejusd. a. parochus in Boldogfalva, ubi operatus est usque m. Apr. 1845. tunc recessit et instituto emer. parochorum adnumeratus est. † 16. Jan. 1847. Posonii. Aetatis 51.

Kalinay Michael. Fuit 1630. parochus in Kosztolány sub Gyemes (Fenyő-Kosztolány) qua talis interfuit synodo 4. et 6. Oct. ejusdem a. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. Administrabat una Lédecz. Videtur erronee nominatus parochus, quia revera fuit licentiat. Qua talis occurrit 1634. in Hostet. De quo visitator eodem a. sic notavit: «Licentiat. uxoratus, qui habet libros catholicos pro concionibus.» In catalogo cleri 1647. jussu Georgii Lippay confecto nominatur licentiat. in Host, alias Vendég (nunc Kis-Vendég.)

Kalinovszky Joannes. Fuit parochus in Igló, ubi † 26. Apr. 1738.

Kalita Joannes. Natus 1732. in Lekér. Philosophiae studuit Tirnaviae ut saecularis. 14. Aug. 1759. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 3. Aug. 1760. ordinatus et 24. Oct. ejusd. a. pro cooperatore in possessionem Báb missus. Hinc jam 21. Febr. 1761. transpositus ad Pécsvárád. 23. Jun. 1764. investitus parochus in Berkesd, quam 1. Nov. ejusdem anni occupavit, cum qua 1776. incorporatus dioecesi Quinque-Ecclesiensi. † 22. Apr. 1788. (Brüsztle, Recensio Cleri II. 215.)

Kallonberger Josephus. Natus 10. Jan. 1856. Theologiam Strigonii 1879. absolvit et 20. Jun. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Garam-Ujfalu. A 4. Maji 1885. parochus in Vicsap-Ápáthi. Ecclesia et parochia totaliter desolatae 1886. e liberalitate Joannis card. Simor restauratae sunt.

Kallóczy Joannes. Fuit 1647. parochus in Szempcz, cum filiali Magyarbél. Nominatur in catalogo cleri eodem a. jussu Georgii Lippay confecto. 26. Oct. 1666. successorem nactus.

Kálmán Joannes. Theologiam cum quarto

a. in Pázmáneó 1816. absolvit. Qua diaconus in Majthény moratus est. 1818. autem in Vágszerdahely expectavit accomodationem. Cooperatorem egit in Konyha, hinc ab 1822. in Vágújhely. A 17. Nov. 1827. praefuit parochiae Hradek, ubi † 6. Jul. 1835.

Kálmány Joannes. Nobilis ex Eberhard. Qua alumnus semin. s. Stephani 1750. baccalaureus, 1751. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1754. terminavit. 1. Jan. ejusdem a. factus praebendarista E. M. Strigon. 14. Aug. 1755. investitus parochus in Salgó-Tarján. Hinc 27. Jun. 1764. in Déménd. Ibi 1766. Emericus Foglár reg. deputatus conscriptionem peregit. † 12. Apr. 1766. ibidem.

Kálmány Stephanus. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 7. Apr. 1751. missus Strigonium pro capellano. 29. Maji 1752. investitus parochus in Csicsó. Ibidem 1754. visitationem peregit Georgius Molnár, qui de parcho sic: «Annor. 28. catechisat diligenter.» Hinc 12. Dec. 1764. transivit ad Kéménd. Ibi 1767. de statu ecclesiae informatio confecta. Inde 16. Jun. 1779. transivit ad Vadkert, ubi jam † 12. Sept. ejusdem a.

Kalmár Jacobus. E collegio generali 20. Dec. 1686. ordinatus. 3. Jul. 1687. investitus parochus in Vág-Sellye. Hinc transivit ad Tornócz, ubi m. Jan. 1690. investitus, una administrans Hosszufalu et Vecse, usque circa 1713. nam hoc a. Tornócz dignoscitur filialem ad Tardoskéd fuisse.

Kály Joannes, Josephus. 27. Mart. 1713. investitus parochus in Litava. Hinc 8. Febr. 1724. in Bogdány, ubi 1727. successorem nactus.

Kámánfalvy Franciscus. Natus 22. Nov. 1820. in Kámanfalva in cottu Nitr. Philosophiam Nitriae, theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jan. 1846. ordinatus est. Cooperatorem egit in Bajna, in cottu Strig., ab 1848. in Garam-Ujfalu. 1856. factus admin. in Nagy-Fajkürth. Hinc post exactos viginti menses 1857. transivit in pari qualitate ad Lehota. Inde 26. Mart. 1863. praesentatus et 20. Maji investitus parochus in Rahrbach. Exhinc 13. Maji 1864. investitus in Závod, ubi † 22. Nov. 1881.

Kamaszy Antonius. Theologiam cum tertio a. in seminario Mariano 1811. absolvit. Cooperatorem egit in Kis-Tapolcsány. 22. Oct. 1816. praesentatus parochus in Nagy-Lehota. Hinc 22.

Jan. 1829. transivit ad Szemere, ubi † 7. Jan. 1731. Fuit cottus Bars. tabulae jud. assessor et convertus s. Benedicti de juxta Gron conventualis.

Kamecsánszky Georgius. Prividiensis e cottu Nitriensi. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1712. baccalaureus et 1713. magister philosophiae. Theologiae in semin. Mariano studuit. 26. Jul. 1715. investitus parochus in Nagy-Ugrócz. Hinc 7. Aug. 1718. in Felső-Hámor, ubi 4. Nov. 1723. successorum nactus.

Kamenyi Georgius. Occurrit 1559. parochus in Zarnocha (Zsarnóca), de quo visitator Joannes Derecskey eodem a. sic scribit: «Ordinatus Posenii per Rdm Franciscum Pesti. Uxorem habet, in ecclesia autem nulla sacramenta habet praeter baptisterium et hoc sine chrisma. Solus est haereticus similis plebano Levensi. Libros et is habet haereticos et est inobediens et conversatur cum plebanis montanarum civitatum.»

Kameráth Dionysius. Natus 8. Apr. 1847. Theologiam Strigonii 1870. absolvit et 2. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Modor. 11. Febr. 1879. investitus in Alsó-Diós. Notarius districtus Szomolány.

Kammerer Aemilianus. Ex religiosus ad ADioecisim susceptus. 1787. constitus primus capellanus localis in Uny, ubi † 30. Jan. 1792.

Kancz Joannes. Fuit ab 1706. usque 1710. parochus in Besztercze.

Kanderka Georgius. Ledniczensis e cottu Trencsény. In universitate Tirnaviensi 1762. baccalaureus et 1766. magister et doctor philosophiae, jam tunc qua tertii a. theologus in semin. generali. Quartum a. in Pázmáneo absolvit universam theologiam defendit et theologiae baccalaureatus graduatus. 24. Jul. 1767. missus pro cooperatore ad Vág-Szerdahely, ibi tribus mensibus. Dein praefectus studiorum in seminario gen. septem mensibus. 29. Maji 1768. investitus parochus in Sávoly. Ibi post novem menses ordinationem accepit ad functiones missionaristicas in Kis-Hont obeundas. Has duobus annis continuavit providente interim parochiam administratore. Reversus ad parochiam tribus annis officio functus. Hinc 14. Jul. 1773. in Keresztúr. Inde 26. Dec. 1776. in Soporoya. Ibi 31. Oct. 1779. peracta fuit visitatio Batthyanyiana, in qua parochus 41. annorum dicitur. «Ad cathedras scholarum omnium sufficiens, temperamenti cholericum phlegmatici.»

1799. parochiam resignavit. Instituto emer. parochorum adscriptus † 15. Dec. 1817. Tirnaviae.

Kanderka Joannes. Natus 11. Febr. 1759. in Lednicz cottu Trencs. E Pázmáneo 1784. qua terti a. theologus pro continuandis studiis ad seminarium gener. Poseniense translatus, ubi theologiam cum quinto a. 1786. terminavit. 1787. in domo presbyterorum s. Josephi transegit Tirnaviae. 7. Dec. 1788. factus primus capellanus localis in Néved. Hic 1789. institit, ut aedes parochiales aedificentur. 1792. urgit ut schola aedificetur. † 18. Apr. 1804. in filia Tajna.

Kandor Laurentius, vide **Kondor.**

Kandray Andreas. Fuit parochus in Vilbach in Scepusio, ubi † m. Mart. 1744.

Kandy Petrus. Nobilis Nitriensis. Qua alumnus semin. Mariani 1741. baccalaureus, 1742. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1745. terminavit. 17. Jun. ejusdem a. Levam pro cooperatore missus. 1. Oct. vero e. a. investitus parochus in Nagy-Bárkány, ubi mente turbatus sed resanatus. 24. Nov. 1749. in Sávoly, ubi † 20. Jan. 1742.

Kanovich Adalbertus, Mauritius. Natus 5. Maji 1832. Tirnaviae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 8. Sept. 1854. ordinatus. Cooperatorem egit in Ipolyságh, dein Neo-Budae, abhinc Pestini ad s. Josephum. Ab 11. Aug. 1869. parochus ibidem. Una sororum charitatis director spiritualis. 1887. factus VADnus surr. secundus. 1890. abbas B. M. V. de Rákony. Est simul penes scholam realem sup. et gymn. praep. profess. circuli VIII. necnon gymn. majus circ. V. et gymn. aug. et helv. conf. commissarius AEppalis.

Kanovich Carolus Borr. Natus 5. Aug. 1826. Tirnaviae. Philosophiam et theologiam ibidem absolvit et 12. Aug. 1849. ordinatus est. Cooperatorem egit Alsó-Korompae, ab 1850. in Vittencz, ab 1851. Podolae, ab 1852. Csejthae ab 1854. in Ó-Tura, demum Konyhae. 5. Aug. 1857. obtinuit parochiam in Hrachovistye. 1873. transivit ad Nagy-Zellő.

Kanovich Joannes Nep. Ab 1793. cooperatore in Majthény. Hinc 1798. in Ó-Tura. 1799. factus parochus in Rózsavölgy, ubi † 25. Sept. 1819.

Kántor Ludovicus. Natus 28. Febr. 1851. Theologiam Strigonii 1874. absolvit et 26. Jul. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in

Dorogh, ab 1877. in Szomor, ab 1878. Vetero-Budae, ab 1884. ad s. Annam. A m. Aug. 1892. admin. in Börzsöny.

Kantz Lazarus. Natus 25. Jan. 1811. Budae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae in semin. Mariano 1833. absolvit. Hinc intravit institutum presbyterorum Strigonii. 25. Febr. 1834. ordinatus et mox Neo-Budam pro cooperatore missus. Eodem a. ad officium vicarii capitularis Strigon. pro actuario transpositus. 1837. in archivarium, 1840. primatiale et s. sedis notarium promotus. 1845. gener. semin. Pestiensis vice-rector. 1848. parochus Vetero-Budensis. 1851. VADnus surr. 15. Apr. 1854. nominatus canonicus Poson. 11. Dec. 1855. vero Strigon. Ab 1859. decursu trium annor. rector in Pázmáneo. Interea abbas B. M. V. de Kertz. In capitulo usque custodiatum pro-ductus. † 14. Mart. 1881. Strigonii.

Kanyovics Mathias. 19. Sept. 1720. investitus parochus in Znyó-Váralja, ubi † 6. Jan. 1765.

Káplár Michael, vide **Ében.**

Kapray Martinus, Rudolphus. Sancto-Crucensis, potius Kis-Lovcsensis in cottu Bars. 22. Nov. 1721. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 28. Oct. 1722. investitus parochus in Lucska et Kormossó. Hinc 24. Febr. 1725. in Felső-Zsemer. Ibi 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, hinc 1739. discessit. Subin applicatus est qua capellanus in Bodok, ubi † 10. Febr. 1742.

Kapri Joannes. Occurrit 1634. parochus in Sarffia, (Nyitra-Sárfő). De quo Joannes Solnay in visitatione eodem a. peracta notavit: «Habet parochum juvenem, bibulum, breviarium orare nescientem, in pago parochiali semel audivi choreas ducentem. Librum pro inscribendis baptisandis etc. non habet. Nullum infirmum adhuc unxit sacro oleo. Quaesitus quare neglexit hactenus, respondit, quod non vocetur. Nota bene. Hunc ebrium inveni» 1647. nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto, qua parochus in Nagy-Jác, cum filia Tessár. 29. Maji 1667. investitus parochus in Oszlány, ubi 1674. successorem nactus. Ab 1683. fuit parochus in Báth. Ibi 1684. a rebellibus in bonis suis ita damnificatus, ut mendicando vivere coactus fuerit.

Kapri Joannes. Theologiam in Pázmáneo absolvit. 9. Apr. 1680. investitus parochus in Némethi in cottu Bars. Hinc 1686. translatus Tirnaviam pro concionatore slavonico. 28. Aug. ejus-

dem a. installatus canonicus Strigon. 11. Mart. 1690. ADnus Bars. † 28. Maji 1691. Tirnaviae.

Kapri Stephanus. 25. Aug. 1693. investitus licentiatum in Nagy-Lapás. Dein factus est rector scholae trivialis in Baab, quem, qua talem, 1700. visitator Josephus Pongrácz nominat.

Kapri Stephanus. Theologiam cum secundo a. terminavit. 19. Jun. 1711. investitus parochus in Csiffár. Ibi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem. 26. Mart. 1714. investitus in Ipoly-Nyék. 26. Jul. 1718. in Kemencze, ubi † 1721.

Kaprinay Antonius. Theologiam cum secundo a. in Pázmáneo 1776. absolvit. Cooperatorem egit in Verebély, ab 1781. Comaromii. 1782. obtinuit parochiam Ó-Haj. 1783. ecclesiam reparari curavit. † 18. Jul. 1816.

Kaprinay, vel Kaprini Joannes. Fuit ab 1686. usque 1687. parochus in Modor. Jam ante hoc tempus ibi functus est.

Kaprinay Simon. Theologiam cum quinto a. in seminario generali Budensi 1782. terminavit. Intermedio tempore cooperatorem egit. Mense Oct. 1783. constitutus admin. in Nagy-Emöke. Hinc missus pro cooperatore ad Szered. Inde m. Jul. 1787. accepit neo-erectam parochiam Kesz-tölcz. Hinc Dec. 1793. transivit ad Csév, ubi † 15. Oct. 1803.

Kaprini Casparus. Occurrit 1613. usque 1615. parochus in Sissó.

Kaprini Joannes. E seminario s. Stephani 16. Apr. 1677. ordinatus. Eodem a. collationem accepit pro Tessér et Terén in cottu Hont, (nunc filiales ad Egeg) et ad Felső-Sipék. 25. Jul. 1687. investitus parochus in Szebeléb, ubi usque 1692. operatus est. Subin fuit parochus cittis Körmöcbánya et abbas de Poroszló. 1697. false accusabatur, sed per magistratum defensus et justificatus fuit. Successorem 1712. nactus.

Kapronczay Joannes. Nobilis Szent-Grothensis, ex cottu Szalad. 5. Nov. 1730. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 29. Jan. 1734. investitus parochus in Izsa. Hinc 29. Apr. 1737. in Komárom-Szent-Péter. Inde 1. Aug. 1742. in Udvard. Sub illo primus applicatus cooperato. Una VADnus districtus ejusdem cognominis. † 10. Jun. 1751. ibidem. Fecit in commodum suorum successorum fundationem 500 fl. erga sacra perpetua.

Kaprossy, (Tillmann) Joannes. Natus Strigonii. Theologiam cum quarto a. in semin. AEp-

pali Tirnaviae 1810. absolvit. Cooperatorem egit Comaromii, 19. Apr. 1813. missus pro studiorum praefecto ad Pázmáneum, ibidem 1815. spiritualis factus. 11. Dec. 1817. praesentatus, 30. e. a. et m. investitus parochus in Nagy-Ölved, ubi † 5. Mart. 1825. Aetatis 42. Sepultus in coemeterio ejati. Celeber concionator. Concionum aliquas typis vulgavit.

Kapy de Kapivár Gabriel. Natus 22. Jul. 1817. in Kapivár in cottu Sáros. Philosophiam privative Budae, theologiam in semin. gener. Pestini, absolvit, ubi subeundo examina rigorosa in doctorem ss. theologiae graduatus. 27. Jul. 1840. ordinatus. Cooperatorem egit Muzslae. 1842. constitutus studiorum praefectus in Pázmáne. 1846. ad aulam primatis Kopácsy receptus, per septennium egit s. sedis notarium. 8. Jan. 1847. nominatus parochus in Párkány. Hinc 1853. transivit ad Varbó, per cambium cum Francisco Papp, ibidem 21. Oct. ejusdem a. investitus. 1872. resignavit hoc beneficium et Budam ad FF. Misericordiae recessit, ubi † 13. Maji ejusdem a.

Kara Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Tirnaviae 1810. terminavit. Cooperatorem egit in Szent-Endre, ab 1811. in Nagy-Ölved. Hinc 8. Apr. 1819. praesentatus parochus in Dömös. † 4. Dec. 1831. ibidem.

Karaba Georgius. 5. Jul. 1760. missus cooperator ad Bajmócz. 9. Mart. 1763. investitus parochus in Rapp. Ibi 1767. e fundamentis nova exstructa ecclesia, pro qua Maria Theresia regina 1210. flos resolvit. Eodem a. ibidem conscriptio parochialis peracta. Exhinc 1769. exmissus est, ut qua missionarius operetur in Rimaszombat, 15. Maji 1771. investituram accepit ibidem, quum ab helveticae confessione addictis clementia regia fuisset recuperata. 1772. ecclesia a gubernio vasis aurgenteis et pecunia provisa. A catholicis excessus continuabant, quos parochus opprimere petiit. 1774. resolvebantur 8000 flni pro ecclesia, cottus manuales operas praestare obligabatur. 1775. parochia cum octo fenestris in fronte erigi determinata. 1776. dioecesi Rosnaviensi una cum parochia incorporatus.

Karaba de Felső-Attrak Stephanus. Natus 10. Aug. 1810. — 7. Aug. 1834. ordinatus. Cooperatorem egit in Pobedim, ab 1836. in Ujvároska. 1838. accepit parochiam Nagy-Modró. Hinc 10. Aug. 1843. transivit ad Hrádek. Ex notario districtus Galgóczensis, 1863. factus VADnus surr.

in eodem districtu. Inde 13. Mart. 1864. praesentatus et 26. ejusd. a. investitus in Csejthe. Ob zelum, humanitatem et benevolentiam fidelium aestimationem sibi acquisivit. Victima pro suis fidelibus evasit, nam providendo in cholerae morbo decumbentem, ipse hoc contagio infectus, jam sequenti die occubuit. † 1. Oct. 1866.

Karacsay Joannes, vide **Karácsonyi.**

Karácsonyi Alexander. Natus 30. Jan. 1844. Theologiam cum quarto a. in Pázmáne 1870. terminavit. 2. Aug. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Udvard, ab 1873. in Karacságh et ab 1876. in Tölgyes. 17. Aug. 1879. missus est in admin. parochiae Alsó-Rakoncza, ubi 22. Jun. 1880. parochus investitus. Inde 1886. transivit ad Kisapáthi, una munus spirit. distr. gerit.

Karácsonyi, vel **Karacsay Joannes.** 19. Apr. 1694. investitus parochus in Turócz-Szent-Péter. Ubi sub turbis Tökölianis magnas miseras perpesus. Stipem mendicando colligere coactus.

Karácsonyi Joannes. 14. Jun. 1756. missus pro cooperatore ad Znyó-Váralja. 29. Maji 1758. investitus parochus in Eözdöghe, sine praesenta. 12. Jun. 1759. VADnus pro facultate institit, ut in domo quarteriali sacrum celebrare liceat, donec ecclesia in Eözdöghe, per Alexandrum Rudnyánszky, adjecta nova navi, ampliata fuerit. Hinc 22. Maji 1764. investitus in Komjáth. Inde 24. Maji 1769. in Bars-Szent-Kereszt, ubi † 2. Apr. 1770.

Karácsonyi Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1793. terminavit. Cooperatorem egit in Mocs, ab 1797. in Muzsla et ab 1799. in Kemencze. 21. Mart. 1800. constitutus int. admin. in Házás-Nénye. Hinc ab 1834. cooper. in Kéménd. 11. Apr. 1808. transivit ad Csúz, ubi † 16. Aug. 1831. Fuit cottus Comar. tabulae jud. assessor.

Karaczonyi Stephanus. Occurrit 1647. licentiatius in Udvard. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Kárász Adamus. Occurrit 1559. De quo visitator Joannes Derecskey notavit: Tirnaviae fuit sacellanus. Est bonus bohemicus concionator. 1563. causam movit contra Ladislaum Csudár ratione decimarum ex certis agris et vineis.

Kárász, vel Garasz Ambrosius. Ex sede Scepus. Lanceatorum oriundus. In seminario Mariano 1741. susceptus. Ibidem absolvit philosophiam et theologiam. 15. Jan. 1746. missus pro coopera-

tore ad Vittencz. 27. Apr. 1747. investitus parochus in Krajna. Hinc 22. Aug. 1750. in Veszele. Ab 1764. usque 1770. interrupta fuit ipsius actiuitas, et administratores gerebant curam animarum. Ibidem 27. Aug. 1788. peracta fuit visitatio Batthyányiana, in qua parochus septuagenarius esse notatur, qui viribus adhuc firmus. 1792. ob propectam aetatem beneficium resignavit et Galgóczi recessit, ubi † 22. Dec. 1793.

Kárász Emericus, Christianus. Theologus absolutus Romanus Ad missionis titulum pro Hungaria ordinatus. 19. Apr. 1685. investitus parochus in Pöstyén. Hinc 1687. transiuit ad Korpona. Inde 18. Sept. 1690. investitus in Bözsöny Hinc jam m. Dec. ejusdem a. transiuit ad Ujbánya. 2. Dec. 1690. investitus ibidem Inde 26. Aug. 1699. collata est illi «capellania» interioris civitatis Strigoniensis, (nunc Aquatica). item Párkány, Szent-Tamás et Viridis Campus, (nunc Szent-Györgymező.) Ibidem 1701. Franciscus Joannes Jezerniczky peregit visitationem, qui de parochia sic: «Annor. 46. in cura 17. Gnarus linguae latinae, hung. slav. germ. gallicae, italicae, polonicae, valachicae et rascianicae. Libris provisus. Verum major prudentia et modestia in ipso desideratur, prouti et a vino abstinencia. Praestaret illum mutare aliorum et a conversationibus militaribus abstrahere.» 7. Dec. 1702. successorem nactus, ipse vero 25. Febr. 1703. investitus in Mellek, ubi usque 1706. operatus est. Demum ab 1718. usque 1719. in Koos activus erat.

Kárász Joannes. Theologiam in collegio rubrorum cum tertio a. terminavit. Ab 1698. parochus in Koross, ubi Josephus Pongrácz 1700. peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Hic duobus annis. Celebrat quotidie. Est diligens in divinis. Contra quem nulla querela. Convertit 40. animas.» 25. Apr. 1711. investitus in oppido Kis-Tapolcsány, sed illuc nec transiuit et jam 26. Maji e. a. alius ibi investitus. 31. Mart. 1712. testem agere debuit in causa Mathiae Petras parochi Bossányensis. 1713. ibidem Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit zelosus. † 1724. ibidem.

Kárász Josephus. Natus 7. Aug. 1787. in Kraszna-Horka. Philosophiam in academia Posoniensi, theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Aug. 1814. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont. 27. Dec. 1820. praesentatus et

dein investitus parochus in Kolta, sed mox transiuit ad Pecsencz, ad quam parochiam 22. Febr. 1821. praesentatus fuit. Hinc 5. Nov. 1826. in Alsó-Várad. Inde vero 6. Febr. 1831. in Szemere. Exhinc 5. Jun. 1838. in Nagy-Lapás. Demum a 9. Aug. 1843. admin. in Alsó-Badin, quam 1853. resignavit, se recipiens ad Némethi in cottu Hont., ubi † 31. Aug. 1855. Ex cholera.

Kárász Sigismundus. Szakolczensis. 11. Oct. 1714. susceptus in alumnum Budensem, ubi theologiam qua speculativus cum tertio a. absolvit. 29. Oct. 1716. expeditus pro coop. ad Radosna. 25. Oct. 1717. investitus parochus in Nagy-Modró. Hinc 5. Dec. 1719. in Pobedin. Ibi construxit ecclesiam ne ruat. Inde 24. Febr. 1728. in Szomolány. Ibidem 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parochia: «Annor. 39. Plebei, nobiles, quin et comites eundem laudaverunt ad futuram recommendationem, quin et visitator expertus est, eum munere suo ex asse fungi. Commendatum ei, ut lytanas etiam post prandium servet.» Exhinc demum 31. Jan. 1733. parochus et decanus Szakolczae. 1735. gravamina contra civitatem habuit. 1738. falsus delator parochi, 12 fustibus pulsari jubetur ad exemplum. 1749. et 1750. controversia exorta ob festum Franc. Xav. ex voto 1710. facto celebrandi. Item 1755. cum Carmelitis ob sepulturam parochi DUBY. Demum 1760. cum Franciscanis. 1756. magistratus determinavit, quod cives pro piis finibus legata testamentaria facere debeant. 1759. capella s. Urbani erecta. † 23. Mart. 1754. ibidem.

Kardhordó Antonius. Natus 31. Maji 1797. in Sasvár. Philosophiam Tirnaviae, theologiam in Pázmáne absolvit. 17. Mart. 1822. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szered. 1825. obtinuit parochiam Sempte. Hinc 4. Oct. 1827. praesentatus in Nagy-Surány, ubi † 9. Jan. 1874.

Kardos Joachim. Theologiam cum quinto a. in Pázmáne 1783. terminavit. Cooperatorem egit in Somorja. Ab 1784. in Hidaskürth. 30. Sept. 1786. praesentatus parochus in Lekér. 1804. factus VADnus in districtu Levensi. Fuit item cottus Bars. tab. jud. assessor et conventus de juxta Grón conventualis. 29. Dec. 1809. beneficium resignavit et instituto emerit. parochorum adscriptus. † 8. Sept. 1811. Strigonii.

Kardos Joannes. Nobilis de Kardos in cottu Neogr. In semin. B. M. V. convictor, 1682. baccalaures philosophiae. Ab 1683. propter tumultus

rebellium, Turcarum et Tartarorum 5. Jul. interrupta schola et promotio magistrorum nulla, nec 1684. et 1685. Theologiam in eodem seminario cum tertio a. terminavit. 9. Nov. 1688. investitus parochus in Neczpál et Béla, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregrit visitationem, qui de parochia sic: Annor. 34. sacerdos 9. Opere et labore suo convertit acatholicos 155. Hinc 7. Jun. 1697. investitus in Turócz-Szent-Mihály, ubi 1727. successorem nactus.

Kardos Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AÉppali Posonii absolvit. Cooperatorem egit in Balony, alias Medve. 21. Maji 1797. praesentatus parochus in Böös. † 4. Jun. 1834. ibidem. Aetatis 67.

Kardos Nicolaus. Ex Kardosfalva in cottu Trencsén. 1762. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 24. Sept. 1763. ordinatus. 22. Dec. ejusd. a. factus cooperator in Sasvár. Hinc 24. Nov. 1765. in Kis-Krstyene. Inde vero 23. Sept. 1766. in Drégely-Palánk. 22. Jan. 1769. investitus parochus in Nagy-Sáró, ubi † 22. Febr. 1778.

Karell Isidorus. Natus 25. Nov. 1795. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1819. absolvit. 23. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kis-Apáthi, ab 1824. in Nemcsény. 23. Oct. 1830. parochus in Szebeléb, ubi † 18. Maji 1853.

Karell Josephus. Natus 4. Sept. 1842. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii cum quarto a. 1866. absolvit et 25. Jul. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Soponya, ab 1869. in Ürmény, ab 1870. in Nagy-Súr, 1877. int. admin. et mox parochus in Sempte.

Karkus Joannes, Josephus. Theologiam cum cursu morali absolvit et ad titulum AÉppi Strig. 12. Apr. 1710. ordinatus. 16. Maji ejusd. a. investitus parochus in Vieszka et jam m. Jun. ejusd. a. successorem nactus, ipse vero ad Jasztraba transivit. Ibidem 1713. Joannes Bublovics peregrit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit 30 annor. Hinc 22. Aug. 1734. investitus in Trubin, ubi † 11. Mart. 1747.

Karkus Martinus. 10. Jun. 1740. investitus parochus in Nadlány, ubi † 18. Oct. 1748.

Karlóczy Joannes. 7. Apr. 1684. investitus parochus in Kis-Vendég. Hinc 14. Maji 1686. in Broczkó, ubi † 13. Dec. 1702.

Karnik Joannes. Prusznensis e cottu Tren-

csén. Qua alumnus semin. s. Stephani 1750. baccalaureus, 1751. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1753. terminavit. 6. Dec. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Krakován. 6. Jul. 1754. investitus parochus in Ardanócz. 1762. capella s. Ignatii in Tótsoók erecta. Hinc 21. Jul. 1763. investitus in Prassicz, ubi † 22. Sept. 1770.

Károly Joannes, Franciscus. Theologiam in Pázmáneo 1685. terminavit. Mense Maji 1689. investitus parochus in Nagy-Surány. 10. Apr. 1690. in Felső-Szeli. Hinc 11. Apr. 1691. in Vámos. Inde 28. Mart. 1696. in Jóká, una Nagy-Födémes. Ibi et in circuitu zelo suo plures acatholicos ad sinum eccl. cath. reduxit. Operatus est usque m. Maji 1698.

Károlyi Josephus. Theologiam cum cursu morali in seminario s. Stephani absolvit et 4. Nov. 1708. ordinatus, 10. Mart. 1709. investitus parochus in Tardoskéd. Ibidem 30. Sept. 1713. Paulus Zichy peregrit visitationem, qui de parochia sic: «Annor. 29. Paucis libris provisus. Tempore pestis fideliter servivit.» 2. Maji 1719. investitus in Nagy-Megyer. 30. Jul. 1730. aliquam complicatam causam habuit cum cive quodam Nitriensi. Eodem a. resignavit parochiam. Subin in semin. s. Emerici deficientium degit, ubi † 29. Jul. 1740.

Karsay, vel Kassay Andreas. Occurrit 1630. parochus in Szakal. Interfuit 4. et 5. Oct. ejusd. a. synodo Tirnaviae per Petrum Pázmány celebratae. 19. Maji 1632. habuit actionem contra Casparum Bodony.

Kassay Franciscus. Natus 19. Nov. 1821. Albo ADioec. Colocensis adscriptus, mox ad saeculum transivit, dein studia theologica successive Quinque-Ecclesiis, Agrariae et Jaurini absolvit. 1858. ad ADioecesim receptus, post probationis annum Pestini transactum 27. Jul. 1859. ordinatus. Cooperatorem egit in Zeliz, Mocs, Szomor, Endrefalvae et in Varbó. 20. Oct. 1867. admin. et 5. Dec. e. a. parochus in Kökeszi. † 20. Febr. 1887.

Kassay Martinus. Occurrit 1657. parochus in Nagy-Jác, nominatur in visitatione per Joannem Cherlay peracta, in qua de parochia, quod nihil mali de illo fuit auditum.

Kasznik Josephus. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo 1778. terminavit. Cooperatorem egit in Lekér. 1. Jan. 1781. obtinuit parochiam Magyarbél, ubi † 18. Jan. 1792.

Kasza Franciscus. Natus in Beserd (Bitsérd) in cottu Baranya. Qua alumnus semin. s. Stephani 1764. baccaureus, 1765. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1768. absolvit. Cooperatorem egit in Rimócz. 15. Maji 1771. investitus parochus neo-erectae parochiae in Megyer. Hinc 16. Dec. 1772. in Diószegh. Inde vero 15. Dec. 1777. in Léva per cambium cum Martino Harmath. Ibidem 17. Sept. 1779. visitatio Batthyanyiana peracta. Eodem a. cooperator slavicus stabilitus e fundo religionis. 28. Apr. 1788. parochus ex eodem fundo secundum cooperatorem petiit resolvi, quem 1789. accepit. Ab 1798. VADnus. † 13. Mart. 1804. Fuit cotus Bars. tabulae jud. assessor et conventus de juxta Gron conventualis.

Kaszaniczky Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1795. absolvit. Cooperatorem egit in Lakács, ab 1796. Konyhae. 1799. ibidem parochus. Cholerae morbo correptus † 22. Sept. 1831. et per cooperatorem suum sepultus, dum accessus de loco in locum prohiberetur.

Kaszás Antonius, Josephus, Michael. De Jászapáthi. Theologiae quartum a. in Pázmáneo 1772. absolvens, 23. Febr. ejusdem a. pro cooperatore ad Bolgh missus est. Hinc 17. Jan. 1773. investitus in neo-erectam parochiam Galsae. Inde 5. Jun. 1776. in Szent-Mihályur. Vir de parochia ista meritissimus. Historiam parochiae solus ex omnibus diligentissime scribebat. † 23. Jan. 1827. ibidem.

Kászonyi Sigismundus. 11. Apr. 1714. investitus parochus in Vilke, ubi usque 1717. operatus est.

Katona Adamus. Bártfaensis e cottu Sáros. 11. Nov. 1725. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum, ubi theologiam qua casista absolvit. 18. Dec. 1728. ordinatus. 15. Maji 1729. pro cura animarum expeditus. 6. Mart. 1731. investitus parochus in Kápolna, ubi eodem a. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parochia sic: «Annor. 27. Parochiani interrogati, responderunt, se contentos esse cum ejus servitiis.» Operatus est hic usque 1736.

Katona Franciscus Xav. Fuit adscriptus Societati Jesu. Cassatio hujus invenit illum Patakini qua concionatorem festivum hung., praefectum congregationis agoniae, item scholarum et operarium hung, ac slavicum. Ad ADioecesim

susceptus m. Maji 1774. collata fuit ei neo-erecta parochia in Nemes-Oroszi. Hinc 1779. transivit ad Zseliz. 1786. statio cooperatoris stabilitur. 14. Oct. 1787. petiit plenariam dispensationem pro cooperatore Alexandro Sipéky, qui nullis potuit vesci cibis esurialibus. † 23. Febr. 1805. ibidem.

Katona Josephus. Bükiensis. 1. Maji 1727. in alumnatum Budensem Széchényianum susceptus. Subin theologiam Olomucii absolvit. 30. Dec. 1733. investitus parochus in Szent-Mihályfa. Ab 1736. adest matrica prima per ipsum incepta. 5. Jan. 1756. quaesivit a vicario, an Petrum Bodis, calido morbo laborantem et se laqueo praefocantem sepelire possit. Respondit vicarius affirmative. Sed parochus declaret populo, eum citra peccatum decessisse, ideoque sepultura privari non debere. Eodem a. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochia sic: «Annor. 48. Capellanus fuit duobus annis. Servit hungarice. Vitae exemplaris. Domum habet sat commodam.» † 26. Oct. 1761. ibidem.

Katona Josephus. 24. Apr. 1752. missus pro cooperatore ad Duna-Szerdahely. Hinc 28. Aug. 1753. Papam. 7. Mart. 1758. investitus parochus in Alistál. Pro 1. Jan. 1672. applicatus spiritualis in seminario Tirnaviensi. Eousque Franciscus Tánzos administravit parochiam. Quam 1764. resignavit, nam 10. Maji investitus parochus in Pápa. 1766. studiosa juvenus excitavit litem cum Paulinis, quam parochus e mandato consilii reg. locumten. sopire debuit. Fuit simul decanus loci. 1776. incorporatus dioecesi Vesprimiensi.

Katona Stephanus. Boroszloviensis ex cottu Sáros. 6. Apr. 1717. susceptus ad alumnatum Budensem Széchényianum. 24. Sept. 1718. ord. et expeditus in curam animarum. 7. Apr. 1719. investitus parochus in Koss. Hinc transivit ad Nagy-Szelezsény, ubi 22. Jun. 1722. investitus et usque 1728. operatus est. Subin parochus in Jekelfalva, ubi † 12. Aug. 1738.

Kauffmann Timotheus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo terminavit. 14. Apr. 1730. investitus parochus in Magasfalva, ubi 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parochia notavit: In cura animarum hic in prima sua parochia in secundum a. Eum muneri suo satisfacere testati sunt. Injungitur ei sacrificium pro populo applicare. Operatus est usque 13. Febr. 1733.

Kaur, vel Kauer Joannes. Theologiam cum quarto a. in AEppali seminario Posonii 1802. ab-

solvit. Cooperatorem egit ibidem in Virágvölgy. 1808. factus est parochus in Hidas. Hinc m. Maji 1821. transivit ad Felső-Vásárd. † 11. Mart. 1828. in Felső-Attrak.

Kauszek Adamus. Bohemus. Ab 1630. parochus in Kaproncza, nominatur in connotatione tabellari 1633. facta. Dum ecclesia Handloviensis 1642. evangelicis erepta fuisset, illuc introductus primus parochus, ubi usque 1643. operatus est. 1645. fuit parochus in Bajmóc.

Kauszek Josephus Cal. Natus in Breznó-Bánya. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1797. absolvit. Cooperatorem egit in Mocs, ab 1799. in Szölgyény. Mense Oct. 1800. factus capellanus localis in Uj-Bars. Adhuc eodem a. ad peculiarem recommendationem cottus Bars. per regni palatinum, pro capellano castrensi insurrectionalis regiminis equestris constitutus. Subin legionis Ferdinandae pedestris capellanus factus, cum qua in Austria castrametatus et dumtaxat 9. Maji 1801. ad suum beneficium redivit, quod eousque diversi administrarunt. 5. Oct. 1801. Szakolczam discessit, ubi 9. Apr. 1802. investitus parochus. Ab 1810. praepositus de Thoub. 1. Mart. 1815. beneficium hoc resignavit. 18. Aug. 1816. oblatam sibi admin. in Óhaj acceptavit. Hinc 4. Mart. 1824. transivit ad Garam-Ujfalu. † 17. Jul. 1826. Fuit cottus Nitr. et Bars. necnon seq. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor.

Kauszler Franciscus. Natus 23. Jun. 1846. Theologiam Strigonii 1869. absolvit et 25. Jul. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Dorogh, ab eodem adhuc a. in Nagymaros, ab 1874. in Tallós et ab 1878. in Hidaskürt. A m. Nov. 1880. admin. in Nagy-Abony. 1881. parochus ibidem et jam † 7. Febr. ejusdem a.

Kaz, vel Czocz Joannes. Occurrit 1355. plebanus ecclesiae parochialis Posonii ad s. Laurentium. Nicolaus de genere Monoszló AEppus Strig. ecclesiam hanc declaravit filiam esse eccl. s. Martini et deobligavit parochum, ut annum censum solvat et unum prandium det. Sed dum huic mandato parochus intermisit obsecundare, illum coram se citavit et objurgavit. (Tud. Értek. I. 137.)

Kázmér Joannes. 13. Jul. 1686. investitus est in indifferentem parochiam in cottu Hont. 17. Aug. ejusdem a. vero in Sempte. Hinc 1689. transivit ad Gyerk, ubi usque 1689. operatus est.

Kázmér Josephus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1770. absolvit. Subin applicatus

studiorum praefectus in semin. generali. Hinc 15. Maji 1771. investitus parochus in Rapp, quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Kazi Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. Budensi 1780. terminavit. Cooperatorem egit in Léva. 5. Jun. 1783. praesentatus ad Alsó-Várad. Inde 15. Maji 1786. Nagy-Kálna, ubi † 23. Nov. 1811.

Kébel Michael. Natus Tirnaviae. Qua saecularis in universitate ejati 1691. baccalaureus et qua alumnus coll. generalis 1692. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1696. absolvit. Ad titulum praepositi de Turóc eodem a. ordinatus. 7. Apr. 1699. investitus parochus in Vágh-Selye cum filiabus: Pered, Zsigárd, Farkasd, Hetmény, Tornócz et Vecse. Quatals 1700. baccalaureus theologiae graduatus. Hoc a. Josephus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho dicit: «150. acatholicos convertit. Contentissimi sunt cum ejusdem labore. Parochiam restaurarunt PP. Societatis, erigendo duo cubacula.» 25. Apr. 1701. investitus in Nagy-Megyer. Hinc 7. Dec. 1702. in AEppali citte Strig. cum S. Thoma, Viridi campo, Párkány, necnon suburbio infra montem s. Thomae, cum contrada S. Annae. In quali nam statu tunc parochia fuit, sic refert visitor a. 1701. Joannes Jezerniczky. Ecclesia urbis sub castro nescitur a quo erecta antiquitus fuerit, aut quale patrocinium habuerit, cum a multis annis per Turcas pro mecset et synagoga fuerit applicata. Postquam e dira eorum servitute erepta fuisset, dedicata est honori s. Stephani protom. Habet monstrantiam pretiosam a duce Lotharingiae tempore secundae obsidionis Budensis donatam. 23. Sept. 1706. etiam investitus in cittem reg. extra muros. 1708. per Christianum Augustum ecclesia nova erecta ad s. Stephanum protom. 1713. factus canon. Magno-Varadiens.

Kebensis Joannes. Occurrit 1588. parochus in Garam-Szent-Bendek. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Kebérhard Michael. Fuit ab 1464. usque 1487. parochus in Bajmóc, qui jura sua circa sedecimam ex avulsis filiabus provenientem viriliter defendebat. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 368.)

Kebey Georgius. 5. Maji 1711. investitus parochus in Bélaház, ubi 11. Dec. ejusdem a. successorem nactus.

Kebzsay Andreas. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1770. absolvit. 27. Jan.

ejusdem a. missus est pro cooperatore ad Kosztolnafalva, ab 1772. in Privigye. 29. Apr. 1774. investitus in Liptó-Szent-Kereszt, cum qua parochia incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Keck, alias **Bernhardt Simon**. Origine Silesita. Fuit 1501. in Selmezbánya, Renati Sorani parochi administrator. Ab 1522. usque 1526. ibidem ipse parochus. Sub illo exortae sunt novae circa cultum divinum parochialem et monasterii Dominicanorum differentiae. Erupta inter metallifossores seditione 1526. se Teschenium contulit, nec ultro reversus. Cives illum ad reversionem sollicitabant ac in hac causa ad Ladislaum Szalkay AEppum Strigon. scripserunt, qui die s. Antonii conf. ejusd. a. illis epistolariter respondit, injungendo, ut parochus ad illum ducatur, ut illum examinare possit, an doctrina Lutheri infectus sit. (Ex actis parochiae et Kachelmann, III. 148.) In capitulo coll. Posoniensi occurrit ab 1525. usque 1532. Simon Koch de Bakabánya, an identicus, nescimus.

Keeskeméthy Franciscus. 20. Mart. 1763. missus pro cooperatore ad Fülek-Püspöki. Hinc 23. Oct. ejusdem a. investitus parochus in Cse-red, ubi † m. Jun. 1774.

Keeskeméthy Joannes. Occurrit 1634. parochus in Patak, de quo Martinus Apáthy, in visitatione 1634. peracta notavit: «Presbyter, cujus ecclesia nullam omnino supellectilem sacram et nullos proventus habet, imo et ipsum templum est desolatum.»

Keeskeméthy Joannes. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1767. terminavit. Cooperatorem egit in Vadkert. 8. Dec. 1770. applicatus praefectus semin. gener. Hinc 4. Sept. 1771. investitus parochus in Izsa. 1772. et 1773. cum Calvinianis difficultates habuit. 11. Maji 1780. visitatio Batthyányiana peracta. † 6. Febr. 1792.

Keeskeméti Joannes. 21. Oct. 1674. investitus licentiatus in Nagy- et Kis-Tany, nunc filia ad Ekel. Successorem m. Maji 1676. nactus.

Kékkuthy Antonius. Komáromiensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1719. baccalaureus et 1720. magister philosophiae. Theologiae in collegio rubrorum studuit. 20. Febr. 1723. ordinatus. 23. Maji ejusdem a. investitus parochus in Varbó. Inde 18. Jun. 1728. in Nyerges-Uj-falu. 1729. incendio tota parochia igne consumta. Eodem a. et pestis grassabatur, quae 175 e vivis tu-

lit. 1731. quidam eremita ex elemosynis fidelium in monte Sánecz, ex ruderibus vallatorum capellam ss. Trinitatis exstruxit. 1732. Nicolaus Kellio peregit visitationem, qui de parochia dicit, quod sit 33. annor. † 15. Mart. 1742. ibidem.

Kelecsényi Carolus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1831. absolvit. Cooperatorem egit in Bozók, ab 1832. in Ó-Bars, ab 1836. in Siglisberg, ab 1837. in Mánya. Subin Budae morabatur absque officio. 1838. iterum cooperatore in Pobedim. 1848. admin. factus in Ószuszkó, ubi † 28. Jul. 1850.

Kelecsényi Franciscus. 6. Aug. 1762. missus pro cooperatore ad Liptó-Szent-Mária. 18. Mart. 1764. investitus parochus in Liptó-Szent-Anna. Hinc 29. Apr. 1768. in Lokcza, cum qua parochia ingremiatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Kelecsényi Joannes. Hadusfalvensis e Scepusio. Qua alumnus seminarii Mariani 1706. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem seminario terminavit. 10. Maji 1741. investitus parochus in Cseke, ubi † 14. Jan. 1748. Fuit zelosissimus pastor animarum.

Kelecsényi Paulus, Joannes. Turcsányiensis e cottu Nitr. 9. Nov. 1742. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum. 8. Jul. 1747. pro capellano missus ad Michaellem Ocskay, hinc 14. Dec. ejusdem a. ad Vizskelet. 27. Jan. 1748. investitus parochus in Cseke. Inde 18. Jun. 1751. in Kis-Apáthy, ubi † 27. Jun. 1768.

Kelecsényi Stephanus. 4. Maji 1709. investitus licentiatus Kicsindensis, ubi usque 1711. operatus est.

Keleffy, vel Kelesy Joannes. Tarkovicensis (Karkócz) in cottu Nitr. Qua alumnus semin. s. Stephani 1654. baccalaureus et 1655. magister philosophiae. Theologiae in Pázmáneo studuit et 1657. ordinatus est. 21. Aug. 1674. investitus parochus in Nagy- et Kis-Zellő, ubi usque 1686. operatus est.

Kellekovics, vel Kergovich Joannes. A m. Jan. 1656. usque 1659. fuit parochus in Nadas, in cottu Poson. Hinc eodem a. transivit ad Jabloncza. 1660. per Barbaram Apponianam, ecclesia a fundamentis denuo exstructa ac tribus lapideis aris provisiva. Ibidem 3. Mart. 1663. successorem nactus. 22. Oct. 1666. investitus in Pöstyén. Hic usque 1668. operatus est. 10. Sept. 1678. investitus in Veszele, cui 8. Mart. 1680.

Borócz adjuncta est. Inde m. Maji 1687. in Vis-tuk, ubi usque 20. Maji 1689. operatus est.

Keller Georgius. Natus in Nagy-Levárd. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. 1777. absolvit. Cooperatorem egit Pestini ad Assumt. B. M. V. ab 1780. Schemniczii. 4. Oct. 1782. praesentatus parochus in Sárff. Hinc 15. Dec. 1783. investitus in Selmezbánya. 4. Jan. 1696. instal-latus canonicus Poseniensis, ibidem ab 1803. parochus ad s. Martinum. Hinc 16. Jun. 1807. canonicus Strigon. 9. Mart. 1811. ADnus Neo-grad. Rexit ab 1808. semin. Tirnav. B. M. V. et ab 1810. Pázmáneum. Fuit praepositus de Landek. † 26. 1814. Tirnaviae. Fundavit in plu-ribus ecclesiis sacra perpetua et stipendia scho-lastica.

Keller de Kis-Kotyesó Joannes. Natus 20. Aug. 1815. Nitriae. Philosophiam et theologiam absolvit Tirnaviae. 11. Febr. 1840. ordinatus. Co-operatorem egit Szakolczae et in Vedröd, hic etiam admin. in spirit. fuit. 1848. pari in officio opera-tus in Vittencz. 3. Oct. 1850. praesentatus pa-rochus in Lancsár, ubi 25. Febr. 1851. investitus. Frater ipsius Ferdinandus, cooperatorem in Udvar-nok, apud ipsum 30. Oct. 1853. mortuus. Hinc 31. Maji 1858. transivit ad Pöstyény, ubi 1862. titulo praepositurae B. M. V. de Aiska, seu Ochka condecoratus. Inde 1. Mart. 1866. obtinuit Gal-gócz, una VADnus districtus ejusdem cognomi-nis. Exhinc 12. Apr. 1872. transivit ad Nagy-Tapolcsány. 1889 factus canonicus Tirnaviensis, una rector domus deficientium.

Keller Michael. Natus 8. Sept. 1809. Theo-logiam terminans 19. Jul. 1834. ordinatus. Co-operatorem egit in Surány, ab 1836. in Bozók, ab 1839. in Kis-Apáthi, jam qua talis sed. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor. Ab 1842. in Kis-Tapolcsány. 1843. factus admin. in Nagy-Lapás. Hinc m. Maji 1851. in pari qua-litate Kolthae. 20. Oct. 1852. obtinuit paro-chiam in Bánkeszi. 1873. ecclesia et parochia re-novata. Crux turri imposita. † 19. Jul. 1855. ibi-dem. Fuit vir charitate plenus erga parochia-nos suos.

Keller Paulus. 11. Apr. 1701. investitus parochus in Tölgyes, ubi usque 1706. opera-tus est.

Kellio de Sóvár Nicolaus. Natus in Cseszte in cottu Posen. Ab 1701. collegii Pazmaniani dein s. Apollinaris Romae alumnus. Doctor theo-

logiae. 3. Apr. 1705. investitus parochus in So-pornya. Hinc 25. Jul. 1710. in oppido Szered. Ibidem 1713. Emericus Pongrácz peregit visita-tionem, qui de parochia sic: «Protonotarius apo-stolicus. Annor. 32. sacerdotii 9. Vir zelusus, bonorum morum et promotione dignus.» Mense Feb- 1720. canon, Strig. 6. Jun. 1727. ADnus Thornensis. 7. Jul. 1731. praepositus s. Georgii et ADnus cathedralis. A sede apostolica sibi et successoribus mitram obtinuit. Egit praefectum bonorum in Sancto-Benedicto. Templum colle-giatae quondam suae Strigonii in viridi campo e ruderibus erexit. In Cseszte chorum ligneum vetustate illabentem ab antenatis suis curatum, opere murato restituit, item cryptam familiae Kellionis in eadem ecclesia existentem reparari jussit. † 15. Aug. 1736. Tumulatus infra aram s. Dorotheae in parochiali eccl. Tirnaviae. Vir, rei domesticae augendae studiosus, juridica ut pluri-mum volvere svetus. Vinum nunquam bibit.

Kelner Josephus. Tirnaviensis. E semin. s. Stephani 1767. baccalaureus et eodem a. magi-ster philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1771. absolvit. Ab 1772. coope-rator in Bazin. Hinc 30. Mart. 1773. investitus parochus in Tóth-Gurab. 1778. querela contra ipsum mota, ob nimiam arcis Bazin frequentatio-nem. 12. Oct. ejusd. a. praesentatus pro Hosszu-falu. Inde 24. Aug. 1779. transivit ad Szomolány. †. 22. Mart. 1805. ibidem. Sepultus in coe-meterio ecclesiam cingentem.

Kemenczi Michael. Natus 27. Nov. 1848. Theologiam Strigonii 1871. absolvit et 31. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vajka, ab 1872. Muzslae, ab 1873. in Tallós, et ab 1877. Gutae. 1879. int. admin. dein parochus in Ekel.

Kéméndy Franciscus. Occurrit. 1647. licen-tiatus in Karva. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto.

Kemenich Georgius. Occurrit 1559. pleba-nus in Bars-Szent-Kereszt. Eodem a. Joannes De-recskey peregit ibidem visitationem, qui de pa-rocho notavit: «Vicegerens, ordinatus Krakoviae. Uxorem habet et filios quatuor.»

Kemény comes, lib. baro de Magyar-Gyerő Monostor Ladislaus. Transilvanus. Ab 1745. alum-nus Pázmánei. 13. Maji 1756. investitus parochus in Nyitra-Egerszegh. Hinc 26. Aug. 1763. instal-latus canonicus Strigon. 1767. Abbas B. M. V.

de monte Zebegény. 16. Maji 1772. ADnus Thor-nensis. 14. Apr. 1777. ADnus Neograd. 1783. Nitriens. † 29. Sept. 1787. in paterno domo, ex acuta feбри.

Kémley Stephanus. Theologiae in Pázmá-neo studuit. 29. Sept. 1717. investitus parochus in Zámoly. Hinc 8. Sept. 1718. in Nemes-Oroszi. Inde 29. Jan. 1721. in Rimócz. Ubi exemplaris fuit in cura animarum, in reparatione ecclesiae, item in matricularum et fundorum ecclesiae con-signatione. † 30. Mart. 1730. ibidem.

Kemszky Michael. Natus 25. Sept. 1837. Unguarini. Societatem Jesu ingressus, absolutis annis probationis et emissis simplicibus votis, studia philosophica Posonii, theologica Oeniponte audi-vit. 29. Sept. 1864. Brixiae ordinatus. Spiritua-lem egit Sztatmarini, ubi tantum vix duas septi-manas transegit. 20. Jun. 1865. ad ADioecesim susceptus, cooperatorem egit in Udvard et in Ma-ria-Nostra. 7. Aug. 1870. parochus factus in Nagy-Lehota. Ibidem aedificia oeconomica strui cu-ravit. Hinc 10. Maji 1882. transivit pro admin. ad Felső-Szöllös, quam 1888. resignavit. Nunc in Meran moratur.

Kenczel Michael, vide **Genczel.**

Kendfalvi (Leindorfer) Ludovicus. Natus 12. Dec. 1828. Bittsae in cottu Trencsény. Fuit bapti-satus judaeus. Theologiam Strigonii absolvit. 19. Jun. 1853. ordinatus. Cooperatorem egit in Vedröd, 1. Apr. 1855. admin. et subin parochus in Szoko-lócz. Ob gravem dissensionem cum patrono, cu-jus fratrem aug. conf. addictum et insuper suici-dam ad cryptom cath. inhumare detrectavit, re-cedere necessitatus. 1860. impetravit Alsópaloj-tam, quam mox, nempe 9. Mart. 1861. cum Ó-Tura permutavit, ubi calvariam incepit aedificare. 12. Mart. 1863. praesentatus ad Visk. Inde 10. Oct. 1879. transivit ad Zseliz, ubi † 13. Febr. 1883.

Kendray Gabriel. Fuit Societati Jesus ad-scriptus. Cassatio illum qua procuratorem bono-rum collegii Tirnaviensis in Vág-Sellye invenit, ubi post receptionem in ADioecesim a 1. Febr. 1775. parochus factus. † 18. Jan. 1797. repentina morte sublatus.

Kenedich Blasius. Occurrit 1561. parochus in Maróth, in Bars. (Aranyos-Maróth.) De quo vi-sitator Georgius Kónyafalvay sic loquitur: «Ordi-natus Moraviae, habet uxorem, filios filiasque. Multi dicunt eum non esse ordinatum, formatam tamen ubi accepit non potui expiscare. Omnia sacra-

menta secundum ritum s. matris ecclesia admi-nistrat. Circa festum paschae, dum ivisset ad Bad, transmeans Sember, illum nobilis Joannes Madach, in libera et publica via, in medio loci, de equo detrahendo, ita verberibus et vituperiis affecit, ut ibi semivivus relictus fuit. Ibidem vi-sitator hujus sceleris causam nullo modo rescire potuit, sed domum reversus comparuit apud il-lum nobilis praedictus, qui sub juramento dixit, quod illum plebanus provocasset ad verbera. Di-xit quoque, quod plebanus fuisset judex in pos-sessione sua, ibique multa furta fecit, quod testi-moniis comprobatur. Tandem datus fuit ipsius ma-nibus, ut eum suspendere fecisset. Ille nobilis ipsum etiam in praesentiam vicarii citavit, sed illuc noluit comparere. Nobilis paratum se dicit in synodo comparere velle, ut propositionem suam contra parochum comprobet.»

Keniczky Casparus. 25. Oct. 1665. investi-tus parochus l. r. cittis Karpona. Inter diffici-les circumstantias hic operatus est. Jam 1518. protestantes, primo quidem in curia Gerhardiana, ab 1544. in templo parochiali sacra obiverunt. Pro catholicis demum 1665. sacellum Borianum fundatum, ubi parochialia peracta, sed hoc non diu patuit, nam, Georgius Bory, haeres Michaelis illud profanavit. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 184.)

Képesy Michael. 5. Maji 1675. investitus pa-rochus Prencsfalvensis. In exilium misso Sebastiano Huszár praedicante, primus introductus curio ca-tholicus, qui una Szent-Antal administravit. Hinc 17. Apr. 1679. in Kis-Krsztyene, ubi de illo ano-nymus relator: «Gerit se uti decet.» Ibidem us-que 1704. operatus est.

Kercz Adamus. De Galgócz. 1561. parochus in Nagyherestyén, qui anno praeterito morabatur in Szent-Benedek. Ibidem Georgius Kónyafalvay eodem a. peregit visitationem, qui de parochia re-fert. «Habet coronam in capite, barbam radit et sacramenta secundum ritum s. matris ecclesia administrat. Tantum tamen nefas de illo di-citur, quod vix de pighetis diceretur.» Judex et jurati, dicit visitator sub juramento fassi sunt, quod multos habuisset a diversis filios et filias. Noviter quoque ex nobili stirpe voluit virginem furtim equo ad se deducere suis vestibibus coo-pertam. Hac et ex aliis causis, voluit visitator illum ligatum Tirnaviam ducere, sed quum jura-mento promisit, quod personaliter ad synodum se sistat, pepercit illi.

Kereskényi Franciscus. Nobilis Apajensis e cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Stephani 1742. baccalaureus, 1743. magister philosophiae, quam universam defendit. Theologiam in eodem semin. cum quarto a. 1746. absolvit. 12. Maji ejusdem a. missus est pro cooperatore ad Udvard. 28. Dec. 1748. investitus parochus in Nagy-Kér. Hinc 14. Jun. 1751. in Udvard, ubi 1754. Georgius Molnár peregit visitationem, qui de parcho notavit: «Exactus in officio. Libros habet plurimos.» † 10. Apr. 1764. ibidem.

Keresztúri Valentinus. Occurrit 1560. plebanus in Handlovia. Ibidem Michael Szegedy eodem a. peregit visitationem, qui de parcho notavit: «Juvenis, uxoratus, sacris Tirnaviae per rev. d. Zondinum initiatus. Is, cum ad montanas civitates annis elapsis versatus sit, illorum erroribus haud immunem se ostendit. Nam Euaharistiam, sacros liquores, benedictam aquam non tenet. Sub utraque specie communicat. Ut sibi videtur ceremoniis utitur. Nihilominus, cum sit humanus et in policiis laudatus, obtemperatum se, alii si unamines fuerint in religionis negotio, promittit, sed singularis inter ceteros esse non potest, fatetur.»

Kerkovics Joannes. A 2. Febr. 1712. fuit parochus in Spáczá, ubi usque 1713. operatus est.

Kerlay Joannes, vide Cherlay.

Kern Carolus. Natus 28. Sept. 1812. in Puchó in cottu Trencsén. Philosophiam et theologiam absolvit Tirnaviae. 30. Sept. 1835. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nyerges-Ujfalu, Budae ad B. M. V. Visitantem et Pestini ad s. Josephum. 1849. admin. in Csábrág. Hinc post innumeras cum miseria et latronibus perpassas luctas 31. Jan. 1851. transivit ad Szelőcze. Inde demum 13. Jul. 1864. obtinuit Pered, ubi illico in VADnum surr. districtus Sellye denominatus. † 11. Jan. 1871. ibidem.

Kerniacsek Franciscus. 14. Oct. 1665. investitus parochus in Velkopole, ubi usque 1673. operatus est.

Kerpey Georgius. Nobilis Sabariensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1744. baccalaureus et 1745. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1748. absolvit. Ad chorum eccl. metr. applicatus munus succentoris assecutus. Hinc 25. Jan. 1752. investitus parochus in Marczal, ubi 1753. fatalem casum habuit et ob percussionem alicujus nobilis incolae, eidem 200 fl. mulctam solvere debuit. † 24. Maji 1754.

Aetatis 34. Sepultus in cryptam ecclesiae parochialis.

Kersznarics Gregorius, Adalbertus, vide Grznarich.

Kertész Ignatius. Natus 31. Jul. 1802. in Ásvány in cottu Jaur. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 13. Aug. 1826. ordinatus. Cooperatorem egit in Felső-Ludány, ab 1827. Muzslae, ab 1829. in Nagy-Ölved, eodem a. in Érsekujvár et ab 1832. in Vadkert. 1835. obtinuit parochiam Szakal. Hinc 13. Nov. 1845. transivit ad Szalka. Inde vero 24. Apr. 1861. accepit Udvard. Ibi factus capellanus pontificus ad hon. et VADnus districtus ejusdem cognominis. 1887. resignavit beneficium et vitam duxit privatam. † 25. Sept. 1889.

Kertész Michael. Csejthensis ex cottu Niriensi. 10. Nov. 1740. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 10. Sept. 1742. ordinatus et mox Szakolczam pro cooperatore missus. 20. Mart. 1745. investitus parochus in Felső-Sipék. Conquestum est contra excessus per parochum patratos. 1756. extra beneficium constitutus, vixit in Dorogh, ubi † 26. Jul. 1770.

Késmárky Carolus. Natus 16. Jan. 1819. Berhidae in cottu Veszprim. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jul. 1823. ordinatus est. Pro cooperatore missus ad Marczal, tum ad Kemencze, 1849. multas calamitates perpassus, ab exercitio ordinis suspensus. Post aliquod recollectionis dies, missus est iterum pro cooperatore ad Szent-Péter et subin ad Tardoskedd. 1853. constitutus admin. dein parochus in Farkasd, ubi cum miseriis luctando delitescebat usque mortem † 16. Maji 1878.

Keszelnborn Carolus. Natus 3. Oct. 1772. Theologiam cum quarto a. 1795. in semin. AEp-pali Posonii terminavit. 5. Nov. ejusdem a. ordinatus est. Praebendatus chori eccl. metr. Cooperator fuit ab 1797. Modrae, ab 1798. praebendatus et cooper. Posonii ad s. Martinum. Ab 1804. tantummodo cooper. ibidem. A m. Nov. 1812. parochus in Ivánka. Hinc 27. Maji 1819. transivit ad Komjáth. 1844. promotus ad canoniam Tirnaviensem, ubi factus praepositus s. Augustini de insula s. Brigittae. In capitulo usque lectoratum evecutus. † 5. Apr. 1852. aetatis 91. Tirnaviae.

Keszeli Georgius. Occurrit 1674. licentiatuus in Mellek.

Keszey Ambrosius. 23. Jul. 1666. investitus parochus in Hont, nunc filia ad Drégely-Palánk. 10. Oct. 1668. successorem nactus.

Keszey Casparus. Fuit 1647. licentiatu in Kitsind, nunc filia ad Kövesd. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto.

Keszey Paulus. 6. Nov. 1645. per Georgium Lippay, ordinatus. Fuit 1647. parochus in Muzsla, nominatur in catalogo cleri jussu ejusdem Georgii Lippay hoc a. confecto. 25. Dec. 1650. occurrit «parochus oppidorum Német- et Magyar-Szölygyéniensium.» 1655. conqueritur apud eundem AÉppum, quia calvinistae occuparunt catholicorum campanam. Ibi adhuc 1656. activus erat. (Magy. Sion. 1865. 418.) Ab 8. Jul. 1660. parochus fuit in Nagy-Salló, ubi † m. Nov. 1664.

Keszthelyi Martinus. Keszthelyiensis e cottu Szalad. Qua alumnus semin. s. Stephani 1704. baccalaureus, 1705. magister philosophiae. Theologiae in Pázmáneo studuit. A 1709. factus parochus in Kiliti. Mense Dec. 1710. obtinuit Fel-Bár. Una 16. Jul. 1713. investitus in oppido Duna-Szerdahely. In ambabus parochiis 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia notavit: Annor. 34. in cura animarum annis 5. Inde 8. Jun. 1718. in Muzsla, quam 18. ejusd. m. et a. ingressus. Amavit otium litterarium. Matricas magna diligentia scripsit. Voluit intrare Societatem Jesu, sed mors votum praeoccupavit. † 1727. ibidem.

Kesztler Georgius. 1788. in domo presbyterorum s. Josephi Tirnaviae. Praebendatus chori eccl. Posenii. Ab 1790. cooperato ibidem ad s. Martinum. 19. Jul. 1803. praesentatus parochus in Virágvölgy. 22. Jul. 1806. per vicarium Kluch collaudatur ob assiduas catecheses. † 11. Maji 1819. Aetatis 59.

Ketzer Franciscus. E seminario Budensi, 21. Sept. 1766. missus pro cooperatore ad Velicsna. Hinc 29. Apr. 1768. investitus parochus in Liptó-Szent-Anna. A m. Mart. 1770. administrabat Veszle, ad quam 1. Jun. ejusd. a. investitus parochus, quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Ketzer Josephus. Theologiae in Pázmáneo studuit. Cooperatorem egit in Érsekújvár. 11. Apr. 1742. investitus parochus in Sempte, ubi 1753. Andreas Rabcsek peregit visitationem, † 27. Jul. 1762. ibidem.

Keyling, etiam Kailing Ignatius. Natus Schemniczii. Qua alumnus coll. gen. 1737. baccalaureus et 1738. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem collegio 1742. terminavit. 13. Sept. 1754. investitus parochus in neo-erecta parochia Skleno-Termensi, quae eousque filia ad Nagy-Apáthi fuit. † 8. Febr. 1773. ibidem.

Kézdy Sigismundus. Nobilis Transilvanus ex Kézd. Qua alumnus collegii gen. 1701. baccalaureus, 1702. magister philosophiae. Theologiae in eodem semin. studuit. 2. Apr. 1705. ordinatus est. 13. Apr. 1707. investitus parochus in Vicsap-Apáthi. Hinc 22. Sept. 1710. in Keresztúr. Eodem dato accepit etiam investituram pro Galantha. 6. Maji 1711. vero in Füzes-Gyarmath. Inde transivit ad Deménd, ubi † 11. Sept. 1713.

Khindt Nicolaus. Fuit usque 1601. parochus in Somorja. Hoc anno apostatavit in Szent-György. (Ex notis Sig. Kisfaludy.)

Khüm Georgius. Occurrit 1763. parochus in Nagy-Szalóka, ubi † 3. Apr. 1773.

Kiáczy Antonius. Natus 28. Oct. 1837. Theologiam privatim absolvit. 27. Jul. 1862. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Surány et ab 1865. in Nagykér. 1867. qua valetudinem curans in Szolcsán morabatur. 1868. curatus anabaptistarum in Szobotist. 7. Mart. 1879. nominatus parochus in Füßs. † 7. Apr. 1883. ibidem.

Kidonczek Martinus, Ignatius. Ujbányaensis ex cottu Bars. 18. Nov. 1719. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 21. Sept. 1720. ordinatus. 10. Sept. 1721. investitus parochus in Bodafalva. Hinc 14. Aug. 1724. transivit ad Ujbánya, ubi usque 1726. operatus est.

Kimstetter Carolus. Nobilis Raikensis. Origine Neufeldensis ex Austria. E semin. s. Adalberti 1751. baccalaureus, 1752. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. 1755. absolvit. 24. Apr. ejusdem a. cooperato missus ad exemptam parochiam Kéménd. De quo, principalis ejus haec notavit: «Homo juvenis mediocriter doctus, concionator bonus, confessarius germanicus, hungaricus et aliquantum illiricus, ingenio fervidus, natura sanguineus, alta spirans, moribus politus venator cupidus.» Inde 11. Aug. 1757. Vetero-Budam. 19. Maji 1758. investitus parochus in Vámos, ubi usque 1761. operatus est. 1. Jan. 1763. nominatus et 13. Maji 1764. investitus parochus in Báltaszék. † 17. Jul. 1772. Aetatis 42. ibidem.

Kinczel Michael. 1. Sept. 1697. investitus

parochus in Aranyos-Maróth. Ibidem usque in Mart. 1699. activus erat. 11. Jul. 1702. investitus in Turócz-Szent-Péter, ubi usque 1704. operatus est.

Kingyera Carolus. Natus 29. Oct. 1830. Malaczkae. Theologiam Strigonii absolvit. 29. Jul. 1855. ordinatus est. Cooperatorem egit in Pöstyény et Galgóczi. 16. Maji 1861. parochus factus in Udvarnok. Ab 1890. VADnus surr. per districtum ejusdem nominis.

Kióvszky Michael. Váraljaensis ex Scepusio. Qua alumnus coll. gener. 1722. baccalaureus et 1723. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. cum quarto a. 1727. terminavit ac doctor ss. theologiae promotus est. Jam 27. Aug. 1726. ordinatus. Pro cooperatore Szokolczam missus. 12. Aug. 1733. investitus parochus in Ujbánya. Inde 13. Aug. 1737. in Szklenó. Exhinc demum 1739. electus parochus l. r. et montanae cittis Körmöczbánya. Ibidem 1759. Franciscani statuam Lauretanam B. M. V. cum processione ex Berg, ad sacellum in ecclesia paratum transferri curarunt. Ipsam processionem praepositus Bajmóczensis Ladislaus Majthényi cum Sanctissimo duxit, a tergo per populum deportabatur statua. Conciones patres S. J. duas dixerunt et nemo de inhibitione vicariali cogitabat. Parochus vero testibus probavit quod notum fuisset praeposito, haec inhibitio. Subin abbas B. M. V. de Almád. † 21. Febr. 1763. ibidem.

Királyi, alias Szent-Léleki Michael. 22. Jul. 1718. investitus licentiatus in Medve, (nunc Balony) et Sziticzköz.

Királyi Alexander. Natus 4. Jul. 1762. in Nádszegh. Theologiam cum quinto a. qua theologus practicus in seminario generali Posoniensi 1789. absolvit. 1790. in domo presbyterorum Tirnaviae transegit. Cooperatorem egit in Nádszegh. 1793. obtinuit parochiam in Tallós. Ibidem 20. Oct. 1795. stabilita congrua pro cooperatore. 1821. transivit ad Nagy-Czétény, ubi † 23. Aug. 1831.

Királyi de Ó-Gyalla Josephus. Natus 4. Apr. 1737. Comaromii. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1761. terminavit. 8. Mart. ejusdem a. missus pro capellano ad Antonium lib. bar. Perényi. Inde praefectus heruli comitis Szunyog factus. 5. Nov. 1764. investitus parochus in recenter erecta parochia Mocs, cui 1776. Radván pro filia adjuncta. Ibi 1778. consistorii Strigon. item cottus cognominis tab. jud. assessor.

1784. VADnus districtus Strigon. cis Danubiani. 9. Jan. 1794. investitus in Udvard. 1802. canonicus Posoniensis, 21. Jan. 1805. Strigoniensis installatus. Rector quoque semin. B. M. V. 1806. abbas B. M. V. de monte Zebegény. 30. Oct. 1807. eppus Quinque-Eccles. renunciatus ac 25. Mart. 1808. solemniter introductus. † 17. Jul. 1825. in Füred. Academia Ludovica Pestini, basilica Strigoniensis, studiosa juvenus Comaromien-sis testes sunt largissimae suae benevolentiae. (Brüsztle, Recensio cleri. I. 509.)

Királyi Ignatius. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. in arce Poson. 1788. terminavit. Cooperatorem egit in Patak, ab 1794. in Karancs-ság, ab 1795. in Köbölkút, ubi simul admin. fuit. 28. Mart. 1797. praesentatus parochus in Karancs-ság. Ab 1808. simul VADnus districtus Szécsényiensis. Hinc 25. Mart. 1813. praesentatus in Kemencze, ubi † 28. Nov. 1819.

Király Joannes. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1809. absolvit. Cooperatorem egit in Ipoly-Ságh, ubi ab 1812. simul admin. fuit. 30. Sept. 1813. praesentatus parochus ibidem, † 3. Jun. 1836. Fuit cottus Hont. Bars. et Neograd. tab. jud. assessor.

Kirchgeszner Mathias. Theologiam cum tertio a. in semin. generali 1776. absolvit. Subin praebendatus chori eccl. metr. 1777. levita in semin. s. Stephani. 9. Maji 1779. praesentatus parochus in Gyerk. Hinc 21. Sept. 1782. transivit ad Dorogh, ubi † 6. Dec. 1803.

Kirchknopf Ludovicus, vide Cserhalmi.

Kirchner, vel Kirschner, alias Firsin Andreas. 26. Febr. 1696. investitus licentiatus in Prohot.

Kirksmann Joannes, Jacobus. 8. Mart. 1694. investitus parochus in Felső-Apáthi. Eodem a. cessavit operari.

Kirschhofer Carolus. Natus 21. Maji 1848. Theologiam Pestini 1870. absolvit. 24. Nov. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Kürth et ab 1872. Vetero-Budae. 28. Nov. 1883. praesentatus parochus Neo-Budae. 1890. Vetero-Budae.

Kirschner Joannes Nep. Kapronczensis. Qua alumnus semin. Mariani 1756. baccalaureus et 1757. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1760. absolvit. 26. Febr. ejusdem a. pro cooperatore Scepusium missus. Ab 1765. parochus in Zsakócz, cum quo beneficio incorporatus neo-erectae dioecesi Scepus.

Kisdy Benedictus. Natus in Szécsény. in cottu Neogr. circa 1598. Scholas Tirnaviae frequentavit, continuavit Romae in collegio Apollinari. Inde 1622. redux 30. Nov. ordinatus et parochiam Selyensem, subin Püspökiensem gubernandam accepit. 1624. canonicus Psoniensis. 21. Apr. 1629. canonicus Strig. et ADnus Honthen-sis 1631. praepositus s. Georgii et ADnus Cathedralis. 1636. cantor et praepositus B. M. V. de Hatvan et Ság. 12. Jul. 1642. praepositus major capituli. 23. Apr. 1646. praepositus Psoniensis. 1647. Eppus Varadiensis. Consiliarius Suae Majestatis. 1648. eppus Agriensis nomin. 1652. consecratus. Fundator seminarii Cassoviensis. † 22. Jun. 1660. (Magy. Sion, 1863. 31. 110.)

Kisfaludy Sigismundus. Natus 18. Jul. 1837. in Szempecz. Theologiam Strigonii 1861. absolvit. 28. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Somorja, ibique archivum oppidanum ordinavit. Hinc int. administravit usque 16. Jan. 1868 Püspöki. Subin cooperator in Duna-Szerdahely. 26. Sept. 1872. admin. dein 15. Oct. ejusd. a. parochus in Illésháza. Hinc 1888. transivit ad Nagy-Magyar, ubi 1889. VADnus surr. factus in districtu Somorja. 1892. transivit ad Somorja.

Kisfaludy Vincentius. Natus 30. Jan. 1843. Theologiam in Pázmáneó 1866. terminavit. 25. Jul. ejusdem a. ordinatus est. Conperatorem egit in Zeliz, ab 1867. in Tallós. et ab 1869. in Csek-lész, 6. Jan. 1877. accepit parochiam in Magyar-bél. 1891. transivit ad Diószegh.

Kiska Martinus. Natus 10. Apr. 1811. in Ó-Tura. Theologiam in semin. Mariano 1836. terminavit. 28. Oct. ejusd. a. ordinatus. 1837. instituti presbyterorum membrum Strigonii. Cooperatorem egit in Alsó-Korompa, ab 1840. in Miava, ab 1841. in Ó-Tura et ab 1843. in Pöstyén. 1848. obtinuit parochiam in Miava, ubi ab 1861. VADnus surr. districtus ejusdem nominis, dein ord. † 11. Jul. 1885.

Kiss Andreas. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. Psonii 1790. absolvit. 1791. accomodationem expectavit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Diószegh et ab 1792. Levae. 20. Maji 1799. praesentatus parochus in Nemes-Oroszi. 1801. ex resolutione camerae aulicae ecclesia, parochia et schola reparatae. † 24. Jan. 1814. ibidem.

Kiss Emericus. Mense Mart. 1753. missus pro cooperatore ad Úzbégh. 4. Oct. 1754. vero

ad Érsekujvár. 20. Sept. 1757. investitus parochus in Nagy-Emöke. Hinc 20. Jun. 1758. transivit ad Perbete. 1774. ecclesia ictum fulminis perpressa, qui deurationem cathedrae solvit. † 28. Jul. 1776. Sepultus in crypta ecclesiae.

Kiss Eusebius. Ex religioso in gremium ADioecesis susceptus. 1787. primus parochus in Ó-Gyalla. Ibidem † 15. Aug. 1795.

Kiss Franciscus. Sülyiensis e cottu Posen. Ab 29. Oct. 1702. parochus in Felbár. Hinc 1706. transivit ad Naszvad, ubi 17. Maji 1707. investitus. Initio 1709. in matricis lugubri threno parentat perditam pacem, et hujus vestigia. 3. Jun. 1709. et ipsius vestigia pereunt.

Kiss Franciscus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1815. terminavit. Cooperatorem egit in Léva et ab 1821. in Marczal. 1823. admin. in Hosszufalu, 23. Dec. ejusd. a. parochus in Szelőcze. Hinc 21. Dec. 1830. accepit Darnó, per cambium cum Michaele Rimay. Exhinc 1834. transivit ad dioecesim Zagrabiensem et factus est parochus in Breggi.

Kiss de Monyoród Joannes. Theologiam in Pázmáneó 1695. absolvit. 7. Apr. ejusdem a. investitus parochus in Vámos. Eodem etiam a. tectum ecclesiae, turris et sacristiae reparatur. 1696. erecta nova ecclesia ex sepibus et argilla linita. Ibidem 1697. Adamus Nigrini peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Hic a duobus annis, aetatis 27.» Una jam 2. Dec. 1696. investitus in Galantha. 18. Nov. 1708. installatus canonicus Strigon. 27. Dec. 1711. ADnus Thornensis. 1714. promotus ad praeposituram Agriensem. Fuit etiam el. eppus Biduanensis.

Kiss Joannes. Missus 20. Oct. 1748. pro praebendato chori eccl. metrop. 30. Mart. 1751. investitus parochus in Szklabonya. † 11. Mart. 1757. sepultus in ecclesia Zsélyensi.

Kiss Josephus. Papensis ex cottu Vesprim. 1760. susceptus in semin. Budensem pro theologia morali. 15. Sept. 1762. missus pro capellano aulico ad Stephanum Jeszenszky. Hinc 28. Aug. 1771. transpositus ad Vadkert. Inde 16. Dec. 1772. investitus parochus in Megyer. Exhinc 25. Maji 1775. in Nagy-Bárkány. Inde demum 1. Jun. 1792. constitutus admin. in Soós-Hartyán, ubi † 23. Oct. 1797.

Kiss Michael. Kecskemétiensis. Qua alumnus semin. Szelepcsényiani 1703. baccalaureus et 1704. magister philosophiae. Theologiae in eodem

semin. studuit. 15. Aug. 1706. ordinatus. 16. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Csataj. Hinc 1710. transivit ad Tölgyes, ubi † 1729.

Kiss Michael. Theologiam cum cursu speculativo terminavit. 24. Nov. 1680. investitus parochus praesidii in Tata. 23. Sept. 1684. investitus Levae, ubi 1690. Joannes Kapri peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit: Aetatis 46. sacerdotii 22. Operatus est ibidem usque 1693.

Kiss Paulus. Kis-Somlyóensis, ex cottu Castriferrei. 7. Nov. 1743. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Theologiam in semin. generali cum tertio a. 1748. terminavit. 1747. extraord. magister philosophiae graduatus. 31. Oct. 1748. applicatus cooperatore in Szerdahely. 5. Febr. 1749. investitus parochus in Alistál, ubi 3. Febr. 1755. successorem nactus. Dein canonicus et praepositus Vesprimiensis.

Kiss Raphael. Natus 25. Jun. 1839. in Kaja. Philosophiam Tirnaviae, theologiam in Pázmáneó absolvit. 3. Jan. 1862. ordinatus. Cooperatorem egit in Szölgyén, ab 1869. in Kéménd, ab 1870. in Párkány et ab 1872. in Érsekujvár. 21. Nov. 1872. nominatus parochus in Szakal.

Kiss Stephanus. Hosszurétensis in cottu Gömör. Qua alumnus semin. s. Stephani 1744. baccalaureus et 1745. magister philosophiae. Theologiam in collegio gen. cum quarto a. 1748. terminavit. 22. Febr. 1749. investitus parochus in Házás-Nénye. Dum in filiali Csáb parochia fuit erecta in illam similiter 11. Apr. 1754. investitus. et ad illam, quia domum commodam habuit transivit. Priorem 2. Oct. 1755. resignavit sed m. Dec. 1758. reasumsit et usque m. Aug. 1759. administravit. † 22. Sept. 1760. in Csáb.

Kiszely Mathias. Tirnaviensis, 1771. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Theologiam cum secundo a. in semin. s. Stephani 1776. terminavit. Cooperatorem egit in Nemcsény, ab 1777. in Nagy-Salló, ab 1778. in Bozók. Parochus ejus, diarium de actis ipsius, Ordinariatui submisit. A 1779. accomodatus qua praebendatus chori eccl. metr. 15. Apr. 1783. parochus in Felső-Zelle. 31. Jan. 1784. VADnus submisit inquisitionem contra illum peractam Ordinatu, quia a judaeis Galantensibus vectoribus dominico die spolia exceperit. 1787. iterum accusatus. † 14. Mart. 1795. Szeredini.

Kiszlingstein Antonius. Natus 30. Maji 1816.

in Aranyos-Maróth. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 8. Sept. 1840. ordinatus est. Cooperatorem egit in Aranyos-Maróth et ab 1842. Siglisbergae. Ab 1843. admin. in Vámos-Mikola. 1844. cooperatore Levae. 1854. factus parochus in Vámos-Ladány, ubi † 24. Jan. 1873.

Kiszlingstein Josephus, vide Köves.

Kittenberger Stephanus. Natus 3. Aug. 1833. in Komjáth. Theologiam Strigonii absolvit. 15. Sept. 1856. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont, dein in Thaszár et Garam-Ujfalu, ubi etiam int. admin. egit. 29. Jul. 1864. investitus parochus in Alsó-Rakoncza. 24. Aug. 1874. consecutus parochiam Szob, quo 29. Sept. transmigravit, sed ibi incivilliter exceptus, despecto modo tractatus, 17. Nov. ad priorem stationem reversus. 31. Jul. 1879. praesentatus parochus in Nemcsény, quam tantum 25. Sept. occupare potuit, etenim aedificia per unum saeculum dentem temporis perpessa, ruinae proximae erant et restaurabantur. Ab 1880. surr. et ab 1888. ord. VADnus districtus Szent-Benedekensis. Convent. ejusdem, de juxta Grón conventualis.

Klain Mathias. Occurrit ab 1763. usque 1765. parochus in Svábócz. Subin vicarius Igloviensis, ubi † 1. Apr. 1771.

Klainsfeld Franciscus Xav. Schemniciensis. 8. Dec. 1750. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 1752. factus cooperatore in cottu Heves in Dioec. Agriensi. Mox in Báth, inde 28. Mart. 1753. missus pro capellano aulico viduae Stephani com. Eszterházy in arce Vetero-Zoliensi. Hinc 11. Jun. 1755. factus cooperatore Scepusii. 1766. parochus Durandi-Villensis, ubi † 7. Jan. 1773.

Klar Mathias. 11. Maji 1697. investitus parochus in Árva-Váralja. Cum parochiam in Batizfalva Joannes Sigray, praepositus Scepusii. e. faucibus calvinistarum eripuit, illum viro huic verbo et exemplo potenti tradidit. Dum idem praepositus districtum suum 1700. visitaret illum parochum in Remete nominat, ac de illo sic refert: «Ecclesiasticus bonus et promotione dignus.» Subin ob pecularia merita inter canonicos Scepusii cooptatus est.

Klastromy Andreas. Comaromiensis. Qua theologus secundi a. in semin. Mariano extraord. 1745. magister philosophiae graduatus. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1746. terminavit. 9. Aug. 1747. missus pro cooperatore ad Szölgyén. 27. Febr. 1749. investitus in Csicsó.

Hinc 27. Maji 1752. Strigonii in l. r. citte. Ibi 3. Apr. 1756. visitationem peregit Georgius Kuttassy. Mense Martio e. a. aedificari ceptum sanctuarium ecclesiae, loco diruto humido. Frontispicium jam 1743. positum. 1757. AEppus Csáky denegavit citti, ut fundationes in aedificationem consumat, sed ex obligatione juris patronatus aliunde prospiciat. Aedificatio ecclesiae tamen ex fundationibus et piis oblatis 1762. consummata. Idcirco 8. Nov. 1763. administratio peculii ecclesiae per civitatem et parochum regulata. Demum 9. Dec. 1766. conventionem inivit parochus cum cittate ita, ut administratio totaliter ad citem transeat. 1760. jam VADnus fuit et m. Mart. ecclesiam in Kéménd benedixit. 1782. huic muneri valedixit. Eodem a. processum habuit et 1784. parochiam resignavit ac Vácium recessit, ubi † 22. Maji 1794.

Klasz Adamus. Modrensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1754. defendit universam philosophiam. Theologiam in eodem semin. 1757. terminavit. 26. Nov. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Garam-Szent-Benedek. 2. Jun. 1759. in Bazin. 3. Jan. 1760. investitus parochus in Nagy-Senquicz, ubi † 24. Aug. 1761.

Klaudy, vel Claudi Michael. Fuit 1616. parochus in Sasvár. 6. Nov. ejusd. a. Michael Czobor, quin fabricam ruinosi templi ad finem perduxerit praemortuus. Legavit tamen tantum, ut consummari possit. Hinc 1624. transivit ad Báhony.

Klausz Michael. Occurrit 1503. parochus in Selmezbánya. Fuit simul rector hospitalis ecclesiae. (Kachelmann, Gesch. d. Bergst. III. 129—130.)

Klecs, vel Klees, seu Klen, aut Kleis Venceslaus. Theologiam in semin. s. Adalberti absolvit. 28. Jul. 1709. missus ad oppidum Börzsöny pro admin. ad tempus donec videlicet alter ex captivitate Munkacsensi eliberari poterit. Illo reverso 1. Sept. ejusdem a. investitus parochus in Árva-Váralja. Ibidem 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parocho: «Annor. 35. Habet sub arce stolam liberam, ex pia fundatione familiae Thurzó residentiam.» Hinc 5. Mart. 1716. investitus in Velicsna. Ibidem 1721. Emericus Zichy inquisitionem contra acatholicos peregit. 3. Maji 1729. successorem nactus.

Klein Georgius. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1816. absolvit. Cooperatorem

egit Budae ad s. Annam, ab 1817. Pestini ad s. Spiritum, seu s. Theresiam, ab 1835. ad s. Leopoldum per quinque quadrantes anni. 6. Maji 1836. praesentatus parochus in Nagy-Endröd, ubi † 17. Jul. 1845. Aetatis 52. Fuit cottus Bars tab. jud. assessor et conv. s. Benedicti de juxta Grón conventualis.

Klein Joannes. Fuit 1534. parochus Vetero-Zolii, jam novatorum sequax. (Kachelmann, Gesch. d. Bergst. III. 155.) Occurrit 14. Maji 1547. «Hans Klein der Zeit Pfarrherr bei der Kirche Catharina auf der Kremnitz.» (Schemat. Hist. Neosol. 1876. 308.)

Klein Maximilianus. Occurrit 1700. parochus in Viborna, de quo visitator a. ejusdem, Joannes Sigray notavit, quod sit Silesita.

Kleineder Palus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1779. absolvit. Cooperatorem egit in Lévárd, ab 1783. Tirnaviae. Mense Mart. ejusd. a. parochus Spaczae. † 15. Mart. 1800. ibidem. Sepultus ante ecclesiam ubi exstat ejus monumentum.

Kleinhansz Ignatius. Natus 7. Oct. 1817. Cremnicii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Jul. 1842. ordinatus. Cooperator fuit in Ujlak a. duobus, in Cseklész mensibus 7. Stomfae medio a. Subin praebendatus et succentor chori eccl. Poson. 11. Aug. 1856. denominatus parochus in Eözdöghe, hinc 7. Febr. 1861. per cambium cum Francisco Dobias accepit Lamacs. 17. Mart. 1862. obtinuit Besse, iterum per cambium, etquidem cum Joanne Dónay. Ob aegritudinis molestias 8. Apr. 1868. resignavit parochiam, subin recuperata valetudine ab 1872. admin. in Dercsike, ab 1873. vero in Hidas. Hinc 19. Dec. 1883. in statum pensionis. † 20. Mart. 1884. in Püspöki.

Klement Ignatius, rectius Clement Carolus. 1779. unus e quatuor levitis in semin. s. Stephani. Etiam ad breve tempus capellanus aulicus. Josephi card. a Batthyán. Eodem 1779. a. factus parochus in Börzsöny, hac parochia m. Febr. 1781. privatus, devenit ad deficientiam.

Klempa Joannes. Natus 1. Dec. 1839. in Nagy-Jác. Philosophiam Tirnaviae, theologiam in Pázmáneo absolvit. 14. Dec. 1862. ordinatus. Cooperatorem egit in Ekecs et Szuhac, 1. Apr. 1866. pro admin. ad Szilincs missus. Deposito praevis synodali examine 4. Jan. 1867. investitus et 31. Mart. introductus parochus.

Klempa Simon. Natus 24. Oct. 1811. in

Laksár-Ujfalú. Philosophiae Tirnaviae, theologiae Viennae studuit, ubi ex studio biblico examen rigorosum subivit. 28. Oct. 1836. ordinatus. Cooperatorem egit Pestini ad s. Josephum. Mense Apr. 1850. factus parochus ibidem. 1854. transivit ad s. Theresiam. 1861. camerarius secretus pontificius et praepositus de Ders. Fuit etiam sororum charitatis director spiritualis ac visitator domicellar. Anglicanarum. Academiae pontificae ab Immac. Concept. sodalis. Penes gymn. status circ. VII. et r. schol. sup. real. VI. circ. commissarius AEppalis. 1886. canonicus Tirnaviensis. 1892. lector installatus. Habet merita in literatura eccl. ideomatis slavici. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók.)

Klempay Joannes. Theologiam cum primo a. in semin. Mariano 1707. terminavit. 24. Mart. 1708. ordinatus. 31. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Lekér. Hinc 11. Febr. 1709. installatus parochus in Nádas in cottu Hont. ubi † m. Aug. ejusd. a.

Klempay Joannes, Casparus, Ab 1711. parochus in Balassa-Gyarmat. Hinc 21. Mart. 1715. investitus in Závod, ubi 2. Apr. 1719. successorem nactus. In conscriptione 1727. peracta, nominatur parochus in Búr-Szent-Miklós, ubi usque 1737. operatus. 1743. iterum nominatur in actis, qua parochus ibidem, ubi etiam † 9. Oct. 1751. Fuit VADnus districtus Sasvár.

Klona Mathias. Natus 24. Febr. 1793. in Stepanó. Theologiam in semin. Mariano 1816. absolvit. 17. Aug. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Egbell, dein ab 1817. undecim a. et 5 mensibus in Holics. 2. Jul. 1828. investitus parochus in Nagy-Kovaló, ubi usque 1843. operatus. 17. Jan. 1845. in Búr-Szent-János, ob propectam aetatem 24. Apr. 1873. resignavit. † 31. Mart. 1875. Ibidem.

Klenovics Georgius. 23. Dec. 1674. investitus parochus in Brezova. Hinc 9. Dec. 1678. in Stepanó, usque 1681.

Klenovics Joannes. Theologiam in semin. s. Adalberti absolvit. 12. Apr. 1728. investitus parochus in Grinád, ubi 1731. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parochia ait: «Annor. 37. sacerdotio 5. Administrat parochiam cum laude et commendatione.» Hinc 15. Febr. 1735. transivit ad Schweinspach, ubi † 12. Jul. 1751.

Klimkó Michael. Szomolnokensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1770. magister philoso-

phiae. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1775. terminavit. Jam 1773. licentiatu s. scripturae graduatus. Cooperatorem egit in Gajar. Subin praefectus studiorum in semin. gen. et ab 1776. vice-praefectus in Pázmáneo. 1778. vice-regens in reg. AEppali convictu ad s. Adalbertum Tirnaviae. Simul ab 1780. defensorem matrimonii in consistorio egit. 19. Nov. 1783. praesentatus ac 4. Dec. installatus parochus in Csejthe. Post installationem ad mandatum AEppi iterum pristinum officium manutenere debuit, ex quo tantummodo 4. Jul. 1784. reversus. Ibidem 1. Sept. 1788. peracta visitatio Bathyaniana. 1815. promotus ad capitulum Posoniense. 16. Nov. ejusd. a. parochiae valedixit. In capitulo usque lectoratum evectus. † 15. Aug. 1818.

Klimó Georgius. Natus 9. Apr. 1710. in Lopassó. 8. Nov. 1728. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum, ex semin. Posoniensi. Qua alumnus semin. s. Stephani 1731. baccalaureus 1732. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. ibidem 1734. terminavit, eodem a. ordinatus et 5. Febr. parochus in Vedrőd investitus. Sed remanente priori parochia, ad administrandam vacantem parochiam praeposituralem in Vágújhely admotus. Hinc in cancellaria officii vicariali applicatus, subin ejusdem secretarius factus. 5. Febr. 1740. installatus canonicus Posoniensis, sed mox ad latus primatis assumptus. 1. Febr. 1741. canonicus Strigon. et ADnus Nitr. imo 4. Nov. ejusdem a. etiam Sasvárensis. Subin el. eppus Noviensis. Ad exc. consilium locumt. consiliarius et ad cancellariam h. aulicam referendarius. Titulo abbatis de campo Strig. quoque ornatus. 30. Jul. 1751. ad mitram Quinque-Ecclesiensi promotus. Meritis plenus † 2. Maji 1777. (Brüsztle, Rencensio Cleri I. 499. — Magy. Állam 1891. 234. etc.)

Klimó Joannes. 27. Oct. 1762. missus pro cooperatore ad Csejtha. Hinc 30. Maji 1765. investitus parochus in Turócz-Szent-Mária. Inde 15. Sept. 1766. in Alsó-Récsény. Ibidem ab 1770. 3000 flnis ex cassa parochorum et manuali labore fidelium nova ecclesia aedificata, quae 1775. consummata et benedicata. Operi immortalis. † 24. Dec. 1772.

Klimó Samuel. Natus 19. Jan. 1806. Theologiam in semin. Mariano 1832. terminavit et 11. Maji ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit

in Rimócz et ab 1833. in Szenográd. Mense Jul. 1838. factus parochus ibidem. Hinc m. Febr. 1839. transiit ad Csesztve, ubi † 22. Oct. 1850.

Klinda Stephanus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1816. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Lévárd et ab 1824. in Gajar. 1826. factus parochus in Pernek, ubi † 19. Maji 1846.

Klinger, vel Klinzer Ladislaus. Theologiam cum quarto a. in semin. generali 1763. absolvit. Cooperatorem egit Cremniczii. 28. Febr. 1767. investitus parochus in Szent-Antal in cottu Hont. ubi usque 1779. operatus, subin inter deficientes numeratus. Dein qua cooperatore applicatus in Vagyócz, ubi † 28. Sept. 1784.

Klinkovits Ignatius. Natus 12. Febr. 1805. in Ó-Bars. Philosophiae Posonii et Tyrnaviae, theologiae Viennae studuit. 25. Oct. 1828. ordinatus. Subsidiarius in Szent-György. Cooperator in Alsó-Nyárasd, tum admin. ibidem et ab 1830. in Szered. 1835. factus parochus in Felső-Attrak, quod beneficium 1860. afflictae valetudinis causa resignavit. Qua restituta, ab 1865. admin. in Ardanócz constitutus, ubi † 18. Mart. 1877.

Klinkovics Josephus. Natus 16. Mart. 1798. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1821. terminavit. 1822. in instituto presbyterorum Strigonii transegit, ubi 24. Jun. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Muzsla et ab 1827. in Naszvad. Hinc et Szemere int. administravit. 24. Mart. 1831. praesentatus parochus in Cseke. † 17. Febr. 1853.

Klobusitzky L. B. de Zethény Franciscus. Xav. Natus 1707. in provincia Sárosiensi A. s. Francisco Xav. parentibus mirabili modo praenunciatus. Jam in convictu s. Barbarae Viennae abbas s. Jacobi, inde ad collegium Apollinare Romam transpositus, ubi laudes hujus martyris coram Benedicto XIII. recitavit. In praemium habitus sermonis canonicus ecclesiae lateranensis factus, quod deprecatus est, ast per eundem pontificem unus e primis notariis apostolicis nominatus. Denique amplam ei potestatem tribuit petendae infulae eppalis. Cum tanto suffragii pondere reversus, AEppus Strig. Emericus Eszterházy eum in capitulum cooptare constituit, sed ille maluit parochiam Nagy-Födemes conjunctam cum Józka 14. Aug. 1730. acceptare. Hinc 27. Jul. 1731. canonicus Scepusiensis et jam 17. Aug. 1732. Strigoniensis renunciatus. 30. Nov. 1733. ADnus Gömöriensis,

20. Dec. e. a. Sasvárensis, 1734. Mart. 12. vicarius generalis, praelatus domesticus, suffraganeus et 22. Dec. praepositus major evasit. Fuit in conventu dioecesano Tyrnaviae 23. Mart. 1734. celebrato vicarius AEppi. 1730. abbas s. Jacobi. 1736. eppus Nemesinus consecratus. 1741. eppus Transilvanien-sis, 1748. Zagrabiensis. 30. Jul. 1751. AEppus Colocensis renunciatus. † 5. Apr. 1760. Pestini, ubi primam loci praerogativam e praesulibus sortitus, inter septemviros Hungariae. Gauderebat in senatu horum auctoritate tanta, quanta nullus alius tunc pollebat.

Klobusitzky Mathias, Josephus. Fuit Societati Jesu adscriptus. Cassatio illum Budae invenit in residentia Aquaticensi, ubi concionatorem fest. et catechetam, item exercentem parochialium egit. 18. Febr. 1775. nominatus et 21. Mart. investitus parochus Posonii in Virágvölgy. 2. Aug. 1784. inquisitio contra illum mota. 1. Maji 1789. resignavit. Pensione donatus. † 22. Mart. 1817. Posonii.

Klöggel Antonius. Occurrit 1649. parochus in Szebeléb. Fors idem cum Ambrosio Glöckel.

Klokner Georgius. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1806. absolvit. Cooperatorem egit Podolae, ab 1811. Csejthae. Eodem a. parochus in Hrachovistye. Hinc 1814. transiit ad Brezova, ubi † 16. Mart. 1828.

Klokner Joannes. Natus in Alsó-Diós. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1758. baccalaureus et 1759. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1761. terminavit. 30. Oct. ejusdem a. missus pro cooperatore ad Koloss. 20. Oct. 1763. investitus parochus in Bogdány, ubi † 9. Sept. 1780.

Kluch, etiam Klugh Josephus. Natus 30. Mart. 1748. in Znyó-Váralja. Qua alumnus semin. s. Stephani 1766. baccalaureus et 1767. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. cum quarto a. 1771. terminavit. Jam 3. Jul. 1770. baccalaureus theol. graduatus. 6. Sept. ejusd. a. applicatus studior. praefectus in semin. gen. Ab 1773. professor ethicae, 1777. factus cancellarius officii vicarialis, subin et notarius s. sedis. Mense Oct. 1779. obtinuit parochiam in Nagy-Ölved, una assessor consistorialis et VADnus. 23. Nov. 1786. canon. Strig. installatus. 9. Nov. 1798. ADnus Comar. 1806. vicarius capitularis. 1807. eppus Bosoniensis. 28. Aug. 1808. praesul. Nitriensis consecratus. † 31. Dec. 1826.

Klunicz Joannes. 23. Apr. 1686. investitus parochus in Rohó, hinc 7. Maji 1687. in Dobrona, ubi 15. Sept. ejusd. a. successorem nactus.

Kmet Andreas. Natus 19. Nov. 1841. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 8. Mart. 1865. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szenográd. 1868. admin. subin parochus in Kormossó, 1877. transivit ad Berencsfalu, retenta una priori parochia. Habet merita in literatura slavica. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók.)

Kmeth Casparus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1801. absolvit. 1802. qua diaconus morabatur Tirnaviae. Cooperatorem egit Pestini apud s. Josephum, ab 1803. Galgóczii, ab 1808. in Egbell et Holics. Hinc 1811. parochus in Kúti, quam 1815. resignavit. Ingremitus instituto emeritorum parochorum et quatais ecclesiam Lazareti Posonii administrabat, ubi † 3. Aug. 1831.

Kmetky Georgius. E semin. s. Stephani 17. Dec. 1672. ordinatus. 24. Febr. 1673. investitus parochus in Felső-Apáthi, ubi usque 1675. activus erat. 1676. et 1677. cooperatorem egit Tirnaviae. Mense Oct. 1677. investitus parochus in Hajnik, quae investitura 30. Jul. 1678. iterata. Hinc 24. Mart. 1679. transivit ad Prencsfalu, ubi. 1690. incepit matricam scribere. Inde 20. Sept. 1695. investitus in Nagy-Lovcsa, ubi anonymus informator de illo sic refert: «Diligens tam circa ecclesiam, quam etiam parochiam et parochianos ejusdem.» Habuit ibidem licentiam binis vicibus celebrandi. Ab 1696. usque 1701. una et Zsdány administrabat. Operatus est usque 1703.

Kmeti Joannes. Kovarczensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1713. baccalaureus et 1714. magister philosophian. Theologiam in semin. s. Stephani cum secundo a. 1717. absolvit. 1. Jul. ejusdem a. investitus parochus in Pereszlény, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. 1739. resignavit parochiam. Quietam vitam duxit ibidem, ubi † 6. Dec. 1740. Aetatis 49. Legavit ecclesiae 300 fl. Dum in agonia jaceret spoliatus est, idcirco inquisitio instituta.

Kmetykó Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. 1793. absolvit. Cooperatorem egit in Nyitra-Bajna, ubi 8. Jan. 1803. parochus praesentatus. Ab 1817. VADnus districtus Nagy-Tapolcsány. † 20. Jan. 1823.

Kmoskó Emericus, Judas Thaddaeus. Theologiae morali in semin. s. Stephani studuit. 5.

Maji 1722. investitus parochus in Bohunicz. Inde 13. Jan. 1723. transivit ad Lanácsár, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. 14. Maji 1735. investitus in Trsztena. 1736. activus fuit ratione congregationis B. M. V. de Carmelo. 31. Jan. 1737. petiit duos capellanos e fundo publico intertenendos. Ibidem usque 1738. operatus est, 25. Jul. 1743. investitus in Vágszentkereszt, sed hinc jam 6. Sept. ejusd. a. in Lopassó. Antiquissima matrica quae exstat ab illo scribi incepta. Ibi † 2. Nov. 1749.

Kmotorkay Franciscus. Theologiam cum quinto a. in Pázmáneo 1780. absolvit. Cooperatorem egit Szeniczii, hinc 3. Febr. 1792. parochus in Felső-Vásárd, ubi † 29. Aug. 1794.

Knapp Andreas. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. Pestini 1814. absolvit. Cooperatorem egit in Nagy-Oroszi, ab 1816. in Barth, ab 1822. in Vadkert et ab 1829. in Karancsságh. 3. Nov. 1831. investitus parochus in Soos-Hartyán. 30. Maji 1835. per cambium acquisivit Nagy-Bárkány, sed jam 1836. reversus ad priorem parochiam, ubi † 13. Dec. 1842. Aetatis 53. Fuit cottus Neográd tab. jud. assessor.

Knapp Antonius. Natus 1787. in Egbell. Philosophiam Tirnaviae, theologiae primum a. in Stephaneo 1809, secundum extra semin. 1810, et tertium in Mariano 1811. absolvit. Cooperatorem egit in Pobedim, et ab 1813. in Szenicz. 1815. applicatus succentor chori eccl. metr. 1822. accepit parochiam in Vág-Szent-Kereszt. Hinc 5. Mart. 1831. praesentatus in Alsó-Korompa, ubi † 18. Oct. 1848. Habet merita in literatura slavica. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók.)

Kneskovics, vel Kreskovics Casparus. 5. Sept. 1697. investitus parochus in Füzes-Gyarmath. 1. Maji 1704. in Szalka. Hinc 7. Maji 1718. cum annutu serenissimi Principis AEppi discessit ad dioec. Agriensem. Fuit tunc annis 21. ADioec. presbyter.

Knesovics Andreas. Fuit 1691. curator animarum in Szered.

Knihár Ambrosius. Occurrit 1561. et 1568. parochus ecclesiae s. Stephani reg. in Oslány. Ibidem a. priori Georgius Konyafalvay peregit visitationem, qui de parocho notavit: «Uxoratus et barbatus. Non habens coronam, ac sub utraque specie communicans. Tamen totus populus ac inhabitatores ejus loci laudant eum. Ordinatus est

per Georgium eppum Quinque-Eccles. Posenii, a quo etiam formatam habet.»

Knodt Michael. Scepusiensis. 1768. susceptus in alumnatum Budensem Szechenyanum, ubi philosophiam et theologiam usque 1772. terminavit. 21. Febr. ejusdem a. missus pro cooperatore Vetus-Budam, ab 1778. Pestini in citte interiori. 8. Nov. 1779. nominatus parochus in Süttő. Zelosus animarum pastor, epidemico morbo laborantibus fidelissime assistens, contracto exhinc morbo, charitatis victina effectus. † 14. Jan. 1794. Aetatis 46.

Kobaszi Paulus. Ab 1633. parochus in Sárffü (Sárffő.) De quo Georgius Draskovics in visitationis instrumento 1634. sic refert: «Anno superiore ex Dioecesi Jauriensi, me inscio huc adductus. Annorum plus quam 40. Videtur vir aliquando militaris fuisse, varia ei arma in cubiculo. In eo admirandus, quod prorsus aspernatur foeminas, ne domum quidem intrare sinit. Duo pueri eum curant, nam supra modum articulorum doloribus divexatur. Credo choleram inter alia ei obesse. Croata natione, novit etiam leviter hungaricum ideoma. In studiis modice versatur, officium tamen suum exequitur concedente valetudine.»

Kobercsik Stephanus. Moderdofensis ex cottu Posen. 1751. ex sem. s. Emerici ad alumnatum Budensem Széchényianum missus. 6. Jan. 1756. ordinatus et 28. Febr. cooperatore factus in oppido Zólyom-Lipse. 2. Maji 1758. investitus in neo-erecta, a matre Oravka separata parochia Alsó-Lipnicz, hinc missus 17. Maji 1759. ad Drégely-Palánk, inde 2. Aug. 1761. ad Nagy-Senkvicz, hinc 15. Febr. 1762. ad Némethi in cottu Bars, semper in qualitate cooperatoris. 23. Jan. 1763. investitus parochus in Velcsicz. Hinc 14. Jun. 1765. in Szolcsán, ubi † 2. Nov. 1769.

Kobida Georgius. Bobotensis e cottu Trencsén. Qua saecularis 1733. baccalaureus, 1734. vero qua alumnus semin. Mariani magister philosophiae. Theologiam cum a. tertio in eodem semin. 1736. absolvit. 18. Sept. 1737. investitus est parochus in Széplak. Hinc 18. Sept. 1747. in Lakács. Ibidem munus VADni districtus Radosnensis gessit. † 18. Maji 1761. ibidem.

Kobolt Joannes, Josephus, vide **Kabolt.**

Koch Franciscus Xav. Ab 1803. vicerektor et spirit. in semin. s. Emerici Posenii. 1. Maji 1807. per cambium cum Ignatio Koch obtinuit parochiam Csejkő, ubi † 20. Sept. 1820.

Koch Ignatius. Schemnicziensis. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posenii 1799. terminavit. Cooperatorem egit in Steffoltó, 1800. in Selmezbánya, 1803. factus praebentatus chori eccl. coll. et cooperatore Posenii. 19. Jul. 1805. obtinuit parochiam Csejkő. Hinc 1. Maji 1807. per cambium cum Francisco Koch, transivit ad vice-rectoratum semin. s. Emerici Posenii. Ab 1815. ibidem professor eloquentiae. 1820. factus vice-rector instituti presbyterorum Strigonii, ubi ab 1830. director spiritualis. Hoc munere se 1841. abdicavit et qua emeritus † 11. Oct. ejusdem a. Aetatis 65. Strig. in citte AEppali. Fuit cottus Strig. tabulae jud. assessor. Orator celebrer. Sermonum aliquot typis vulgavit. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók.)

Koch Joannes, Christophorus. E semin. s. Stephani, 2. Apr. 1700. ordinatus. 26. Maji ejusd. a. investitus parochus in Gajdel, ubi usque 1707. activus. 9. Maji 1709. investitus ad interim in Börzsöny, ubi usque 28. Jul. e. a. Hinc transivit ad Bélabánya, dum ab acatholicis ecclesia recuperata fuisset. Jam 1711. successorem habuit. 21. Dec. 1722. investitus in Vizsoka. Ibidem 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui parochum 55. annor. dicit. 1734. parochiam resignavit et ad semin. deficientiam recessit, ubi † 18. Apr. 1752.

Koch Josephus. Natus 2. Febr. 1801. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano absolvit. 1825. in presbyterorum instituto Strigonii transegit, ubi 14. Aug. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Mánya, ab 1826. in Konyha, ab 1827. in Szenicz, ab 1828. in Moravánka et ab 1830. in Pereszlény. 1831. obtinuit parochiam Suránka, hinc 1836. transivit ad Felső-Vásárd, quam 1859. resignavit. Inter emeritos parochos susceptus in Bucsán morabatur, ubi † 23. Jun. 1864.

Kóczian Aloysius. Natus 24. Maji 1824. Debreczinii. Philosophiam qua saecularis Tirnaviae, juridica Posenii, theologiam inchoavit Tirnaviae, finivit Strigonii. 23. Jul. 1852. ordinatus. Cooperatorem egit in Drégelypalánk. A m. Aug. 1854. usque Sept. e. a. inter. admin. fuit in Ipolyfödemes. Mense Mart. 1859. factus admin. in Úny. Inde m. Apr. 1865. parochus in Duna-Szent-Pál. 1868. statio cooperatoris stabilita. † 29. Apr. 1873. ibidem.

Kócziani Michael. Natus in Alsó-Kelnik in

cottu Turócz. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1731. baccalaureus, 1732. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1736. absolvit. Ab 1740. usque 1744. egit parochum Vetero-Budae. 29. Oct. 1745. investitus in Lutila. Hinc 1747. transivit ad Felső-Hámor. 1758. beneficio valedixit et in Novák assedit, ubi † 1. Jan. 1761.

Koczich Josephus. Natus 10. Jan. 1799. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1816. absolvit. 1827. in presbyterorum instituto Strigonii transegit et 9. Mart. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Hodrusbánya, ab 1828. in Unin et ab 1829. in Sasvár. Ab 1840. parochus in Szomolánka. Hinc 27. Oct. 1843. transivit ad Kukló. Inde 21. Jan. 1844. praesentatus et 8. Febr. ejusd. a. installatus parochus in Broczkó, ubi † 8. Sept. 1855.

Koczvár Georgius. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. 1771. absolvit. 24. Maji ejusdem a. constitutus vice-praefectus semin. Budensis Széchényiani. 17. Maji 1773. praesentatus parochus in Nádas, in cottu Hont, ubi † 2. Apr. 1783.

Koczurek Rudolphus. Natus 10. Apr. 1838. — 28. Jul. 1867. ordinatus. 1872. ad ADioecesim susceptus, missus est pro cooperatore ad Nagy-Mánya, ab 1873. in Garam-Szóllós et ab 1874. in Érsekujvár. Hinc 1. Maji 1876. admin. in Darnó, ubi 1877. parochus investitus. 1887. transivit ad Rarbach, inde vero 1889. ad Szent-István.

Kóczy, vel Kody Franciscus. Theologiam Viennae absolvit. A 6. Maji 1712. parochus AEp-palis Strigon. Hinc 29. Jul. 1716. transivit ad cittem l. r. Strigon. 1721. inquisitionem ex commissione consistorii in parochiis cottus Strig. peregit. Ibidem 1732. Nicolaus Kellio peregit visitationem, qui de illo: «Administrat parochiam praepositus B. M. V. de Schlangenmund, 47 annor.» A 16. Jun. 1739. usque 4. Febr. 1740. pestis grassabatur, et civitas expensas in plebanum suum durante hujus habitas officio dioecesano proposuit. 11. Mart. 1741. statio cooperantis stabilita. Diuturnam actionem habuit cum capitulo metr. Strig. propter sedecimam sibi competentem ex decimis per capitulum perceptis. Beneficium resignavit ac 1. Mart. 1743. successorem nactus. † 25. Dec. ejusdem a. Strigonii.

Kofrányi Aloysius. Natus 26. Sept. 1839. in Tallós. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Stri-

gonii absolvit et 27. Jul. 1863. ordinatus. Cooperatorem egit Stomfae. 1868. denominatus parochus in Zohor. Hinc 1886. obtinuit Besztercze. Ab 1888. VADnus surr. districtus Stomfensis.

Koháry Ignatius, vide **Kozáry.**

Kolakovszky Ignatius. Béalábányensis. In universitate Tirnaviensi 1766. defendit universam philosophiam. Subin Societati Jesu adscriptus, illum cassatio Eperjesini invenit, qua magistrum rhetoricam et poesim docentem, ac historiographum domus. Abhinc applicationem in Selmezbánya exspectavit. Ab 1779. praebendatum egit Posonii, ab 1780. concionatorem et cooperatorem Selmezbányae. Hinc 1784. accepit parochiam neo-erectam in Steffoltó, ubi † 8. Sept. 1814.

Kolbach, vel Golbach Josephus. 23. Nov. 1757. missus pro cooperatore ad Lévárd. Inde 14. Febr. 1760. investitus parochus in Detrekő-Szent-Péter. Hinc 20. Sept. 1764. in Alsó-Récsény, quam obtinuit per cambium cum Andrea Skultéti. Inde 8. Sept. 1766. investitus in Nagy-Lévárd. 1768. ibidem missionarius activus fuit, qui parochus praepredicaverat. Res anabaptistarum sub illo regulatae. 2. Apr. 1770. per cons. loc. hung. respectu prolium horum determinatio lata. 1780. munere VADni surr. in districtu Malaczkaensi condecoratus. 1790. aram majorem erigit. † 15. Nov. 1801. ibidem. Vir eruditus, qui bibliothecam parochiae multis libris ditavit.

Kolbay Michael. Mindszentensis ex cottu Scepus. 1751. susc. in alumnatum Budensem Széchényianum, 10. Sept. 1755. ordinatus. Eodem a. 6. Dec. factus cooperator in Görgőfalva in Scepusio. Subin ad parochiam Szlatvin promotus. Hinc 1764. transivit ad Mindszent, ubi † 15. Nov. 1765. Merita circa literaturam acquisivit. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók.)

Kolbe Josephus. 19. Oct. 1735. investitus parochus in Liptó-Szent-András, qui ibidem usque 1766. operatus est.

Kolesvay Stephanus. 27. Jan. 1680. investitus parochus in Tót-Próna, ubi usque 1684. activus erat.

Koleda Nicolaus. Rajeczensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1751. baccalaureus et 1752. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1755. terminavit. 9. Nov. ejusdem a. missus pro cooperatore Stomfam. 31. Mart. 1757. investitus parochus in Lamacs. † 12. Dec. 1764. ibidem. Aetatis 34. ex hectica.

Kolenich Martinus. 14. Sept. 1617. obtinuit parochiam Diószegh, quam usque 14. Sept. 1620. possidebat. Nominatur in manuscripto codice antiquo hung. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Kolibay Andreas. Theologiam cum quarto a. Posonii in AEppali semin. 1796. absolvit. Cooperatorem egit in Alsó-Korompa. 17. Oct. 1799. constitutus admin. in Bélabánya. Ubi usque m. Nov. ejusd. a. mansit. Subin coop. in Stefoltó. 14. Jul. 1801. praesentatus parochus in Kormossó. Mense Jun. 1805. transivit ad Nagy-Kereskény pro capellano locali investitus. Dum ibidem 1808. parochia erigebatur ejusdem administrator factus. † 1. Aug. 1816. ibidem.

Kolkovics Ignatius. Natus 1791. Philosophiam Tirnaviae, theologiam in Pázmáneó absolvit. Cooperatorem egit in Nagy-Maros semi altero anno, subin Vetero-Budae duodecim et medio a. 25. Febr. 1829. praesentatus parochus in Békás-Megyer. Hinc 16. Jul. 1834. in Buda-Eörs, ubi † 2. Jan. 1848.

Kolkovics Joannes. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit et 22. Jun. 1686. ordinatus est. 20. Mart. 1690. investitus parochus in Paraszt-Dubova. Hinc 29. Nov. 1693. in Lokcza. Inde 16. Apr. 1696. in Oravka sub Vlk, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parcho notavit, quod sit 36. annor. Eodem a. successorem nactus.

Kollár Martinus Natus 23. Oct. 1854. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1879. absolvit et 20. Jun. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Szuha. 1888. admin. in Bikszárd. 1892. parochus in Nádas in cottu Poson. Habet merita in literatura slavica. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók.)

Kollár Stephanus. Natus 15. Aug. 1764. Strigonii. Transegit in educatione seminariali annos decem, theologiae studuit in seminario Posoniensi usque 1789. Tunc sacerdotio initiatus Strigoniensibus in citte reg. cooperatorem datus est. Transacto ibidem anno uno et tribus mensibus, 1790. cancellarius officii vicarialis, mox secretarius officii vicarialis, per annos sex fuit notarius et ceremoniarius. 16. Febr. 1803, investitus est in parochum Vetero-Budensem et mox munere VADni et sacri sedis assessoris condecoratus est. 20. Nov. 1815. canonicus Strig. 10. Oct. 1820. ADtum Honth. adeptus est. Eodem anno 17. Oct. canonicus a latere factus. Non multo post consiliarius ad exc. consilium r. l. h. cum ti-

tulo episcopi Tribunicensis. 15. Sept. 1823. praepositus s. Stephani, 24. Mart. 1825. custos, 1. Dec. lector installatus. Jam tunc emer. consiliarius. 12. Jun. 1840. praepositus major capituli. 1. Jun. 1831. vicarius generalis AEppalis, eodem anno capitularis et ab 1839. iterum AEppalis. † 1844. Jul. 12. Strigonii. Fuit etiam praepositus s. Michaelis Arch. de Insula Leporum.

Kollár Stephanus. Natus 16. Febr. 1808. Strigonii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Vienne absolvit. 19. Aug. 1832. ordinatus. Cooperatorem egit in Mocs a. uno, in Tardoskedd m. 6. Érsekujvári a. tribus. Ibidem vacante parochia admin. fuit m. tribus. Penes officium vicariale Strig. actuarius a. 3. m. 5. Hinc 1840. electus parochus l. r. cittis Strig. 1858. honore capell. pontif. ornatus. 1872. resignavit beneficium. † 4. Maji 1883. Strigonii.

Kollár Vitus. Theologiam cum quarto a. in semin. gen. in arce Poson. 1791. absolvit. 1792. in presbyterorum inst. Tirnaviae transegit. Cooperatorem egit in Nádas, ab 1793. in Csév, ab 1794. in Závod. 14. Febr. 1797. obtinuit parochiam in Nagy-Lapás. 23. Oct. 1798. aedes parochialis funditus restaurata et aucta. † 23. Jan. 1803.

Kollárik Andreas. Natus 29. Sept. 1798. in Felső-Kisutcza in cottu Trencsén. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 27. Jun. 1822. ordinatus. Cooperatorem egit in Szebeléb m. 3. Levae a. 3. et m. 10. Hinc 1826. parochus in Misérd. Inde 1833. transivit ad Csütörtök, ibi 1836. ei creditum est munus VADni districtus insulani sup. Fuit tunc sed. praed. de Verebély et Szent-György, item de Füß tab. jud. assessor. 1864. nominatus hon. canon. metr. eccl. Strig. 18. Nov. 1871. installatus canon. Posoniensis. † 25. Sept. 1873. ibidem.

Kollárik Casparus. Fuit 1558. parochus in Zsákócz (a. v. v. v.) de quo notatum habetur: quod tenebris subduxerit plebem. † 1580. ibidem.

Kollárik Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Tirnaviae 1810. absolvit. Cooperatorem egit in Udvarnok, 1813. transivit ad Podola, sed hinc iterum rediit ad Udvarnok. 1818. accepit parochiam Miava. Ejus cura ecclesiae novum ex imbricibus tectum appositum, nova sacristia exstructa, aedes parochiales reparatae. Statuam s. crucis ad ecclesiam erexit et dotavit. Proventus eccl. et parochiae auxit. Ab 1837.

VADnus surr. dein ord. districtus ejusdem nominis. † 21. Jun. 1848. Ibidem.

Kollároviťs Petrus. Natus 14. Febr. 1797. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1824. terminavit. 1825. et 1826. in instituto presbyterorum degit et ibi 26. Mart. 1825. ordinatus est. Cooperatorem egit in Sellye, ab 1828. in Drégely-Palánk. 16. Sept. 1836. constitutus admin. in Loócz. 1850. cruce argentea pro meritis decoratus. † 28. Mart. 1853. Ibidem.

Kollároviťs Stephanus. Theologiam cum secundo a. in semin. Széchényiano Budensi 1764. terminavit. 8. Maji ejusdem a. missus pro cooperatore ad Zólyom-Lipcese. 9. Mart. 1766. investitus parochus in Libetbánya. Una cum parochia ingremiatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Kollenicz, etiam Kollonicz Franciscus. Sasvárensis. Qua alumnus collegii gen. 1687. baccalaureus et 1688. magister philosophiae. Relicta parochia Szucsanensi in cottu Nitriensi 4. Jul. 1696. investitus parochus in Szárazpatak, ubi usque 1698. operatus est. 15. Sept. 1701. investitus parochus in Novák, sed hinc eodem a. applicationem accepit a Nicolao com. Lippay praeposito Vágújhelyiensi, qua administrator hujus praepositurae. Hinc 7. Dec. 1711. installatus canon. Poseniensis. Fuit simul protonot. apostolicus. Praepositus de Landek. Remansit cantor, deprecato lectoratu. Dotavit stallum cantoris. Solemnes secunditias celebravit 1740. in capella s. Joannis Eleem. † 17. Jan. 1743. ibidem.

Koller Franciscus. 7. Oct. 1740. investitus parochus in Teuto-Próna. † 14. Aug. 1756. ibidem.

Koller Ignatius. 13. Oct. 1714. investitus parochus in Lieszkó, ubi usque 1719. operatus est.

Koller Joannes, Georgius. E dioecesi Vesprimiensi ad ADioecesim susceptus presbyter. 1. Jun. 1756. investitus in neo-erectam parochiam Tarján, quae a matre Héregħ avulsa. † 19. Febr. 1762. ibidem.

Kollicz, vel Kolnitz seu Collitius Thomas. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó absolvit. Qua capellanus Thomae Pálffy 20. Dec. 1653. ordinatus. 1676. fuit parochus in Verbó. Hinc 3. Jun. 1680. investitus in Krakován. Inde 7. Jun. 1690. in Kraszna, nunc Széplak. Exhinc 9. Sept. ejusd. a. ad Vistuk, ubi 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parocho sic: «Aetatis 63. Sacerdotii 41. parochiae hujus 4. Catechismum quolibet mense facit.» † 23. Maji

1695. E Pudmericz redux, e curru delapsus, fracto collo exspiravit.

Kollonicz, vide Kollenicz Franciscus.

Kolocsányi Georgius. Natus in Báth. Ab 1672. studia et philosophica et theologica in Pázmáneó didicit. In loco natali 1674. saepius baptizavit ex concessione parochi, tunc adhuc clericus. 17. Apr. 1695. investitus parochus Pestiensis, ibi ecclesiam renovavit, aram principalem posuit, campanam procuravit, cultum divinum ordinavit ac moribus fidelium strenue invigilavit. 14. Oct. 1699. installatus canonicus Strigoniensis. 1700. missus ad praefecturam bonorum Bodóköviensium et Széplak-Apáthensium. Administravit illa biennio. Dum inde rediret ad Garam-Szent-Benedek, † 15. Maji 1702. in oppido Báth, ubi et sepultus. Fundavit duo sacra votiva.

Koloni, aut Coloni Franciscus. Natus 1734. in Vittencz. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó 1758. absolvit. Tirnaviae ordinatus. 12. Oct. ejusd. a. missus pro cooperatore Sopornyam. Ibi vix exacto trimestri applicatus capellanus domesticus apud Joannem Tolvay, ubi in a. tertium functus est. 26. Apr. 1761. investitus parochus in Kis-Báb, ibi 19. Maji 1780. peracta fuit visitatio Batthyanyiana, in cujus instrumento de parocho sic: «Praecipue commendabilis ab eo, quod parochiam desolatam adiverit, carentem et habitatione et congrua subsistentia. Ecclesiam quoque in miserrimo statu repererit, tamen eadem in florenti, parochialem domum in decenti, parochialem provisionem in commodo statu visitanti exhibuerit. Raro et adusque simili exemplo non occurrente suppeditatis de proprio subsidiis et aliunde bono agendi modo procuratis, plurimum se commendabilem dioecesi suae reddidit.» In perennem memoriam ecclesiae novae sanctuario adscripsit: «CVLTVI DIVI EMERICI PIETAS POSVIT.» † 11. Dec. 1790. Sepultus in crypta ecclesiae.

Koloni Jonas. Fuit 1647. parochus in Cziffer, cum filiabus Gocznod et Vedröd. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Koloni Michael. 19. Apr. 1675. investitus parochus Trubinensis. «Exemplaris et bonus, diligens in suis. Parochiam propriis sumptibus aedificavit, ut non sit ipsi similis, pro qua mille consumpsit. Ecclesiam etiam similiter beneficio pie memoriae Domini Haskó, tanquam loci filio, altaribus, casulis et omnibus aparementis

provisit.» Ita de illo anonymus informator. Mense Jan. 1681. qua filialem adjunctam accepit parochiam Koszorin. Successorem 1698. nactus.

Kolossy, alias Drizala Georgius. Qua parochus Svandorffensis ex ADtu Poseniensi 4. et 5. Oct. 1630. praesens fuit in synodo Pázmániana Tirnaviae celebrata. Tunc cum Sándorf et Jabloncza conjuncta erat. In visitationis instrumento per Joannem Kőszeghy 1632. confecto, de parcho sic: «Propter excessus quosdam sacerdoti minime convenientes iteratos, scilicet inebriationes, bombardarum explosiones etc. per me erat Tirnaviam deductus et rismo vicario praesentatus, per eundem incarceratus.» Idem visitator 1633. dum Bikszárd visitaret, quae tunc similiter adfiliata erat ad Sándorf, jam de parcho sic refert: «Qui baptismi et Eucharistiae et poenitentiae sacramentum eis requisitus administrat et subinde etiam sacrum celebrare et concionem habere apud illos solet, commendabat eis, quod essent tam in sacro, quam in concione frequentes.» In instrumento vero visitationis 12. Jun. e. a. in Jablonicz peractae refert: «Juramento deposito seniores hujus loci examinati seorsim, de vita, moribus et conversatione parochi non tantum catholici sed et haeretici, praesente decano Sassiniensi, qui omnes bonum de ejus moribus, conversatione, diligentia et doctrina perhibuerunt testimonium, nisi quod habeat jocosa quaedam verba, maximum cum aliquantulum bibit.» 1647. occurrit parochus in Vág-Szerdahely et nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Kolossy Georgius. 1677. investitus parochus in Drégely-Palánk et Hidvégh. 17. Apr. 1679. investitus in Detva et Ocsova. Ad altare celebrans una cum sacris vestibus per satellites Tökölyanos abreptus est, gravissimis verberibus oneratus ac lytratus, tandem post longum tempus hinc inde per montana ductus, felici successu a militibus caesareanis ejusmodi rebelles persequentibus casualiter liberatus est. Verum etiam per totam vitam nimis aegram duxit valetudinem, ob nimiam crudelitatem in ipsum exercitam: nam unus satellitum caput ejus sedendo compressit, alter, similiter sedendo pedes et reliqui denudatum tandiu per ventrem et pectus acerrime verberassent, donec sensim ascendendo in lytri promissionem ad sufficientem summam pecuniariam, prout ipsis placuerit ipsum adagissent. (Ex protocollo ADnali sup. distr. Zolensi.) Ab haereticis

sic expoliatus mendicare coactus fuit. Investitura ipsius iterata est 8. Apr. 1680. pro Ocsova et 14. Jul. 1688. pro Detva. 1692. ibidem Georgius Náray peregit visitationem, qui refert parochi incaptivationem jam relatam. Munus VADni gessit.

Kolossy Georgius. E semin. s. Stephani reg. 5. Apr. 1680. ordinatus. 1. Febr. 1691. investitus parochus in Haj. Inde 12. Maji 1692. investitus in Koloss et Ujfalú. Hinc 27. Apr. 1693. in Ocsova, usque 1694. activus erat. Demum m. Jun. 1697. in Neczpál, ubi eodem a. desinit operari.

Kolossy Joannes. Fuit alumnus ven. ADni Zoliensis et 29. Maji 1676. ordinatus est. 3. Jun. ejusdem a. missionem Zolio accepit. 5. Maji 1677. investitus est parochus in Nagy-Szuha ad Füleki. 12. Maji 1679. investituram accepit ad aliquam parochiam cujus nomen non est expressum. 7. Mart. 1681. in Soos-Hartyán, hinc 4. Apr. 1682. iterum ad non nominatam parochiam migravit. Demum 1. Maji 1684. investitus in Detva, ubi usque 1688. operatus est.

Kolossi Joannes. Szécsényiensis ex cottu Neogr. 14. Nov. 1748. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 14. Sept. 1749. ordinatus. 27. Aug. 1752. capellanus aulicus factus apud viduam Émerici Török in Podrecsán. Hinc 15. Sept. 1753. missus pro cooperatore ad Rimóc, 29. Apr. 1754. investitus parochus in Nagy-Bárkány, ubi † 22. Febr. 1756.

Komár Isaacus. 27. Mart. 1748. missus pro cooperatore ad Lopasó, hinc 7. Mart. 1750. ad Teplam, ubi 2. Apr. 1759. investitus parochus. † 6. Maji 1775. ibidem.

Komáromy Antonius. Nobilis Széplakensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1757. baccalureus 1758. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1762. terminavit. 18. Maji ejusdem a. missus est pro capellano ad Claram Gellért viduam Andreae Szörényi in Szöllös. Hinc 22. Mart. 1764. cooperator factus Pestini. 27. Apr. 1766. investitus parochus in Palást, ubi † 27. Maji 1788.

Komenda Ignatius. Tirnaviensis. 1762. susceptus ad alumnatum Budensem Széchényianum. 26. Maji. 1764. factus coop. Vetero Zolii. Hinc 2. Sept. 1767. in Bajmóc. Inde 29. Mart. 1771. investitus parochus in Eözdöghe, ubi 29. Oct. 1779. peracta fuit visitatio Batthyanyiana. Contumeliam passus est per Paulum Rudnyánszky,

qui illum percussit, contra quem AEppus inquisitionem movit. 15. Maji 1790. regulationem proventuum petiit, nam dumtaxat 119 fl. 58½ xr. habuit. 1796. ecclesiam renovavit. † 26. Apr. 1808. aetatis 68.

Komlossy Franciscus. Natus 24. Apr. 1853. in Nagy-Tapolcsány. Studia philosophica et theologia absolvens, doctor AA. LL. et philosophiae graduatus et professor diplom. factus. 29. Jun. 1881. ordinatus. Professorem egit Tirnaviae in gymnasio majori AEppali. 1883. int. notarius s. sedis Tirnav. fuit. 19. Maji 1885. admin. constitutus in Kövesd, ab 1886. in Csúz. Mense Majo parochus in Muzsla. 1892. capellanus pontificius, item supremus inspector scholarum elementarium per ADioecesim. Fuit ab 1884. usque 1891. ablegatus ad comitia regni. Redact. pagellarum «Népnevelő.»

Komlossy Joannes. Natus in Kriva in cottu Sáros. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1725. baccalaureus et 1726. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1728. absolvit. 28. Maji 1733. investitus parochus in Vittencz. 1737. erecta capella in coemeterio. Tredecim annis parochiam hanc zelosissime gubernando, corruptelas morum eradicando, ruditatem, quae summa fuit, continuis exhortationibus depellendo, dum ingrati nihilominus populi duram cervicem expertus fuisset, 1746. resignavit beneficium et Posonii in seminario s. Emerici clerum juniorem, qua spiritualis saluberrime informabat. Demum senio confectus, viribus fractus 1773. ad FF. Misericordiae ibidem transivit, ubi sanctissime clausit vitam † 13. Jul. 1777. Testamentaliter 4200 flos reliquit, heroico ductus charitate erga ingratos, Vittenczensibus pauperibus.

Komorony Paulus. Natus 14. Oct. 1797. — 24. Sept. 1822. ordinatus. Ab 1833. cooperator in Mánya, ab 1836. in Thaszár. 1837. factus admin. in Nagy-Fajkürth, hinc ab 8. Sept. 1842. in pari qualitate in Néved, ubi † 8. Sept. 1850.

Komparics Georgius. Theologiam cum a. tertio speculativo in semin. s. Stephani absolvit. 3. Maji 1737. investitus parochus in Grinád. Hinc 18. Nov. 1740. investitus in Cseszte. 1741. restaurari curavit ecclesiam propriis ecclesiae expensis. 1755. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochio: «Annor. 46. in cura animarum 19. Diligens, exemplaris. Matricam habet ab 1754.» Hinc 11. Dec. 1759. investituram accepit pro lib. reg. citte Modor. † 12. Apr. 1764. ibidem.

Komparics Paulus. Rohóviensis. Qua alumnus semin. Mariani 1730. baccalaureus, 1731. magister philosophiae. 22. Sept. 1733. investitus parochus in Hradek. Ibi in antiquissima matrica p. 25. inseruit: «A tribus libera nos Domine, a peste fame et bello, quartum sane dicere possum, a parochia Hradekiensi omnem sacerdotem.» Adjunxitque orationem, ut parochi cito hinc, ad meliorem parochiam discedant. Inde 26. Jan. 1735. investitus in Pohorella. In filiali Helpa 1744. Stephanus Koháry ecclesiam e fundamentis erexit. Inde 5. Jan. 1745. in Nagy-Rőcze, ubi † 9. Maji 1757.

Konáry Andreas. 24. Apr. 1694. investitus parochus in Libetbánya, una in Ponik. Usque 1696. operatus est.

Koncsek Adamus, Ignatius. Natus in Bars-Szent-Kereszt. In semin. s. Adalberti 1734. baccalaureus, 1735. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1737. terminavit. 23. Aug. ejusdem a. investitus parochus in Kormossó. Inde 6. Febr. 1739. in Szent-Antal. Hinc 11. Nov. 1747. in Szász. Exhinc vero 20. Febr. 1763. in Dobrona, quam 28. Febr. 1766. resignavit. † 31. Aug. ejusd. a. in terminis Sklenó. Relicta substantia effecit 4269 flos, respectu hujus fiscus regius praetensionem movit.

Koncsek Mathias, vide **Krnecsek.**

Konde de Pókatelek Alexander. Ex possessione Ujfalu in cottu Poson. 1. Dec. 1741. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 15. Apr. 1745. ordinatus. 2. Oct. 1742. missus est Földvárinum et 22. Febr. 1749. Nagy-Kálnam pro cooperatore. 15. Mart. 1750. investitus parochus in Medve (Ballony) ubi 1754. Georgius Molnár peregit visitationem, qui de parochio dicit, quod sit: annor. 30. Eodem a. ecclesia, quae subterraneis exundationibus obnoxia fuit, collapsa est. Ibi usque 1770. operatus. Qua deficiens † 21. Oct. 1773. in Duna-Szerdahely.

Kondé de Pókatelek Nicolaus. Ex Ujfalu juxta Szerdahely. E semin. generali 1751. baccalaureus, 1752. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1756. absolvit. 20. Febr. 1757. investitus parochus in Csütürtök. Hinc 6. Mart. 1758. in Felbaár, ubi aedificavit nobilem domum parochialem. Operatus est usque m. Dec. 1765. Subin nominatus canonicus Scepusiensis, abbas B. M. V. de Candelis, alias Csavnik. Praefectus collegii Pázmániani Viennae. 1.

Mart. 1773. installatus canonicus Strigon. 1777. ADnus Hont. 24. Febr. 1780. Sasvárensis. Tabulae regiae judic. praelatus. 1791. eppus cons. ecclesiarum Belgradiensis et Samandriensis canonice unitarum. AEppi Strig. in pontific. suffraganeus et sede vacante in spirit. vicarius. Tabulae septemviralis assessor. 21. Apr. 1800. installatus eppus Magno-Varadiensis. † 18. Dec. 1802.

Kondé de Pókatelek Sigismundus, Aloysius. Ex Ujfalú in Csalóköz. E semin. s. Stephani 1716. baccalaureus, 1717. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1720. terminavit. 2. Mart. ejusdem a. investitus parochus in Nagy-Paka, ubi † 7. Jan. 1723.

Kondor Georgius. Vittenczensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1702. baccalaureus et 1703. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1706. terminavit. 24. Oct. ordinatus est. 29. Nov. ejusdem a. investitus parochus in Mellek. Hinc 31. Maji 1709. in Úrmény, eodem die et in Úzbégh, ubi usque 1711. operatus est. 4. Apr. 1713. investitus in Morva-Szent-János. Hinc 12. Febr. 1715. in Radossócz, ubi † 23. Dec. ejusdem a.

Kondla Joannes. E collegio gener. 12. Jun. 1686. ad titulum mensae Joannis Jany ordinatus. 17. Mart. 1688. investitus in Nagy-Rippény. Hinc 1. Aug. 1690. Jablonczae. Inde 26. Mart. 1692. in Prácsa, nunc Szöllös. Exhinc demum 8. Jun. 1693. in Koross, sed parochia haec statim alteri collata.

Kondlovics Andreas. Vetero-Zoliensis. 19. Aug. 1749. ex Emericano ad alumnatum Budensem Széchényianum missus, ubi theologiam cum cursu morali terminavit. 24. Jun. 1754. factus praebendatus eccl. s. Nicolai Tirnaviae. 26. Aug. 1755. investitus parochus in Ivány, ubi 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochia habet. «Annor. 25. Diligens, exemplaris.» Inde 18. Dec. 1758. in Ó-Bars. 23. Febr. 1762. in filiali Uj-Bars incendium consumpsit ecclesiam tali cum vehementia, ut incrustatio parietum, quam manus acatholicorum posuit, dum ecclesiam detinisset, deciderit. 19. Sept. 1779. visitatio Bathyanyiana peracta, in qua parochus 47. annorum dicitur. † 14. Aug. 1802. ibidem. Fuit conventus s. Benedicti de juxta Grón conventualis.

Kondlovics Andreas. 10. Dec. 1760. missus est pro cooperatore ad Szklabonya. 25. Maji 1764. investitus parochus in Zellő. Ibi 1767. conscriptio fuit peracta. † 1. Jul. 1782. ibidem.

Kondlovics Georgius. Natus in Stepanó. Qua alumnus semin. s. Stephani 1717. baccalaureus, 1718. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1721. terminavit. 3. Maji ejusd. a. investitus parochus in Bakabánya, una cum Vizsoka, quam usque 1722. administravit. Ibidem 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parochia notavit: quod sit annor. 38. Clemens XIII. papa 20. Mart. 1733. congregationi suffragii animar. in purgatorio indulgentias concessit. Hinc 2. Dec. 1735. investitus in Felső-Vesztencz. Munus VADni in districtu ejusdem nominis gessit. † 25. Jul. 1745.

Kondor, vel Gondor Joannes. Nobilis Mező-őriensis e cottu Jaurien. Qua alumnus collegii gen. 1667. baccalaureus, 1668. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit. 8. Mart. 1670. ordinatus. 14. Jun. ejusd. a. investitus parochus in Vágsellye. Hinc 31. Oct. 1671. in Tallós, Eperjes et Alsó-Szeli. Hinc 1676. transivit ad Radván, nunc filia ad Mocs. 3. Apr. 1680. investitus in Ásvány. Inde m. Apr. 1689. demum in Szölgyény, ubi usque 1696. operatus est. Subin promotus ad capitulum Agriense. 1712. sub coronatione Caroli III. regis Hung. factus est eppus Samandriensis, seu Belgradiensis.

Kondor Laurentius. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 29. Jan. 1766. missus in qualitate praefecti ad haerul. Emerici Csáky. Exactis ibi quatuor a. factus cooperatore Pestini. Hinc 1787. capellanus localis in Kis-Oroszi. Inde 3. Sept. 1790. nominatus parochus in Visegrád, quam 25. ejusd. occupavit. † 20. Maji 1815. Aetatis 76.

Kondvicska Josephus. Natus 6. Mart. 1834. in Bánhida. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1856. ordinatus. Cooperatorem egit in Nyerges-Ujfalú, Kéménd et Nagy-Ölved, ubi demortuo parochia egit int. administratorem. Hinc iterum cooperatore et quidem in Kürth et Udvard. Inde 1869. admin. et mox parochus in Füzes-Gyarmath. † 23. Apr. 1881. ibidem.

Konek Benedictus. Natus 15. Oct. 1821. Pestini. Philosophiam ibidem et Tirnaviae, ubi et theologiam absolvit. 24. Apr. 1846. ordinatus. Cooperatorem egit in Nyerges-Ujfalú. Ab 1850. Posenii ad s. Martinum. Hinc 11. Maji 1860. parochus nominatus, 8. Jun. installatus in Köbölkút, ubi † 28. Dec. 1884.

Konessny Emericus. Natus 28. Oct. 1811.

Tirnaviae. Philosophiam et theologiam ibidem absolvit, 30. Sept. 1835. ordinatus. Cooperatorem egit in Szokolócz, Pobedim, Nagy-Lévárd et Konyhae. 1845. admin. in Ó-Szuszkó. Hinc 1848. parochus factus in Veszéle, quam 1887. resignavit, dum aggregaretur instito s. Adalberti. † 12. Jan. ejusdem a. ibidem.

Konkolyi Ladislaus. Philosophiam et theologiae cum secundo a. speculativo Viennae absolvit. 18. Sept. 1711. investitus parochus in Vámos. Ibi 1714. visitationem peregit Paulus Olasz. 27. Apr. 1715. investitus in Fel-Baar. Tunc filialis Baka avulsa matre Fel-Baar et parochia facta cum filiabus Nádasd et Dercsika. Hinc 23. Jul. 1728. in neo-erectam parochiam in Zsigárd, ubi 1730. ecclesia a fundamentis in honorem s. Josephi per AEppum Strig. erecta. 1. Aug. 1731. in Tallós, ubi eodem a. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de eo notavit: «Annor. 45. In cura animarum 20. Testimonium ei bonum perhibuerunt, etiam quoad vitam.» Inde 6. Nov. 1733. investitus in Szemő. Hinc demum 18. Jan. 1741. in Nagy-Czétény. Ubi 1754. Georgius Molnár peregit visitationem, qui de parócho: quod sit sexagenarius. 1755. parochiani petierunt, ut loco senecionis parochi, alter illis resolveretur. Usque 1757. operatus est.

Kontill Nicolaus. Ex Poprádnó cottu Trencsén. Qua alumnus collegii gener. 1698. magister philosophiae. 18. Sept. 1699. presbyter ordinatus. 23. Mart. 1705. investitus parochus in Tót-Próna. Hinc 3. Mart. 1706. in Novák. Inde 1710. transivit ad Trubin, ubi usque 1734. operatus est.

Kontra Joannes. Fuit 1630. licentiatus in Kistroc (Kisoroszi) in ADnu cathedrali. Praesens fuit 4. et 5. Oct. in synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebrata. 1647. nominatur licentiatus in Kis-Gyarmath, in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. 12. Maji 1679. vero investitus est ad licentiatum in Sárkány, nunc filia ad Köbölkút.

Konver. vel Korver Georgius. 8. Maji 1711. investitus parochus in Egerszegh, una in Vicsap-Apáthi, ubi usque 1713. activus erat.

Konyhai vel Textoris, sive de Konyha Paulus. Occurrit. 1630. et 1634. parochus in Pracha. (Szöllős) De illo Georgius Draskovics in instrumento visitationis 1634. peractae sic scribit: homo nauci, rudis, rixosus, tabernam frequentat, nec rationis semper compos. In ditione S. Benedicti agebat partes parochi, captus nec opinato

a Turcis, creditur potionem (vulgo maszlagh) sumpsisse. In munere suo segnis, a quinquennio hic moratur. Alio abiturus pecunias in tabernaculo Venerabilis Sacramenti nonnunquam exponit. Cum ludimagistro depugnat. Breviarium nescio an aliquando persolvat. Ferme quinquagenarius est. Foemina, quae ei cibum coquit et vestes lavat, habenas quoque regit, reliquum non constat. Amovendus hinc, vel idcirco, ne haereticis Poseniensibus, nunc pagi possessoribus, offensionem sit, nec ab rusticis amatur, nec ut decet honoratur.

Kopcsányi Georgius. Occurrit 1630. parochus in Garam-Szöllős. Interfuit 4. et 5. Oct. ejusdem a. synodo Tirnaviensi per Petrum Pázmány celebratae. 1647. fuit in Zsarnócza. Eodem a. ibidem Matthaeus Schlegel peregit visitationem, qui parochum nominat. Ille diutius jam tunc hic operatus est, nam hac occasione provocat ad visitationem ibidem transactam, sub Thobia Pistecz, ADnum et praefectum S. Benedicti. Qui praefecturam hanc ab 1630. gessit. Activus erat usque 1647. nam haec parochia, juxta catalogum cleri, hoc a. jussu Georgii Lippay confectum, tunc vacabat.

Kopcsányi Stephanus. Fuit usque 1634. parochus in Róhó. Hoc a. nempe visitator Joannes Solnay, novum plebanum ibi introduxit, «quandoquidem — uti ille dicit — negligentior videbatur parochianis et ad ediscendas conciones subpiger.» Eodem a. illum jam idem in Detva visitabat et juvenem esse notat. Quia una pars parochiae ultra fluvium Blana in ADnatu Poseniensi erat, eodem a. Georgius Draskovics etiam peregit ibidem visitationem, qui de parócho sic: «Non ita pridem e districtu Sasvárensi huc appulit. A me minime introductus. Juvenis, doctrinae exiguae, ac bonis moribus praeditus.» 1647. fuit juxta catalogum cleri jussu Georgii Lippay confectum, parochus in Alsó- ac Felső-Korompa.

Koperniczky Franciscus. Natus 17. Febr. 1851. Theologiam in collegio Pázmániano absolvit et ex eadem doctor graduatus est. 26. Jun. 1874. ordinatus. Cooperatorem egit in Stomfa, ab 1878. in Érsekujvár, 1879. int. adm. in Úrmény ac beneficiatus ad s. Annam Strig. 1880. professor philosophiae in semin. s. Stephani. Subin caerem et archivarius in aula AEppali, Hinc 1888. parochus in Nagy-Ölved.

Kopf Cajetanus. Fuit ex abolito ordine s. Pauli ADioesi incorporatus. Coadjutorem egit

Pestini ad s. Theresiam. 27. Mart 1790. nominatus parochus ad s. Josephum, quam jam m. Maji ejusdem a. resignavit. Posenii ex pensione vixit, ubi etiam † 28. Jun. 1830. Fuit sacerdos jubilaris.

Kopfmiller Joannes. Tirnaviensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1725. baccalaureus et 1727. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1729. absolvit et ex eadem baccalaureus graduatus. Cooperatorem, item succentorem egit Tirnaviae. 30. Jan. 1732. investitus parochus in Alsó-Diós. Hinc 23. Nov. 1736. in Dejtha. Ibidem 1755. visitationem peregit Joannes Galgóczy, qui de parochio: «Annor. 51. et a vita exemplari et a moribus incorruptis laudatur.» † 20. Jul. 1759.

Koppenjager Franciscus. Occurrit. 1700. parochus in Snizsán, Schmeger, nunc Szepes-Sümegeh, quem visitator Joannes Sigray hoc a. nominat.

Koppy Josephus. Natus 8. Dec. 1814. Pestini. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Vienne absolvit. 29. Sept. 1838. ordinatus est Cooperatorem egit in Ipolyszakállos. 1839. ob curam valetudinis relicta statione Pestinum concessit. Ab 1841. coop. in Szent-Péter, item in Hedervár, ubi per 2½ annos etiam parochiam administravit. Ab 1843. cooperatur Bajnae in cottu Strig. ubi 7. Oct. 1846. parochus nominatus. 21. Aug. 1872. resignavit parochiam, quae resignatio 12. Sept. e. a. acceptata. Pestini in propria domo in quiete vixit. † 24. Nov. 1878.

Koprivesicz, aut Koprivecz vel Kaprivesik Michael. 7. Aug. 1723. ordinatus. 22. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Alsó-Merasicz. Hinc 30. Apr. 1726. in Liptó-Szent-András. Inde 25. Apr. 1731. in Rózsavölgy, ubi † m. Jul. 1740.

Korbélyi Joannes. Natus 31. Dec. 1765. in Kálló in cottu Neogr. Philosophiam et theologiam cum quinto a. in semin. gen. Posenii ab 1784. usque 1790. absolvit. 1791. applicationem Tirnaviae exspectavit. Cooperatorem egit Comaromii. 1795. parochus in Baka, ubi 1813. hemiplexia tactus resignare debuit. Qua instituti emer. parochorum presbyter degit Quinque-Ecclesiis, ubi † 26. Mart. 1819.

Korbélyi Michael. Natus 2. Sept. 1759. in Kálló in cottu Neográd. Philosophica studia cum acquisitione laurae doctoratus absolvit. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. Budensi 1783. terminavit. Cooperatorem egit in Lekér et

mox in Kürth. Qua talis doctor ss. theologiae graduatus. Abhinc studiorum praefectus in eodem, ab 1784. autem in Poseniensi gener. semin. 17. Febr. 1787. nominatus parochus in Vásárút Hinc 1790. factus professor hist. eccl. et juris can. in semin. Posen. Ab 1797. loco juris, dogmaticam proposuit. 1803. cum semin. transivit Tirnaviam. 2. Jan. 1805. nominatus parochus in Szölgyén, eodem a. una applicatus professor in universitate Pestana. Mense Oct. 1807. resignavit parochiam retento solum munere professoris. 17. Nov. 1804. nominatus canonicus Quinque-Ecclesiensis. Retenta tamen cathedra universitatis. 1812. rectoris magnifici munus gessit. 1813. abbas B. M. V. de Zeér-Monostrea. 1815. parochiam cathedralem accepit, ideo professoratum resignavit. Post aliquot menses rector semin. constitutus, quam usque 1818. gessit. Ob continuam aegritudinem se ad Német-Úrögh contulit, ubi † 2. Dec. 1820. (Brüsztle, Recensio cleri I. 602. et Magy. Sion. 1865. 421.)

Korber Alexander. Natus 5. Febr. 1819. Bajnae in cottu Strig. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Jul. 1842. ordinatus. Cooperatorem egit in Nyék, ab 1843. in Bussa et ab 1854. in Szomor. Eodem a. factus parochus in Bajta. 5. Nov. 1871. nominatus in Párkány, Mense Nov. 1892. adnumeratus inter membra instituti s. Adalberti.

Kordányi Joannes. Nobilis Sancto-Crucensis in Bars. E semin. s. Stephani 1751. baccalaureus et 1752. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1756. absolvit. 2. Jan. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Báth. 20. Nov. 1757. ad S. Crucem, et 23. Febr. 1758. ad Verbó. Hinc 5. Jun. ejusdem a. parochus in Vagyócz. 20. Oct. 1763. pro et contra illum inquisitio mota † 27. Aug. 1777. ibidem.

Kordányi Martinus. E collegio cleri hung. 2. Mart. 1676. ordinatus. Abhinc parochus in Turócz-Szent-György, ubi usque 1685. operatus est.

Kordányi Petrus. Natus in Bars-Szent-Kereszt. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1737. baccalaureus, 1738. magister philosophiae. Theologiam in semin. s. Adalberti 1742. absolvit. Subin parochum egit in Markusfalva, ubi munere VADni distr. inf. fluvii Hernád condecoratus est. † 14. Aug. 1775. ibidem.

Korenchy Mauritius. Natus 3. Febr. 1832. in Lakács. Philosophiam Tirnaviae, theologiam

Strigonii absolvit. 29. Jul. 1855. ordinatus. Cooperatorem egit Mohorae, Pestini ad s. Josephum, subin ad s. Theresiam. Mense Mart. 1868. constitutus admin. in Nagy Lapás, ubi dein et parochus. † 27. Jun. 1877.

Koreszka Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1795. terminavit. Cooperatorem egit in Szenicz. 1803. parochus factus in Ószuszkó. Accepit 300 flnos ex fundo religionis pro reparatione aedium. Hinc 7. Febr. 1805. obtinuit Alsó-Dombó per cambium cum Josepho Bajza. Mense Jun. 1834. resignavit hoc beneficium et inter emeritos parochos receptus Szakolczae morabatur, † 26. Oct. 1844. ibidem. Aetatis 75.

Koretich Andreas. Ab 1639. parochus in Ottó-völgy. Eodem a. incepit matricam scribere, quae adhuc exstat. Operatus usque 1641.

Koriáry Andreas. 17. Aug. 1696. investitus parochus in Predajna, qui 1705. per Rákóczyanos, introducto ministro augustano, deturbatus. 1709. reductus ac 7. Dec. e. a. ad parochiam rursum investitus, illam repetiit.

Korics Joannes Ladislaus. Studuit Viennae in aurea domo. 12. Apr. 1714. investitus parochus in Nádas, in cottu Poson. Ibi eodem a. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit 40. annor. Ibidem etiam Joannes Jelenfy peregit visitationem et quidem 1731. qui de parochia inseruit, quod sit annor. 62. in cura animarum 31. Beneficium hoc 1736. resignavit et qua deficiens † 18. Mart. 1739. in seminario.

Koricsánszky Antonius. Sándorffensis. 1748. ex semin. s. Adalberti pro theologia ad alumnum Budensem Széchényianum susceptus. 29. Oct. 1750. ordinatus. Jam qua subdiaconus in Aug. missus fuit pro cooperatore ad Jolsvam. 1751. factus parochus in Istvánfalva, ubi usque 1754. operatus. 17. Maji 1755. iterum pro cooperatore applicatus et quidem Scepusii.

Kormanovich Andreas. Natus 19. Nov. 1849. Theologiae quartum a. in semin. s. Stephani absolvens 16. Maji 1871. ordinatus est Cooperatorem egit in Kis-Apáthi. 30. Jun. 1880. missus pro admin. ad Csiffár, 1882. aedificata nova schola, domusque ludirectoris restaurata. 1883. in Tild schola ampliata. Item ecclesia parochialis restaurata. 1886. obtinuit Thaszár. Est nu-

mismate bellico decoratus. Bibliothecarius districtualis.

Kornis de Göncz-Ruszká comes Franciscus. 26. Aug. 1757. investitus parochus in Lédecz, ubi usque 1759. operatus est. Subin canonicus Magno-Varadinensis, abbas B. M. V. de Bihar, eppus cons. Juliopolitanus, Evectus in capitulo usque praeposituram majorem.

Kornis Joannes. Mense Jul. 1694. investitus licentiatus in Gyarak, nunc filia ad Szent-Mihályur.

Korody Jacobus. Theologus moralis ex alumnu domestico Georgii Pongrácz Vacziensi eppi. 24. Apr. 1674. investitus parochus in Nagy-Megyer. Hinc 10. Apr. 1691. in Tallós, ubi 1695. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Aetatis 60. sacerdotii 21. Inde 20. Apr. 1701. in Nagy-Paka, ubi † 1711. Fuit celebris jocasta.

Korompay Andreas. 19. Aug. 1719. investitus parochus in Bogdány. Hinc 27. Nov. 1723. in Kovarcz, ubi † 16. Febr. 1737.

Korompay de Eadem Andreas. Natus in Korompa. Qua alumnus semin. s. Stephani 1751. baccal. et 1752. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Adalberti 1755. terminavit. 17. Jul. ejusdem a. missus pro cooperatore ad Ó-Tura. 13. Aug. 1756. investitus parochus in Turó-Luka, ubi † 12. Apr. 1762. Testamentum praesto est.

Koron Emericus. Natus 30. Oct. 1762. in Paán cottu Nitr. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. 1786. terminavit. 1787. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae 3. Nov. eodem adhuc a. obtinuit capellianam localem neo-erectam Uj-Bars. Illuc supellex procurata ex abolitis conventibus. Hinc 19. Dec. 1789. investitus in Imely. Inde transivit ad Párkány. Ubi 24. ad 25. Dec. 1800. sub sacro nocturno expiravit. Vir intemperate vitae, pia apud Párkányenses diuturnae memoriae. Eruditionem illius copiosa libraria supellex, quam parochiae reliquit, abunde demonstrat.

Koron Martinus. Ad titulum rssmi Georgii Jakosith sabbato Trinit. 1640. ordinatus. Fuit 1647. parochus in Stepanó. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. 1657. in Hradisko, ubi eodem a. Joannes Cherlay peregit visitationem.

Koron Martinus. 4. Apr. 1698. investitus parochus in Árva-Váralja. Hinc 13. Maji 1703. in Alsó-Kubin, postquam illinc minister acatholicus per Georgium Erdödy pulsus fuerat. Exhinc de-

mum m. Aug. 1711. accepit Holics, ubi usque 1713. operatus est.

Koron Sigismundus. Nobilis Egbellensis. Qua alumnus coll. gen. 1737. baccal. et 1738. magister philosophiae. Subin ex Emericano ad alumnatum Budensem Széchényianum missus. Theologiae a. tertium vero iterum in gener. 1740. absolvit. Mense Dec. ejusdem a. investitus parochus in Felső-Sipék. Hinc 17. Jan. 1745. Vizsokae, ubi 20. Aug. 1754. visitatio fuit peracta. Inde 6. Febr. 1758. in Zólyom-Szent-András. Hinc vero 31. Aug. 1765. in Valaszka. Exhinc demum 19. Apr. 1771. in Geletnek, quocum incorporatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Kórossi Gabriel. Natus 5. Maji 1763. in Kóross. cottu Nitr. Theologiam incipiendo in gener. semin. Budensi, in Pázmáneo continuendo. in Posoniensi cum quinto a. 1786. terminavit. 1787. in domo presbyterorum Tirnaviae transegit. 1788. cooperatorem egit in Lekér. Mense Mart. 1789. obtinuit parochiam in Nagy-Sáró. Hinc 1790. transivit ad Úzbégh. 9. Oct. 1805. pro reparatione ecclesiae 752 fl. 24. xr. e proventibus vacantis AEppatus assignatae. Ab eodem a. munus VADni in districtu Galgócziensis gessit. † 21. Maji 1811. ibidem.

Korpásy Franciscus. Theologiam cum quarto a. in gen. semin. Pestini 1822. absolvit. 1823. in instituto presbyt. Strigonii transegit. Cooperatorem egit in Nagy-Súr. Ab 1824. praebendatus chori eccl. metr. 1829. coop. in Kis-Tapolcsány. 1831. vero in Garam-Szent-Benedek. Jam qua coop. fuit sed. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor. Item convent. S. Benedicti de juxta Grón conventualis. 22. Febr. 1833. nominatus parochus in Bessenyő, ubi † 10. Dec. ejusdem a. Fuit etiam cottus Bars. tab. jud. assessor.

Korpovszky Daniel. Mense Sept. 1693. investitus parochus in Zsolna.

Korver Georgius, vide **Konver.**

Korvényi, vel Corvini Andreas. Báhonyiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1736. baccal. 1737. magister philosophiae. 7. Mart. 1742. investitus parochus in Gesztete, ubi † 29. Apr. 1764.

Kos Lucas. Fuit 1647. parochus in praesidio Gyarmat. (Balassa-Gyarmat.) Nominat illum catalogus cleri hoc a. jussu Georgii Lippay confectus. Protestantes 1655. in dieta Posoniensi contra

illum conquesti sunt. Hoc respectu acta dietae sic habent: «Plebanus Gyarmatiensis Lucas Kos in coemeterio Varbóensi sepultum, nomine Gabrielem evangelicum molitorem post aliquod septimanas rursus effodi, in campum educi et ibidem inhumari fecit. Similiter fecit in possessione Vadkert cum duobus cadaveribus.»

Koseső Georgius. 1679. collatam accepit licentiaturam in Csiffár, ubi usque 1681. operatus est.

Kosin Georgius. E semin. s. Stephani 4. Apr. 1670. ordinatus. 19. Jun. 1670. investitus parochus in Szent-Mihályfa. Ibidem 29. Oct. 1673. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. Successorem nactus 1675.

Kosinka Joannes. 1. Apr. 1763. missus pro cooperatore ad Szenicz. 30. Maji 1765. investitus parochus in Ószuszkó. 30. Jun. 1770. in neo-erectam parochiam Szokolócz, ubi matricam scribere incepit. † Mense Apr. 1774. in Szobotist.

Koskievics Philippus. Fuit parochus in Hanaufalva in Scepusio, ubi † 31. Mart. 1749.

Kosztochi Joannes. A mense Maji 1741. fungebatur qua parochus in Ivánka, usque 1748.

Kostyán Adamus. Csabiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1734. baccal. et 1735. magister philosophiae, tunc jam primi a. theologus. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1735. terminavit. 10. Jun. ejusd. a. investitus parochus in Mellek, ubi usque 1737. operatus est.

Kostyén Andreas Tirnaviensis. Qua saecularis 1689. baccal. et 1690. magister philosophiae in universitate Tirnaviensi promotus. Theologiae in semin. gener. studuit. 7. Apr. 1694. ordinatus est. 2. Jun. ejusd. a. investitus parochus in Nagy-Emőke. Hinc 29. Apr. 1700. in Ürmény, ubi usque 1706. activus erat.

Kosziba Michael. Szokoloczensis ex cottu Nitr. 1760. in alumnatum Budensem Széchényianum susceptus. 6. Apr. 1762. missus pro cooperatore Znió-Váraljam. 1763. obtinuit parochiam Rózsavölgy, ubi † 25. Mart. 1765.

Koszik Franciscus. Theologiam cum tertio a. Tirnaviae 1718. absolvit. 29. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Szent-Mihály-Úr. Hinc 26. Nov. ejusdem a. investitus in Komjáth, ubi 1720. erga sacra jus molae sabbatale accepit. † 2. Mart. 1724. Aetatis 38. Ibidem.

Koszik Martinus. 3. Jul. 1713. investitus parochus in Nadlány. Hinc 11. Sept. 1716. in

Nagy-Bresztován una in Bucsán. Ibi usque 1727. operatus est.

Koszorinszky Mathias. Komjáthensis in cottu Nitr. 18. Aug. 1757. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 25. Jan. 1761. ordinatus et 19. Maji ejusdem a. missus pro cooperatore ad Koross. 23. Mart. 1762. ad Nagy-Jác et 1. Sept. ejusd. a. ad Csermend. 11. Aug. 1764. investitus parochus in Moravánka. 8. Maji 1769. VADnus refert illum in potu excessuosum esse. Eodem a. a beneficio amotus. 23. Jun. 1770. missus pro cooperatore ad Velicsna. Subin in Mária-Család degit, ubi † 9. Febr. 1806.

Koszornay Andreas. Theologiam cum secundo a. morali absolvit. A 1662. parochus in Trubin. Ab hoc tempore matricam ordinarie duxit. 1674. Andreas Péterffy peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod sit 55. annor. sacerdotii 24.

Koszterinyi Martinus. 26. Apr. 1714. missus ad capellaniam in Bobrócz. Hinc 25. Jul. 1717. investitus parochus in Kelecsén. Inde 28. Febr. 1721. in Nyitra-Sárfő, ubi 26. Apr. 1722. nactus est successorem.

Kosztka Joannes. E semin. s. Stephani. 9. Maji 1667. investitus parochus in Nagy-Zellő. Eodem a. et in Alsó-Lelócz, ubi usque 1672. activus fuit. Interim usque 1679. et in Thaszár, quam parochiam desolatam reliquit. 1. Apr. 1681. investitus in Velcsicz. 4. Maji 1687. in Nagy-Lovcsa, ubi usque 1689. Dein 14. Jun. 1692. in Radosna, ibidem Emericus Pongrácz 1697. peregit visitationem, qui de Parochio: Annor. 59. sacerdotii 35. Ibi etiam 1700. fuit peracta visitatio et quidem per Josephum Pongrácz, qui de parochio notavit: Monitus plebanus ut ecclesiam mundius servet, a telis arenearum liberam. 29. Jan. 1701. Georgius Jankovics in honorem sui patroni et B. M. V. chororum curavit fieri. Inde 25. Apr. 1705. investitus in Rózsavölgy, ubi usque 1709. operatus est.

Kosztka Joannes. Szomolányensis ex cottu Poson. 14. Nov. 1717. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 8. Apr. 1719. ordinatus 27. Sept. ejusd. a. expeditus in curam animarum. 9. Oct. ejusd. a. investitus parochus in Komjáthna et in Zsákóly. Successorem 1740. nactus. Recessit ad seminarium deficientium Tirnaviae, ubi † 23. Mart. 1748.

Kosztka Paulus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1793. terminavit. Co-

operatorem egit Muzslae, ab 1797. in Drégely-Palánk. 15. Maji 1799. nominatus parochus in Patak, ubi † 19. Jan. 1837.

Kosztka Petrus. Fuit ante 1559. plebanus in Paraszt-Dubova. De illo visitatio Olahiana eod. a. notatum habet: quod sub illo plebanus decimas de arce Árvensi ea gratia habuit, quia ad ecclesiae B. M. V. sub arce positam de serviebat, quae decimae tunc denegatae.

Kosztka Stephanus. Pruzsinensis. Qua alumnus collegii gen. 1658. baccalaureus, 1659. magister philosophiae. Absoluto studio theologiae in eodem semin., applicatus est vicarius Nitriae. 17. Maji 1673. investitus parochus in Zsolna.

Kosztka Stephanus. Rajcensis, 1767. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum, pro theologia. 15. Jul. 1769. factus cooperatore in Velicsna. Hinc 2. Jul. 1770. investitus parochus in Kvacván, quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Kosztka Stephanus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1823. terminavit. 1824. in presbyterio transegit. Initio 1825. applicatus qua coop. in Szklabonya. Eodem a. adhuc transivit ad Ipolyságh. 1826. in Thaszár, ubi 1831. electus in sed. praed. de Verebély et Szent-György tabul. jud. assessorem. 15. Maji 1836. nominatus parochus in Mellek, ubi † 25. Jan. 1840.

Kosztolányi Adamus. 17. Sept. 1667. investitus parochus in Zsarnóca, ubi usque 1672. operatus est.

Kosztolányi Alexius. Occurrit. 26. Dec. 1680. parochus in Vajka.

Kosztolányi Joannes. Fuit 1560. parochus in Trubin. Interfuit synodo Oláhianae.

Kosztolányi Joannes. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1777. terminavit. Cooperatorem egit in Somorja. Hinc 1783. factus parochus in Nemes-Oroszi. 1788. in refusionem campanae e cassa ecclesiae 80 flni inpendit. 14. Nov. 1790. petiit cooperatorem, quia ob debilitatem pectoris decantare non valet, † 26. Aug. 1792. ibidem.

Kosztolányi Michael. Fuit 1561. parochus in Fenyőkosztolány. De quo visitator Georgius Kónyafalvay notavit: «Est bonus pastor.»

Kosztolányi Nicolaus. 22. Dec. 1673. ordinatus. 17. Febr. 1674. investitus parochus in Egyházfalva, ubi usque 1678. operatus est.

Koztra Joannes. Ex fundatione pontificia

Olomucii theologiam uno et moralim duobus annis audivit, 1702. ordinatus ad titulum l. r. citis Szakolczensis. Idcirco ibidem uno a. missionarius fuit. 29. Oct. 1703. investitus parochus in Rohó, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parcho sic: «In obsequiis diligens, zelosus, punctis suae Emin. se conformabit.» Alteram ibidem 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de illo notavit, quod sit presbyter 27. annor. † 20. Nov. 1738. ibidem.

Kosztrna Georgius. Ex Udvarnok. 1756. susceptus ad semin. s. Adalberti, ibique studia absolvit. 28. Jun. 1761. applicatus admin. subin capellanus localis in Alsó-Jattó. Inde 22. Maji 1764. in Eözdöghe. Hinc 2. Apr. 1770. in Cseke, ubi 1771. confraternitas cordigerorum introducta, ibidem 7. Sept. 1779. visitatio Batthyanyiana peracta. † 1. Mart. 1782. ibidem.

Kotholia Joannes. 3. Jan. 1583. parochus in Vistuk, procurator sedis spiritualis Strig. constituitur.

Kotucs Emericus. Bossányiensis. E semin. Mariano 1721. baccal. 1722. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. cum quarto a. et jam presbyter, 1726. terminavit. 31. Mart. 1725. ordinatus. Ab 1726. parochum egit in Nagy-Kálna et quidem, horum primum. Statim incepit matricam ducere. Hinc 15. Jan. 1730. investitus parochus in Lekér, Tunc ecclesia tantas rimas egit, ut intransibilibus periculum oppressionis minaretur, eapropter 1731. vi mandati ordinarius penitus clausa fuit. Divina abhinc in abbatali peragebantur. † 27. Febr. 1751. ibidem.

Kovách Nicolaus. Natus 19. Nov. 1843. Theologiam cum quarto a Strigonií 1869. absolvit. 25. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Valle-Mariae, ab 1871. in Blumenthal. 16. Mart. 1874. nominatus parochus in Lozornó. Hinc 4. Sept. 1881. in Bogdány.

Kovács Adamus. Szalakuszensis e cottu Nitr. Qua alumnus semin. s. Stephani 1724. baccal. et 1725. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. speculativo in eodem semin. 1727. terminavit. 8. Maji 1728. investitus parochus in Csataj. Matricam incepit scribere. Ibidem 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de illo notavit: «Annor. 28. Testimonium ei de munere rite administrato et vita, bonum omnes dederunt.» † 5. Jan. 1756.

Kovács Adamus. Ab 1776. philosophiae

studuit in semin. s. Stephani. 1778. theologiae in Budensi, quam tamen in Pazmaneo 1782. terminavit. Cooperator Pestini in suburbio inferiori. Ab 1785. admin. in Búr-Szent-János 18. Apr. 1786. investitus parochus in Héregh. Verus benefactor hujus parochiae. 1790. puteum, 1792. novam scholam struxit. 1794. parochiam restauravit. 1798. hortum muro, tabulis marmoreis tecto cinxit. Item duobus cellariis providit. Habitaculum uno cubili et dispensa auxit. Ecclesiam et scholam fundatione 420 flor. ditavit. 16. Mart. 1803. nominatus parochus in Bajóth, una VADnus distr. Strig. trans Danubiani. Fuit consistorii vicar. et tabulae cottus Strig. assessor. 6. Apr. 1814. nominatus in Érsekujvár. 13. Oct. 1820. installatus canon. Strigon. 24. Mart. ADnus Neograd. † 19. Febr. 1830. ictu apoplectio. Fecit in matricis notationes majoris momenti. (Magy. Állam. 1890. Márcz. 4. 52. sz.)

Kovács Alexander. 21. Nov. 1755. missus pro cooperatore ad Udvard. 24. Aug. 1760. adm. et 16. Oct. investitus parochus in Lédecz. † 30. Nov. 1779. ibidem. aetatis 46.

Kovács Andreas. 7. Jun. 1690. investitus licentiatum in Kéménd, ubi usque 1698. operatus est.

Kovács Andreas. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. 1783. absolvit. Cooperatorem egit in Baka, ab 1785. in Duna-Szerdahely, et ab 1786. in Somorja. 12. Sept. 1787. investitus parochus in Soós-Hartyán. Hinc 21. Aug. 1790. in Keménd, quam 1806. resignavit. Ab 1807. parochus in Marczal, quam 16. Mart. 1809. cambio tradidit Georgio Pilisi pro Füzes-Gyarmath. 14. Dec. 1812. hanc parochiam similiter cambio tradidit Francisco Szentiványi pro Mocs, ubi 13. Jan. 1813. investitus. † 21. Dec. 1818. ibidem.

Kovács Antonius. Magno-Varadiensis. E semin. gen. 1745. baccal. 1746. magister philosophiae. 7. Apr. 1751. investitus parochus in Szent-Simon, ubi ab 1767. munus VADni gessit. 6. Febr. 1771. investitus in Medve, ubi 1784. aedem parochialem custos Jaurinensis erexit. Idem custos 1785. operatus est respectu inductionis parochi in filiali Ballony. Occasione exundationis Danubialis 1788. et ecclesia et parochia collapsa, quas reedificare impossibile fuit, idcirco parochus residentiam ad Ballony transtulit, quacum Medve et Radvány filiales conjunctae manserunt. Consilium locumten. reg. cum domino terrestri de

bono statu ecclesiae, aedis parochialis et scholae providit. † 3. Aug. 1800. ibidem.

Kovács Antonius. Natus 1757. Jan. 16. in Broczka cottu Nitr. Theologiam cum a. quinto in gen. semin. 1786. absolvit. 1787. in domo s. Josephi presbyterorum Tirnaviae transegit. Cooperatorem egit in Garam-Szóllós. 30. Dec. 1788. investitus parochus in Besse. Hinc 7. Apr. 1801. transivit ad Alsó-Pél, ubi † 13. Jul. 1828.

Kovács Emericus. Natus 6. Nov. 1800. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1824. absolvit. 1825. in instituto presbyterorum Strigonii transegit et 14. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Morva-Szent-János, ab 1828. in Szuha. Hinc 29. Jun. 1830. installatus parochus in Egyházfalva, ubi 10. Maji. 1852. VADnus surr. dein ord. in distr. Szempcz. †. 11. Dec. 1865. ictu apoplectico extinctus.

Kovács de Torna Emericus. Natus 17. Apr. 1835. Tornae in cottu Veszprém. Philosophiam Jaurini, juridicam Posonii ac theologiam Strigonii absolvit. 29. Jul. 1860. ordinatus. Cooperatorem egit in Kürth et ab 1862. in Gúta. 1871. constitutus admin. in Bajta, Hinc 28. Nov. 1872. admin. et 3. Aug. 1874. inv. parochus in Alistál.

Kovács Franciscus. Theologiam in semin. Mariano 1813. absolvit. Cooperatorem egit in Mánya, ab 1816. in Kürth, ab 1824. in Nagy-Kér. 1825. constitutus admin. in Eözdöghe, ubi 26. Maji e. a. parochus nominatus. Hinc 5. Oct. 1827. transivit ad Rimócz per cambium cum Josepho Bencsik. Hinc iterum per cambium cum Vincentio Jekelfalussy 9. Jul. 1835. obtinuit Párkány, ubi 15. Jul. ejusd. a. investitus. † 12. Jan. 1841. Fuit cottus Hont, et Neogr. tab. jud. assessor.

Kovács Ignatius. Natus 1. Febr. 1780. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1805. absolvit et 24. Febr. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Udvard simul cum Matthia Kovács. 17. Mart. 1819. nominatus parochus in Tardoss. Ab 1831. VADnus distr. Strig. trans-Danub. sup. Hinc 13. Mart. 1833. obtinuit Nagy-Ólved, retento munere VADnali pro distr. Párkányensi. Ab 1851. canon. h. metr. eccl. Strig. † 20. Jun. 1863.

Kovács Joannes. Theologiam cum a. quarto in semin. s. Stephani 1806. terminavit. Cooperatorem egit in Ipolyságh. Hinc 7. Jul. 1809. obtinuit parochiam Házás-Nénye, quam post 48 an-

nos, fractus aetate, 1857. resignavit et per familiam Fekete oblatum habitaculum penes ecclesiam acceptavit, ubi † 12. Sept. ejusd. a. Aetatis 77.

Kovács Joannes. Natus 28. Nov. 1819. in Zsitva-Ujfalú. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jul. 1843. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szenicz, ab 1844. Bazinii, ab 1849. in Szomolán. 28. Jan. 1853. praesentatus parochus in Alsó-Diósz et a 24. Oct. 1859. in Szomolán. Hinc 25. Febr. 1860. Societatem Jesu ingressus est, sed jam 15. Mart. e. a. deseruit et obtinuit parochiam Néved, ubi † 12. Mart. 1883. Lyras latinas zeloze cultivavit. (Zelliger, Eszt. Egyhm. irók.)

Kovács Josephus. Natus 1744. in Ladány in cottu Bars. Ex semin. s. Stephani 1764. baccal. 1765. magister philosophiae. Theologiae duos a. in semin. gener. tertium Viennae, quartum iterum Tirnaviae 1769. absolvit. Baccalaureus theologiae graduatus. 28. Jun. ejusdem a. missus est pro cooperatore Pestinum. 5. Dec. 1773. investitus parochus in Óhaj. Hinc m. Maji 1778. in Nagy-Kér, ubi 23. Oct. 1779. visitatio Batthyanyiana peracta. In qua de parocho: «Aetatis 35. Structurae corporis robustioris, aptus ad regendum seminarium, vel convictum.» † 14. Nov. 1809. Ibidem sepultus in crypta capellae ss. Trinitatis in coemeterio.

Kovács Josephus. Natus 28. Mart. 1790. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1813. absolvit. 28. Aug. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit Bajnae in cottu Strig. Ab 1814. Szuhae, ab 1820. coop. et admin. in spirit. et temp. in Egyházfalva, ubi 1821. parochus. Hinc 1828. transivit ad Sárköz. Inde ad Szomolány, ubi † 24. Jun. 1859.

Kovács Josephus. Natus 4. Jan. 1838. in Páld, in cottu Hont. Theologiam Strigonii 1861. absolvit. 28. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Tardoskedd. 1. Mart. 1863. Strigonium pro praebendato evocatus. 29. Aug. 1870. nominatus parochus in Kis-Gyarmat. 1887. in VADnum neo-erecti districtus Kemenczensis constitutus.

Kovács Josephus. Natus 22. Maji 1848. Theologiam cum tertio a. Strig. 1871. terminavit 31. Jul. 1871. ordinatus. Cooperatorem egit Maria-Nostrae, ab 1872. Siglisbergae et 1873. in Selmezbánya. 1. Sept. 1883. factus parochus in Füss.

Kovács Josephus. Natus 31. Jan. 1858. Theo-

logiam in semin. gener. Pestini 1880. terminavit. 30. Jun. ejusdem a. ordinatus, item ss. theologiae doctor graduatus. Cooperatorem egit Posonii in Virágvölgy, ab 1884. catecheta Budapestini. 1891. obtinuit parochiam in Hradek.

Kovács Mathias. E semin. Mariano 29. Jan. 1708. ordinatus. 20. Jul. 1714. investitus parochus in Ipoly-Szécsényke, ubi usque 18. Maji 1719. operatus est.

Kovács Matthaeus. Natus in Zsély cottu Neograd. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1793. absolvit. Cooperatorem egit in Negyed, ab 1803. in Udvard. 20. Maji 1807. obtinuit parochiam Szémő, ubi † 12. Dec. 1845. Aetatis 77. Fuit cottus Comar. tab. jud. assessor.

Kovács Michael. 22. Apr. 1691. investitus parochus in Nagy-Emőke. Hinc 16. Apr. 1693. in Kemencze, ubi 1694. matricam ducere incepit. Ibi operatus est usque 1697. Dein 30. Apr. 1703. investitus in Salgó-Tarján. Hinc 31. Dec. 1710. in Varbó. 24. Maji 1713. ibidem visitatio fuit perfecta in qua de parochia notatur: quod sit in cura animarum in 22. annum. Eodem a. desinit operari.

Kovács Michael. Natus in Vadkert. Qua alumnus semin. s. Stephani 1746. baccalaureus, 1747. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1750. absolvit. 1. Mart. ejusdem a. pro cooperatore ad Vadkert missus. 26. Mart. 1753. investitus parochus in Ipolyszécsényke. 1754. erexit ecclesiam Stephanus comes Koháry. 30. Jan. 1763. in Keő-Keszi, ubi † 8. Febr. 1781.

Kovács Michael. 9. Mart. 1763. missus pro cooperatore ad Hedervár. 26. Jun. 1764. investitus parochus in Harkács. Hinc 5. Dec. 1773. in Gestete. Inde vero 1. Aug. 1776. in Galsa, quacum incorporatus neo-erectae dioecesis Rosnaviensis.

Kovács Paulus. Natus 25. Jan. 1802. Jaurini. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. Philosophiae et theologiae doctoratu graduatus. 12. Mart. 1826. ordinatus. Administratorem egit in Érseklél m. 6. tum cooperatorem in Zeliz, una educatorem filiorum Sipeky a. uno. Subin in Drégely-Palánk m. 5. in Szölgyény m. 11. Ab 1828. in semin. Tirnaviensi studiorum praefectus, professor physicae, bibliothecarius et exhortator saecularium philosophorum. Ab 1833. in officio vicariali ejate archivarius, notarius s. Sedis ac secretarius. 25. Febr. 1839. no-

minatus parochus in Patak. 1863. renunciatus VADnus districtus Vadkertensis. Hinc 1. Aug. 1864. obtinuit parochiam in Vadkert. 1868. capella Dolorosae, 1869. statua Immacul. B. M. V. erectae. Novum organum procuratum. A dominio primatiali cellarium cum torcularia aede, parochiae in perpetuum resignatum. 1880. promotus ad capitulum Posoniense. 13. Maji e. a. discessit e parochia. † 23. Jan. 1882. ibidem.

Kovács Paulus, Alexander. Natus in Sárköz in cottu Poson. Qua alumnus semin. Mariani 1715. baccal. et 1716. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. 1717. inchoavit. 17. Apr. 1730. investitus parochus in Rimócz, ubi usque 7. Aug. ejusdem a. activus erat.

Kovácshegyi Stephanus. Natus 30. Dec. 1837. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 24. Febr. 1862. ordinatus. Cooperatorem egit in Zeliz et Soponya brevi tempore, dein continuo in Egyházugelle. 10. Apr. 1873. factus parochus in Vámos, ubi † 23. Jun. 1888.

Kovácsich Andreas. Rovenszkensis. Qua alumnus collegii gen. 1657. baccal. 1658. magister philosophiae. 6. Maji 1665. investitus parochus in Krakován. Hinc 8. Febr. 1671. in Bozók, pulso pastore. 1678. ecclesia per Kuruczones effracta. Inde 1686. in Breznóbánya. Quoniam ordo e Scholis Piis hanc parochiam administrabat, idcirco nec bene admissus fuit.

Kovácsics Balthasar. Cassato ordine s. Benedicti pensione provisus et in gremium ADioecesis susceptus. Ab 1789. capellanum localem egit in Pilis-Maróth, quam 15. Febr. 1794. resignavit et ex pensione vixit. 1801. factus est curatus in Péliföld-Szent-Kereszt. Restabilito ordine 1803. reversus est ad monasterium.

Kovácsics Georgius. Rector collegii Budensis S. J. qua urbis et suburbiorum omnium Budensium canonice institutus parochus, penes reversales 28. Aug. 1718. confectas tradidit illi, qua vicario civitatem Aquaticam administrandam. In hoc officio ab ordinario confirmatus, activus erat usque 1724. dum ipsa societas parochiam administrandam in se suscepit. Displicuit Ordinatum occasione applicationis, quod nec patriae filius, nec ADioecesis alumnus sit.

Kovácsics Joannes. Süttőriensis e cottu Sopron. Qua alumnus collegii gen. 1724. baccal. et 1725. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1727. absolvit. 7. Dec.

1730. investitus parochus in Komárom-Szent-Péter. Ibidem 1731. per Paulum Forgách peracta fuit visitatio, qui novam ecclesiam in honorem s. Martini eppi, item illam in Kurtakeszi, benedixit, ut in illis missae dici possint. Eodem adhuc a. operari desinit.

Kovácsics Marcus. 9. Maji 1673. investitus parochus in Besztercze. Ibi eodem a. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. Usque 1679. operatus est.

Kovácsics Nicolaus. 25. Maji 1752. ordinatus. 30. Apr. 1663. investitus in Jókő. Hinc 25. Jan. 1675. in Drahócz. Post illius abitum filialis facta ad Madunicz, uti visitator 1697. refert.

Kovácsik Joannes. Theologiam cum quinto a. uti theologus practicus in semin. gen. Posoniensi in arce 1789. absolvit. Cooperatorem egit in Ó-Tura, ab 1790. in Pöstyén, et ab 1794. in Pudmericz. 1796. obtinuit parochiam Almás. Hinc mense Jun. 1797. transivit ad Récse, ubi † 10. Jan. 1810. apoplexia tactus. Aetatis 49.

Kovácsóczy Carolus. Váraljensis in cottu Gömör. 9. Nov. 1736. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 18. Jul. 1742. investitus parochus in Szemeth, nunc filia ad Somorja. Hinc 3. Oct. ejusd. a. investitus in Fél, ubi † 2. Apr. 1754.

Kovácsóczy Michael. Czifferensis. Ab 1672. Pázmánita, ubi theologiam cum cursu morali terminavit. 25. Apr. 1673. investitus parochus in Verebély, ibi 1674. Andreas Péterffy peregit visitationem, qui parochum 27. annor. esse notat. Hinc 1687. transivit ad Lédecz, ubi una et Ghymes administrabat. In uno documento se parochum arcis Ghymes et inspectorem appellat. 18. Febr. 1689. canonicus Strigon. installatus. 14. Aug. ADnus Neograd. Tribus annis praefectus in Szent-Benedek. 4. Oct. 1693. praepositus s. Georgii et ADnus cathedralis. 18. Jul. 1696. custos. Eo tempore et abbas de Bars qua resignata, praepositus s. Crucis de Aszód. 29. Mart. 1703. electus eppus Vegliensis. 19. Sept. 1707. cantor. Ast tunc qua custos adhuc cum clenodiis ecclesiae metr. peregre fuit, ideo tantum 10. Jan. 1708. installatus. 24. Jul. 1710. lector. † 14. Oct. 1711.

Kovácsóczy Stephanus. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo absolvit. 2. Apr. 1717. investitus parochus in Bátorkesz. Ibidem 1721. respectu ecclesiae inquisitio fuit peracta, in qua unus testis fassus, quod antequam turca Érsekujvárum occupasset, calvinistae imagines e templo in aquam

praeterfluentem injecissent. Alter fassus se audisse ab avia sua, qualiter studiosi Debreczinenses pagos perambulaverint et in Bátorkesz e templo statuas injecerint in aquam. Post inquisitionem ecclesia hoc a. reoccupata. 15. Apr. 1723. investitus in Naszvad, ubi 1731. Paulus Forgách peregit visitationem. † 4. Dec. 1743. ibidem. Testamentum praesto est.

Kovácsovics Joannes. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo terminavit. Hinc 14. Apr. 1700. investitus parochus in Úzbégh, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. 1738. ecclesiam renovare curavit. † 20. Jan. 1753. Legavit eccl. 800 flos. Testamentum adest.

Kovácsovszky Josephus. Natus 19. Febr. 1833. Bazinii. Theologiam Strigonii absolvit. 29. Jul. 1860. ordinatus. Cooperatorem egit in Ó-Tura, successive in Vittencz et Csasztæ. Hinc 1866. admin. constitutus in Dubova, quam parochiam 1867. obtinuit. Hinc 1870. transivit ad Ottóvölgy.

Kovácsy Franciscus. Szuhensis in cottu Poson. 30. Oct. 1738. susc. in alumnatum Budensem Széchényianum. 15. Apr. 1742. ordinatus. 27. Apr. 1745. investitus parochus in Szakal, ubi 10. Maji ejusd. a. canonice installatus. † 16. Apr. 1747. ibidem.

Kovácsy Georgius, Stephanus. Ab 1711. parochus in Nagy-Ugrócz, ubi 1713. Joannes Bublolics peregit visitationem, qui parochum 26. annorum esse dicit. 1715. transivit ad Sándorf. Hinc 13. Maji 1721. investitus in Keresztur, ubi † 5. Jul. 1741. Testamentum praesto est.

Kovácsy Joannes, Franciscus. 21. Apr. 1691. investitus parochus in Sto-Joanne trans montes albos, nunc Morva-Szent-János. Hinc 7. Maji 1700. in Búr-Szent-Miklós, ubi 1709. successorem nactus.

Kovácsy Joannes. Natus 23. Dec. 1806. Keszegfalvae in cottu Comar. Philosophiam, item theologiam per tres a. Tirnaviae, quartum a. Pestini absolvit. 27. Dec. 1829. ordinatus est. Cooperatorem egit in l. r. citte Strig. ab 1831. Pestini ad cittem int. 1. Oct. 1836. admin. ab 13. Jun. 1837. parochus in Kiliti. Hinc 1841. transivit ad Szent-Mihályfa, ubi 1862. VADnus surr. distr. Dunaszerdahely. † 22. Maji 1868. ibidem.

Kovácsy Matthaeus. Broczkensis ex cottu Nitr. 9. Nov. 1742. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Theologiam cum quarto a. et cursu speculativo in Pázmáneo absolvit. 1. Mart. 1747. missus pro cooperatore Stomfam. 12.

Jun. 1749. investitus parochus in Turócz-Szent-Mária. Hinc 20. Dec. 1750. in Dévény-Ujfalu. Inde 16. Nov. 1752. in Laáb. Ibidem 1755. Joannes Galgóczy peregit visitationem. Eodem a. et 1756. dos capellae s. Vendelini stabilita. Inde 1. Dec. 1766. investitus Stomfae, ubi una VADnus districtus Malazkensis. † 2. Oct. 1781.

Kovalcsik Ignatius. Natus 13. Jun. 1818. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1843. absolvit. 1844. in presbyterorum instituto transegit et ibi 15. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Miavae, ab 1848. Óturae. Jam 1849. iterum Miavae. Ab 1850. admin. in oppido Brezova, ubi † 28. Jul. 1851.

Kovalcsik Josephus. Natus 29. Apr. 1787. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1812. terminavit. 26. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Komjáth. 1816. constitutus admin. in Nagy-Bajcs. Eodem adhuc a. in pari qualitate transpositus ad Sissó. Hinc 1817. iterum redivit pro cooperatore ad Komjáth. 8. Maji 1818. admin. et 19. Nov. 1820. investitus parochus in Felső-Szöllös, quam 15. Apr. 1828. resignavit et ad institutum deficientium migravit Tirnaviam, ubi † 10. Jun. 1853.

Kovalik Joannes. Natus Turdosini in cottu Árva. 1791. ad clerum susceptus pro dioecesi castrensi. 1799. capellanus regiminis pedestris Sztárayani, dein et superior castrensis per Hung., Croatiam, Slavoniam et Banatum, ac generalis vicarius castrensis, consist. distr. Strig. assessor. ac ab 1804. usque 1811. simul parochus ecclesiae militaris Budensis, una canonicus s. Hipolyti, ab 1807. item Posoniensis. 4. Sept. 1810. Strigon. installatus. Simul rector semin. B. M. V. Tirnaviae factus. 1812. el. eppus Tribunicensis et vicarius gen. distr. Strigon. 1818. ADnus Comar. 1820. vicarius gen. distr. Tirnaviensis. 1821. consiliarius consilii locumtenentialis. † 28. Jun. 1821. In gradibus consilii loc. apoplexiae ictu extinctus. Aetatis 61. Sepultus in crypta ecclesiae parochialis ad Assum. B. M. V. Budae in Arce. (Tud. Gyüjt. 1821. VI. 129.)

Kovalszky Samuel. Zolio-Lipcsensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1733. baccalaureus et 1734. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in semin. Mariano 1737. absolvit. 6. Aug. ejusd. a. investitus parochus Litavae. Hinc 7. Maji 1738. in Pojnik, ubi altare majus procuravit. Inde 1. Febr. 1748. in Pre-

dajna, ubi 1755. Josephus a Batthyán peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Annor. 41. Exemplaris, obediens.» † 17. Sept. 1757. Ibidem.

Koválszky Thomas. Theologiam in Pázmáneó absolvit. Mense Apr. 1679. missionem accepit pro indifferenti parochia in cottu Liptó. 1685, reducta in Bodafalva fides catholica, pro parochia illuc constitutus, sed in odium fidei ibidem per acatholicos occisus.

Kovárszky Martinus. Natus 1727. Strigonii. In universitate Tirnaviensi 1747. baccal. 1748. magister philosophiae. Theologiam in semin. s. Stephani et Adalberti absolvit. 15. Oct. 1752. missus pro cooperatore ad Vizkelet. Hinc post sex menses applicatus est ceremonarius apud eppum suffr. Paulum de Réva. 21. Aug. 1753. investitus in exemptam parochiam Berkesd. Posteaquam 30. Aug. ejusdem a. doctor ss. theologiae graduatus fuisset 4. Sept. in suam parochiam introductus. Hinc 14. Jun. 1763. investitus in Szegszárd, ubi una munus VADni gessit. 1776. incorporatus una cum parochia dioecesi Quinqueecclesiensi. 9. Jul. 1782. canonicus hon. 19. Mart. 1792. actualis ejusdem eccl. cathedralis constitutus † 19. Mart. 1805. (Brüsztle, Recensio, II. 215. IV. 324.)

Kováry Martinus. Sancto-Pétrensis e cottu Poson. 1760. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum pro theologia morali, quum duobus a. theologiam jam qua saecularis didicisset. 24. Sept. 1763. ordinatus. 22. Oct. ejusd. a. factus cooperatore in Stomfa. 30. Oct. 1764. Trsztenam missus. 8. Sept. 1765. investitus parochus in Zazriva, ubi usque 1769. operatus est, inde ad deficientiam meare debuit. 26. Jul. 1771. iterum in partes Scepusienses missus, sed iterum revocatus. † 4. Febr. 1808. Tirnaviae.

Kovecz Adalbertus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1796. absolvit. Cooperatorem egit in Galgócz. 1803. obtinuit parochiam Alsó-Récse, ubi † 26. Jan. 1806.

Koza Balthasar. Occurrit 1558. et 1561. parochus in Dubova, nunc Garam-Szent-Miklós. Hic celebrem causam habuit contra Raphaelem Steger rectorem Xenodochii Neosoliensis. In hoc negotio Nicolaus Olahus ipse literas misit. 13. Jun. et 29. Nov. 1560. Ibidem 1561. Blasius Zathay peregit visitationem, qui de illo habet: «Regit ecclesiam bene, habet omnia sacramenta ecclesiae.

Communicat sub utraque specie, omnes dicunt eum bene concionari, nec alium pastorem habere cuperent, et si Raphael se quodam modo intruderet, id nunquam foret sine periculo mortis. Habet quidem apud se vetulam illam uxorem suam, sed ablegabit eam. Libri et ornamenta decenter tenentur in ecclesia.» Fuit tamen ultimus, nam illum exceperunt ministri aug. conf.

Kóza Joannes, vide **Korányi**.

Kóza, vel **Kosa Michael**. 5. Oct. 1690. investitus licentiatus in Kürth. 1694. successorem nactus. 20. Maji 1695. investitus qua talis in Bajna in cottu Strig. ubi usque m. Nov. 1698. operatus est.

Kozák Gabriel. Occurrit 1630. parochus in Nagy-Vendég, nunc Kis-Vendég. Interfuit synodo eodem a. 4. et 5. Oct. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae.

Kozáky Andreas. Occurrit 1630. parochus in Novák, ubi Wolfgangus Érsekujváry eodem a. peregit visitationem, qui notavit quod praeter Novák et Podhragy, ubi ecclesia noviter aedificata, adhuc quinque adjacentes pagos administrat. Tunc ecclesia — uti refert visitator — notabilem supellectilem librariam possedit, etquidem: Agendarium Strigoniense. Bibliam sactam latinam, cum codicibus aliis octo sacris et profanis, quas contulit ecclesiae Christophorus Majthényi. Interfuit synodo Tirnaviensi 4. et 5. Oct. hujus a. per Petrum Pázmány celebratae. In hujus instrumento publicato (Péterffy, Conc. II. 317.) erronee Novák vocatur.

Kozányi, aut **Kóza** vel **Hosányi Joannes**. Divényiensis, e cottu Neográd. Qua alumnus seminarii Mariani 1741. baccal. et 1742. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem seminario 1745. absolvit. 12. Mart. ejusd. a. investitus parochus in Nagy-Zellő, ubi usque 1752. operatus. 13. Jan. 1753. missus est pro capellano domestico ad Paulum Bacskádi in Kis-Vezekény. 9. Oct. ejusd. a. investitus parochus in Czered, quae iterum, sicut olim erat, revulsa a Bastiensi, ubi usque 1756. occupatus. Hinc transivit ad Almás, ubi senio confectum parochum Paulum Benkovics adjuvit. Post hujus resignationem 8. Jul. 1757. ipse investitus ibidem parochus. Inde 28. Febr. 1758. in Divény-Ujfalú quam jam m. Majo resignavit et ad semin. defic. Tirnaviae se recepit, ubi † 26. Aug. ejusd. a.

Kozár, aut **Kozáry**, etiam **Koháry Ignatius**,

Antonius. 18. Nov. 1727. investitus parochus in Bábaszék, ubi † 1736.

Kozáry Paulus. 1733. obtinuit parochiam in Ó-Tura, ubi 12. Maji 1744. investitus 1748. ecclesia aedificata est, testatur hoc chronosticon in arcu ecclesiae coloribus scriptum: «VIRGINEAE SACRO PERFERTVR MATRIS HONORI QVOD STRVIT E VOTIS TVRA REVINCTA SVIS.» Operatus est usuque mortem † 21. Maji 1760. assecutam in Gerencsér. Testamentum adest.

Kozik Joannes. 7. Sept. 1700. extra tempus ad titulum Ordódy ordinatus. 26. Maji 1702. investitus parochus in Lieszkó. Hinc exul peregre factus. 19. Apr. 1706. investitus in Turócz-Szent-Márton. Nec ibi firmam pedem figere potuit, idcirco 8. Oct. 1709. missionem accepit ad cottum Liptó. 7. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Zólyom-Szent-András. Antiquissima quae exstat matrica ab illo scripta. 1711. transivit ad Ternye, ubi operatus est usque † 23. Mart. 1725. Veterosolii cecidit ex gradibus.

Kozler Franciscus. Theologiam cum quarto a. in AEppali seminario Poseniensi 1798. terminavit. 1799. dispositionem Tirnaviae exspectavit. Cooperatorem egit in Koross, ab 1802. in Kis-Apáthi, ab 1803. in Garam-Szent-Benedek, ubi simul conventualis. 1805. obtinuit parochiam in Koross. † 19. Jun. 1814. Aetatis 47. ibidem.

Kozma Nicolaus. Natus 9. Sept. 1845. Theologiam Strigonii 1869. absolvit et 25. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Megyér. Ab 1871. in Köhidgyarmath, ubi ab 21. Jan. 1892. int. admin. subin parochus in Marczal.

Kömley Ladislaus. Occurrit 1561. et 1562. parochus in Naszvad, de quo visitator a. prioris sic: «VADnus. Juratus ad puritatem suae conscientiae dixit, quod nullam aliam fidem tenet, nisi quam Romana ecclesia. Ipse autem honestae vitae, neque uxorem habet. Indumenta sacerdotalia munde tenet et omnia sacramenta.» Anno sequenti, visitator Michael Dobrokutyay sic habet: «Bonus et verus catholicus. Omnia optimo et vero ordine observat, ut olim patres antiqui tenuere. Ego autem, quando veni in ecclesiam suam, inveni illam bono modo ordinatam. Sacramentum honorifice tenentem, sacros liquores similiter honorifice et aquam baptismatis, alia quoque sacramenta. Corporalia et indumenta sacerdotalia et altaris munda, similiter et ipsum solum quoque honeste viventem, non habentem uxorem,

neque vult habere. Caeterum et vitricos ecclesiae feci jurare, quod ut examinati, quod si ipse plebanus esset ebriosus, aut concubinarius, aut iratus, aut contentiosus, aut homicida, aut si aliquando per ipsius negligentiam, aliqui pueri essent sine baptismo mortui, aut sine confessione aliqui decessissent et si alicui sanguinem effudisset. De istis omnibus est immunis.»

König Adamus. Natus 24. Dec. 1758. Trencsinii. Theologiam cum quinto a. in semin. generali Posonii 1784. terminavit. 1785. Tirnaviae morabatur applicationem exspectans. Cooperatorem egit Pestini in inferiori suburbio, nunc ad s. Josephum. 1787. factus capellanus localis in Sárísáp. 8. Mart. 1803. nominatus in curatum eremi Péliföld-Szent-Kereszt, ubi † 1. Dec. 1812.

König Jacobus. Tirnaviensis. Philosophiam et theologiam moralem, qua casista absolvit. Ab 1638. parochus in Kaproncza, ubi Matthias Schlegel 1647. peregit visitationem, qui de parochia refert: «Aetatis 35. sacerdotii 9. totidem residens in parochia hac. Habens praeter synodalem librum, omnes scriptos libros. Rectorem habet haeticum. Admonitus est parochus, ut sibi de catholico scholae magistro provideat.» Nominatur «Keneg» in catalogo cleri jussu Georgii Lippay 1647. confecto. Hinc 1654. transivit ad Janolehota. 1656. particeps erat in processu metali inter Janolehota et Lutilla. Ibi 1657. visitatio peracta per Andream Szily qui de parochia: «Aetatis 45. parochiae 20. Libris praeter Tridentinum sufficienter instructas.»

Könözsy Georgius. Natus 25. Apr. 1797. Theologiam in semin. Mariano 1821. absolvit. 1822. et 1823. in instituto presbyterorum transivit Strigonii. 27. Jun. 1822. ordinatus. Cooperatorem egit in Szélőcze a. uno et in Varbó. 7. Nov. 1827. ibi Samuel Rudnyánszky peregit ADnalem visitationem. † 14. Aug. 1861.

Köntös Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1794. absolvit. Cooperatorem egit in Kis-Tapolcsány. 21. Maji 1804. nominatus parochus in Alsó-Korompa. Eodem a. planum confectum pro exstruenda nova ecclesia. 13. Oct. 1806. pro ea 11,474 fini resoluti. † 14. Mart. 1831.

Köntös Josephus. Natus 17. Oct. 1798. in Pezser in cottu Bars. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 27. Jun. 1822. ordinatus. Cooperatorem egit in Köbölkút, 9. Jul.

1826. constitutus admin. in Rarbach, usque 30. Dec. 1829. Hinc 1830. parochus in Detrekő-Szent-Péter. Ab 1864. VADnus districtus s. Joannensis. 1876. ad capitulum Tirnaviense promotus. Qua benigne nominatus praepositus capituli. † 14. Apr. 1885. Fuit ordinis Francisci Josephi eques.

Köntös Stephanus. Theologiam cum a. quinto in gener. seminario in arce Poson. 1788. terminavit. Cooperatorem egit in Ó-Bars, ab 1794. in Bars-Szent-Benedek, ubi simul conventualis. 4. Nov. 1800. nominatus parochus in Kesztölcz. Obtentata facultate 16. Nov. ejusd. a. benedixit ecclesiam. † 30. Apr. 1812.

Körmendy de Eadem Emericus. Egbellensis. Qua alumnus semin. gener. 1654. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. 1655. inchoavit. 1658. fuit parochus in Kis-Mácséd. 1663. promotus ad parochiam Szered, qua talis eodem a. baccalaureus ss. theologiae graduatus. Hinc parochus Malaczkensis una et canonicus Nitriensis. 28. Apr. 1668. canonicus Strigon. installatus, ast propter famosum libellum amotus, obtinuit parochiam Diószegh. Hinc 23. Jan. 1673. investitus in Egbell, ubi matricam incepit ducere. 20. Jun. ejusd. a. canonicus Posoniensis. Hanc parochiam e mandato Georgii Szelepcsényi resignavit et 1. Jan. 1674. parochiam Bazin gubernandam suscepit. Ecclesia ultima Febr. catholicis resignata. Successorem nactus. 21. Aug. 1674. † Eodem a.

Körmendy Franciscus. 1. Aug. 1696. investitus licentiatu in Kis-Gyarmat, ubi usque 1698. operatus, est.

Körmendy Georgius. Nobilis Egbellensis. E semin. s. Stephani 1668. baccalaureus, 1669. magister philosophiae graduatus. In eodem semin. et theologiae studuit. 1. Maji 1671. investitus parochus in Jabloncza. Hinc 18. Jun. 1673. in Turóc-Szent-Mihály. 1675. successorem nactus.

Körmendy Ignatius. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1707. absolvit. Cooperatorem egit in Kis-Apáthi, ab 1708. in Holics, ab 1812. in Búr-Szent-Miklós, ab 1813. in Broczka, ubi etiam interim administrabat et ab 1814. in Egbell, ab 1815. in Szomolánka. Hinc 6. Nov. 1821. transivit ad Stepanó, ubi † 25. Jan. 1826. ex laesione lateris.

Körmendy Stephanus. Occurrit 1641. parochus in Deáki, qui 14. Maji ejusdem a. actionem movit contra Casparum Csanády.

Kőrössy Sigismundus. Transilvanus. 1647. fuit parochus Szeredini. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. Eodem a. diaetaliter constitutum est, ut Szeredini oratorium erigatur. 26. Nov. 1649. installatus canonicus Strig. † 14. Jul. 1654. in via ex Széplak redeundo.

Körtvélyesi Georgius. Ab 1696. parochus in Márkusfalva. Ibidem 1700. peregit Joannes Sigray visitationem.

Kőszeghy Georgius. Occurrit saeculo XVI. parochus in Egyházgelle.

Kőszeghy Antonius. Mossóczensis. Qua alumnus semin. Mariani 1725. baccal. et 1726. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1627. terminavit. 20. Nov. 1729. investitus parochus in Endrefalva. Hinc 17. Maji 1730. in Csall. Ibidem 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui parochum 30. annor. esse dicit. Inde 27. Febr. 1743. in Neczpál, ubi † 13. Sept. 1744.

Kőszeghy Franciscus. Natus in Perbete. Qua alumnus semin. s. Stephani 1744. baccalaureus 1745. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1749. absolvit. 27. Febr. ejusdem a. missus pro cooperatore ad Udvard. 22. Oct. 1749. investitus parochus in Izsa. Ibidem 1754. Georgius Molnár peregit visitationem, qui parochum 31. annor. esse dicit. 1755. in filiali Hetény oratorium reformatorum evertitur. 1763. nova ecclesia aedificari cepta, quae 1773. consummata: 1765. exmissionem accepit cum vice comite inquirendi respectu querelae Comaromiensium Calvinistarum, quod proles illorum clam ad fidem cath. abducentur, de qua probatum est, esse mendacium † 29. Aug. 1771. Ibidem. Tumultus in crypra suae ecclesiae.

Kőszeghy Joannes. Studiosus Tirnaviensis, postea seminarista ibidem. Inde promotus ad alumnatum Viennae in Bursa Agni, ibique 1611. studia absolvit. Postmodum sacris initiatus, egit parochum in insula Csalóköz, aliquot annis. 23. Febr. 1617. canonicus Strig. Post breve tempus fit ADnus Comaromiensis, 1623. Sasvárensis. Eodem anno m. Dec. praefectus seminarii. Ab 1635. usque 1639. vero parochus Tirnaviensis. Quod munus interdiu jam ab 1617. administravit. Fungebatur etiam munere vicarii generalis. Praepositus s. Eustachii de Chut. Qua talis subscripsit synodo Tirnaviae 1638. celebratae. 17.

Nov. 1637. praepositus major capituli. † 1641. Domum suam Tirnaviae reliquit capitulo.

Kőszeghy Joannes. Fuit 1720. parochus in Kőhidgyarmat. De quo in historia domus notatur: «Ultimis diebus vitae parochi hujus horrendum incendium exortum, quo parochia ipsa, literaria item documenta, parochiam et ecclesiam concernentia, intra paucos horas incinerata sunt. Paulo post ipse parochus, a moerore animi, hanc cum meliori vita 1720. commutavit.» Fuit vir eximius.

Kőszeghy Melchior. Fuit inter primos, qui in universitate Tirnaviensi graduati sunt baccalaurei philosophiae et quidem 1636. qui fuit annus alter ab erecta eadem universitate. Fuit 1647. parochus in Dunaszerdahely cum filiali Karcsa. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto. Idem catalogus illum etiam inter canonicos Posenienses et altaristas recenset. In capitulo usque custodiatum evectus. 12. Apr. 1654. installatus canonicus Strigon. ubi usque 1655. activus erat.

Kőszeghy Stephanus. Fuit 1647. parochus in Nagy-Paka, cum filiali Leél. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc a. confecto.

Kőváry Georgius. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Tirnaviae 1810. absolvit. Cooperatorem egit in Nagy-Kér, ubi m. Aug. 1812. constitutus est admin. quod munus usque 20. Sept. 1815. gessit. Hinc cooperatorem egit in Tardoskedd. 11. Apr. 1817. nominatur parochus in Ekel. Inde 19. Febr. 1820. obtinuit Füzesgyarmat. Exhinc 17. Apr. 1826. Párkány. Hinc vero 17. Apr. 1826. in Udvard. Ibi ab 1833. VADnus districtus ejusdem cognominis. Fuit item complur. cottum prout et sed. praed. de Verebély et Szent-György, item Érseklél et de Füss tab. jud. assessor, nec non conventus s. Benedicti de juxta Grón conventualis. † 24. Jan. 1835. in Udvard.

Kövér Andreas. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posenii 1800. absolvit. Cooperatorem egit in Hédervár, ab 1802. in Szent-Antal et ab 1805. in Negyed. 1806. obtinuit parochiam Kajal, quam 9. Apr. 1847. resignavit et institutum emer. parochorum amplectens morabatur in Hosszufalu, ubi † 22. Dec. 1849. Aetatis 77.

Kövér Antonius. Natus in Érsekújvár. Qua alumnus semin. s. Stephani 1721. baccal. 1722.

magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. cum secundo a. 1724. absolvit. 23. Dec. ejusd. a. ordinatus. 3. Mart. 1725. investitus parochus in Kövesd. 25. Nov. 1727. in Kemencze. Ibidem 1732. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui dicit, quod parochus sit 33. annor. Ibidem operatus est usque 1733.

Kövér Joannes. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo absolvit. 12. Apr. 1679. investitus parochus in Nagy-Paka. Hinc 30. Oct. 1680. in Nyerges-Ujfalu. Inde 26. Aug. 1681. in Ujlak. Exhinc 29. Jan. 1687. in Nagy-Magyar, ubi tantum usque m. Febr. ejusd. a. mansit. 24. Jnn. investitus in Kraszna-Horka-Váralja, ubi usque 1689. operatus est. 8. Maji 1691. reversus est ad Nagy-Magyar. Ibidem 1695. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui parochum quadragesimarium esse dixit. Aedes parochiales erant quidem recenter aedificatae, sed tamen ruinam minantes. Ibidem activus erat usque 1698.

Köves (Kiszlingstein) Colomanus. Natus 15. Oct. 1845. Theologiam Strigonii 1869. absolvit. 25. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Tótmegyer. 1878. int. admin. in Farkasd, quam parochiam eodem a. etiam adeptus est.

Köves (Kiszlingstein) Josephus. Natus in Nagy-Ugrócz. Theologiae in Pázmáneo studuit. 8. Sept. 1862. ordinatus. Cooperatorem egit in Komjáth. 1. Sept. 1869. obtinuit parochiam Nagy-Herestyén. Hinc 1889. transivit ad Kistapolcsány. Est simul notarius et historiographus districtus Szent-Benedekensis.

Kövesdy Stephanus. 23. Mart. 1699. investitus parochus in Derecske. Hinc 20. Sept. 1705. in Várgede. Inde 18. Dec. 1710. Jolsvae, ubi simul munus VADni distr. sup. Gömörensis gessit. Hinc demum 10. Maji in Bást, ubi usque 1720. operatus est.

Kracson Nicolaus. 4. Dec. 1683. investitus parochus in Nadlány, ubi usque 1684. operatus est.

Krajsovics Jacobus. Ex suppresso ordinis s. Benedicti monasterio montis Pannoniae ad ADioecesim cooptatus. 22. Nov. 1789. primus capellanus localis constitutus in Ekecs. Ibi 1802. conscriptio fuit peracta. Hinc, restabilito ordine, ad monasterium redivit.

Kracsun, vel Krazony Josephus. 10. Aug. 1730. investitus parochus in Turócz-Szent-Márton. Hinc 23. Jul. 1737. in Szucsán. Inde eodem

a. abivit. 12. Jan. 1741. in Szent-Benedek, demum 26. Jan. 1747. in Taszár, ubi † 29. Sept. 1748. Aetatis 45.

Kracsun Matthaeus. E semin. gen. 8. Jun. 1691. ordinatus. 12. Maji 1696. investitus parochus in Nagy-Szalatnya. Hinc 11. Maji 1702. in Bábaszék. Inde 26. Nov. 1705. in Valcsa.

Kraft Joannes. Occurrit 1454. et 1455. parochus Posonii ad s. Laurentium et simul canonicus ad s. Martinum. Priori a. percepit fundationem Vilipoldi Gundaker civis et hujus consortis Margarithae, consistentem in una domo Posonii et vinea in Récse, pro qua annue tria sacra in ara ss. Trinitatis celebrare obligantur. (Tud. Ért. 141.) Adhuc a. sequenti nominatur. (Rimely, Cap. Poson. 257.)

Krajsics Thomas. 12. Febr. 1759. missus pro cooperatore ad Stomfam. 15. Febr. 1760. ad Levard. 26. Nov. 1762. investitus parochus in Gajdel. Hinc 25. Mart. 1773. transivit Handloviam, ubi † 17. Jan. 1774.

Krajsirovics Franciscus. Natus 9. Oct. 1755. in Szent-János in cottu Poson. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. Posonii 1785. terminavit. Cooperatorem egit in Ó-Tura. 1790. obtinuit parochiam in Hrachovistye, hinc 1797. transivit ad Búr-Szent-György, ubi † 25. Jan. 1825.

Krajsirovics Joannes. Natus in Szent-János in cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Stephani 1694. baccal. et 1695. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit et 9. Jun. 1697. ordinatus. 20. Nov. ejusd. a. investitus parochus in Bohunicz. Hinc 11. Apr. 1705. nominatus in Búr-Szent-György, ubi diutius munus VADni gessit. In conscriptione 1727. facta, jam qua emeritus notatur. 1731. peracta fuit ibidem visitatio. † 10. Apr. 1737.

Krajsovics Joannes. Fuit presbyter dioecesis Vaciensis et erga interpositionem exclmi camerae praesidis Antonii com. Grassalkovics ad ADioecesim receptus. 13. Jan. 1771. investitus parochus in Vichnye. Hinc per cambium cum Ignatio Ganczer 2. Maji 1773. in Hodrus-Bánya. Ibidem 1774. conscriptio fuit peracta. Mense Sept. ejusdem a. contra illum querelae motae. 1778. valedixit parochiae et ADioecesi, transiens ad Neosoliensem.

Krajsovics Martinus. 14. Nov. 1753. investitus parochus in Dobsina, 1755. circa aedes parochiales et oratorium dispositiones factae, dum

e domo communitatis, in qua eousque fuit, excedere debuit. Idcirco 1756. per oppidanos parochus lignea domus assignata. 1766. conscriptio peracta. Hinc 1. Oct. 1775. in Sűvete, cum qua parochia incorporatus est neo-erectae dioecesi. Rosnaviensi.

Krajner Antonius. Natus 17. Jan. 1801. Habuit patrem celeberrimum philosophiae professorem Quinque-Ecclesiis, qui et nobilitate et post 44. magisterii annos numismate majori aureo decoratus fuit. Theologiam in Pázmáneó 1824. terminavit. E studio biblico et lingvis orient. rigorosum subivit. 1825. in presbyterio Strigonii transiit. 30. Mart. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Maros a. 2. m. 5. et Budae ad Assumtam a. 3. Hinc 24. Nov. 1830. nominatus parochus in Visegrád. Inde 30. Oct. 1844. in Nagy-Maros. Per cambium cum Josepho Reither 6. Sept. 1850. optinuit parochiam Budae in arce ad Assumtam, ubi abbatia s. Benedicti de Szkalka condecoratus. 16. Jan. 1864. resignavit suum beneficium. † 26. Jul. ejusd. a.

Krajnyák Joannes. 29. Apr. 1752. missus pro cooperatore Scepusium. Subin parochus in Smizsán, ubi † 4. Jul. 1770.

Krajuszky, vel Krajovszky Benedictus. 4. Mart. 1680. investitus parochus in Turdossin, ubi usque 1689. operatus est.

Kralicz Michael. Occurrit 1663. parochus in Pudmericz, qua talis eodem a. baccalaureus theologiae in universitate Tirnaviae graduatus. Successorem 1672. nactus.

Kralik Georgius. Chinoranensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1656. baccalaureus, 1657. magister philosophiae. Theologiae in eodem semin. studuit et 16. Mart. 1657. ordinatus est. 25. Oct. 1684. investitus parochus in Alsó-Diós.

Kralik Josephus. Natus 23. Mart. 1802. in Szobotist. Philosophiae Tirnaviae, theologiae Vienne studuit. 13. Mart. 1826. ordinatus. Cooperatorem egit in Misérd a. 3. ibidem admin. m. 5. Hinc coop. in Szent-Mihálfa m. 6. in Valle Mariae m. 6. in Bazin a. 8. Dein educator herulorum Valentini com. Eszterházy a. 5. Subin apud Nicolaum com. Pálffy a. 1. m. 6. nam ad Italiam redire recusabat. Dein coop. Bazinii. 1841. obtinuit parochiam in Grinád. Hinc 22. Maji 1857. nominatus in Nagysenquitz, ubi simul s. sedis Tirnaviensis assessor. † 16. Dec. 1882.

Kralik Mathias. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. Budae 1782. terminavit. 3. Jun. 1784. constitutus admin. 1. Dec. 1785. vero parochus in Barth. Sub illo erecta est domus parochialis e duris materialibus, ubi † 20. Dec. 1801.

Kralinovic Mathias. 20. Aug. 1700. investitus parochus in Turócz-Szent-Ilona. Sub turbis Rákóczianis exturbatus et pastor intrusus. Hinc 24. Apr. 1701. investitus in Nyerges-Ujfalu, cum Tát, Mogyorós et Bajóth. Ibi eodem a. Franciscus Jezerniczky peregit visitationem, qui parochum 24. annor. esse dicit. Hinc 23. Maji 1709. transiit ad Nagy-Senquicz, ubi usque 1711. operatus est. 1. Jan. 1712. investitus in Ujlak, ubi eodem a. desinit operari.

Kramarics Tobias. 22. Sept. 1680. investitus parochus in Fenyő-Kosztolány, ubi usque 1685. activus erat.

Krammer, rectius Krommer Franciscus. Natus 3. Dec. 1748. in Gajar. E semin. s. Stephani 1770. magister philosophiae. Subin hujus studii doctor graduatus. Theologiam cum quinto a. in Pázmáneó terminavit et etiam ss. theologiae doctor proclamatus. Cooperatorem egit Budae in Ujlak. Ab 1776. vice-rector Pázmánei. Hinc ab 1777. docuit hist. eccl. Jaurini, ab 1781. theologiam dogmaticam Budae in semin. gener. quocum 1784. Ponium transmigravit. In praemium literariorum meritorum in capitulum Poseniense cooptatus ac 10. Jan. 1795. installatus. Ab 1796. parochus ibidem ad s. Martinum, simul praepositus s. Sapientiae de Titel. In capitulo usque lectoratum promotus, transiit ad capitulum Strig. ubi 31. Dec. 1802. installatus. Ab eodem a. rector Pázmánei. 1806. prodirector lycei Tirnaviensis. 11. Jan. 1808. ADnus Nitr. 4. Dec. 1817. praepositus s. Stephani, 4. Aug. 1818. s. Georgii. † 23. Oct. ejusd. a. Sepultus infra capellam thaumaturgae B. M. V. Ultimus mortuus e capitulo in incolatu Tirnaviensi. Edidit celebre opus: De fide sola salvifica. Foundationes fecit pro curionibus et xenodochiis in bonis capituli Strig. (Zeliger, Eszt. Várm. Irók, 104.)

Kramolits Franciscus. Bicsensis e cottu Trencsén. 1754. susceptus ad alumnatum Budensem Széchényianum. 10. Febr. 1756. ordinatus. 22. Mart. 1756. missus pro cooperatore ad Udvarnok, 29. Apr. 1757. ad Csejthe 18. Nov. 1757. investitus parochus in Alsó-Récsény. Hinc 20. Aug. 1762. in Nagy-Jác, ubi 2. Jun. 1780. visi-

tatio Batthyanyiana fuit peracta, in qua parochus Moravus esse dicitur. 1783. parochiam expensis 660 flnos erexit. 8. Nov. 1788. intimatum prodiit de erectione ecclesiae. † 23. Dec. 1791. Ibidem. Aetatis 63.

Krakovitz Georgius. 21. Aug. 1692. investitus licentiatu in Rap et Terbeléd.

Kranz Aloysius. Natus 13. Oct. 1788. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 11. Aug. 1811. ordinatus est. Cooperatorem egit Schemniczii, a 4. in Pjerg-Szélakna uno prope a. Mense Aug. 1815. ibidem parochus factus. 1827. transivit Schemniczium, ibi una munus VADni gessit. 1830. praepositus B. M. V. ecclesiae novae ante castrum Budense. 8. Jul. 1850. promotus ad capitulum Strig. 7. Febr. 1860. ADnus Comarom. † 21. Oct. ejusdem a.

Krascenics de Töbör-Éthe Mathias, Ignatius. Theologiam cum quarto a. in semin. Budensi 1780. absolvit. 1781. levita fuit in semin. s. Stephani. Cooperatorem egit in Lévard, ab 1782. in Vág-Ujhely. 30. Jul. 1787. investitus in neorectam parochiam in Imely. Hinc 22. Jul. 1789. in Kurtakesz, ubi † 6. Sept. 1804.

Krasznyeoz Josephus. De Draskócz ex cottu Turócz. 5. Nov. 1743. ex seminario s. Emerici ad alumnatum Budensem Széchényianum missus. 17. Dec. 1747. ordinatus. 20. Jul. 1748. investitus parochus in Moravánka. Hinc 1. Jul. 1750. in Baczúr. Inde 18. Mart. 1751. in Nagy-Herestyén. Demum 14. Jun. 1757. in Garam-Ujfalu, ubi ecclesiam per antecessorem aedificari ceptam ex elemosyna continuavit. Quam crypta ex propriis sumptibus providit, in qua primus sepultus.

Krasznitzky Ignatius. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1823. terminavit. 1824. et 1825. in presbyterio transegit Strigonii. Cooperatorem egit in Cztény, ab 1828. in Nyék, ab 1833. in Garam-Szent-Benedek, ubi simul conventus de juxta Grón conventualis. 12. Oct. 1837. nominatus parochus in Szob. Illuc jam phtysi pulmonum laborans advenit. 1838. per exundationem Danubii ex aedibus parochiae exturbatus, in cellario alicujus coloni refugium petiit, hinc Maria-Nostram transmigravit, ubi † 16. Apr. ejusdem a.

Krasztyek Joannes. 13. Maji 1698. investitus parochus in Koross, ubi usque 1700. operatus est.

Kratochvil Franciscus. Natus 6. Nov. 1839. Vetero-Budae. Theologiam Strigonii absolvit. 25. Jul. 1858. ordinatus. Cooperatorem egit in Nyerges-Ujfalu, Vetero- et Neo-Budae, demum ad s. Annam. Hinc m. Mart. 1868. nominatus parochus in Kis-Oroszi. Inde 10. Nov. 1874. transivit ad Visegrád. Exhinc 15. Sept. 1879. investitus in Szent-Endre.

Kratochvila Ignatius. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Tirnaviae 1810. absolvit. Cooperatorem egit Szakolczae, ab 1815. in Thaszár, ab 1819. in Kis-Apáthi. 1820. constitutus admin. in Nagy-Fajkürth, ubi 30. Oct. ejusd. a. parochus nominatus. Hinc 17. Jul. 1823. in Néved, ubi † 7. Oct. 1831.

Kratochvila Mathias. Trencsiniensis. 1754. susceptus in alumn. Budensem Széchényianum. 27. Febr. 1756. factus est capellanus aulicus apud dominam Szörényianam in cottu Nitr. in Szöllös. Hinc 30. Jul. ejusd. a. missus est pro cooperatore ad Nagy-Kosztolán. 10. Maji 1757. investitus parochus in Bohunicz. 1762. Christophorus Erdödy sacellum in filiali Pogyerócz erexit. † 3. Dec. 1763. Ibidem. Testamentum ejus praesto est.

Kratochvila Michael. Natus 22. Febr. 1753. in Gyermely, tunc filia ad Bajna, in cottu Strig. Parentibus Joanne coturnario et Juditha Kelepecz. Philosophiam Budae, theologiam cum quarto a. in semin. gen. Tirnaviae 1778. absolvit. Jam 1777. presbyter ordinatus. 1778. defendit universam theologiam. In semin. gen. Budensi theologiae repetens. 1780. studiorum praefectus ibidem. 1782. ss. theologiae doctor graduatus. Eodem a. vicepraefectus (vice-rector) constitutus, ac professor extraordinarius denominatus. 1784. transivit cum semin. ad arcem Poseniensem. Ibidem professor theologiae pastoralis latinae, ubi et munus decani gessit. 12. Dec. 1786. nominatus parochus in Nagy-Ölved. Mense Nov. 1787. filialis Farnad a matre avulsa, proprium accepit capellanum localem. Ab 1809. munere VADni districtus Strig. cist. Danubiani condecoratus. 20. Sept. 1817. installatus canon. Strig. una rector utriusque semin. Tirnaviensis. 15. Sept. 1823. ADnus Nitriensis. A rectoratu dispensatus Strigonium venit et in conventu Franciscanorum habitavit. Fuit etiam abbas s. Hipolyti de monte Zobor. † 15. Aug. 1829. Sepultus in nova crypta basilicae. Fecit complures fundationes in loco natali, in Ölved, Modrae et Farnad. (Magy. Sion. 1865. 506.)

Kratoquila Stephanus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1781. absolvit. Cooperatorem egit in Garam-Szent-Benedek, ubi etiam conventualis. Mense Majo 1786. accepit parochiam in Zsemlér. Hinc 1788. in Modor, ubi ab 1803. VADnus districtus Bazin. 1821. ad canonicatum Poseniensem promotus ubi simul abbas s. Pantaleonis in insula Ráczekeve. Usque cantoratum promotus. † 18. Dec. 1842. aetatis 84.

Kratzer Ignatius. Ab 1735. parochus in Mül-
lenbach, hinc 1773. transivit ad Durand, inde 1775. in Lőcse, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Kraupa Vincentius. Natus 3. Apr. 1790. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1812. absolvit. 4. Dec. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Holics. 1818. obtinuit parochiam Egbell. Hinc 1844. transivit ad Holics, ubi una VADnus districtus Sasvár. 1852. dignitate praepositi de Majk decoratus. † 24. Dec. 1854.

Krausz Joannes. Theologiam cum secundo a. in semin. gener. 1772. terminavit et 27. Febr. ejusd. a. missus cooperatore ad Bajmócz. 25. Mart. 1773. investitus parochus in Gaidel, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Krausz Joannes, Josephus, Ignatius. 3. Jun. 1737. investitus parochus in Detrekő-Szent-Miklós, ubi † 22. Dec. 1738.

Krausz Michael. Cremniczensis. E semin. s. Stephani 1744. baccal. 1745. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1748. terminavit. 24. Nov. ejusd. a. missus pro cooperatore ad N.-Czétény. Eodem a. brevi tempore parochus in Szkleno. Hinc 3. Jun. iterum cooperatore in Misérd. 5. Jul. 1750. investitus parochus in Kaproncza, ubi † 8. Apr. 1769. Testamentum praesto est.

Krausz Tobias. 11. Apr. 1674. investitus parochus in Grinád. Hinc 1677. accepit Zsdány. Inde 25. Jan. 1681. in Prochot. Hinc 4. Jun. ejusdem a. in Janolehota, ubi usque 1689. operatus est.

Krausz Willibaldus. 4. Jun. 1665. investitus parochus in Német-Próna, ubi usque 1668. operatus est.

Krehnyák Adalbertus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1801. terminavit. Cooperatorem egit Stomfae et ab 1806. in Gajar, 30. Jan. 1812. nominatus parochus in Almás. Qui in matrica descripsit peculiarem eventum. Dum

parochus dominica prima Adventus 1814. coram numerosis fidelibus catechesim inchoando ante aram flectens orasset, statua lignea s. Georgii equo insidens, cum ferrea pertica ingenti fragore ruit, parochum in capitis parte dextera ita percussit, ut ille sanguine perfusus, corruerit. Populus perterritus, putans totam ecclesiam corruere, ingenti confusione fugam arripuit, ast egredientes per gradus unus super alterum cadentes, ad cumulum coaluerunt. Plures ita conculcati, ut tantum diutiori tempore resanari potuerint. Aliquae foeminae abortum passae. Ne igitur tale periculum iteretur, parochus feliciter resanatus, reliquas statuas ex ara deponere iussit. † 13. Jul. 1837. Ibidem.

Krehnyák Jacobus. Theologus speculativus e Pázmáneo. 23. Maji 1740. investitus parochus in Ottóvölgy, ubi 15. Maji 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parocho notavit: «Annor. 43. diligens exemplaris.» Hinc 1. Jun. ejusd. a. transivit ad Pudmericz, ubi † 7. Jan. 1772.

Krehnyák Leonardus. Natus 16. Jan. 1819. in Ottóvölgy. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Jul. 1842. ordinatus est. Cooperatorem egit Szakolczae, ab 1844. Podolae. 11. Jan. 1851. factus administrator in Kis-Vendég, unde 9. Sept. 1853. nominatus parochus in Dejtha. E notario districtus Jókőnsi 1876. surr. VADnus. Eodem a. insigni ordine Francisci Josephi I. Imp. eques condecoratus. 1879. ordin. VADnus effectus.

Krehó de Trubin et Szulina Paulus. Trubinensis ex cottu Bars. 8. Nov. 1736. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum, ubi aliquis ex coalumnis de ipso hoc fecit distychon:

«Vivat et eniteat, clarescat Paulus in orbe

Kreho, quem felix protulit ora Trubin.»

Theologiam cum cursu morali ibidem absolvit. 30. Mart. 1740. investitus parochus in Felső-Sipék. Hinc 16. Dec. ejusd. a. investitus in Vizsoka. 8. Jul. 1746. in Rosindol, ubi 1755. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parocho dicit, quod sit 41. annor. Domum habet ruinae proximam. Extruxit statuam lapideam s. Joannis Nep. Hinc 20. Sept. 1760. in Jasztrab, ubi usque 1766. operatus est. Aggregatus seminario deficientium, † 26. Mart. 1767. Tirnaviae.

Krehovics Michael. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1819. absolvit. Cooperatorem egit in Nagy-Szelezsény, ubi ab 1821. in spir. et temp.

admin. A m. Jan. 1723. admin. in Szkiczó usque m. Apr. ejusd. a., hinc cooperatore Budae ad s. Annam. Ab 1824. vero Vetero-Budae. Hinc 16. Jul. 1834. investitus parochus in Kis-Oroszi, ubi † 9. Aug. 1835.

Kremaresik Valentinus. Krompachensis. Fuit alumnus semin. Budensis Szécsényiani. 29. Oct. 1749. ordinatus. 27. Aug. 1752. missus pro cooperatore ad Lócse. Subin Mátyásfalvae. Circa 1765. parochus factus in Kaczvink, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Kresmáry Andreas. Theologiam cum quinto a. in semin. Budensi 1780. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Salló. Ab 1783. actuarius fuit officii vicariialis metr. s. sedis Strig. 28. Maji 1784. obtinuit parochiam in Alsó-Ludány, 25. Jan. 1786. contra illum ob suspectam conversationem inquisitio mota. 1791. repositus inter sacerdotes defectuosos. 1797. missus pro cooperatore ad Vadkert. 21. Aug. 1799. investitus capellanus localis in Alsó-Badin, ubi † 22. Dec. 1799.

Kresmáry Ignatius. Nobilis Schemnicziensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1766. defendit universam philosophiam. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. 1769. terminavit et 20. Jul. ejusd. a. baccalaureus ss. theologiae graduatús est. In eodem semin. per tres menses praefectum studiorum supplavit. 2. Aug. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Szekszard. Hinc 8. Jan. 1771. Cremniczium, ab 1772. Posonii ad s. Martinum. 22. Jun. 1773. investitus parochus in Misérd. Sub illo 1790. ecclesia nova in filiali Dénesd, sumtibus Archi-Abbatis montis Pannoniae exstructa et eodem tempore etiam in filiali Csölle expensis AEppi Strig. ecclesia aedificata. † 5. Sept. 1818. Aetatis 74. Posonii apud Misericordianos.

Kresmáry Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1821. absolvit. Annum 1822. in instituto presbyterorum Strig. transegit. Hinc missus pro praefecto herul. Stephani Skulteti in Bucsán. Ab 1825. cooperatorem egit in Aranyos-Maróth. 14. Oct. 1827. admin. factus in Szkiczó, ubi usque m. Apr. 1828. occupatus fuit. Subin cooperatore in Holics. † 26. Sept. 1830. ibidem.

Krebsz Andreas. Natus 13. Jul. 1787. Theologiam in semin. AEppali Tirnaviensi absolvit. 1. Sept. 1810. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vindschacht, ab 1812. in Drégely-Palánk. 2. Apr. 1814. nominatus parochus in Kormoss. Hinc 20. Aug. 1826. transivit ad Prencsfalu, ubi † 7. Jan. 1856. Fecit plures fundationes.

Krebsz Georgius. 24. Sept. 1756. missus pro cooperatore ad Gajar. 4. Mart. 1758. investitus parochus in Almás. Hinc 24. Jul. 1772. in Malaczka, ubi † 14. Oct. ejusdem a.

Kreisling, vel Crysling Joannes. Occurrit 1525. plebanus Budensis, qui eodem a. cum Conrado Cordato Budae doctrinam Lutheri proposuit, ast agente legato papali cardinale Compeggio per primatem Szalkai incaptivatus ac Strigonium missus, ut iudicio ecclesiastico subjiceretur. Verum intercedentibus civitatibus montanis eliberatus (Uj Magy. Sion 1878. 292.) Hinc ad regiones montanas transiens, ibidem sparsit placita Lutheri, sed per AEppum Paulum Várday citatus et interceptus, ast plures cives Cremnicienses se apud AEppum interposuerunt, ad quorum preces, et ut antumare licet, retractando doctrinam suam dimissus. Nihilominus haeresi in dies magis serpenti favens, per AEppum, Franciscus de Keresztur et doctor Andreas praepositus de Ságth 1533. exmissi pro institutione canonicae visitationis. Tum Tirnaviam citatus. Civitas parochum suum omni sub praetextu defendere nitebatur, illum non permittens Tirnaviam iter suscipere, cum via sit onerosa, atque ubique locorum latronibus et ferarum aggressionibus periculosa. Nec defuere Ferdinandi I. mandata, quibus 1533. civitati injunctum: «ut plebanum suum qua haeresiarcham et sectam Lutheranam in gremio plantantem illico captum ad Archieppum transmittant.» Quae AEppus 1534. reiterare debuit, quin effectum habuissent, ob ibidem exortos tumultus. (Schem. hist. Neosol. 1876. 307.)

Kretzer Leonardus. 1513. occurrit parochus s. Laurentii Posonii, simul canonicus ad s. Martinum ibidem. (Rimely, Capitulum Poson. 261.)

Krell Michael. Fuit Societati Jesu adscriptus. Baccalaureus et philosophiae et theologiae. Cassatio illum Alba-Regali invenit, qua professorem princ. et parv. Ad ADioecesim receptus praefectum egit in convictu s. Adalberti, ab 1778. vero cooperatorem in Börzsöny. 9. Sept. ejusd. a. admin. 28. autem nominatus parochus in Csolnok, ubi omnem conatum adhibuit decorem domus Dei promovendi. 16. Febr. 1788. contra Dághienses conquestus, quia illi praetenderunt, ut illis omni die dominico et festo cooperatorem pro divinis propria occasione mitteret. † 20. Mart. 1811. Fuit etiam proto-notarius ap.

Kremenith Georgius. Occurrit 1559. paro-

chus in Szent-Kereszt, de quo visitator Joannes Derecskey eodem a. sic notavit: «Vicegerens, ordinatus Krakoviae, uxorem habet et filios quatuor. Ecclesiae (matris et filiarum) bene reguntur ab eo.» Nominatur etiam in actis oppidi. (Fasc. 209.)

Kremlicska, vel Kremnicska Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1800. absolvit. Cooperatorem egit in Kemencze, a m. Nov. 1801. Strig. in AEppali citte, ubi ab 8. Mart. 1803. admin. 2. Dec. ejusd. a. nominatus parochus ibidem. Ab 1819. VADnus districtus Strig. trans-Danubiani. 14. Oct. 1820. parochus in Érsekujvár, una in distr. ejusdem nominis VADnus. 1836. canonicus Posoniensis. Ab 1837. ibidem parochus. In capitulo usque custodiatum promotus. Una Abbas B. M. V. Belli-Fontis de valle Vuta, vel Unta. † 11. Apr. 1849. Aetatis 73.

Kremnicska, vel Kremlicska Thomas. Natus 6. Jun. 1794. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1817. terminavit. 22. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Buda-Eörs, ab 1820. in Nyék, ab 1821. in Kemencze. Mense Jul. 1826. accepit parochiam in Bajta. Hinc 1832. applicationem accepit qua vice-rector in semin. s. Stephani. 19. Apr. 1852. promotus ad capitulum Posoniense, 1859. praepositus s. Antonii de Dravetz. † 16. Jan. 1860.

Kremnicskay Michael. De Ó-Kremnicska. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1676. baccalaureus, 1677. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. cursu speculativo in Pázmáneó absolvit. 5. Apr. 1681. ad titulum Stephani com. Zichy sen. ordinatus. 24. Aug. 1690. investitus parochus in Mosócz, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochio: «Annor. 45. Parochiam de novo aedificavit et ampliavit. De quo in hist. domestica, item in matrica bap. notatum habetur, quod illum 1705. sub tumultu Rákóczyanorum quidam juvenis lutheranus, nomine Glosz, occidit et inhumatum reliquit, per supervenientem militem caesareum tumulo illatus. 9. Febr. 1707. fuit quidam Michael Kremnicskay, investitus parochus Trubinensis, qui usque 1710. operatus est.

Kren Martinus Csasztensis. Qua alumnus semin. Mariani 1718. baccal. 1719. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1721. terminavit. Subin parochus factus in Fridman in Scepusio, ubi † 10. Mart. 1751.

Krentzer Martinus, Fuit ab 1643. usque 1644. parochus in Handlovia. Ibidem illud infortunium habuit, quod illum milites Rákóczyani in dexterum pedem mutilarunt. Ab 1645. in Nagy-Lovcsa, ubi 1647. Matthaeus Schlegel peregit visitationem, qui de parochio, quod sit Moravus, Brunensis, laicus casista, aetatis 38, sacerdotii 12.

Kreskay Paulus. Theologiam cum quarto a. in semin. gen. in arce Posoniensi 1790. absolvit. 1791. accomodationem exspectavit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Sasvár. Hinc 1803. capellanus localis in Kuti. 1804. parochus in Búr-Szent-Miklós, ubi † 1. Maji 1806.

Kreskovics Casparus, vide **Kneskovics.**

Kreysel, etiam Kreyselius, aut Kreuschin Petrus. Dicitur de Luzernia, vel Leugovia (Leutschovia) Fuit 1445. altaria ad s. Catharinam Schemnicii. (Bél, Mem. Hung. Novae IV. 631.) Saec. XV. occurrit «Peter Creüsche Pfarrer» (Ibidem 622.) In actis parochiae nominatur 1459. In aliis actiis occurrit 5. Sept. 1464. ac 1. Maji 1468. et dicitur plebanus ecclesiae B. M. V. de Sebniczia, seu Schembniczia. (Magy. Sion. 1868. 208. et 281.)

Kriegler Josephus. Natus 17. Nov. 1825. Pestini. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Vienne absolvit. 12. Nov. 1848. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Maros m. 2. inde Budam ad s. Annam est missus. 1850. transivit Pestinum ad Assumt. 1852. professor doctrinae religionis penes gymnasium Budense. 1854. director scholarum elementarium Budensium. Dignitate abbatiali s. Andreae prope Visegrád condecoratus. 1. Jun. 1870. nominatus parochus in Tardoskedd, eodem adhuc a. factus VADnus districtus Érsekujvár. † 16. Jul. 1876. Apoplectico ictu extinctus, dum ex ambone ad populum concionem diceret.

Krigovszky de Magyarbél Henricus. Natus 19. Febr. 1833. in Pusztá-Födémés. Theologiam Strigonii absolvit. 26. Mart. 1859. ordinatus. Cooperatorem egit in Drégely-Palánk, qua talis binis vicibus administravit parochiam Hrussó et quidem a 27. Jul. usque 19. Oct. 1863. et a 25. Jan. usque 6. Maji 1865. Mense Nov. ejusd. a. nominatus est parochus in Ipolyszécsényke. Hinc 1. Maji 1874. transivit ad Rimócz.

Krigovszky Rudolphus. Natus 18. Apr. 1805. Theologiam in semin. Mariano 1827. terminavit. 1828. in instituto presbyterorum transegit Stri-

gonii. 12. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorum egit in Nagy-Magyar, ab 1831. in Sasvár, ubi simul sed. praeb. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor fuit. 1843. obtinuit parochiam Szomolánka. 8. Jun. 1845. nominatus in Nagy-Kovaló. Hinc m. Mart. 1848. in Radossócz. Ab 1859. VADnus districtus Sasvárensis, ubi 1863. stationem cooperatoris stabilivit. † 8. Jul. 1864. ibidem.

Krismonics Nicolaus. Ex aliquo cassato ordine ad ADioecesim susceptus, 1792. factus capellanus localis in Úny, ubi † 28. Dec. 1805.

Krispini Stephanus, vide **Crispini.**

Kristoffy Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. gen. in arce Poson. 1791. absolvit. 1792. accomodationem Tirnaviae exspectavit. Cooperatorum egit in Pudmericz et ab 1795. in Sopronya. 1. Jun. 1799. nominatus capellanus localis in Alsó-Jattó, ubi † 3. Apr. 1811.

Kristoffy Martinus. Theologiam cum secundo a. in semin. Mariano 1716. absolvit. 20. Apr. ejusdem a. accepit capellaniam in Turdosin, ibidem 3. Apr. 1719. parochus investitus 1721. Emericus com. Zichy inquisitionem contra a catholicos peregit. Hinc 3. Maji 1729. in Németh-Lipce, ubi 1732. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem. † 16. Maji 1743. ibidem.

Kriváncsik Andreas. Jasseniczensis ex cottu Árva. 12. Mart. 1725. assumtus in alumnatum Budensem Széchényianum. 29. Mart. 1727. ordinatus. 12. Nov. ejusd. a. expeditus pro cura animarum. 2. Dec. 1744. investitus parochus in Nagy-Röcze, ubi † 2. Dec. 1744.

Krivánszky Daniel. Váraljensis. E semin. s. Stephani 1722. baccalaureus, 1723. magister philosophiae. Subin parochus in Zsákócz in Scepusio, ubi † m. Oct. 1744.

Krizsák Josephus. Natus 26. Febr. 1811. in Füss in cottu Bars. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 30. Sept. 1835. ordinatus. Cooperatorum egit in Füss a. uno, dein administravit parochiam Nagy-Lóth m. 6. Postea iterum cooperator et quidem in Pobedim a. uno, m. 6. in Koros a. uno, m. 9. in Unin a. 3. Demum in Sasvár. Hinc admin. in Oszuszkó. Mense Dec. 1855. parochus factus in Csári. Inde 1. Maji obtinuit parochiam Unin, quam 1. Jul. 1886. resignavit et pro quiete Posonium recessit.

Krizsán Adamus. 29. Apr. 1752. missus pro capellano speciali ad D. Etre. 9. Jun. 1753. vero

simul pro praefecto herul. ad Izsa. 3. Apr. 1755. investitus parochus in Alsó-Merasitz. Hinc 23. Mart. 1757. investitus in Pöstyén. Mense Maji 1759. capella in termis erecta et per VADnum Paulum Maczunda benedicta. † 30. Dec. 1765. ibidem.

Krizsán Mathias. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1801. terminavit. Cooperatorum egit in Nagy-Surány. Hinc 1802. Selmezbányae. 10. Jul. 1806. nominatus parochus in Tóth-Megyer. 9. Sept. 1811. Adalbertus Tarkó visitationem peregit. † 2. Maji 1844. ibidem.

Krizsán Paulus. Theologiam cum a. tertio in Pázmáneo 1768. absolvit. 27. Dec. 1769. missus pro cooperatore Posonium ad Virágvölgy. Inde 22. Dec. 1772. investitus parochus in Szent-István. Hinc «quia in gleba dura prognatus — refert historia parochiae — molibus arenis asveferi non potuit, quas nonnisi a. uno et m. undecim calcabat et quia illas steriles esse vidit.» 13. Dec. 1774. investitus Konyhae. 22. Oct. 1778. contra illum Carolus Pálffy conquestus. Cum parochus cooperatorum intertenere non valuerit, illi a 1. Maji 1790. in officio triscesinae 150 f. assignati, cui et domicilium aedificatum. † 14. Maji 1799. Aetatis 56. Ibidem.

Krizsanóczy Joannes. Theologiam cum secundo a. terminavit. 12. Apr. 1701. investitus parochus in utraque Zsdány cum filiabus Trnavka et Bukovina. Interim ab 1703. usque 1704. et Nagy-Lovcsa. Hinc Felső- vel Nagy-Apáthi administravit, ubi sub eo renovatio ecclesiae est perfecta. 6. Dec. 1709. investitus in Szklenó-Fürdő, retento et Apáthi. 1713. in ambabus parochiis Joannes Bublovics peregit visitationem, qui parochum annor. 38. esse dicit. Hinc 22. Oct. 1723. in Báth, quam nec ingressus, jam 22. Nov. ejusd. a. investitus in Némethi in cottu Hont, ubi usque 1727. operatus est.

Kriszlinger Franciscus, vide **Grizszlinger.**

Krman, vel **Hermann Georgius.** 4. Nov. 1723. investitus parochus in Zavar, ubi usque 1726. activus erat.

Krman Paulus. Bohuniczensis ex cottu Nitr. 1743. suscept. in alumnatum Budensem Széchényianum pro theologia morali. 17. Apr. 1745. ordinatus. 30. Mart. 1746. missus ad Scepusium. Subin parochus in Tótfalu. Quo resignato vixit Késmárkini, ubi † 8. Nov. 1788.

Krnacs Joannes. Detvensis. 1706. qua primi a. theologus in semin. s. Adalberti extraordina-

rie magister philosophiae proclamatus. 3. Jun. 1709. investitus parochus in Csejkő. Hinc 6. Dec. ejusd. a. in Hajnik. Inde 13. Febr. 1710. in Nagy-Lovcsa et Zsdány, ubi usque 1716. activus erat.

Krnecsek Adamus. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. 1766. absolvit. Cooperatorem egit in Oszlány. 10. Jan. 1767. investitus parochus in Koos. Hinc 10. Dec. 1771. in Chrenócz, cum qua parochia incorporatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Krnecsek Andreas. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1772. absolvit. Cooperatorem egit in Lakács. Hinc 1773. obtinuit parochiam Csataj. 1790. excl. cons. r. l. indulget aedificationem ecclesiae in filiali Német-Gurab. 1795. factus VADnus districtus Szempcziensis sup. 1799. circa regulationem proventuum parochi se fatigat. † 6. Nov. 1814. ibidem.

Krnecsek, vel Krucsek Mathias. Natus in Kremnicska in cottu Bars. E semin. s. Stephani 1700. baccalaureus, 1701. magister philosophiae proclamatus. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1703. terminavit. 22. Mart. 1704. ordinatus est. 1. Maji ejusd. a. investitus parochus in Nagy-Lovcsa, ubi 3. Jun. 1709. successorem nactus.

Kroboth Joannes. Occurrit 1559. parochus in Trwbin (Trubin.) De quo Joannes Derecskey in visitatione eodem a. peracta notavit: «Ordinatus Viennae per Nauseam. Uxorem habet et duos filios ac unam filiam.»

Krocay, vel Gróza Paulus. 1668. ad Pazmaneam susceptus, ubi philosophiam 1670. terminavit. 6. Mart. 1695. investitus parochus in Ardánocz. Ibi 1700. Josephus Pongrácz peregit visitationem. Ibidem usque m. Apr. 1701. operatus est.

Krokovics Mathias, Paulus. 27. Jul. 1737. investitus parochus in Pritrsd, nunc Oszuszkó. Hinc 5. Dec. 1738. in Rohó, ubi † 30. Sept. 1783.

Krómy Franciscus. Natus 4. Oct. 1830. Tirnaviae. Philosophiam ibidem, theologiam Strigonii absolvit. 9. Oct. 1853. ordinatus est. Cooperatorem egit in Bakabánya, ab 1854. in Misérd et ab 1855. in Úrmény. Mense Majo 1859. factus parochus in Dévény. Post septem mensium morbum † 21. Jul. 1870. sepultus in coemeterio. Fuit vir singularis aptitudinis et morum.

Kronner Jacobus. E semin. s. Stephani 23.

Mart. 1762. missus pro cooperatore ad Öved. 20. Mart. 1763. factus admin. in Baromlak. 7. Aug. 1764. investitus parochus in Veszele. Hinc 3. Jul. 1769. in Paraszt-Dubova. Inde 14. Jan. 1770. in Namesztó, quacum incorporatus dioecesi neo-erectae Scepusiensi. Subin transivit ad dioecesim Neosoliensem, inde 1789. redux ad ADioecesim et 22. Maji ejusd. a. factus admin. in Felső-Attrak, ubi usque 1794. operatus, tunc extra officium constitutus. Ab 1796. cooperator int. Szeredini. Ab 1797. iterum absque officio. Demum quo devenerit, ignoratur.

Kronner Joannes. 6. Apr. 1757. missus pro cooperatore ad Velicsna. 25. Oct. 1758. investitus parochus in Oszada. Hinc 16. Jul. 1760. in Kvacván. Inde vero 16. Dec. 1761. in Alsó-Kubin, cum qua parochia incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Kropacsek Urbanus, Josephus. 24. Febr. 1673. ordinatus qua cliens AEppi. 14. Febr. 1674. investitus parochus in Lokcza, 12. Apr. 1676. vero in Jablonicz, ubi non fuit ultra 1680.

Kropp Josephus. Natus 18. Aug. 1760. in Nagy-Tapolcsány. Theologiam cum quinto a. qua theologus practicus in semin. gener. Posonii in arce regia 1789. terminavit. 1790. in domo presbyterorum Tirnaviae transegit. Eodem a. applicatus parochus in Oszuszkó. Hinc 1795. transivit ad Verbócz. Inde 1802. ad Szobotisst. Eodem a. ibidem anabaptistae proprium ludirectorem acceperunt. 1817. beneficium resignavit et inter emeritos parochos numeratus, consedit in Nagy-Tapolcsány, ubi † 3. Sept. 1843. Fuit conventus s. Benedicti de juxta Grón conventualis.

Kreszniczky Joannes. Fuit parochus in Wagentrüssel (Merény.) ubi † 12. Nov. 1769.

Krotky Josephus. Natus 19. Nov. 1821. Strigonii, 1836. alumnus semin. s. Emerici. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. In feriis paedagogum egit herulorum baronis Huszár. 1844. et 1845. in instituto presbyterorum transegit Strigonii et qua talis catechista scholae elem. ad s. Ignatium fuit. 30. Jun. 1845. ordinatus. Cooperatorem egit in Dorogh m. 7. Ab 1846. coop. suppl. Budae ad Assumt. ab 1847. coop. Pestini ad s. Theresiam. Eodem adhuc a. reversus Budam ad Assumt. Oppugnationem arcis ibidem transegit. 1850. professor doctr. religionis penes gymn. Poson. 1854. director spiritualis in gen. semin. Pestini. Qua talis redegit pagellas «Der

Katholische Christ.» 1. Maji 1860. admin. in Maria-
Nostra, et director spirit. in domo correct. ibi-
dem ac soror. Charit. confess. ord. Hinc 16. Aug.
1869. nominatus parochus in Érsekujvár, ubi 12.
Sept. e. a. investitus. 1876. canon. hon. Strig.
Fuit penes gymnasium commissarius AEppalis.
Oppidi ejusdem civis ad honores creatus. 1880.
canonicus Strig. una eccl. cathedralis in castro
Strig. parochus et altariae Annunc. B. M. V. re-
ctor. Abbas s. Margarithae de Béla. Stallum ADna-
lem hucusque recusavit.

Krotovszky Joannes, vide **Grotovszky**.

Krovoth Joannes, vide **Kroboth**.

Krska Stephanus. Csejthensis ex cottu Nitr.
28. Jan. 1748. indutus pro alumnatu Budensi. 29.
Oct. 1752. ord. Jam 9. Jan. 1751. missus pro coop-
ad Varbó. 29. Aug. 1755. investitus parochus in
Felső-Zelle. Hinc 19. Apr. 1757. in Udvarnok,
ubi † 11. Apr. 1771. Testamentum praesto est.

Krssák Andreas. Theologiam cum quarto a.
in semin. AEppali, Posonii 1794. terminavit. Co-
operatorem egit in Nagy-Salló. 22. Febr. 1799.
nominatus parochus in Nagy-Endréd. Ibi 1812.
illi munus VADni districtus Nagy-Sallóensis con-
creditum. Hinc 13. Aug. 1816. transivit ad Cseke.
Inde vero obtinuit Verebély, sed illuc non trans-
ivit. Ad Cseke nempe nominatus est Vincentius
Jaros, quocum inito cambio 26. Oct. 1829. ite-
rum recepit hanc parochiam, tradito illi eam in
Verebély. 1829. VADnus distr. Verebély factus.
Hinc 7. Sept. 1831. renuntiatus parochus in Nagy-
Salló. Fuit emer. VADnus et cottus Bars. tab.
jud. assessor. † 7. Mart. 1833. ibidem.

Krssák Antonius. Theologiam cum quarto
a. in semin. AEppali Poson. 1795. terminavit.
Cooperatorem egit in Kis-Apáthi. Ab 1797. ca-
pellanus localis in Szkiczó. Ibidem ecclesia ex
depositorio Budensi diversam sacram suppellectilem
accepit. 1809. ibidem parochia erecta, quam ad-
eptus est. Hinc 10. Oct. 1815. parochus in Sze-
mere, ubi † 14. Dec. 1828. Fuit cottus Comar.
tab. jud. assessor.

Krssák Joannes. 25. Febr. 1733. investitus
parochus in Ürméncz, ubi † 1735.

Krssak Michael. Namestoviensis ex cottu
Árva, 1. Nov. 1744. susc. in alumnatum Buden-
sem Széchényianum. Ibidem absolutis studiis theo-
logicis 20. Maji 1747. missus est pro cooperatore
Scepusium. Subin factus parochus in Polyánócz,

inde 1764. transivit ad Svabócz, ubi † 15. Mart.
1769.

Krssak Simon. Theologiam cum quarto a.
in semin. gen. 1733. terminavit. 12. Oct. ejusdem
a. investitus parochus in Turócz-Szent-Mária de
monte Kis-Szóczócz. Hinc 16. Mart. 1737. in Tu-
rócz-Szent-Mihály. Inde 25. Sept. 1744. in Mo-
sóc. Exhinc demum 15. Febr. 1749. in Nagy-
Lévárd, ubi 5. Maji 1750. Ladislaus Kollonicz pe-
tit facultatem erigendi capellam. 1755. Joannes
Galgóczy peregit visitationem. 8. Maji 1760. illuc
advenit missionarius anabaptistarum P. Ignatius
Zann. † 6. Jun. 1763. ibidem.

Krsnyavi Nicolaus. E parochia Bellensi 15.
Maji 1676. investitus parochus in Szent-Mária,
Pribócz et Szent-Borbála. 5. Jun. ejusd. a. con-
questus se per VADnum Stephanum Révay im-
pediri ab installatione. Per patrem rectorem S.
J. Znyováraljensem res dein ordinata. Hinc 6. Apr.
1684. investitus in Tóth-Próna, ubi usque 1685.
operatus est.

Krucsan Nicolaus, vide **Kracson**.

Krukich Michael, Joannes. Theologiae in
semin. gener. 1665. et 1666. studuit. 22. Maji
1675. investitus parochus in Vizkelet. Eodem a.
ecclesia Hegyensis recuperata. Hinc 29. Apr.
1676. in Szered, ubi usque 1678. operatus est.

Krulikjevicz Stanislaus. Fuit 1769. parochus
in Alsó-Labsa, ubi † 12. Jun. 1775.

Krupánszky Franciscus. 16. Apr. 1692. in-
vestitus parochus in Hajnik, ubi usque 1696. ope-
ratus est.

Krupicz Georgius. 3. Mart. 1675. investitus
parochus Handlovae, ubi 17. Nov. 1678. succes-
sorem nactus.

Krupicz Mathias. Philosophiae ab 1667. in
Pázmáneó studuit. Theologiam cum a. tertio specu-
lativo ibidem 1670. terminavit. A 16. Jun. ejusdem
a. cooperator Tirnaviae. Hinc 6. Jan. 1672. in-
vestitus parochus in Koos, ubi usque 1674. ope-
ratus est. 17. Nov. 1678. investitus in Német-
Próna, cum filia Tusina. In matre precone acatho-
lico introducto, 1679. operari cessavit. 22. Apr.
1691. in Tussina qua parochus investitus, ubi
1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui
de parochia notavit: Aetatis 58. sacerdotii 28.
hic 6. annis. Conciones facit cum contento po-
puli. Animas habet 2700 omnes cath. quia per
dominium inhibiti. Qua filia tunc adjuncta fuit
Gaidel, ubi ecclesia eodem a. de novo tecta. 1700.

Josephus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia dicit: «Croata, annor. 60. Filialis Gaidel accepit novum tabernaculum. Aedificatur parochia. Petierunt proprium parochum. Illis promissus est actualis Tussinensis.» Ibidem eodem a. revera erecta est parochia, quorsum ille non transivit sed remansit in Tussina usque 1709.

Krupina Martinus. Fuit parochus in Prácsa, nunc Szöllös. Quem Paulus Almásy vicarius 6. Apr. 1612. exmisit ut actionem moveret contra Laurentium Juris parochum in Kápolna. Illum m. Oct. 1618. Grinaviae hospitantem, Thomas Balásffy praep. Poseniensis, incarceravit, percussit, 100. aureos ab illo abstulit. Quapropter in causam attractus. Actor contra illum obtinuit valvales.

Kruplanicz Georgius. A m. Jun. 1682. parochus in Szomolán. Jam 1684. VADnus ejusdem districtus. Inde 17. Apr. 1685. investitus parochus in Holics. Hinc 2. Jan. 1691. in Koross. Sed jam 22. Apr. ejusd. a. in Horváth-Gurab. Inde vero 19. Jun. ejusd. a. in Podola. Hinc 1692. transivit ad Tót-Gurab. Demum 22. Apr. 1694. investitus in Sárköz, ubi usque 1714. operatus est.

Kruslics Andreas. Trstenensis. E semin. generali 1763. qua secundi a. philosophus, magister graduatus. Theologiam usque tertium a. in eodem seminario, hunc et quantum a. in Pázmáneó 1768. terminavit. 29. Apr. ejusd. a. pro cooperatore ad Velicsnam missus. 3. Jul. 1769. investitus parochus in Veszele. † 19. Mart. 1770. ibidem.

Kruspiér Samuel. 12. Apr. 1701. investitus parochus in Nagy-Surány. Hinc 6. Jun. 1704. in Lancsár. Inde 19. Maji 1707. in Szklabonya, ubi † 18. Jul. 1720. et in ecclesia sepultus.

Kubaczka Joannes. Occurrit 1647. parochus in Szalka. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto.

Kubányi Andreas. Turdossiensis e cottu Árva. 1756. baccalaureus et 1760. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1761. terminavit. Jam 3. Mart. 1760. exmissus fuit administrare Báth, ubi subin 9. Sept. 1762. parochus investitus. 17. Maji 1769. motiva adhibet respectu reoccupationis eccl. Almasiensis. 1. Febr. 1776. conquestus est contra Almásienses. 1791. munere VADni districtus Hont. inf. Ipolyitani. Celebravit jubilaum sacerdotii, parochiae et centenarium erectionis parochiae. † 28. Jun. 1816.

Kubányi Daniel. Theologiam cum quarto a.

in semin. Mariano 1807. terminavit. Cooperatorem egit in Ó-Tura. 1810. factus parochus in Ó-Lehota, ubi † 23. Apr. 1831.

Kubányi Emericus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali 1802. absolvit Posenii. Cooperatorem egit Lévae. 21. Apr. 1804. nominatus parochus in Ipoly-Szakálos. Hinc 26. Aug. 1816. in Báth. 1819. incendio devastata ecclesia, parochiaque. † 16. Mart. 1826. Sepultus juxta tumulum fratris ac antecessoris sui Andreae Kubányi. Fuit cottus Hont. tab. jud. assessor.

Kubányi Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali 1792. absolvit. 1793. ordinatus, accomodationem Tirnaviae exspectare debuit. Cooperatorem egit in Nagy-Maros, ab 1796. in Pudmericz. 1799. obtinuit parochiam Cziffer, ubi † 30. Mart. 1839.

Kubányi Martinus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1808. terminavit. Cooperatorem egit in Nyék, ab 1811. in Gyerk. 26. Jun. 1817. nominatus parochus in Csall, ubi † 25. Sept. ejusdem a.

Kubányi Mathias. Turdossiensis e cottu Árva. Qua alumnus semin. s. Stephani 1758. baccal. 1759. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. cum a. quarto 1762. terminavit. 24. Jun. ejusdem a. baccalaureus theologiae graduatus. 28. Nov. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Lévárd. 8. Apr. 1764. constitutus admin. in Holics. Hinc 18. Dec. 1769. investitus parochus in Egbell. Inde 21. Dec. 1776. in Búr-Szent-Miklós. 17. Apr. 1780. demum in Bazin, ubi una VADnus districtus ejusdem cognominis. 14. Jul. 1782. retulit, quod quaedam foemina Hernhutana petiit baptizari, quia hac forma fuit baptisata: «Ego te baptiso in nomine Dei Patris cum agno et etiam cum spiritu sancto.» Altero aquam fundonte, altero formam pronuntiante. † 4. Oct. 1788. Fecit fundationes.

Kubányi Simon. Natus in Turdossin. Qua alumnus semin. Széchényiani Budensis 1767. baccal. et magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. 1770. in semin. s. Stephani absolvit. 29. Nov. ejusdem a. missus Scepusium pro cooperatore. 1773. obtinuit parochiam Alsó-Palojta. 1775. magnum incendium grassabatur. 1779. visitatio Batthyanyiana peracta. Ab 1793. surr. VADnus distr. Hont. med. Fuit cottus ejusdem tab. jud. assessor. † 30. Mart. 1797. A discretionis spiritu et modo agendi cum omni genere hominum, in

disciplina christiana et moribus nimium laudabilis fuit. Fecit fundationem unam vineam «Mocsár» dictam.

Kubek Ignatius. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1776. absolvit. Hinc vice-praefectum egit in semin. gen. Budensi. Inde 9. Jul. 1780. obtinuit parochiam Szenográd. 1781. incendium magna damna causavit, quibus sarciendis cons. loc. reg. subsidium colligere jussit. 9. Aug. 1788. retulit parochus miseram sortem sui coop. habitatione destituti. Ab 1797. VADnus districtus Hont. sup. † 27. Sept. 1798. Ibidem. Fuit ss. theol. doctor.

Kubicsek Antonius. Ex-religiosus. Ab 1787. primus capellanus localis in Suránka constitutus. 1789. institit pro aedificatione parochiae, quae demum 1795. strui coepta. † 4. Nov. 1801.

Kubicsek Franciscus. Natus 17. Mart. 1852. Theologiam Strigonii 1874. absolvit. 8. Nov. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Unin, dein Sopornya, ab 1879. in Podola. 1883. factus parochus in Verbó.

Kubicza Georgius. Natus 8. Apr. 1791. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1813. absolvit. 19. Dec. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ipoly-Ságh, ab 1820. in Nagy-Ólved, ab 1821. in Cztény et ab 1822. in Nagy-Salló. Ab 1823. legionis pedestris hung. suae mattis Russorum imperatoris, capellanus castrensis. Ex Zara reversus 6. Sept. 1829. nominatus parochus in Kövesd. Hinc 17. Apr. 1833. obtinuit Tardos, inito cambio cum Stephano Tölgyessy. Hanc parochiam 18. Oct. 1852. resignavit, ast tantum festo s. Georgii 1853. discessit. Interim 31. Jan. ejusdem a. admin. factus in Alsó-Várad. 1. Maji aequae hujus a. obtinuit parochiam Cseke. 8. Maji 1869. adlectus instituto s. Adalberti. Habitat in Kövesd, ubi et † 15. Jan. 1871.

Kubicza Georgius. Bitsensis e cottu Trenacsén. E semin. s. Stephani 1823. baccalaureus, 1824. magister philosophiae. Theologiam cum a. tertio et cursu morali in semin. s. Stephani absolvit. 21. Sept. 1726. investitus parochus in Alsó-Merasicz. 26. Oct. 1729. vero in Nagy-Rippény. Ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod sit xenodochii per Vizkeleti fundati inspector. † 13. Oct. 1748. ibidem.

Kubicza Josephus. 1. Aug. 1803. e dioecesi Nitriensi, ubi in Szoblahó parochus fuit, ad ADioecesim susceptus. A 5. Nov. ejusdem a. 1803. coo-

peratorem et suppletem egit senis parochi in Búr-Szent-Miklós. 1. Mart. 1804. obtinuit parochiam Felső-Szöllös, ubi usque 21. Nov. 1806. fungebatur. Tunc recessit ad deficientiam. 1807. applicatus qua succentor Posenii. Hinc 1808. obtinuit parochiam Szilincs, ubi usque 1811. operatus est. Tum deficiens. 1815. applicationem accepit in castro c. r. militiae, qua capellanus hospitalaris. 1816. iterum deficiens. † 3. Febr. 1817. Tirnaviae.

Kubicza Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1813. terminavit. Cooperatorem egit in Pöstyén. 1817. obtinuit parochiam Vagyócz. Hinc 1823. transivit ad Dejte, quam 1846. resignavit et ibi pensione donatus morabatur. † 21. Dec. 1848.

Kubicza Terentius. Natus 26. Oct. 1858. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani Strig. 1880. absolvit. Ordinationem ibidem expectavit, quam 9. Apr. 1881. obtinuit. Cooperatorem egit in Unin, ubi a m. Jul. 1886. usque m. Nov. ejusdem a. etiam administrator fuit. Subin ibidem iterum cooperatorem. Hinc 1888. factus parochus in Szobotist, usque 1893. subin in Negyed.

Kubicza Vincentius. Natus 28. Maji 1811. in Melsicz in cottu Trenacsén. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 30. Maji 1834. ordinatus. Cooperatorem egit Ujvároskae, ab 1836. in Nagy-Tapolcsán. 15. Febr. 1840. obtinuit parochiam Pöstyén. Hinc 24. Aug. 1842. transivit ad Galgócz. Ibi 1844. munere VADni districtus ejusd. cognominis provisus. 7. Jun. 1847. in Nagy-Tapolcsán, ubi ab 1848. similiter munus VADni gessit in districtu ejusdem nominis. † 11. Febr. 1872. ibidem.

Kubiczky Josephus, Antonius, Franciscus. 5. Sept. 1720. investitus parochus in Duna-Szerdahely. Hinc 22. Apr. 1724. in Komjáth. Ibi 1725. incepit matricam scribere. Operatus est usque 30. Oct. 1727.

Kubik Josephus. Natus 6. Sept. 1850. in Galántha. Theologiam Strigonii 1875. absolvit. 25. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Pudmericz, ab 1877. in Kövesd, ab 1879. in Nagyólved. 18. Jun. 1883. nominatus parochus in Néved, ubi † 4. Maji 1887.

Kubina Andreas. Natus 27. Nov. 1844. Theologiam cum quarto a. Strigonii absolvens 3. Jan. 1871. ordinatus ac pro cooperatore ad Vedröd missus est. Hinc ab 1876. in Kövesd, ab 1877.

catecheta in scholis sororum charitatis Strigon. in Aquatica. 3. Nov. 1881. investitus parochus in Alsó-Korompa. 1891. resignans parochiam ac Societati Jesu nomen dedit.

Kubina Antonius. 3. Maji 1738. investitus parochus in Baczur. Hinc 14. Jul. 1741. in Liptó-Szent-Iván, quam mox resignavit retenta priori. Inde 29. Jan. 1748. investitus in Báhony, ubi † 19. Mart. 1751.

Kubina Ignatius. Natus 24. Jul. 1793. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1819. terminavit. 23. Aug. ejusdem a. ordinatus. Ab 1821. cooperatorem egit in Somorja, ab 1823. in Morva-Szent-János. 1825. obtinuit parochiam Búr-Szent-György, ubi 1845. munere VADni districtus Szent-Jánosensis condecoratus. † 25. Jan. 1864. ibidem.

Kubina Stephanus. Theologiam cum quarto a. in semin. gen. Budensi 1782. absolvit. Subin praefectus fuit herulorum Comaromii. Cooperatorem egit in Udvard. A m. Apr. 1784. parochus in Vajka. 28. Oct. 1790. statio cooperatoris per assignatam congruam stabilitur. 1811. munere surr. VADni districtus insulani sup. Fuit simul sedis de Vajka et Érseklél. tab. jud. assessor. 1822. factus spiritualis cleri junioris in semin. s. Stephani Tirnaviae et in lyceo AEppali ibidem linguae et liter. hung. professor. Qua talis † 28. Jan. 1832. ibidem.

Kubinyi Andreas. 27. Aug. 1734. investitus parochus in Jasztrab. Hinc 10. Mart. 1740. in Szklenó-Fürdő et Felső-Apáthi, ubi † 25. Aug. 1758.

Kubiss Josephus. Natus 21. Aug. 1809. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1831. terminavit. 1832. in instituto presbyterorum qua diaconus transegit, ubi 17. Sept. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Tardoskedd, ab 1833. in Mocs, ab 1835. in Kemencze. Mense Jan. 1840. factus admin. in Perezslény. Sub illo ecclesia solerter instructa, schola aedificata. 9. Jan. 1853. obtinuit parochiam Tardos, ubi † 13. Aug. 1856.

Kubovics Andreas. 9. Oct. 1722. investitus parochus in Bábaszék. Hinc 13. Nov. 1727. in Ocsova, ubi 9. Dec. 1730. successorem nactus. 14. Jan. 1732. in Nagy-Modró. Hinc 28. Jun. 1737. in Zavar. 22. Jun. 1738. cambiavit terras cum Georgio Horváth-Kussevics. † 19. Aug. 1743. Ibidem.

Kubovics Georgius. Poseniensis. In univer-

sitate Tirnaviensi 1711. magister philosophiae. 24. Aug. 1714. investitus parochus in Grinád. 1. Oct. 1723. in Koos, ubi usque 1731. operatus est.

Kubovics Joannes. Theologiam in semin. s. Adalberti cum quarto a. terminavit. 13. Maji 1729. investitus parochus in Szöllös, ubi 1731. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parochia sic: «Officio suo, quoad nitorem et fidellem proventuum administrationem respectu suorum antecessorum satis fecisse noviter deprehensus est. Aetatis 32.» Operatus est usque 1733.

Kubovics Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. Posen. 1802. terminavit. 1803. transiegit qua diaconus Szakolczae. Cooperatorem egit in Holics. Ab 1807. in Malaczka. 1. Apr. 1808. admin. factus in Rarbach, ubi 1809. e capellania locali parochia erecta. † 20. Aug. 1811.

✓ **Kubovics, vel Kujovics Paulus.** Theologiam cum secundo a. in Pázmáneo 1703. terminavit. 14. Aug. ejusdem a. investitus parochus in Kovalló. Hinc 16. Maji 1707. in Sztrazsa, nunc filia ad Krakován. Inde 1708. transivit ad Ó-Tura. Exhinc 9. Oct. 1712. investitus in Krakován, ubi 1713. Paulus Zichy visitationem peregit, qui de parochia notavit, quod punctis a sua Eminentia emanatis, se conformabit. Inde 22. Mart. 1715. in Stomfa. Ibi matricas accuratissime scripsit. Zelosus et pius pastor fuit fidelium. Ibidem 1716. Aloysius Andrásfy ord. s. Francisci, introduxit confraternitatem cordigerorum. 1723. ecclesia renovata, 1725. vero expilata. 1720. installatus canonicus Poseniensis, 5. Oct. 1721. Strigoniensis. 1723. praefectus semin. s. Stephani et protonot. apost. 1731. praepositus de Oront et ADnus Barsensis. Praefectus bonorum capitularium, tam Strigon. quam in Szent-Benedek, prout etiam semin. s. Stephani. 1733. in districtu Miavaensi receptas ab hethcrodoxis ecclesias reconcilians ritu catholico, nomine AEppi novellis parochis providit. 1734. nominatus ADnus Nitriensis, sed non installatus, quia † 27. Apr. ejusdem a. Tumultus in capella Corporis Christi, infra turrim, cujus fuit rector.

Kubovics Thomas. Zohoriensis. E semin. s. Stephani 1724. baccal. 1725. magister philosophiae. Theologiam in Pázmáneo cum tertio a. absolvit. 25. Jan. 1729. investitus parochus in Kápolna. Hinc 23. Febr. 1731. in Vistuk, ubi eodem a. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parochia: «Annor. 28. Laudatur a diligentia.» Hinc

18. Maji 1747. obtinuit Modra. Ubi 1756. visitatio fuit peracta per Joannem Galgóczy, qui de parcho notavit, quod sit 54. annor. diligens exemplaris. 1755. filia Csukárd a Modra avellitur et 1757. Bazini adjungitur. † 16. Nov. 1759.

Kubriczky Andreas. Natus 21. Febr. 1819. in Lök in cottu Bars. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 15. Jul. 1843. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Súr a. duobus, hinc in Cseklész a. tribus. 15. Jul. 1849. nominatus parochus in Taksony, ubi 1862. munere surr. subin. ord., VADni districtus Szegedensis condecoratus. 1880. canon. hon. Strigon. factus. Mense Jun. 1885. resignavit parochiam, factus canonicus Poseniensis. † 19. Jan. 1887. Gessit munus et examinitoris prosynodalis et censoris dioecesanii.

Kubriczky Joannes. Natus in Lapásgyarmath in cottu Nitr. E semin. s. Stephani 1718. baccalaureus theologiae graduatus. 1728. in promontorio Ujhegy, Paulus Pyber canon. Agriensis ecclesiam s. Urbani fundavit. Ibidem 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parcho notavit: «Presbyter a. 10. Hic toto tempore.» Activus erat ibi usque 1735.

Kucharovszky Adalbertus. Fuit ab 1686. parochus in Lokcza, cujus mentio sic fit in visitatione 1697. per Emericum Pongrácz ibidem peracta: «Fuit querela posita contra defunctum parochum loci, quod per octo annos suae parochiae rationes ecclesiae non dedisset. Interim curavit tres casulas, calicem argenteum et 30. imperiales reliquit, ex his mox positum pro templo curandum.» Operatus est usque 1693. Interim 1. Febr. 1688. neo-erectam parochiam in Paraszt-Dubova etiam accepit, quam autem eodem a. resignavit. 29. Nov. 1693. investitus parochus in Oravka, ubi 11. Febr. 1697. supra nominatus Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui sic de illo: «Decessit tempore ipsius visitationis. Mansit debitor ecclesiae 500 fnis.» Ergo † m. Febr. 1697.

Kuchevich Michael, vide Puchenics.

Kuchinszky Nicolaus. Theologiam in collegio rubrorum qua casista absolvit. 24. Oct. 1712. investitus parochus in Besztercze, ubi 1713. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui parochum 27. annor. esse dicit. Hinc 25. Maji 1719. investitus in Zohor, ubi 10. Jan. 1822. successorem nactus.

Kuchtig Martinus, Josephus. 8. Maji 1719. investitus parochus in Rabcsicza, ubi usque 1721. operatus est. 27. Nov. 1722. investitus in Ocsova, ubi usque 1727. activus erat. 1730. operatus qua parochus in Pojnik. Denique 5. Jul. 1731. investitus in Alsó-Lelócz, ubi 15. Maji 1732. successorem nactus est.

Kucsányi Stephanus. Occurrit ab 1653. usque 1654. parochus in Fel-Bár.

Kucser, alias **Kucserius Daniel, Joannes, Bapt.** Ab 1681. parochus in Szenicz. Hinc 1685. transivit ad Pernek, ubi usque 1686. activus erat, hinc loco ipsius administrarunt parochiam Franciscani et parochus in Jablonicz. Mense Majo 1689. investituram accepit pro Pernek una Jablonicz, seu Almás. Inde 18. Sept. 1690. investitus in Korpona. Hinc jam 18. Dec. ejusd. a. investitus in Dojcs, ubi 5. Sept. 1697. successorem nactus. 12. Apr. 1701. in oppido Szász, ubi per Rákóczyanos 1704. intrusus est minister et parochus recedere coactus, qui 1709. nactus successorem.

Kucsera Adamus. Theologiam cum quarto a. in semin. Budensi Széchényiano 1771. absolvens et 17. Nov. ejusdem a. missus est pro cooperatore ad Vendégh, hinc 4. Mart. 1772. ad Detva, inde 27. Oct. ejusd. a. ad Bajmócz. Hinc 29. Maji 1775. investitus parochus in Széplak, cum quo 1776. ingremiatus est dioecesi Nitriensi, sed subin reversus ac applicatus succentor chori eccl. metr. Tirnaviae, 7. Dec. 1793. obtinuit parochiam Szebeléb. Hinc 1795. pro praebendato reversus Tirnaviam. 1814. inter deficientes receptus. † 24. Dec. ejusdem a. ibidem.

Kucsera Joannes. Nobilis Jeszeniczensis. Qua alumnus semin. generalis 1727. baccal. et 1728. magister philosophiae. Theologiam cum a. tertio in eodem semin. 1734. absolvit. 9. Aug. ejusdem a. investitus parochus in Laksár-Ujfalú. Eodem a. ibidem visitatio fuit peracta. † 25. Oct. 1735. ibidem.

Kucsera Josephus. Natus 7. Febr. 1830. Galgóczii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 29. Jul. 1855. ordinatus est. Cooperatorem egit in Sasvár, hinc ab 1864. admin. interim in Radossócz. Mense Jan. 1865. obtinuit parochiam Szomolánka. Hinc 30. Apr. 1867. transivit ad Stepanó. Inde vero 7. Febr. 1871. nominatus parochus in Radossócz.

Kucsera Stephanus. Fuit parochus Tóthfalvensis in Scepusio, ubi † 21. Jun. 1755.

Kuczmann Alexander. Natus 5. Febr. 1863. Theologiam Strigonii 1886. absolvit. 30. Maji ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Tallós. 1890. obtinuit parochiam Alsó-Jattó.

Kudelovics, vel Kugyelovics Joannes Antonius. Theologus absolutus ex fundatione Kolonicsiana pauperum studiosorum Viennensium. Defendit universam sine doctoratu. 5. Jan. 1702. investitus parochus in Kis-Vendégh. Hinc 15. Jan. 1710. in Csermend, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parocho sic: «Sacerdos 18. in cura animarum 14. annor. Perficit omnia sua zelose. Commendatur ab omnibus. Puncta suae Emin. in omnibus observat.» Hinc 27. Mart. 1721. investitus in Alsó-Ludány. Inde 20. Jan. 1722. in Prassicz et eidem conjuncta Závada. 1725. erexit sacellum B. M. V. de monte Carmelo ad radicem montium. Ejus curam commisit eremita. Ibidem 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parocho sic: «Annor. 36. Congregationi scapularis supra jugum montis propriis 1200 fl. sumptibus erectae et 100 flnis dotatae, per summum pontificem 1729. per ordinis generalem vero 1721. concessae, diligenter praeest.» † 1. Nov. 1737.

Kudlatyák Joannes. 1761. candidatus theologiae, quam in semin. Budensi Széchényiano absolvit. 29. Sept. 1764. factus est cooperato in Vág-Szerdahely, hinc 2. Oct. ejusd. a. missus ad Povedim. Inde 10. Jan. 1767. obtinuit parochiam Rózsavölgy, ubi † 21. Apr. 1786.

Kudlatyák Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1796. absolvit. Cooperatorem egit in Lakács. 1803. obtinuit parochiam Ardanócz, ubi † 18. Mart. 1810.

Kudlatyák Mathias. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1792. absolvit. 1793. applicationem exspectavit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Ürméncz. 13. Jan. 1797. factus ibidem parochus. Eodem a. contulit avenam pro bello, quo ex merito collaudatus. † 30. Maji 1817. ex hydrope. Sepultus in cryptam ecclesiae. Fuit a modo conversationis omnibus gratus.

Kudlik Alexander. Theologiam in collegio Apollinaris absolvit et doctor ss. theologiae creatus. 1710. factus parochus in Érsekujvár, ubi 28. Sept. 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parocho sic: «Sacerdos 8. annor. parochus

3. Habet libros sufficientes, commendatur ab omnibus.» 1722. erecta capella ss. Trinitatis in coemeterio per Jacobum Skulteti provisorem. 1725. Christianus Augustus templum ad nitorem deducit. Idem AEppus eodem a. in domo vigiliarum instituit hospitale pro 8. pauperibus. 30. Maji 1732. Franciscus Zichy peregit visitationem. 1733. promotus ad canonicatum Vacziensem, quem usque 1741. possidebat.

Kudlik Antonius. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1803. absolvit. Cooperatorem egit in Lakács. 1804. admin. factus in Vicsap-Apáthi, ubi † 18. Oct. ejusd. a.

Kudlik Antonius. Theologiam et in semin. s. Stephani et in Pázmáneó absolvit. 25. Maji 1749. missus pro capellano ad Szakálos. Mense Maji 1751. ad Galántha. 24. Jan. 1752. investitus parochus in Püski. Ubi 1754. a patrono praeposito Jaurinensi petiit novam domum parochialem, quam patronus, quum tantum 12 coloni ibi essent, tantummodo reparari constituit, sed tandem aedificavit. Eodem a. Georgius Molnár peregit visitationem, qui de parocho notavit: «Muneri suo, teste populo, satis facit. Hinc 4. Oct. 1765. investitus in Hárskút, ubi usque 1770. operatus est. Tunc recedens ad seminarium Széchényianum Budense pro spirituali. Inde 1. Maji 1772. investitus in Karancságh. Ibi propriis expensis erigit commodum habitaculum parochis, quod adhuc exstat et prolongavit ecclesiam. † 18. Mart. 1797. Aetatis 73. Fecit foundationem 400 florum pro docente.

Kudlik Emericus. Theologiam in collegio Apollonari Romae absolvit. Ubi ss. theologiae graduatus. 14. Jan. 1726. investitus parochus in Kis-Gyarmath. 1731. ibidem Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parocho dicit, quod sit 30. annor. Hinc 6. Oct. 1732. transivit ad Nagy-Födémes. Tunc jam protonotarius apostolicus. Hinc m. Aug. 1739. transivit ad Szempcz. Inde 7. Nov. 1741. investitus in Érsekujvár, una VADnus ejusdem districtus. 1752. promotus ad capitulum Posoniense, ubi 1757. praepositura s. Sapientiae de Titel condecoratus. Eodem a. ecclesiae in Páld casulam donavit, quae nunc in collectione primatiali conservatur. † 16. Febr. 1772. Fuit confessarius Ursularum. Fecit foundationes per 100 flnos in Kis-Gyarmath et Nagy-Födémes.

Kudlik Ignatius. Natus 23. Mart. 1760. in Balassa-Gyermath. Theologiam cum quinto a. in domo presbyterorum s. Josephi Tirnaviae trans-

egit. Cooperatorem egit in Diószegh. 1788. primus capellanus localis in Hegy, nunc Kossúth. Hinc m. Aug. 1791. obtinuit parochiam in Dercsike, ubi † 2. Nov. 1822. Fuit praestans concionatur. Aliquas concionum typis promulgavit. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók.)

Kudlik Joannes. Natus 19. Maji 1842. in Tósnyarad in cottu Poson. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 25. Jul. 1866. ordinatus est. Cooperatorem egit in Balassa-Gyarmath. 1872. nominatus professor praeparandiae Strigonii, in sequenti a. ejusdem instituti director. 23. Febr. 1881. obtinuit parochiam Püspöki. 17. Jun. 1887. electus in ablegatum ad comitia regn. pro districtu Somorjaensi. Habet merita circa literaturam. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 108.)

Kudora Joannes. Natus 14. Maji 1849. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1872. absolvit. 19. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vágszerdahely, ab 1873. in Egyházgelle. 30. Nov. 1876. int. admin. factus in Zeliz, ubi 6. Febr. 1877. parochus nominatus. Hinc 1. Oct. 1879. transivit ad Visk per cambium cum Ludovico Kendfalvi. Notarius districtualis. Diligens scriptor ecclesiasticus. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók.)

Kugyay Andreas. Fuit ab 1658. usque 1659. parochus in Báhony.

Kugyay Joannes, 24. Maji 1665. investitus parochus in Velsitz, ubi usque 1674. operatus est.

Kuharócz Adalbertus, vide **Kucharovszky.**

Kujovics Paulus, Martinus. Tóth-Gurabien-sis, 7. Sept. 1729. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 25. Oct. 1733. nominatus. 22. Mart. 1734. investitus parochus in Felső-Attrak. Inde 8. Oct. 1736. in Nyitra-Sárfő, ubi 1739. campanam refundi curavit. Hinc 18. Apr. 1744. investitus in Nagy-Sáró. † 5. Jun. 1745. submersus in fluvio Garam.

Kukar Ambrosius. Occurrit 1559. in Apalfalwa Kenezeyh, nunc Kis-Apáthi. Eodem a. ibidem Joannes Derecskey peregit visitationem, qui de parocho sic: «De S. Benedicto, juvenis ordinatus Posonii a Georgio Tompa. Habet uxorem et filios duos et est vicegerens, quem exhortatus sum, ut in officio suo esset diligens, essetque forma fidelium aliorumque sacerdotum, qui omnino promisit diligentiam in omnibus adhibere velle.»

Kulesár Franciscus. 26. Apr. 1729. investi-

tus parochus in Nagy-Salló. 28. Jun. 1733. Adamus l. b. Majthényi ecclesiam in Kis-Salló e manibus Calvinistarum recepit et parochum instantanee ibidem installavit. Petiit restaurari parochiam vi decreti Caroli VI. 1737. emanati. Quae dein aedificata. Sumptibus AEppi Emerici Eszterházy vetera ecclesia diruta, moderna aedificata est, cujus lapis fundamentalis 9. Apr. 1741. positus. Hinc 5. Maji 1743. investitus Strigon. in citte AEppali. 22. Nov. 1748. Benedictus XIV. rescriptum dedit ad congregationem s. Barbarae hic existentem. Quum sat multi hungari hic degebant provincialis Franciscanorum in ecclesia hujus ordinis Aquaticensi contiones hung. introduxit. Fuit fautor hujus linguae, ideo deposuit 1000 flnos pro duobus pauperibus in Xenodochio capitulari alendis, qui hung. linguae gnari sunt et unus eorum ita praerare scit. Fuit VADnus per cottum Strigoniensem. † 28. Febr. 1759. Aetatis 60. Sepultus ad arcem. Fecit fundationes pro sacris, ecclesiae parochiali reliquit calicem argenteum.

Kuthan Jacobus, Georgius, Dominicus. 20. Dec. 1686. ordinatus ad titulum Georgii com. Erdödy. A m. Majo 1687. parochum egit in Magasfalva. Hinc m. Oct. 1689. transivit ad Stomfa. Dum in Besztercze concionaretur, in ambone apoplexia tactus exspiravit. † 28. Mart. 1699. Fuit sacerdos zelosus, qui et matricas praestanter scripsit.

Kulifay Nicolaus. 1796. Theologiae secundi a. auditor fuit in semin. gener. in arce Poson. Cooperatorem egit in Sellye. 20. Apr. 1797. nominatus parochus in Nagy-Emöke, quam statim resignavit, quia jam m. Jun. ejusd. a. successorem nactus. Exhinc cooperatorem egit Levae. 9. Maji 1801. nominatus parochus in Besse. † 1. Mart. 1803. in Baracska. In crypta ecclesiae Bessensi sepultus.

Kulifay Stephanus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1805. terminavit. Cooperatorem egit Muzlae, ab 1810. Tirnaviae. 1811. obtinuit parochiam Tölgyes, quam 3. Dec. 1817. per cambium permutavit cum Antonio Szkaliczky pro Kéménd. Hinc 17. Oct. 1820. applicatus vice-rector in semin. generali Pestiensi, una cottus Strig. tabulae jud. assessor. 1831. neo-erecti capituli Tirnaviensis canonicus, una seminariorum eorum rector. 24. Dec. 1836. installatus canonicus Posoniensis, retento munere rectoris per unum a. subin factus rector semin. s. Emerici ibidem. † 18. Aug. 1842. Aetatis 60.

Kulik, potius Hulik Martinus. Fuit ab 1727. usque m. Apr. 1728. parochus in Bogdány.

Kumpan Andreas. Petrovillensis ex cottu Nitr. 27. Jan. 1747. indutus ad alumnum Budensem Széchényianum. 24. Maji 1749. missus pro cooperatore Trstenam. 20. Jun. 1752. investitus parochus in Turócz-Szent-Péter. Hinc 9. Dec. 1755. in Szucsány, ubi † 22. Maji 1775.

Kuna Franciscus. Natus 26. Mart. 1836. in Nyitravicsap. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1859. ordinatus. Cooperatorem egit Siglisbergae, a 14. Oct. ejusdem a. Holicssii, ubi 7. a. et 4. m. explevit. 8. Febr. 1867. illi admin. parochiae Stepanó credita. Hinc 1. Maji ejusd. a. in pari qualitate ad Szomolánka missus, ubi 2. Jul. e. a. investitus. Inde 11. Dec. 1876. translatus ad Dojcs. Exhinc vero 16. Maji 1879. ad Stepanó. Inde 19. Sept. 1881. ad Péterfalva. 1883. ibidem aedes parochiales elevatae et omnino restauratae. 1884. novum organum ecclesiae parochialis acquisitum. Ubi ex notario 27. Nov. ejusd. a. nominatus surr. VADnus districtus Sasvár.

Kuna Paulus. Natus in Egerszegh. Qua alumnus semin. Mariani 1735. baccal. 1736. magister philosophiae. 13. Maji 1740. investitus parochus in Besse. Inde 11. Maji 1742. investitus in Nagy-Hind, ubi usque 1745. operatus est. 1. Mart. 1750. missus pro cooperatore ad Jolsva. 31. Jul. 1754. investitus parochus in Harkács, ubi † 10. Jan. 1760.

Kunsitzky, vel Kuzmitzky Mathias. Silesita, slavus et germanus. Studuit Olomucii. Casista. Ordinatus ad mensam suae Emintiae. 19. Sept. 1687. Ast jam 1. Febr. ejusdem a. absque ordinibus investitus fuit parochus in ^{Zsákócz} et Komjáthna. In illam 25. Apr. 1696. iteratam accepit investituram. Ibidem 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho: «Annor. 36. sacerdos 10. Habet pro familia matrem et fratrem. Suo labore 40. acatholicos convertit.» 17. Apr. 1697. investitus in Lieszkófalva. Hinc 1713. transivit ad Dovaló, ubi † 11. Febr. 1714.

Kundi Martinus, Ignatius. Fuit ab 1658. usque 1661. parochus in Kaproncza.

Kundy Petrus, vide **Kandy.**

Kunics Sigmundus. Philosophiam in Pázmáneó absolvit. 1755. pro theologia Romam missus. Inde reversus 14. Jun. 1758. missus pro capellano ad Misérd, ubi 13. Febr. 1759. parochus

investitus. 1762. filialis Prukk ad fidem cath. conversa, a matre Misérd avulsa, propriam obtinuit parochiam. 15. Aug. 1773. installatus canonicus Poson. ubi ab 1778. simul parochus cittis. 1782. sublatio divitis ac aestimatissimi ordinis s. Clarae peracta, etsi contra hanc 6. Febr. e. a. AEp-pus remonstraverat. 31. Dec. 1783. retulit parochus, quod congregatio s. Joannis Elem. pro pauperibus habeat legatum colonelli Zeiller 12,127 flos, legatum AEppi Barkóczy 1000 flos ac confraternitas ss. Angelorum pro infirmis 3,968 flos. Titulo abbatis s. Aegydi de Simigio distinctus. Fuit protonot. apost. 9. Sept. 1783. installatus canon. Strig. bonorum praefectus Strigonii. Rediens Posonium amiridie et jam vesperae e sputo sanguinis exspiravit. † 7. Maji 1785. Ibidem. Aetatis 50. Sepultus in crypta eccl. par. AEp-palis cittis. Legavit 2000 flos pauperibus.

Kunschneider Joannes. Occurrit circa 1496. parochus in Kaproncza. Ipsius nomen inscriptum habetur in codice bibliorum bibliothecae parochiae. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 317.)

Kunszt Ignatius. Theologiam cum quarto a. in AEppali semin. Posonii 1792. absolvit. 1793. missus pro cooperatore Budam ad s. Annam. 1794. translatus Posonium ad s. Martinum. 1801. obtinuit parochiam Vagyócz. Hinc 1805. transivit ad Madunicz. Inde 6. Maji 1806. ad Dejthe. Exhinc 24. Aug. 1814. transpositus ad Vittencz, ubi una munus VADni gessit. Denique 5. Jul. 1831. in custodem et canonicum neo-erecti capituli coll. Tirnaviensis, nec non in parochum ejaem promotus, ubi titulo praepositi B. M. V. de Majk condecoratus. † 15. Jul. 1842. Aetatis 73.

Kunszt Joannes. Natus 4. Jul. 1762. Tirnaviae. Theologiam cum a. quinto in semin. gener. arcis Poson. 1787. absolvit. Cooperatorem egit Posonii in Blumenthal. Ab 1791. parochus in Grínád. Hinc 29. Nov. 1792. transivit ad Felső-Diós. Ibidem incepit scribere historiam parochiae. 19. Sept. 1798. ex antiqua confracta monstrantia construi fecit novam pretiosam. 22. Jun. 1796. et 5. Jun. 1800. flammae vastarunt locum. Hac occasione parochia et schola consumpta. Initio a. 1812. incepit infirmari ideo m. Dec. resignavit parochiam et instituto emeritorum parochorum adnumeratus est Tirnaviae, ubi † 6. Febr. 1813.

Kupecz Sebastianus, vide **Cupetius.**

Kupini, alias Kupinyi, vel Kuprinszky Jacobus. Theologiam in Pázmáneó absolvit. Ad men-

sam Christophori comitis Erdödy ordinatus. 6. Maji 1697. investitus parochus in Valaszkabéla. Hinc 17. Maji 1700. in Csermend. Ibidem 3. Sept. eodem a. visitationem peregit Josephus Pongrácz, qui de parochio sic: «Annorum 29. in cura animarum a. quatuor. 1706. ab haereticis, pagum eotum inhabitantibus omnia documenta et matriculae in fumum data sunt. 10. Apr. ejusdem a. investitus in Závod, ubi 1707. in arce capella honoribus s. Joannis bapt. erecta ac sacrata. Jam eodem a. successorem nactus.

Kurálszky Martinus. Natus 7. Oct. 1833. — 21. Oct. 1858. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádasd cottu Hont. Ab 1859. in Sellye, ab 1860. in Laksárujfalú. Ab 1862. capellanus castrensis legionis Huszarorum Nro 12. comitis a Haller. Ubi cruce aurea cum corona decoratus. Mense Aug. 1867. parochus in Suránka factus. Hinc 10. Jul. 1873. translatus ad Csermend.

Korbély Paulus. 23. Jan. 1742. investitus parochus in Csolnok, quam 1778. resignavit et ad Dorogh recessit, ubi † 7. Oct. 1779.

Kurcsényi Joannes. Natus 24. Oct. 1806. in Palócz in cottu Neograd. Philosophiam Cassoviae, juridica Pestini. theologiam Tirnaviae absolvit. 25. Jul. 1832. ordinatus. Hinc oratorem egit interimalem in Visegrád. Eodem adhuc a. cooperatorem in Kéménd. 13. Nov. 1845. obtinuit Szakal. † 24. Sept. 1872. in Losoncz. Aetatis 66.

Kurczednik Blasius, vide Aurszelnik.

Kuruczár Georgius. Natus 16. Jan. 1792. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1815. terminavit. 15. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Surány, ab 1816. in Moravánka, ab 1817. in Pobedim, ab 1818. in Vágh-Ujhely, ab 1825. in Cszta, ab 1828. in Udvarnok, ab 1829. ibidem admin. in temp. et spir. 1833. obtinuit parochiam Brezova. 22. Jan. 1834. transivit ad Nyitra-Bajna, ubi † 30. Dec. 1850.

Kussanics Georgius. Natus in Perenye in cottu Castrifer. Qua alumnus semin. s. Stephani 1726. baccalaureus, 1727. magister philosophiae. Theologiae in eodem semin. studuit, ubi et illam defendit. 11. Maji 1731. investitus parochus in Ipolyságh. Ibidem 1732. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parochio dicit: «26. annor. Ecclesia B. M. V. Assumt. injuria bellorum una cum monasterio Praemonstrat.

diruta, ita ut praeter capellam s. Helenae nil remanserit.» Hinc 7. Mart. 1737. investitus in Kemencze. Inde 5. Apr. 1743. in reg. citte Strigon. ubi eodem a. frontispicium eccl. par. cum turri lamina tecta ac tribus elegantibus campanis, dein et agonisatium ac horologio positum, provisumque est. Fuit tunc abbas B. M. V. de Madocsa et protonot. apost. 23. Jan. 1749. installatus canonicus Strigon. 1756. ADnus Nitr. Praefectus bonorum Strigonii. † 14. Aug. 1757. ibidem. Aetatis 53. Sepultus in crypta capellae Bakoczianae.

Kussányi Joannes. 3. Mart. 1740. investitus parochus in Nagy-Herestyén. Hinc 19. Maji 1747. in Egyházfalva. Inde 23. Mart. 1751. investitus in Báhony, ubi † 5. Maji 1762.

Kustár Andreas. 29. Apr. 1735. investitus parochus in Lekér. Timuit, quod abbas agros ecclesiae occupare velit, idcirco ordinariatum in hoc negotio requisivit. Hinc 20. Apr. 1743. investitus in Kemencze, ubi † 19. Febr. 1754.

Kutik Marcus. 20. Jun. 1673. investitus parochus in Nádás in cottu Posen. Ibidem eodem a. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. Mense Nov. ejusdem a. resignavit parochiam. Ab 1675. parochus in Ternye, hinc 1679. transivit ad Lutila, ubi usque 1684. operatus est.

Kutsor Franciscus Borgia. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1804. absolvit. Cooperatorem egit in Hédervár. 28. Aug. 1807. nominatus parochus in Ballony. † 21. Jul. 1812. Vir zelosus fuit et omnibus dilectus. Sepultus in coemeterio communi.

Kúty Andreas. Fuit 1732. administrator in Péliföld-Szent-Kereszt, ubi eodem a. Nicolaus Kellio peregit visitationem, qui de illo notavit, quod sit presbyter quatuor annor. Ecclesia ex lapide sed ruinam minans. 1734. adlatam tabulam ex voto pictam in ambitu collocavit.

Kuzmann, vel Guzmán Mathias. Theologiam in coll. rubrorum cum tertio a. absolvit. 19. Jun. 1726. investitus parochus in Velkopole, hinc 21. Jul. 1730. in Kis-Báb, ubi 29. Nov. 1731. Franciscus Zichy visitationem peregit, qui illum presbyterum sex annor. dicit. † 1733. ibidem.

Kusnitzki, vel Kusinszky Joannes. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 31. Mart. 1684. ordinatus est. 26. ejusdem a. investitus parochus in Bogdány. Hinc m. Apr. 1689. transivit ad Tavarnok. Inde 11. Maji 1691. investitus in Béléház. Exhinc 18. Jun. 1693. in Bohunicz, ubi

1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parochio: «Aetatis 40. sacerdotii 10. Domus parochi eget reparatione, uti et fornax. Fenestra ei deest. In frigido prandiolum in ea nos sumere oportuit.» Hinc 13. Maji 1696. in Felső-Attrak. Inde 20. Apr. 1697. investitus iterum in Bélaház. Sed jam 18. Aug. ejusd. a. in Vagyócz, ubi usque 1700. operatus est. Demum 20. Maji 1710. investitus in Valaszka-Béla, ibi usque 1712. activus erat.

Kuzolics Michael, Mathias, Franciscus. Natus in Peistum (Borostyánkő.) Ex semin. s. Stephani 1668. baccalaureus, 1669. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit. 4. Apr. 1670. ordinatus est. 17. Nov. 1671. investitus parochus in Kovarcz. Hinc 28. Jan. 1673. in Magasfalva, ubi eodem a. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. Exhinc m. Mart. 1677. transivit ad Zohor. Inde 16. Maji 1679. ad Alsó-Ludány, ubi usque m. Apr. 1687. operatus est.

Künasch Georgius. Fuit 1558. parochus in Hannis-Villa, nunc Sámfalva. Factus est 12. Jul. ejusdem anni senior fraternitatis. (Wagner, Analecta Scep. II. 258.)

Kürthy Alexius. Philosophiae magister. Theologus speculativus ex Pázmáneo. 25. Aug. 1747. missus capellanus ad Galantha. Hinc 6. Sept. 1748. investitus parochus in Felső-Szeli. Installatus in festo nominis Mariae (14. Sept.) non sine acatholicorum trepidatione, qui investituram magnis muneribus impedire contenderunt. Ibi 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochio: «Annor. 36. Domum habet in bono statu. Catecheses reassumere jussus.» Subin munere VADni districtus Szempczienensis provisus. † 18. Nov. 1777. Ibidem.

Kürthy Casparus. 22. Dec. 1666. investitus parochus in Némethi in cottu Bars. Successorem 1674. nactus.

Kürthy Georgius. Ab 1672. fuit parochus in Nádszeg et Kösse. Ibidem 1673. Ferdinandus Pálffy visitationem peregit. Hinc 25. Apr. 1676. investitus in Vásárút. Ibi matricam sic inceptit: «1676. m. Majo. Ego Georgius Kürthy p. t. parochus Vásárútensis, Nyárasdensis, Kürthensis et Vámosfalvensis» etc. Operatus est usque 1678.

Kürthy de Fajkürth Paulus. Natus in Koltha in cottu Comar. E collegio gen. 1735. baccalaureus, 1736. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem collegio 1738. absolvit.

28. Aug. 1741. investitus parochus in Kéménd. Ibidem m. Mart. 1760. Andreas Klastromy VADnus et parochus Strigon. benedixit ecclesiam. † 7. Nov. 1764. Ibidem.

Kürtösy, vel Kürthy Andreas. Tirnaviensis. E seminario generali regni Hung. Tirnaviensi, 1671. baccalaureus theologiae creatus est. 13. Maji 1675. investitus parochus in Duna-Szerdahely, hinc 8. Sept. 1678. ad Aranyos-Maróth, inde 17. Apr. 1679. ad Szémő, 18. Nov. vero ejusdem anni, ad Galantha transivit. Ex hoc beneficio 4. Dec. 1691. ad stallum M. E. Strig. euctus. 18. Nov. 1700. ADnus Thornens. 24. Jul. 1710. praepositus s. Georgii, 18. Jun. 1712. ADnus Sasvárensis. 1715. cantor installatus est. † 25. Jul. 1732. Fuit el. eppus Traguriensis, abbas B. M. V. de Bizere, S. C. et R. A. Mattis consiliarius. Tumultus est infra aram s. Crucis cujus altarista fuit.

Kürtösy Stephanus. Ab 1677. usque 1678. fuit parochus in Vizkelet, nunc Hidaskürth.

Kvacsanyay, vel Kvacsányi Georgius. Ab 1759. parochus in Szent-György. 1662. inceptit matricas scribere. 1663. tartatorum exercitus illic multos christianos captivos abduxit.

Kvacsányi Joannes. 11. Apr. 1701. investitus parochus in neo-erectam parochiam Kazár. Adhuc eodem a. accepit Nagy-Zellő, ubi etiam munus VADni districtus Neogradiensis gessit. Interdiu cum hac parochia conjunctae erant et aliae, nam in matrica se scribit: 1712. parochus in Nagy-Zellő, et filiabus Szakal, Bussa, et Mulyad. 20. Nov. 1713. investitus in Nagy, vel Nemes-Oroszi, una cum Patak, ibi usque 1714. operatus, iterum rediens ad Nagy-Zellő, quam tum quoque cum Szakal possidebat, ibique operatus est usque † 1729.

Kvassay Carolus. Natus 17. Dec. 1849. Theologiam in semin. gener. Pestini 1875. absolvit. 25. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Ölved et mox in Sopornya, ubi a m. Sept. 1876. usque 18. Jan. 1877. int. admin. fuit. Hinc iterum cooperator et quidem in Gajar. Ab 1887. admin. in Magyarfalva.

Kvassay Georgius. Nobilis, natus Trencsinii. 1744. baccalaureus et 1745. e semin. s. Adalberti magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. cum quarto a. 1749. absolvit. 6. Maji ejusd. a. missus pro coop. in Szenicz. Hinc conventualis factus in Szent-Benedek. Inde 9. Aug. 1753.

admin. factus in Merasicz. Hinc 3. Apr. 1755. parochus in Sándorf. 1766. parochiam resignavit et instituto deficientium Tirnaviae aggregatus est, ubi † 23. Mart. 1777.

Kvassay Joannes. Kvassoviensis ex cottu Trencsén. 1751. susc. in alumnatum Budensem Széchényianum pro theol. morali. 29. Apr. 1753. ordinatus. 15. Sept. ejusd. a. factus capellanus aulicus apud viduam Törökiánam in Podresán. 20. Sept. 1755. applicationem accepit qua capellanus apud Claram Gellért, viduam Szörényianam. 6. Febr. 1756. investitus parochus in Liptó-Szent-Anna. Hinc 29. Oct. 1758. investitus in Bodafalva. Ibi 1766. ecclesiae conscriptio peracta. Inde 24. 1770. in Oszada, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Kvassay Mauritius. Natus 25. Febr. 1841. in Vizolai in cottu Trencsén. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strig. absolvit. 26. Jul. 1864. ordinatus est. Cooperatorem egit in Garam-Ujfalú, et in Selmezbánya. 26. Jun. 1869. obtinuit parochiam in Steffoltó, ibi aedificationem scholae effecit et perfecit. 2. Mart. 1884. unanimi voto electus parochus in Selmezbánya, retento tamen admin. Steffoltó usque 14. Jul. ejusd. a. Simul munus notarii distr. et confess. extraord. sororum charitatis gessit. 1886. titulo praepositi de Ságha in Scepusio decoratus. 1890. factus VADnus districtus Selmezbányensis. † 3. Dec. 1891.

Kvassay Stephanus. Natus 25. Jul. 1838. in Vizolai in cottu Trencsén. Theologiam Viennae absolvit. 28. Jul. 1861. ordinatus est. Cooperatorem egit in Komjáth et in Kisapáthi. 1869. factus parochus in Némethi in cottu Hont. Hinc 21. Apr. 1881. nominatus ad Zsemlér.

Kvetan Josephus. Natus 22. Jul. 1794. Theo-

logiam in semin. s. Stephani absolvit. 23. Aug. 1819. ordinatus. Cooperatorem egit in Ó-Bars. 1825. factus parochus in Verbócz. Hinc 1834. per cambium cum Petro Schubek transivit ad Magyarfalva, ubi ex admin. 15. Jun. 1835. factus parochus. 1848. et 1849. multis calamitatibus expositus fuit, ob vicinitatem Austriae. Variis aegritudinibus debilitato suffecti sunt administratores in spiritualibus. Postquam festo angelorum sacerdotii jubileum 50. ac plane 60. celebrasset, bonus senecio, sacerdos secundum cor Dei, pie obdormivit. † 5. Nov. 1880.

Kviatovszky Josephus. Theolog. cum quarto a. in collegio rubrorum 1678. terminavit. 22. Maji 1697. pro praepositura Turóczensi ordinatus. Ab 1708. parochus in Oravka. Ibi 14. Maji 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochia: «Annor. 40. Pro 300 imper. curabit lampadem. Conciones, catecheses non omittit.» Hinc 28. Jul. 1716. investitus in Felső-Zelle, quam parochiam 1721. resignavit et ad semin. deficientium recessit. † 13. Maji 1741.

Kyepodi Joannes. Occurrit 1400. parochus Posenii ecclesiae s. Michaelis, ac simul canonicus ad s. Martinum. (Rimely, Capit. Eccl. Posen. 254.)

Kyepodi Martinus. Occurrit 1401. parochus Posenii ad s. Martinum ac canonicus ibidem. De illo refertur, quod 1437. fundaverat altariam B. M. V. et s. Stephani ac Ladislai. (Rimely, Capit. Posen. 254.)

Kylianus. 23. Jan. 1283. occurrit sacerdos ecclesiae de Wodkerth (Vadkert.) Lodomerus hoc sub dato defixit, quod plaustrales, sanctiferos et Curbungiones de Vadkert parochia, item et custodi Strig. decimas habeant praestandas. (Knauz, Mon. Strig. II. 161.)

L.

Laab Mathias. Bezenyensis e cottu Moson. Qua alumnus semin. s. Stephani 1766. baccalaur. 1767. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. 1770. terminavit. Praebendatus chori eccl. metr. 11. Dec. 1773. investitus parochus in Csek-lész. Debitis oneratus 1779. ad deficientiam Tirnaviam citatus. 1780. succentor chori eccl. metr. 1781. pro correctione datus.

Laab Matthaeus. Theologiam cum cursu morali in semin. Jauriensi absolvit. Hinc ad Batta-

szék missus. Inde transactis quatuor annis 25. Jun. 1727. investitus parochus in Kiliti, ubi 1732. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Annor. 35. Cujus zelum et vitam inculpatam commendant parochiani, quin et visitator meliori parochia dignum judicat, siquidem supellectilem ecclesiae majori ex parte propria diligentia et eleemosynis procuravit.» 1735. ecclesia, industria parochi, e munificentia Josephi com. Illésházy aedificata. 1749. praestans domus paro-

chialis aedificata. 1755. Joannes Galgóczy peregrinavit visitationem, qui illum aetatis 57. esse dicit. 1761. ecclesia renovata. † 24. Febr. 1777. Ibidem.

Labenszky Martinus. Natus in Sancto-Georgio. Qua alumnus semin. s. Stephani 1650. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit. Sabbato Sancto 1651. ordinatus est. 11. Maji 1667. investitus parochus in Magasfalva. Ibidem 1669. per Joannem Pálffy ecclesia aedificata. 10. Jan. 1673. investitus in Gajar, ubi tunc ecclesiae aedificatio in profectu erat. Hinc 3. Jun. 1680. iu Búr-Szent-György, ubi 1681. desinit operari.

Lábody Josephus. Ex abolito ordine s. Pauli primi erem. ADioecesi ingremiatus. 13. Jul. 1787. primus investitus capellanus localis in Ettes, nunc filia ad Katlócz, ubi usque 19. Mart. 1789. operatus est. Hinc cooperator in Negyed. Post brevem administrationem capellaniae localis in Kóspallag 7. Mart. 1792. ibidem investitus. 1804. erecta ibidem parochia illam administrabat, usque † 13. Mart. 1818.

Labuda Martinus. Theologiam quartum in annum in semin. gener. absolvens, 3. Mart. 1766. pro cooperatore missus est ad Lakács, hinc transiit ad Prencsfalva, ubi 20. Maji 1768. investitus est parochus. † 27. Dec. 1771.

Lachmann Theodorus. Natus 5. Nov. 1839. in Egbell. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 25. Febr. 1866. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kuti, ab 1871. in Búr-Szent-Miklós, ubi 24. Apr. 1873. constitutus est admin. quod munus usque 22. Jul. 1875. gessit. Subin iterum cooperator ibidem. A m. Febr. 1880. admin. mox parochus in Csári, ubi † 9. Maji 1884. repentina morte. Sepultus in coemeterio, inter fideles.

Lachus. Occurrit 1538. praepositus et parochus in Vágújhely. (E notis Georgii Palkovics.) Fuit per patronum familiam Bánffy e clero saeculari praesentatus, quin investituram ab Ordinario accepisset, quod eo magis erronee fuit, quia cura administrationis de jure ad Ordinarium pervenit, quia ordo regularium canonicorum defecisset.» (Péterffy, Conc. II. 19.)

Lácsni Georgius. Prividiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1743. baccalaureus, 1744. magister philosophiae. Theologiae primum a. in eodem semin. absolvit, pro morali 7. Nov. 1745. ad alumnatum Budensem Széchényianum venit.

31. Maji 1748. missus pro cooperatore ad Trszatina. 30. Mart. 1751. investitus parochus iu Dobóca. Hinc 8. Febr. 1768. in Vistuk. Fuit successor fratris sui hic mortui. Ibidem 12. Sept. 1781. peracta fuit per canonicum Casparum Helmuth canonica visitatio Batthyanyana. † 19. Nov. 1790. Ibidem.

Lacsni Joannes. Prividiensis. 10. Nov. 1740. susceptus in alumnatum Budensem, pro theologia morali. 15. Apr. 1742. ordinatus. 28. Maji ejusd. a. applicationem accepit apud comitem Nyáry in Szokolócz. Eodem adhuc a. accepit administrandam Istvánfalva. Hinc 19. Maji 1747. investitus in Vistuk. 30. Maji 1751. accepit investituram pro Kis-Apáthi, sed mox resignavit et remansit in Vistuk, ubi 1756. Joannes Galgóczy peregrinavit visitationem, qui de illo notavit: «Annor. 38. Diligens, exemplaris.» † 15. Jun. 1768. Ibidem.

Lacza Stephanus. Natus 21. Febr. 1762. in Érsekújvár. Theologiam cum quarto a. in semin. gen. Poson. 1787. absolvit. Cooperatorem egit in Érsekújvár. Hinc 19. Nov. 1792. investitus parochus in Imely. Inde 21. Jul. 1798. in Füzesgyarmat, ubi † 21. Maji 1806.

Láczy Josephus. 5. Apr. 1753. missus pro cooperatore ad Lakács. Hinc 20. Jan. 1755. investitus parochus in Felső-Tiszovnik cum Huttis et filialibus ejusdem: Alsó-Tiszovnik, Veres, Süllye, Nedelistye et Madácska, ubi quoad recordari poterunt nullus catholicus parochus erat, erga praesentationem Pauli com. Balassa, qua ecclesiae a se recenter erectae et parochia provisae patroni. Ibidem 17. Febr. e. a. introductus. Hinc jam 4. Sept. 1756. investitus in Nagy-Szuha. Inde 28. Aug. 1764. in Sávoly. 21. Maji 1768. vero in Divény, in cottu Neogr. cum qua incorporatus est neorectae dioecesi Rosnaviensi.

Laczkó Andreas. 8. Jul. 1750. missus pro cooperatore ad Verbócz, hinc 5. Jun. 1751. ad Levárd. 14. Jun. 1752. investitus parochus in Lancsár, ubi † 3. Apr. 1756.

Laczkó Andreas. Natus 21. Sept. 1761. Trencsinii. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. 1788. absolvit. Cooperatorem egit in Kis-Apáthi. Mense Aug. 1789. obtinuit parochiam Fenyő-Kosztolány, ubi † 3. Aug. 1823.

Laczkó Joannes. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. 1769. terminavit. A 16. Mart. ejusd. a cooperatorem egit in Trsztena. 25. Apr. 1774. investitus parochus in Velicsna, hinc eodem

a. transivit ad Liptó-Szent-András. Inde 20. Sept. 1775. in Paraszt-Dubova, cum qua incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Laczkó Mathias. Natus in Bajmócz. Qua alumnus semin. s. Stephani 1722. baccalaureus, 1723. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1727. terminavit. 5. Jun. ejusdem a. baccalaureus theologiae promotus. Cooperatorem egit in oppido Nagy-Tapolcsány. Eodem 1727. a. doctor ss. theologiae creatus. Jam 21. Dec. 1726. ordinatus. 17. Sept. 1727. investitus parochus in Nagy-Bresztován. Inde 30. Apr. 1729. in Radván. Hinc 6. Nov. 1732. in Szelecz. Inde vero 13. Jun. 1735. in Dubova. Ibidem obtinuit munus VADni districtus sup. Zoliensis. Exhinc demum 2. Dec. 1742. in Zólyom-Lipcse, pro hac parochia peculiaribus qualitatibus et meritis provisus. Hospitaleque pauperum fundatione auxit. Munus VADni ultro quoque gessit. † 29. Sept. 1748. Ibidem.

Laczkó Michael. 11. Febr. 1758. missus pro cooperatore ad Koross. 8. Maji 1760. investitus parochus in Felső-Attrak. 1770. adempta est filia Jalsó et applicata ad parochiam neo-erectam in Szokolócz. Resignata parochia 14. Aug. 1770. accommodatus est capellanus domesticus apud Christophorum L. B. de Réva in Prjekopa, penes Turócz-Szent-Márton, ubi † 14. Maji 1776. Aetatis 45.

Laczkovics Georgius. Natus in Sárső. E semin. Mariano 1757. baccalaureus, 1761. vero magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. similiter 1761. terminavit. 4. Sept. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Vág-Szerdahely. 17. Jan. 1763. accepit administrandam neo-erectam capellaniam localem in Keszegfalva, ubi et investitus est. Hinc 23. Maji 1764. parochus in Komárom-Szent-Péter, ubi † 28. Maji 1773.

Laczkovics Martinus. Natus 31. Jul. 1783. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano absolvit et 22. Aug. 1808. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Jác, Podola et ab 1812. in Csejtha. 1814. parochus factus in Hrachovistye. Hinc 27. Dec. 1817. transivit ad Jókő, ubi 1835. munus VADni districtus Vittenczensis in se assumsit. † 4. Mart. 1855.

Laczuska Josephus. Natus 30. Jan. 1819. in Nagy-Tapolcsány. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jul. 1843. ordinatus est. Cooperatorem egit in Koross ibidemque admini-

strabat parochiam, donec parochus maniacus curam subiverat. 1845. pro cooperatore missus Ó-Turam, quam parochiam 1847. ipse obtinuit. 1848. illum, una cum cooperatore Ignatio Kovalcsik ingratus populus captivitati tradidit. Vexarum pertaesus 1858. transivit ad Szent-Antal per cambium cum Antonio Dologh. Hinc, cum asperitatem climatis perferre non potuisset 1859. ad Felső-Zellő se transferri curavit. Inde vero 10. Maji 1865. obtinuit Vág-Szent-Kereszt. Hinc m. Dec. 1876. transivit ad Radosna, ubi † 24. Febr. 1887.

Laczuska Michael. Natus 11. Jan. 1797. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1820. terminavit. 1821. in instituto presbyterorum Strigonii transegit. 14. Jan. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ujlak, ab 1822. in Ujvároska et ab 1823. in Vittencz 16. Sept. 1831. ibidem parochus nominatus est. Pluribus annis morbo caduco laborans † 27. Apr. 1852. ibidem.

Ladányi, vel Ladány Emericus. Theologiam cum quarto a. in seminario generali 1773. terminavit. 16. Maji ejusdem a. qua praefectus applicatus apud comitem Csáky. 23. Maji 1776. obtinuit parochiam Deménd. Jam 13. Jun. ejusdem a. contra illum conquestum fuit, quod veste rusticana indutus incedat. Post unius fere anni patienter toleratos acerbissimos gutturis dolores † 31. Maji 1779. ibidem.

Ladány Ignatius. Natus in cottu Hont. Theologiam cum a. quinto in gener. semin. Budensi 1781. terminavit. Praebendatus chori eccl. Posonii. Ab 1782. succentor chori metr. eccl. 26. Sept. 1786. installatus parochus Csiffárensis. Post adventum statim petiit restaurari parochiam. Ab 1788. diuturnam litem habuit cum provisore, quae demum pacifice composita. † 14. Apr. 1823. Aetatis 66. Dotavit ecclesiam et beneficium parochiale.

Ladány Josephus. 1. Jan. 1757. missus pro cooperatore Strigonium. 5. Jun. 1758. investitus parochus in Losoncz. 21. Oct. ejusd. a. intimatum de inquisitione peragenda super querelis parochi propter excessus acatholicorum. 1759. sollicitus fuit de inducendo ludimagistro. 20. Oct. 1766. applicatus est spiritualis in semin. Budensi, sed jam 19. Dec. 1767. investitus parochus in Kemencze. 15. Maji 1770. petiit ab AEppo facultatem demoliendi veterem ecclesiam, demto sanctuario et crypta, ut materialia in erectionem novae impendi possint. † 9. Dec. 1776. Sepultus ante aram lateralem s. Josephi.

Ladikos Stephanus, vide Jókay.

Ladislaus. Fuit 1270. et 1271. plebanus eccl. b. Mariae Magdalенаe Budae. (Schier, Buda Sacra 51.) De quo legenda Neapolitana s. Margaritae sic refert: «Petrus ungarus de Buda, qui fuit de Topulzano, confessus est eger domino Ladislao sacerdoti sanctae Mariae Magdalенаe de Buda et devote suscepit ex ejus manibus corpus Christi.» (Magyar Sion, 1868. 568.)

Ladislaus. Occurrit 1292. presbyter ecclesiae beatorum Cosmae et Damiani de Kovácsi, seu villa monetariorum Strigonii. De quo 23. Jan. e. a. Lodomerius AEppus Strig. testatur, quod semet ad praestandas custodi Strigon. candelas obligasset. (Knauz, Mon. Strig. II. 397.)

Ladislaus. Fuit inter 1332. et 1337. plebanus de Pizke, (Pizske, nunc filia ad Nyergesujfalu) in ADnate Budensi, dioecesi Vesprimiensi, qui solvit collectoribus census papalis duos grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 373, 384.)

Ladislaus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Liptheu, in ADnate Zoliensi, nunc Zólyom-Lipcse. Solvit collectoribus census papalis unam marcam et fertonem cum dimidio. (Theiner, Vet. Mon. I. 573.) 1347. cum plebano Nicolao simul Ladislaus sacerdos de eadem Lipcse nominatur in aliquo diplomate. (Schemat. hist. dioec. Neosol. 1876. 206.)

Ladislaus. Occurrit ab 1366. usque 1375. plebanus ecclesiae beatae Mariae Magdalенаe nationis hungarae Budae. Intima amicitia junctus Joanni ADno de Kükülb historiographo, qui Budae apud eum solebat hospitari. (Schier, Buda Sacra 52.) Ille est scriptor documenti illius 1375. emanati, de quo pendet sigillum bene conservatum hujus ecclesiae parochialis. (Turul, VI. 76.)

Ladislaus. Fuit 1406. plebanus ecclesiae s. Nicolai conf. in vico latinorum Strigonii. Hoc anno ad solvendum admonitus, quia tribus marcis custodi debitor fuerit.

Ladislaus. Occurrit 1412. plebanus in Egyházzelle.

Ladislaus. Occurrit 1437. et 1446. plebanus in Bajmócz. Priori a. Leonardus Noffry cum tribus fratribus titulo amittendorum cubulorum, offertoriorum, sepulturarum et aliorum proventuum, a jobbagionibus suis in Berzen et Nadosyr, ubi parochiam fundarunt, undecim florenos auri sub poena dupli annue solvendos addixerunt. Posteriori a. vero Georgius incola Bajmóczensis, cum

conjugem Dorothea, parochis ecclesiae s. Martini vineam donavit erga obligationem missas legendi, pauperes alendi. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 368.)

Ladislaus. Occurrit 1464. plebanus in Zólyom, qui hoc a. cum successoribus a Mathia Corvino a servitiis arcis, una cum parochiali domo et curia huic attigua exemptus est. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 224.)

Ladislaus. Occurrit 1561. plebanus in Szielnicz. Ibidem eodem a. Blasius Zathay peregrinatus visitationem, qui de parochia notavit: «Bonus vir. Habet omnia sacramenta. Coelebs. Non vult ei dominus Beniczky officialis castris Znio molam restituere, paucos alioquin habenti proventus.» Juxta connotationem hujus visitatoris tunc unicus fuit in toto ADtu Zoliensi, qui coelibem duxit vitam.

Ladislaus. Occurrit 1559. plebanus in Ivánka-falva, de quo in visitationis instrumento hoc a. peractae notatur: «Uxoratus, qui tamen ecclesiam tenet omnibus sacramentis et ceremoniis ornatam.»

Ladislaus. Fuit 1560. parochus in Alsó-Kubin. De quo visitator Michael Szegedy sequentia notavit: «Parvus, subalbus, uxoratus, potator et inconstans. Quamvis ecclesiam bene ornatam a praedecessore relictam teneat, aquam benedictam non habet, neque Eucharistiam. Fontem habet sine sacris liquoribus. Is est, qui anno elapso imagines in s. Stephano carbonibus denigraverat. Liptoviae et imaginem crucifixi confregerat et combusserat. Uxorem suam vocat grammaticam, etc.»

Ladislaus. Occurrit 1560. plebanus in Szlécs. De quo eodem a. Michael Szegedy visitator sic refert: «Cano conspersus capite. Ordinatus Vienne a rudo domino Nauzea, anno Domini 1548. Sine uxore. Ecclesiam optime ornatam tenet cum omnibus ornamentis, sacramentis et ceremoniis secundum antiquum morem. In exemplo laudatae vitae habetur.»

Ladislaus. Occurrit 1560. parochus in Lédéc. De quo Michael Szegedy visitator notavit: «Dicitur uxoratus. Ecclesiae Romanae membrum verum. Omnia Sacramenta et ceremonias bono ordine tenet et observat, in moribus laudatur.»

Laicha Joannes. Natus 24. Maji 1834. in Detrekő-Csötörtök. Theologiam Vienne absolvit. 25. Jul. 1858. ordinatus est. Cooperatorem egit Konyhae, dein in Gajar. 1. Sept. 1865. nomina-

tus parochus in Rarbach. Hinc 30. Mart. 1867. transivit ad Szent-István, (Haszprunka.) Ibi † 7. Dec. 1873. in phtysi trachiali.

Laidnecker Dominicus. Fuit Societati Jesu adscriptus. Cassatio illum in collegio Budensi invenit, qua parochialia exercentem. Subin remansit ibi pro cura animarum, et postquam civitas facultatem acceperat in ecclesia ac parochia arcensi jus patronatus exercendi, illum 28. Oct. 1778. parochum elegit. Post transactas multas et magnas vicissitudines vitae debitum solvit. † 18. Aug. 1785. Aetatis 62.

Lajos Martinus. 5. Maji 1707. investitus parochus in Vilke, ubi usque 1714. operatus est.

Laipold Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1806. terminavit. Cooperatorem egit in Holics, ab 1808. in Korompa, ab 1809. Bazinii et ab 1810. in Nagy-Lévárd. Mense Dec. 1811. investitus parochus in Vizsoka. Hinc 25. Jan. 1827. nominatus in Nagy-Jác, quam 17. Mart. e. a. occupavit. Inde 7. Jun. 1831. accepit Csermend, ubi † 21. Jul. 1834. Aetatis 50.

Lakácsy Georgius. Occurrit 1647. praepositus et parochus in Novák, cum filiabus Alsó-Lelőcz et Podhragy.

Lagasser Christianus, Ignatius, vide Sagasser.

Lakácsy Stephanus, Ladislaus. E collegio gen. cleri Hung. qua tertii a. theologus 22. Sept. 1702. ordinatus. 30. Jan. 1704. investitus parochus in Lekér. Ibi curavit pacificare, quod hodie dum existit, cum inscriptione «Ecclae Lekér 1706.» Hinc 20. Nov. 1708. transivit ad Tölgyes. Inde vero 12. Nov. 1710. investitus in oppido Nagy-Salló. Ibi 10. Febr. 1711. ecclesia et parochia usui pristino catholicorum fuit restituta. 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui parochum 32. annor. esse dicit. Ipsius operationis vestigia ibidem usque 14. Maji 1725. habentur.

Lakatos Antonius. Natus 3. Jun. 1818. Theologiam in semin. s. Stephani 1840. absolvit. 1841. et 1842. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 8. Aug. 1841. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Salló, ab 1846. in Drégely-Palánk. 10. Maji 1852. factus admin. in Óvár, ubi jam † 12. Oct. ejusdem a.

Lakics Stephanus. Soproniensis. Fuit Carmelita undecim annis. Accepta post professionem ruptura dimissus Vratislavia. Tirnaviae ab AEppo Christiano Augusto susceptus. 14. Nov. 1714. investitus parochus in Dorogh, cum filiabus To-

kod, Csév, Csolnok et Kesztölc. Post semi alterum a. nempe 1716. missus ad Zsámbék. Hinc 23. Jul. 1720. investitus in exemtam parochiam Vetro-Budensem. Ibidem Petrus comes Zichy pro 12,000 fnis capellam in honorem B. M. V. Cellensis fundavit. Hinc 3. Jul. 1729. investitus in Várkony, sed jam 14. Oct. ejusd. a. in Duna-Földvár. Ejus cura domus parochialis excitata. 1739. Josephus landgrafius Hassiae, praepositus Földváriensis, loco hinc amoti turbulenti hominis praesentavit alterum. Verum ille mansit. 14. Febr. ejusdem a. generalis Carmelitarum tenore brevis a. Clemente X. de 8. Majo 1738. contulit privilegia confraternitati ecclesiae Földváriensis. Ad querelas parochianorum 11. Mart. 1742. contra illum processus fiscalis motus. Jam 14. ejusd. m. et a. quaesivit princeps Hassiae, cur parochus abductus sit. Tunc fuit aetatis 63. Tirnaviae in seminario deficientium † 16. Jun. 1745. Sepultus in coemeterio s. Nicolai. (Brüsztle, Reconsio II. 660.)

Lakner Antonius. Natus 30. Maji 1819. in Iván in cottu Sopron. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Jul. 1842. ordinatus est. Cooperatorem egit Samariae m. decem. In Virágvölgy a. uno. Praebendatus Posenii aequo uno a. succentor vero ibidem duobus a. una coop. ad s. Martinum. 5. Maji 1847. investitus parochus in Várkony. Hinc 19. Sept. 1876. denominatus parochus Levensis. 3. Jul. 1891. adlectus instituti s. Adalberti.

Lakner Stephanus. Natus 16. Aug. 1821. in Ivánin cottu Sopron. Philosophiam Jaurini, theologiam Tirnaviae absolvit. 31. Jul. 1845. ordinatus est. Cooperatorem una praebendatum egit Tirnaviae. 1846. praebendatus et capellanus capitularis Strigonii. 1849. pro cooperatore missus ad Hédervár et adhuc eodem a. Levam. Mense Jul. 1854. factus parochus in Vámos-Mikola, ubi † 21. Dec. 1886.

Laky Joannes. Theologiam in Pázmáneo 1820. terminavit. 1821. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. Hinc applicatus praefectus heurorum Josephi Blaskovics Pestini. 1823. doctor ss. theologiae promotus. Eodem a. missus pro cooperatore ad Misérd. 1826. ad Vág-Szerdahely. 1827. factus studiorum praefectus in Pázmáneo. 1832. translatus ad lyceum AEppale Tirnaviae, ubi professor historiarum una praefectus studiorum. Ab 1833. vero professor physicae, hist. na-

turalis et rei rusticae. Hinc 27. Jul. 1840. investitus in parochum Vadkertensem, illi uno comissum munus VADni districtus cognominis. † 7. Apr. 1848. Intra prandium apoplexia repente exstinctus. Aetatis 50.

Lalkovics Paulus. Theologiam cum tertio a. in semin. gen. 1772. terminavit. 26. Dec. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Virágvölgy. Hinc 8. Apr. 1781. nominatus parochus in Nagy-Herstyény. Hinc 22. Jun. ejusdem a. transivit ad Alsó-Récsény, ubi † 30. Jan. 1791.

Lámy Andreas. Natus in Horpács in cottu Neogr. E semin. Mariano 1749. baccalaureus, 1750. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1754. terminavit. 20. Febr. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Nagy-Kálna. 14. Febr. 1756. investitus parochus in Nagy-Hind. 1775. contra illum inquisitio mota. Resignavit parochiam. Instituto emeritorum parochorum adlectus. † 14. Mart. 1801. Tirnaviae.

Lámy Joannes. Natus in vico Baráti in cottu Hont. Alioquin Horpacsensis in cottu Neograd. Qua alumnus semin. s. Stephani, 1723. baccalaureus, 1724. magister philosophiae, quam universam defendit. Theologiam cum tertio a. in eodam semin. 1727. terminavit. Jam 28. Sept. diaconus ordin. 1. Jun. 1730. investitus parochus in Diószegh, qua talis 28. Aug. 1732. doctor ss. theologiae promulgatus. Inde 26. Aug. 1735. investitus in Szered. Hinc 20. Dec. 1740. installatus canonicus Strig. Subin rectorem semin. s. Stephani egit. 12. Sept. 1743. ADnus Hont. † 24. Oct. ejusdem a.

Lancsaries Josephus. 23. Nov. 1715. investitus parochus in Báhony, cum filiabus Kápolna et Igram. Ibidem 1723. conscriptio fuit peracta, in qua parochus 32. annor. esse dicitur et bonae fama. 12. Jun. 1728. filia Kápolna separata a matre. † 1729. Sepultus in crypta eccl.

Láncz Gabriel. Natus 7. Mart. 1808. Váczi. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 9. Mart. 1831. ordinatus. Cooperatorem egit in Marczal, mox Komáromii. Ab 1833. in Karanságh, Hinc interim administravit Dercsika, ab 1839. iterum cooperatorem in Hédervár, ab 1840. in Drégely-Palánk. 1843. comissa illi fuit administratio parochiae Ipoly-Födemes. Hinc 4. Jun. 1845. in pari qualitate translatus ad Soós-Hartyán, quam parochiam 1848. adeptus est. † 10. Jan. 1882. ibidem.

Landhoszky Georgius, vide Lanzhoszky.

Láng Joannes, Michael. Theologus speculativus tertii a. e collegio Apollinari. Redux cooperatorem egit in Váralfa quatuor a., in Bazin similiter 4. a. 1. Nov. 1750. missus ad Dévény in cottu Poson. Hinc 14. Febr. 1753. investitus parochus in Dévényujfalu, ubi 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui parochum 38. annor. esse dicit, qui in cura animarum in 12. a. inservit. 7. Dec. 1755. factus est capellanus comitissae Stephani Eszterházy Vetero-Zolii. Subin recessit ad semin. deficientium Tirnaviae, ubi † 27. Maji 1769.

Lang Martinus. Fuit 1700. parochus in Krompach, in Scepusio. Nominatur hoc a. per visitatorem Joannem Sigray.

Láng Rudolphus, Aloysius. Natus 16. Febr. 1853. Theologiam in semin. s. Stephani 1878. terminavit et 21. Jun. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ó-Tura. Ibidem 1884. parochus factus est. 1887. munere VADni et scholarum elem. inspectori districtus Miavaensis condecoratus est.

Langecker Franciscus, Alexander. Soproniensis. 16. Jun. 1712. susceptus ad alumnatum Bundensem. 15. Aug. 1734. investitus parochus in Visegrád, ubi † 17. Jan. 1736. Aetatis 44.

Langer Michael. 21. Mart. 1714. investitus parochus in Németh-Próna. 10. Sept. 1715. Lucas Natali elegantem ecclesiam consecravit. Operatus est usque 1716.

Langerholtzer Matthaeus. Ex dioecesi Aquilejensi oriundus. 14. Dec. 1716. investitus parochus in Bélabánya. Hinc 17. Mart. 1717. in Szklenő-Fürdő, ubi usque 1718. operatus est.

Langhoffer Samuel. Theologiae 6. Nov. 1720. in universitate Tirnaviensi studere incepit. 21. Mart. 1722. ordinatus est. 22. Oct. ejusd. a. investitus parochus in Liptó-Szent-András. Ibi activus erat usque 1726.

Langner Augustinus. 25. Oct. 1668. investitus parochus in Handlova. Hinc 14. Febr. 1669. in Janolehota. Laudatur ab aliquo anonimo relato, quia suis sumtibus in utraque Lehota altaria posuit. In visitatione 1674. ibidem peracta de illo dicitur, quod inventarium ecclesiae et parochiae transeundo ad Ottóvölgye, secum abstulisset. Hic ab 1672. parochum egit. † 1674. ibidem.

Langner Joannes, Augustinus, Ignatius. Studia absolvit Coloniae Agrippinae. Theologus speculativus. Ibidem ordinatus ad titulum dni ordinarii. Fuit ab 1679. parochus in Kaproncza. Hinc 1.

Maji investitus parochus montis s. Joannis in cottu Turócz. Mense Jan. 1685. in Tuzsina. 26. Febr. 1690. in Német-Próna. Hinc 18. Aug. 1691. in Szklenó et Stubna. Inde 20. Jan. 1694. investitus in Janólehota. 24. Aug. 1699. in Börzsöny. In visitatione 1702. peracta de illo dicitur: «Annor. 57. sacerdos 32. in castris consummavit 17. in diversis parochiis 15. Hic loci tres.» Ejus studio pene omnes Lutherani Börzsönyienses ad fidem catholicam conversi, uti matrica antiqua testatur, in cujus calcem inscripta est obligatio authentica incolarum ac series conversorum. Ast 1705. fere omnes fidem fregerunt conspirantes cum commissariis principis Rákóczy. 25. Oct. e. a. dum parochus pro concione diceret, ecclesiam vi ingressi eam occuparunt, spoliarunt et parochum exulare fecerunt, Quo ex tempore pro parochiali ecclesia capella s. Stephani inserviebat. Ex ipsius notatis in matricis factis praeter haec et sequentia excerptimus: «3. Nov. 1703. per Izraelem Mártonffy et suos milites ad captivitatem Agriam ductus, et per tres quadrantes anni eandem patienter passus sum usque ad Julium sequentis anni.» Ex officiosis notatis patet, quod Agria usque ad Munkacsinum fuisset delatus. Reversus id solatio habuit, quod edicto regio 18. Maji 1710. ecclesia s. Nicolai, nunc B. M. V. Dolorosae, catholicis reddida et reconciliata fuit. Tempore pestis contracto eodem morbo. † m. Oct. 1710. (Magyar Sion, 1866. 585.)

Lanthuszky Georgius, vide **Lanczoszky**.

Lanthy Stephanus. Theologiam cum quarto a. terminans 18. Jun. 1728. investitus parochus in Varbó, ubi 8. Jun. 1731. Sigismundus Perényi peregit visitationem. Per illum 32. ex august. conf. ad sinum s. Romanae eccl. reducti sunt. Ibidem † 28. Maji 1748. Legavit pro aedificatione ecclesiae in Trázs, quae usque 1752. aedificata.

Lányi Andreas. 17. Apr. 1722. investitus parochus in Felső-Attrak, ubi usque 1729. operatus est.

Lányi Balthasar. 10. Apr. 1663. investitus parochus in Várkony et Ipoly-Nyék, ubi usque 1665. operatus est.

Lányi Carolus. Natus 18. Dec. 1812. in Bakabánya. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. Pestini 1835. terminavit. 1836. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. Hinc educatoris munus gessit. 26. Oct. 1837. presbyter ordinatus. Cooperatorem egit in Máriavölgy, ab 1840. Po-

sonii ad s. Salvatorem. 1842. In universitate Pestana doctor philosophiae graduatus. 30. Sept. ejusd. a. in lyceo Tirnaviensi prof. hist. univ. et pragmaticae regni Hung. nominatus. Ab 1844. custos bibliothecae Capituli Strig. Ab 1846. in eodem lyceo physicae physiographiae et oeconomiae ruralis professor. 1848. dum studia vacarent a 21. Jun. 1848. admin. egit in Nádas in cottu Poson. A 24. Dec. e. a. vero in Sopornya. 1850. notarius s. sedis Tirnaviensis constitus. Ab 1851. una et archivarius ejusd. s. sedis ac professor linguae graecae. Mensibus Oct. et Nov. 1852. bibliothecam metr. eccl. Strigonium transportari curavit. 28. Oct. 1853. nominatus parochus in Egbell. Ecclesiam intus restaurari curavit. 1856. scholarum statum ordinavit. † 23. Maji 1856. Ex malo hepatico. Fuit membrum eruditae Societatis. Habet insignia merita in re literaria circa hist. eccl. patriae. (Biographiam vide: Knauz, Lányi Magyar Egyháztörténelme.)

Lányi Michael. Cooperatorem egit ab 1784. in Ó-Tura, ab 1785. in Cseke. 1786. primus capellanus localis factus in Koltha. 28. Sept. 1792. investitus parochus in Bánkeszi. Hinc 1. Febr. 1794. nominatus in Tóth-Megyer, ubi † 5. Jul. 1806.

Lányi, vel Lánecz Nicolaus. Fuit ab 1662. parochus in Keresztúr. Hinc 8. Apr. 1663. investitus in Rózsavölgy, ubi usque 1664. operatus est.

Lanzer Joannes. Schemnicziensis, 16. Nov. 1747. idutus pro alumnatu Budensi Széchényiano. 29. Oct. 1752. ordinatus. Jam fine Aug. 1750. missus fuit pro cooperatore ad Dévény in cottu Poson. Hinc ad Bajmócz. Inde 27. Dec. 1752. factus coadjutor in Felső-Hámor. 26. Apr. 1755. investitus parochus in Oszada. Ibi 25. Oct. 1758. successorem nactus. Subin cooperatorem egit in Szalatnya. Hinc 13. Maji 1763. investitus in Veszoka. 1766. ibidem conscriptio fuit peracta. Hinc 29. Sept. 1771. investitus in Felső-Hámor. Quacum ingremiatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Lanczoszky, vel Landhoszky Georgius. 26. Jan. 1696. investitus parochus in Bélabánya. 1708. per acatholicos ecclesia occupata. Ex qua 1709. iterum abacti sunt. Eotum 1708. a. munificentia fidelium contiguum sacellum erectum. Usque finem a. 1709. hic operatus est. Subin factus canonicus Scepusiensis. Honoribus Silberti Heister pulchrum

poema typis vulgavit. (Katona, Hist. Crit. XXXVII. 698.)

Lapicida Daniel. Occurrit 1630. parochus in Némethi in cottu Bars. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusdem a. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae.

Laskay Laurentinus, vide Sleszkay.

Lassú Ludovicus. Natus 13. Oct. 1834. in Szempcz. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini 1857. absolvit. 26. Oct. ejusd. a. ordinatus est. Jam qua diaconus in gymnasio AEppali Tirnaviensi applicatus, ibidem per sex annos professorem linguarum latinae, hung. item matheseos et germanicae, necnon litteraturae hung. egit. Mense Sept. 1863. penes gymnasium Poseniense professor doctrinae religionis renunciatus. 1867. obtinuit ss. theologiae doctoratus lauream. 2. Maji 1869. nominatus parochus in Nagy-Súr. Eo agente ecclesia parochialis picta, schola in matre aucta, in filiali Valtasúr capella et schola funditus erecta, item in Nemes-Súr capella consummata. Aedes parochiales ampliatae, vinea torculari provisa. Ab 1885. per districtum Szerediensem VADnus et schol. elem. inspector. 1890. s. Sedis Tirnaviensis assessor.

Lászlóffy Paulus. Theologiam cum quarto a. in seminario generali 1723. absolvit. 19. Aug. e. a. investitus parochus in Széplak (Kraszna.) Ubi usque 1728. operatus est.

Lászlóffy Petrus. Occurrit 1647. parochus in Hédervár. Nominatur in catalogo cleri, jussu Georgii Lippay confecto.

Laszlovszky Joannes. Oszlányiensis. E collegio gen. 1733 baccalaureus, 1734. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. cum quarto a. 1738. absolvit. 5. Mart. 1740. investitus parochus in Némethi una et in Berzencze, ubi usque 1748. respective 1749. operatus est. Subin recessit ad conventum s. Benedicti de juxta Grón, cujus conventualis fuit, ubi et † 13. Febr. 1751.

Laszlovszky Martinus. Oszlányiensis. Qua alumnus semin. Mariani, 1729. baccalaureus 1730. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. qua speculativus absolvit. 4. Febr. 1733. investitus parochus in Egyházkarcsa. Hinc 30. Apr. 1737. in Duna-Szerdahely. 13. Sept. 1743. contra illum querela mota. 1756. peregit ibidem Joannes Galgóczy visitationem, qui de parocho sic: «Scriptotenus 14 puncta contra eundem proposita fuere. Promisit, post exhortationem, eorum

quae recognovit emendationem. Majorem parochianorum respectationem. Parochiani ea lege contenti fuerunt, ut si relaberetur, praefata defectuum puncta, hic et nunc mortificata, coram consistorio vicariali resuscitare possint.» 1757. post exantlatos 24. annor. labores, viribus corporis attritus, resignavit parochiam ac Strigonium recessit, ubi † 28. Oct. 1758.

Latecska Adamus. Csejtensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1738. baccalaureus 1739. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. 1743. absolvit. Ab 1745. fuit praepositus parochus in Bajmócz, usque 1755. Subin 25. Nov. 1758. investitus parochus in Nagy-Bossány, cum qua parochia 1776. incorporatus est dioecesi Nitriensi.

Latinovics Joannes. 21. Maji 1669. investitus parochus in Vámos, ubi usque 1677. operatus est.

Latinovics Mathias. 3. Sept. 1664. investitus parochus in Pöstyén, ubi usque 1666. activus erat.

Latkóczy Georgius. Szkacsanensis. Parochum egit in Bán. Hinc 1664. installatus canonicus Strigoniensis, simul concionator slavicus. 21. Febr. 1677. ADnus Honthensis. † 1679.

Latkóczy Michael. Theologiam in semin. Mariano absolvit. 7. Apr. 1708. ordinatus. Ab 1712. parochus in Gyerk. Ibidem 1732. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parocho refert, quod sit 55. annor. hic 19. et medio anno. Activus erat ibidem usque 1746.

Laucsik Michael. Natus 10. Oct. 1815. in Szenográd. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 29. Febr. 1840. ordinatus. Cooperatorem egit Korompae et in Varbó. 1844. nominatus in praebendatum chori eccl. metr. Hinc mense Jan. 1846. obtinuit parochiam in Nádas in cottu Posen. 28. Aug. 1860. translatus ad Alsó-Palojta.

Laukó Georgius. Natus 4. Maji 1761. in Szklabonya. Theologiam cum quinto a. in gener. semin. 1788. terminavit. Cooperatorem egit in Karancsságh. Inde 1793. obtinuit parochiam Nagy-Bárkány, ubi tota ejus possessio per incendium combusta. Hinc 10. Nov. 1797. investitus in Soos-Hartyán. Ab 1829. administratores habuit in temp. et spiritualibus. Talis fuit Carolus Bütner. † 27. Aug. 1831. ibidem.

Laukó (Lawkó) Martinus. Occurrit 1559. parochus in Nempthy, i. e. Némethi in cottu Bars.

Ibidem eodem a. Joannes Derecskey peregit visitationem, qui de parochia sic: «Ordinatus a rudo D. suffraganeo Holomonenchy (Olomucensi.) Habet uxorem attamen nullum habet filium.»

Laukó Michael. Natus 15. Sept. 1832. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani Strigonii 1860. terminavit. 29. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Bakabánya, ab 1861. in Galántha, ab 1863. in Szenográd. Eodem a. obtinuit parochiam Csábrág. Hinc 12. Dec. 1876. transivit ad Szebeléb.

Laurentiades Nicolaus. Fuit 1657. parochus in Ardanócz, ubi eodem a. Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de parochia dicit, quod se commode gerit. 13. Apr. 1663. investitus parochus in Pöstyén, ubi usque 1664. operatus est.

Laurentius. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Saca in ADtu Nográd. (Karancsságh.) Qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra marcam et solvit collectoribus census papalis sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 228.)

Laurentius. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Palást. Qui juratus dixit suum beneficium non se extendit ultra marcam, cum fertone et solvit collectoribus census papalis tres grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 223.)

Laurentius. Occurrit 1366. plebanus ecclesiae parochialis ad s. Petrum Mart. in suburbio castri Budensis. (Schier, Buda Sacra 69.)

Laurentius. Occurrit 1416. plebanus in Dobrona. Qui cum exmissis Sigismundum regem accessit, ut confirmationem litterarum privilegialium exoperetur. (Fejér, C. D. X. VI. 211.)

Laurentius. Occurrit 1436. plebanus ecclesiae s. Joannis Bapt. sub monte, vel de promontorio s. Thomae Strigonii, qui dicto anno actionem movit contra Valentinum Fekete. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Laurentius. Occurrit 1447. plebanus plebis de monte Szócóc, id est Turócz-Szent-Mária. Nominatur in metalibus. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 268.)

Laurentius. Occurrit 1464. plebanus in Prividia. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 392.)

Laurentius. Occurrit 1492. plebanus in Pojnik. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 199.)

Laurentius. Occurrit 1500. plebanus Rosnaviae, qui hoc a. intravit confraternitatem s. Spiritus de Urbe, in cujus albo semet sic inseruit: «Ego Laurentius plebanus in Rosnaw provinciae

Vrcie Strigoniensis dioecesis cum genitrice mea intravi anno 1500.» (Monum. Vat. S. I. T. V. 133.)

Laurentius. Fuit 1519. plebanus de Sogra (Zsegra) solvit decimas papales 3 f. 35 d. (Wagner, Analecta Scepus. II. 195.)

Laurentius. 1533. plebanus de Igló. Qui 28. Oct. cum aliquibus vicinis plebanis Leutschoviae advenientem Joannem Katzianer excepit, cui in nomine fratrum dona obtulit. (Wagner, Analecta Scepus. II. 217.)

Laurentius. Occurrit 1536. et 1559. plebanus in Turócz-Szent-Márton. Falso asseritur fuisse Lutheranum. Anno posteriori visitator de illo notavit, quod habeat uxorem.

Laurentius. Occurrit 1559. et 1560. parochus in Nadlian, nunc Nadlány. De illo visitator a. priori sic: «Ministrat omnia catholice, coelibem agit vitam. Conqueritur a septem annis denegatum fuisse a magistro Damiano sedecimam, quam arendavit. Insuper conqueritur esse occupatas ab eodem omnes terras arabiles et silvam. Quem, etiam dixit in pago Livina aram diruisse et fecisse ex ea caminum.» Visitator vero a. posterioris de illo sic: «Juvenis, sine uxore. Sacris initiatus per R. D. Tompam a. Domini 1554. Est verus catholicus et probae vitae. Ecclesiam suam tenet honorifice cum sacramentis et ceremoniis solitis.» In sequentibus iterat querimonias de magistro Damiano, qui in Livina altaria destruxit, unde fornacis fundamenta construxit. Imo quod eam ecclesiam cuidam sacerdoti haeretico pro suo arbitrio contulit.

Laurentius. Occurrit 1559. plebanus in Zavad, id est Závada. De quo visitator ejusd. a. notavit: «Uxoratus, qui nescitur utrum sit ordinatus, quia a me domi non inventus. Sacramenta tamen, prout vidi, catholice servat.»

Laurentius. Occurrit 1560. in Koztholian, id est Nagy-Kosztolány. De illo visitator ejusdem a. sic refert: «Podagrosus. Sacris initiatus Vienne 1543. per R. D. Fabri. Fuit uxoratus, sed mulier ab alio presbytero, parochia de Prestolian (Bresztovány) abducta est, qui nunc eam tenet. Omnium testimonio est vitae integrae vir et obediens.»

Laurentius. Occurrit 1561. parochus in Gele, nunc Egyházgelle, de quo visitator eodem a. notavit: «Senex et vir catholicus. Sacramenta administrat secundum ritum Romanae ecclesiae.»

Laurentius. Occurrit 1561. et 1562. parochus in Ottóvölgy. De quo a. priori visitator notavit: «Catholicus. Administrat sacramenta populo secundum ritum Romanae ecclesiae. Focariam servat.» Ille a. posterioris similiter confirmat, quod sit fidelis observator ritus Romanae ecclesiae, uxorem tamen habet.

Laurentius. Occurrit 1561. plebanus in Zólyom-Lipcse. Ibi eodem a. Blasius Zathay peregit visitationem, qui de parcho sic: «Habet sacramentum Eucharistiae in ciborio. Chrisma, oleum, fontem baptismalem. Audit confessionem auricularem. Communicat sub utraque specie. Habet uxorem, filios et filias. Fecit conciones et bene docet populum.»

Laurentius. Occurrit 1562. plebanus in Zenthmyhalffalwa, nunc Szent-Mihályfa. De illo visitatio eodem a. peracta habet: «Plebanus catholicus, foeminam habet. Populus quoque catholicus.»

Laurentius, Prividiensis. Occurrit 1563. plebanus in Turócz-Szent-Márton. Uti ex testimonio Nicolai Novák ADni Nitr. et canonici Strig. liquet, addictus fuit placitis novatorum. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 244.)

Laurentius. A mense Apr. 1601. parochus in Szölgyén. De quo 9. Apr. e. a. scribit Michael Hori, Kutassy: «Szoegyenbe Lőrincz pap megyen, immár oda is hordozkodott. Most épitetem a plebaniát neki.» (Magy. Sion, 1865. 417.)

Laurentius, Paulus. Occurrit 1630. licentia-tus in Csiffár. Interfuit synodo Tirnaviae die 4. et 5. Oct. e. a. per Petrum Pázmány celebratae.

Laurentich Stephanus. Theologiam cum quarto a. in arce Posoniensi 1791. terminavit. 1792. accomodationem exspectavit Tirnaviae. Eodem a. obtinuit parochiam Alsó-Botfalva, ubi penes infirmum parochum cooperatorem egit, illo mortuo administrator et mox parochus factus. Instituit cambia agrorum, prati et fundi parochialis. † 7. Apr. 1809.

Laurmann Christophorus. Occurrit 1630. parochus in Ottóvölgy. Interfuit 4. et 5. Oct. e. a. synodo Pázmánianae Tirnaviae celebratae. Successorem 1634. nactus.

Lauro Stephanus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1802. absolvit. Cooperatorem egit in Udvard. 1803. studiorum praefectus in semin. s. Stephani. Ab eodem a. una in lyceo AEppali logicae, metaph. philos. ac hist.

professor, 1804. notar. s. sedis. Ab 1806. una matrim. et rel. profess. defensor. Ab 1808. vero ex defensore factus archivarius. 15. Jan. 1813. nominatus parochus in Érsek-Ujvár una VADnu districtus cognominis. † 10. Febr. 1814. Aetatis 36.

Lavotta de Izip Joannes. Natus in Kelemenfalva in cottu Liptó. Qua alumnus semin. gen. 1768. baccalaureus, 1769. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. absolvit et 23. Dec. 1771. pro cooperatore ad Turócz-Szent-Márton missus est. Hinc post semi alterum a. transivit ad Szenicz. Inde 1774. parochus in Szokolócz. 1775. aedes parochiales erectae. 16. Jun. 1780. visitatio canonica Batthyanyiana peracta. 1789. tectum et turris ecclesiae restauratae. 1793. ecclesia 7 libras argenti pro bello obtulit. † 6. Febr. 1806. ibidem.

Lázár Georgius Occurrit XVII. saeculo plebanus in Fel-Bár.

Lázár alias Szöllösi Stephanus. Tirnaviensis. Fuit post tumultum Bocskayanum aliquot annis seminarista. Per capitulum Strig. promotus ad studia Olomucium, subin Viennam. Inde reversus et ordinatus applicatus in choro eccl. metr. qua praebendatus et succentor. Hinc obtinuit parochiam Nagyker. Exhinc 26. Apr. 1624. instalatus canonicus Strig. 1629. obtulit illi senatus Tirnaviensis altariam OO. SS. penes confirmationem AEppi. † 1652.

Lazi Adamus, Georgius. 8. Sept. 1677. investitus per ipsum cels. principem AEppum Georgium Szelepcsényi, parochus Bazinii. Teste matrica baptisatorum aliquos e secta anabaptistarum baptisavit. Successorem 1682. nactus.

Lebed Melchior. Occurrit 1559. plebanus in Vieszka, de quo visitator Joannes Derecskey sic loquitur: «Ordinatus Viennae, uxorem habet, filium nondum habet. Est quodammodo infectus haeresi a sacerdotibus montanarum civitatum.»

Lébényi, vel Libényi Michael. Nobilis Lébényiensis ex cottu Mosoniensi. Advenit 3. Nov. 1731. cum veste clericali nigra Tirnaviae suscepta, ut assumeret Budae ceruleam. 25. Oct. 1733. ordinatus. Missus ad parochum in Vizkelet, qui illum qua capellanum expositum ad vacantem parochiam Tallós pro se delegavit, ubi 11. Dec. 1734. investitus parochus. Hinc 20. Nov. 1750. investitus in Nádszegh, ubi † 5. Febr. 1765.

Lecatus. Occurrit 1332. inter et 1337. sa-

cerdos ecclesiae beati Petri apost. de Chrelchzer (Trebekecz) in ADtu Ontensi (nunc Terbegecz filia ad Kőkeszi), qui juratus dixit, quod non crederet beneficium valere ultra duos fertones, solvit tres grossos. (Mon. Vat. S. J. T. I. 186.)

Lectorich Michael. Occurrit 1611. et 1614. plebanus in Verebély.

Leczkósy Joannes. 1679. collatam accepit licentiam in Lehota Gyarmat, nunc filia ad Mellek.

Ledeczky Daniel. 10. Jun. 1666. investitus licentiatus in Nagy-Födémes.

Ledeczky Georgius. 18. Jun. 1665. investitus parochus in Prácsa, nunc Szőlős, ubi usque 1668. operatus est.

Leey Michael, vide **Radosényi Leopoldus, Michael.**

Lefánty Joannes. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1831. terminavit 17. Aug. e. a. ordinatus est cum disp. 7 m. et 27 dier. Cooperatorem egit in Nagy-Maros, ab 1832. Vetero-Budae. 1833. factus archivarius et protocollista off. vicarialis. 1837. notarius metr. s. sedis Strig. 1839. simul notarius primat. una matrim. et rel. prof. defensor. 1840. secretarius off. vic. Strig. et sed. praed. de Vecse tab. jud. assessor. 8. Jul. 1845. nominatus parochus in Vág-Sellye, ubi † 12. Jan. 1848. Aetatis 40.

Legrády Franciscus. 7. Febr. 1761. missus pro cooperatore ad Szölgyén. Hinc 28. Mart. 1762. investitus parochus in Tarján. Sub illo jacta sunt fundamenta pro nova ampla ecclesia hodierna, 1779. proxima die post festum Theophoriae. Ecclesia, tamen absque turri, benedicta est per ipsum parochum 24. Aug. 1783. festo patrocii i. e. s. Georgii. Durante longiore infirmitate habuit administratores. † 16. Jun. 1807.

Lehmann Augustinus. Natus 19. Jul. 1847. Theologiam in Pázmáneo 1871. absolvit et 31. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Bajóth, ab 1872. in Budaujlak, ab 1874. in Buda-Tabán, ab 1881. Pestini ad s. Leopoldum. Una praeses consociationis sodalium cathol. Budensium. Ab 1884. professor doctrinae religionis in schola reali in circulo VIII. ab 1887. item in super. schola mul. 1889. obtinuit parochiam Bussa, ubi † 30. Maji 1890.

Lehoczky Adamus. Mense Apr. 1689. investitus parochus in Sárffő, ubi usque 1694. operatus est.

Lehoczky Antonius. Natus 31. Maji 1792.

Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1816. absolvit. 17. Aug. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Oroszi, ab 1818. in Tölgyes. Hinc 2. Febr. 1823. nominatus parochus in Dágh, ubi † 12. Mart. 1826. globo se trajecit.

Lehoczky Balthasar. Fuit ab 1660. usque 1665. parochus in Modor.

Lehoczky Gabriel. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii ab 1802. absolvit. Cooperatorem egit in Musla, ab 1803. Comaromii. 1804. studiorum praefectus in semin. Mariano. Ab 1805. una logicae metaphysicae, philosophiae moralis et hist. professor. 1808. ad doctoratum philosophiae et AA. LL. promotus. Hinc solum historiae professor retento munere praefecti. 1810. morabatur absque officio in Nyék. 1811. obtinuit parochiam Kőkeszi, ubi † 22. Mart. 1834. Fuit cottus Hont. tab. jud. assessor.

Lehoczky Franciscus, vide **Lehotkay.**

Lehoczky Joannes. Natus in Bakabánya. Philosophiam et theologiam in Pázmáneo absolvit. 1747. ordinatus. 29. Jul. ejusdem a. missus pro cooperatore ad Lévárd. Inde 2. Apr. 1749. investitus parochus in Lutilla. Hinc 22. Dec. 1750. investitus in Felső-Zsemer. Ibidem 1754. ecclesia erecta per Josephum et Georgium Baross. 29. Jan. 1761. per intimatum idcirco reprehensus, quod non introduxerit puerperam, quae prolem curavit per praedicantem baptisari. 1766. parochiae conscriptio peracta. 1773. parochiam aedificari curavit. 28. Apr. 1779. peracta visitatio Bathyanyiana. † 3. Mart. 1801. ibidem.

Lehoczky Joannes Bapt. Fuit ex suppresso S. J. ad ADioecesim susceptus. Eo usque superiorem et parochum agens in Valle Dominorum, ubi etiam qua ADioecesanus ultro quoque permansit. † m. Maji 1776.

Lehoczky Joannes. Natus 4. Mart. 1793. in Ürmény. Studium theologiae inchoavit Nitriae, terminavit Tirnaviae. 26. Aug. 1816. ordinatus est. Missus in auxilium aegrotorum parochorum in Zeliz et in Vadkert. 1821. ad Patak pro cooperatore applicatus. 28. Jul. 1829. nominatus parochus in Nemes-Oroszi. 21. Nov. 1832. obtinuit parochiam Héregh. Hinc 28. Oct. 1846. transivit ad Vágszerdahely. Ob politicam compromissionem beneficium 6. Maji 1851. amisit et captivitatem 3. a. et 3. m. subivit. 20. Febr. 1854. liberatus cooperatorem egit in Tölgyes. Eodem adhuc a. suscepti Uny int. administrare. Hinc 18.

Febr. 1855. accepit administraturam in eremo s. Crucis Péliföld, quam m. Apr. 1866. fratribus s. Pauli resignavit. Hinc transivit 25. Jul. e. a. ad Kospallag, ubi simul instituto emeritor. parochor. adlectus. † 18. Sept. 1868. ibidem.

Lehoczky Josephus, vide **Lelovszky**.

Lehoczky Julius. Natus 13. Febr. 1841. in Sátoralja-Ujhely in cottu Zemplén. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 27. Jul. 1863. ordinatus. Cooperatorem egit Levae, a m. Mart. 1868. Pestini ad s. Theresiam. Hinc 15. Maji 1876. nominatus parochus in Imely, quam 15. Sept. 1883. resignavit. Deget Tatae.

Lehoczky Martinus. 16. Febr. 1671. investitus parochus in Bazin. Eodem a. subscripsit absolutionales aeditui. † 16. Oct. 1673. ibidem.

Lehoczky Mathias. Király-Lehotensis ex cottu Liptó. Ab 1754. in Emericano, 1758. ad alumnatum Budensem Széchényianum missus. Theologiam in semin. generali absolvit, hinc 24. Apr. 1765. missus pro capellano ad Lévárd. 7. Mart. 1770. applicatus est admin. penes infirmum Josephum Mazsár in Holics. 26. Aug. 1775. investitus parochus in Liptó-Szent-Endre. Quacum ingremiatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Lehoczky Paulus. 20. Nov. 1757. missus pro cooperatore ad Báth, 13. Aug. 1759. ad Verbó. 26. Jan. 1760. investitus parochus in Bélaház. Hinc 12. Dec. 1763. investitus in Garam-Ujfalu. Ubi eccl. in ruderibus constituta. Tempore successoris Consilium loctle 14. Dec. 1769. mandavit amicabilem conventionem fieri inter parochum et baronissam Helenbachianam intuitu horum ruderum. Item 1. Mart. 1770. vetat locum veteris ecclesiae ad profanos usus converti. † 19. Mart. 1766. ibidem, aetatis 33.

Lehoczky Paulus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1727. terminavit jam qua presbyter, quia 19. Nov. 1726. fuit ordinatus. Pro activitate in Scepusium missus, ubi extra beneficium constitus † 16. Febr. 1754. Váraljae.

Lehotay Nicolaus. Nobilis Lehotensis e cottu Trencsin. Qua alumnus semin. s. Stephani 1723. baccalaureus, 1724. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1727. terminavit. 8. Mart. ejusd. a. ordinatus est. 29. Sept. adhuc eod. a. investitus parochus in Nagy-Emöke. Ibi 1732. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parocho notavit, quod habeat inspectionem xenodochii per familiam Dezső fundati. Ma-

tricas 26. annor. ex dispersis scartetis collegit et in ordinem redegit. Ecclesiam omnibus rebus necessariis large providit. Mense Jun. 1739. grassante peste, officium suum, licet ipse infirmabatur heroice implevit. 1741. resignavit parochiam. 22. Aug. 1746. investitus parochus in Gyerk, quam 1750. similiter resignavit. † 20. Nov. 1760. in Vág-Besztercze.

Lehotay Rudolphus. Natus 13. Jan. 1828. in Vagyócz. Philosophiam Tirnaviae, theologiam ibi et Strigonii absolvit. 19. Jun. 1853. ordinatus est. Cooperatorem egit Szakolczae, 1860. constitutus admin. Brezovae, ubi † 21. Aug. 1888.

Lehotay Sigismundus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali 1794. terminavit. Cooperatorem egit in Verbó. 10. Apr. 1797. investitus parochus in Alsó-Palojta, ubi † 30. Aug. 1841. Fuit cottus Hont. et Neograd. tabulae jud. assessor.

Lehotkay, vel **Lehoczky Franciscus, Ignatius**. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1693. baccalaureus, 1694. magister philosophiae. Theologiae in eodem semin. studuit e qua 26. Apr. 1697. baccalaureus graduatus est. Mox ante, nempe 6. Apr. e. a. ordinatus est. 23. Oct. similiter hoc a. investitus parochus in Ocsova. Hinc 22. Maji 1703. in Pojnik cum Lubetka. Inde 23. Dec. 1705. in utramque Kemencze. Exhinc 5. Maji 1707. in Chrenócz. Inde 16. Apr. 1711. in Tóth-Próna. Hinc 1. Jul. 1729. in Szucsány, ubi † 14. Jul. 1737.

Leidenecker Dominicus, vide **Laidenecker**.

Leindorfer Ludovicus, vide **Kendfalvi**.

Leipold Josephus, vide **Laipold**.

Leischner Christianus. Studia Budae et Tirnaviae absolvit. 2. Dec. 1728. investitus parochus Budae in suburbio Ujlak, ubi 1756. Josephus Batthyányi peregit visitationem, qui de parochosic: «Libris propriis est sufficienter provisus. Habet sufficientem notitiam eorum, quae ad administrationem sacramentorum, recitationem horarum canonicarum et populum instruendum sunt necessaria.» 1764. parochiam resignavit et Budae in quiete vixit, ubi etiam † 1771.

Leitmann Stephanus. Natus 15. Dec. 1835. Teuto-Pronae. Qua alumnus dioec. Vaciens. duos theologiae cursus ibid., reliquos Strigonii absolvit. 28. Jul. 1861. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kis-Tapolcsány, Lédecz et Búr-Szent-György. A m. Oct. 1866. admin. in Detrekő-Szent-Mik-

lós. Inde 1. Maji 1867. nominatus parochus in Rarbach. Hinc 6. Nov. 1870. factus admin. in Albaár, quam parochiam 1. Febr. 1871. adeptus est. † 30. Mart. 1871.

Lelkes Adolphus. Natus 22. Oct. 1840. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 28. Febr. 1864. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kis-Tapolcsány, mox Strigonii ad s. Ignatium. Mense Sept. 1865. professor gymnasii AEppalis Tirnaviensis nominatus. Subin professor diplomaticus e geogr. hist. univ. et patriae promotus. 1871. accepit parochiam Lakács.

Lelkes Georgius. 8. Jun. 1673. investitus parochus in Kovarcz et jam m. Aug. ejusd. a. in Geletnek, quae parochia tunc recuperata. 1674. Antonius Péterffy peregit visitationem. Hinc 14. Apr. 1681. investitus in Detva. Inde 30. Jan. 1683. in Felső-Diós. Exhinc demum 1687. in Modor, ubi 13. Dec. 1690. probatum fuit, quod festa de decretalia in citte observentur. 29. Maji 1695. successorem nactus.

Lelovszky Josephus. Szerdahelyiensis, ex cottu Poson. 8. Nov. 1742. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum. 15. Apr. 1745. ordinatus. 12. Aug. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Vadkert. 8. Maji 1747. investitus parochus in Szakal. Hinc 27. Febr. 1755. in neorecta parochia Kurta-Kesz, quae tunc separata ab Izsa. Statim inchoavit matricam scribere. 1764. in filiali Virth ecclesia in honorem ss. Trinitatis erecta. Ibidem 8. Maji 1780. visitatio Batthyanyiana peracta, in qua de parocho notatum, quod sit 59. annor. et fractus. 30. Apr. 1789. resignavit parochiam ob progressam debilitatem. † m. Dec. ejusd. a.

Lemhény Nicolaus, vide Bede de Baróth.

Lencsés Alexander. Natus 14. Jun. 1818. in Mocsonok. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit et 15. Jul. 1844. ordinatus est. Cooperatorem egit in Galantha, semi altero a. in Nagy-Súr. Hinc 19. Apr. 1856. investitus parochus in Szempcz.

Lendvay Georgius. 17. Apr. 1678. investitus parochus in Ipolyságh. Inde 25. Jan. 1687. in Nagy-Zellő. Hinc 11. Apr. ejusd. a. in Nagy-Emőke. Exhinc m. Apr. 1689. in Füzes-Gyarmat. Inde 20. Apr. 1693. in Ujlak et mox m. Maji e. a. in Felső-Thúr. Hinc 26. Jul. 1697. denuo investitus in Ipolyságh. 1714. parochiam resignavit et semin. s. Emerici inspector factus, ubi † 1717.

Lendvay de Alsó-Lendva Georgius. Szempczensis. Qua alumnus seminarii s. Stephani 1743. baccalaurus, 1744. magister philosophiae. 7. Nov. 1745. pro theologia morali ad alumnum Budensem Széchényianum venit. Theologiae tertium et quartum a. iterum in semin. s. Stephani absolvens 1748. terminavit. 15. Mart. ejusd. a. pro cooperatore Strigonium missus. Hinc Tirnaviam transivit. 29. Nov. 1750. investitus in Tallós. Ibi 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parocho notavit: Annor. 33. Diligens, exemplaris. Pomeridianas catecheses jussus assummere. 1778. controversia inter parochum et orphanotrophii beneficiatum exorta, quae sopita, juxta literas jam 24. Sept. 1764. per vicarium Berchthold editas limites jurisdictionis delineati. † 15. Jan. 1793. Aetatis 70. legavit pro missis 600 flos.

Lendvay Josephus. 17. Jan. 1730. investitus parochus in Vásárút. Inde 21. Jul. 1731. in Csek-lész. Hinc 19. Jun. 1732. in Egerszegh, ubi † 8. Aug. 1737.

Lendvay Petrus. Theologiam usque tertium a. partim in Adalberto, partim in Mariano absolvit et dominica passionis 1706. ordinatus est. 14. Febr. 1709. investitus parochus in Nagy-Emőke. Ibi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parocho notavit quod se laudabiliter gerit. Operatus est usque 1714.

Lengyel Franciscus. Papensis, ex cottu Vespém 1755. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum. Theologiam in Pázmáneo absolvit. Hinc 16. Jun. 1761. missus pro praefecto herul. comitis Antonii Berchthold Tirnaviam. Hinc 3. Aug. 1762. cooperatore Samariae. 4. Jun. 1763. investitus parochus in Vajka. 24. Nov. ejusdem a. Michael et Nicolaus Vass dotarunt capellam s. Nicolai. 1767. aliqualem controversiam habuit cum Franciscanis. † 13. Maji 1774. ibidem.

Lengyel Nicolaus. Occurrit 1630. licentiatus in Dunaszerdahely. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. sub Petro Pázmány Tirnaviae celebratae. 1647. fuit licentiatus in Kis-Bény, nunc filia ad Kéménd. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Leniczky Joannes. Theologiam cum tertio a. in semin. gen. 1777. terminavit. Applicatus qua praebendatus chori eccl. metrop. 1778. una ceremonarius suffr. eppi Stephani Nagy. 1781. promotus ad succentoratum, retento munere ceremonarii. 24. Sept. 1782. nominatus parochus in

Bátorkesz. Hinc 25. Mart. 1784. accepit Gyerk. Inde 9. Jun. 1797. transivit ad Ipolynyék. † 20. Jun. 1817. Ibidem. Fuit cottus Hont. Neogr. et Strig. tabulae jud. assessor.

Lenner Adamus. 15. Sept. 1678. investitus parochus in Nagy-Ugrócz, ubi usque 1680. operatus est.

Lenner Anselmus. Ex aliquo ordine religioso ad ADioecesim susceptus. 1787. accepit neo-erectam parochiam in Nagy-Lapás. 1789. institit pro aedificio parochiali. 17. Apr. 1790. relatio data de communitate, quod velit ponere aedificium neo-parocho. 1791. beneficium resignavit ac inter deficientes susceptus. † 31. Oct. 1799. Ó-Lehotae.

Lenovics Martinus. E seminario Széchényiano Budensi 19. Mart. 1766. missus pro cooperatore ad Nyék. Hinc 10. Dec. 1770. investitus parochus in Putnok, quocum beneficio ingremiatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Lenthy Emericus. Nanaensis e cottu Strig. 1769. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Qua talis 1770. baccalaureus et magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. 1775. terminavit. Cooperatorem egit in Vadkert. 1779. missus ad Bajóth quam parochiam m. Sept. ejusd. a. obtinuit. Hinc 6. Oct. 1802. nominatus parochus in Udvard, ubi 1815. munere VADni in districtu cognominis. † 8. Apr. 1826. Fuit etiam ss. theologiae baccalaureus et cottus Comer. tab. jud. assessor.

Lentz Simon. Natus 6. Oct. 1843. Philosophiam Tirnaviae, theologiam cum quarto a. Strigonii 1866. absolvit. 7. Oct. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ipolyság, ab 1867. in Nagymaros, ab 1869. in Rimócz, ab 1873. in Kamencze, et in Érsekujvár. 6. Jul. 1878. nominatus parochus in Bajóth.

Leonardus. Occurrit 1560. parochus in Turócz-Szent-György, de quo visitator Michael Szegedy eodem a. sic refert: «Uxoratus, bonus et verus christianus cum omnibus sacramentis et ceremoniis. Conqueritur contra Beniczky, qui multa mala illi inferre solet, propter cujus malefacta cogitur beneficio valefacere et se alio conferre.»

Leonardus. Occurrit 1443, 1446. et 1455. parochus Regiomontanus, Ujbánya. (In actis parochiae Selmezbánya et Schemat. hist. Neosol. 1876. 333.)

Leonardus. Occurrit 1559. parochus in Nagy-

Tapolcsány. Nominatur in visitatione eodem a. peracta, ubi de illo notatur, quod sit uxoratus, catholicus. 1560. alter possidebat hoc beneficium, in quo 1564. iterum reperitur 7. Jan. ejusdem a. exsequitur excommunicationis sententiam per Mathiam Graecum in Sigismundum Korosy latam, quia decimas abstulerat.

Leonardus. Occurrit 1561. plebanus in Modor, de quo visitator eodem a. sic refert: «Intus in oppido habent capellam, ubi quotidie sacra administrant. Plebanus eorumdem catholicus praedicator. Famulam servat, quia senex est. Ornamenta ecclesiae decenter servat.»

Leopoldus. Occurrit ab 1311. usque 1324. canonicus ad s. Martinum et simul parochus ecclesiae s. Laurentii Posenii.

Lepesányi Joannes. 12. Maji 1696. investitus parochus in Kraszna-Horka-Váralja, ubi usque 1701. operatus est.

Lepényi, vel Lepinyi Franciscus. Natus in Szalatnya in cottu Zol. Qua alumnus semin. Mariani 1719. baccalaureus, 1720. magister philosophiae. In eodem semin. 1721. theologiam inchoavit et diaconus ordinatus est. 19. Maji 1724. investitus parochus in Dobrona, hinc 2. Febr. 1738. Vetero-Zolii, ubi cooperatorem obtinuit. Fuit una ejusdem districtus VADnus. † 9. Apr. 1747.

Lepényi Joannes. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1766. absolvit. 8. Apr. ejusdem a. pro cooperatore et conventuali ad Szent-Benedek missus. Hinc 8. Dec. 1769. investitus parochus in Szolcsán, quacum 1776. incorporatus est dioecesi Nitriensi.

Lesgar, rectius Lestár Demetrius. Occurrit 1647. parochus in Sasomháza et Terenye, nunc Kis-Terenye. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto.

Leskovics Martinus, vide Liskovics.

Leszkovszky Andreas. Natus in Felső-Leszkó. Qua alumnus coll. gen. 1692. baccalaureus, 1693. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem collegio 1696. terminavit. 27. Mart. 1697. investitus in Nagy-Herestyény. Investituram 31. Mart. 1700. ibidem iteratam accepit ita tamen, quod tunc et Nagy-Hind obtinuit. Hinc 19. Apr. 1706. investitus in Vizkelet. Inde 15. Jul. 1710. in Horváth-Gurab, ubi 1723. conscriptio fuit peracta, in qua de parocho: «Annor. 50. in cura animarum 26. catechesim non facit, concionatur tamen. Bonae fama.» Usque 1729. operatus

est. Vir hic non tam aetate, quam meritis et virtute gravis, perductis ad omnem vitae morumque probitatem parochianis, parochiam reliquit et Andocsinum commigrans, apud Franciscanos † 1738.

Leszkovszky Georgius, vide **Lieszkovszky**.

Letheney Stephanus. Theologiae in Pázmáneo studuit. 11. Maji 1713. investitus parochus in oppido Sempete, ubi eodem a. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochia sic: «In cura animarum 2. annis, hic quinque mensibus. Diligens. 19. Febr. 1720. investitus in oppido Szered. Inde 24. Aug. 1735. investitus canonicus Strig. Iteratis vicibus apoplexia tactus † 8. Oct. 1748. Aetatis 67.

Lethovanicz, vel **Liethovanecz Joannes**. 16. Apr. 1711. investitus parochus oppidi Bábászék. Ibidem operatus est usque 1712.

Letskésy Franciscus. 16. Jul. 1706. investitus parochus in Püski una Kiliti. Hinc 16. Dec. 1711. in Kicsind una Kövesd. Inde 13. Jun. 1714. in Köhid-Gyarmat. Operatus est usque † m. Aug. 1728.

Letskésy Georgius. 1. Jul. 1681. investitus licentiatus in Libád, jam 4. Jul. in Lehota-Gyarmath. 12. Apr. 1690. iterum in Libád. 30. Maji vero in Kis-Gyarmat, ubi usque 1696. operatus est.

Letskésy Mathias. 10. Jul. 1688. investitus licentiatus in aliquo Gyarmath. Hinc 1. Apr. 1692. in Letkés et Kis-Oroszi. Quam investituram reiterate accepit 27. Maji 1693. et 8. Nov. 1698. Subin 24. Mart. 1700. investitus licentiatus in Kicsind, ubi usque 1701. operatus est.

Letovics Gasparus. Ex-religiosus. 1787. ad ADioecesim susceptus et pro cooperatore in Vesztele applicatus. Initio a. 1793. factus capellanus localis in Bori, ubi † 30. Mart. ejusd. a.

Lévay Martinus. 27. Jun. 1692. investitus licentiatus in Hárskút, ubi usque 1694. operatus est.

Lévay Stephanus. Philosophiam in Pázmáneo, theologiam per quatuor a. Romae absolvit. 24. Maji 1692. ad titulum AEppi Strig. ordinatus. 30. ejusd. m. et a. investitus parochus in Egyházfalva. Hinc 14. Jun. ejusd. a. investitus in Hédervár. Ibidem 1695. erecta congregatio agoniae Christi. Autoritate Theresiae de Viczay procurata bulla Innocentii XII. desuper et acceptae litterae vicarii Pauli Balassa de 18. Jan. 1700. quo a. et libellus hung. impressus Tirnaviae. 1697. peregit ibidem Adamus Nigrini visitationem, qui de parochia notavit, quod sit una VADnus districtus

Comar. intra aquas. 1703. Andreas Illésházy consecravit ecclesiam licet vetus fuisset. Adhuc 1706. ibidem.

Leudischer Georgius. 13. Jul. 1542. parochus Leibicensis factus, sed tantum pro anno accepit jurisdictionem, et quia haeresi infectus, ob minas recessit ad Topricz. unde venit. (Wagner, Analecta Scep. II. 230.) 1543. illum Müllenbachenses jam tertio elegerunt, quamvis vicarius Martinus, plebanus capituli S. Martini nomine mandati regii coram arcis Scepus. praefecto Bornemissza contra illum protestatus fuisset, ut illum tamquam haeticum non pateretur, sed hic eum defendebat. (Ibid. 237.) 1550. fuit parochus in Nova Villa, seu Iglo et fecit exequias in octava Epiphania pro suo antecessore Laurentio Hillebrand. (Ibid. 256.)

Lexa Joannes. Natus 1. Maji 1765. in Érsekujvár. Theologiam cum quinto a. qua theologus practicus 1789. terminavit. 1790. in instituto presbyterorum Tirnaviae degit. Hinc pro cooperatore Levam missus. 23. Nov. 1792. nominatus parochus in Ipoly-Szakállos, ubi 11. Jan. 1793. investitus. Inde 5. Maji 1804. transivit ad Léva, ubi † 5. Maji 1808.

Libed Melchior, vide **Lebed**.

Libényi, vide **Lébényi**.

Lichtner Andreas. Fuit a m. Febr. 1709. 1. Nov. ejusd. a. parochus in Vedröd.

Licsa Joannes. 4. Nov. 1757. missus est pro capellano ad Nagy-Salló ut administret et parochiam in Nagy-Endréd, cum illa conjunctam.

Liczeg Joannes. Prividensis. Theologiae in Pázmáneo studuit. 24. Mart. 1693. investitus parochus in Bozók. Ubi opus Euchiridion vulgavit. Hinc 1704. transivit Prividiam, ubi usque 1705. operatus est. Subsequentibus a. cum litteratura semet occupavit et Tirnaviae opera sua typis vulgavit. In opere 1708. a se edito semet emeritum parochum Krakovaniensem nominat. In eodem opere 1709. edito semet simpliciter ADioec. Strig. presbyter nominat. Subin 12. Aug. 1710. iterum investitus parochus etquidem in Krakován. Ubi usque 6. Oct. 1712. operatus est. † m. Maji 1714. (Szabó, Régi m. könyvtár. II. 2017, 2296, 2297, 2341, 2347, 2383. Katona, Hist. Crit. XXXVII. 698. etc.)

Lieb Ignatius. Natus 30. Aug. 1764. Tirnaviae. Theologiam cum quinto a. 1788. terminavit. Cooperatorem egit in Vindschacht, ab 1791.

coop. Tirnaviae. 1795. obtinuit parochiam Ujlak, ubi 1818. munere VADni districtus Galgóczensis condecoratus. 1831. benigne nominatus lector et canonicus Tirnaviensis. † 10. Dec. 1837. in Ujlak.

Lieskó Georgius. Puchoviensis ex cottu Trenchin. 5. Nov. 1732. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 10. Oct. 1737. investitus parochus in Nádas in cottu Poson. Hinc 15. Jan. 1741. investitus parochus in Vagyócz, ubi 1756. per Antonium Révay visitatio peracta. † 4. Jun. 1758. Sepultus ad latus minoris arae.

Lieszkovics Adamus. A m. Jun. 1689. usque 1698. fuit parochus in Novák.

Lieszkovszky, vel Liskovszky Georgius. Theologiam cum cursu morali terminavit. 11. Maji 1674. investitus parochus in Dobrona, ubi usque 1684. operatus est. 13. Maji 1691. investitus in Nagy-Súr. 10. Sept. 1693. fundatio Georgii Berecsényi regulata. 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem in qua de parocho notavit: «Annor. 60. Sacerdotii 30, parochiae 4. A catholici conversi 12.» Hinc 7. Maji 1696. investitus in Bohunicz, ubi † 12. Nov. 1697.

Lieszkovszky Gabriel. Natus 9. Maji 1796. in Albaár. Philosophiam in academia Posoniensi, theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Aug. 1819. ordinatus est. Cooperatorem egit in Rimócz 5. m. in Karancsság 2. a. In Nagy-Oroszi a. 9. Eodem tempore administravit Zsély duobus m. Ó-Gyalla 3. m. usque m. Sept. 1832. tunc factus parochus in Csúz. Hinc 2. Jul. 1840. nominatus in Zsigárd. Ab 1856. ord. VADnus districtus Sellyensis. Quod munus propter propectam aetatem 1882. resignavit. Ab 1881. habuit admin. in spiritualibus Joannem Geleta. † 6. Apr. 1885. Ibidem.

Liethovanez Joannes, vide Lethovanicz.

Liftner Franciscus. Natus 10. Jan. 1802. in Drégely-Palánk. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit 13. Mart. 1826. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Magyar a. 2. Mense Maji 1828. obtinuit parochiam Boldogfalva, ubi usque m. Sept. e. a. mansit. Hinc obtinuit Jóka, in quo beneficio 9. Oct. e. a. investitus. Ibi 1831. ecclesiam renovavit, supellectilem auxit. 1842. novam domum parochialem struxit. 1845. transivit ad Marczal. 1860. vero ad Farnad, ubi † 10. Jul. 1877. Fecit foundationem in Jóka.

Lindauer Josephus. 18. Jan. 1743. investitus parochus in Valaszka, ubi † 5. Apr. 1749. Testamentum praesto est.

Lindinger Christianus. Baziniensis. Qua secundum a. theologus in semin. s. Stephani extraordinarie magister philosophiae 1715. promotus. In eodem semin. theologiam cum tertio a. 1716. terminavit. 27. Mart. 1720. investitus in exemptam parochiam Visegrád. 1727. conquestus est contra aggressores publicae processionis. 10. Apr. 1728. resignavit parochiam. Subin factus capellanus Joannis L. B. Tolvay in Köpösd. † 26. Sept. 1745. ibidem.

Lindvay Georgius, vide Lendvay.

Linek Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1817. terminavit. Cooperatorem egit in Vindschacht, ab 1819. in Bazin, ab 1823. in Sasvár. 1824. obtinuit parochiam in Hosszufalu. Hinc 1836. transivit ad Bogdány, ubi † 12. Jun. 1843.

Lingovics Michael, Antonius. Theologiam cum cursu morali absolvit et ad titulum Andreae Pauli Romani ordinatus. 29. Jul. 1685. investitus parochus in Báhony. Hinc 8. Maji 1686. in Nahács. Inde 3. Jan. 1689. in Bohunicz. Exhinc demum 30. Maji 1693. in Bélaház, ubi 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parocho notavit, quod sit: Annor. 30, sacerdotii 12. Successorem nactus 20. Apr. 1697.

Linhard Ludovicus. Patria Moravus. Theologiam cum quarto a. et cursu speculativo terminavit. Ad titulum dioec. Olomucensis ordinatus. In Austria in cura animarum qua cooperatur a. uno, qua admin. a. duobus aperatus est et qua stipendiarius sacerdos Viennensis 8. Jan. 1754. investitus parochus in Szent-István. Hinc 22. Jun. 1755. in Divény in cottu Poson. Ibi eodem a. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parocho notavit: «Annor. 28. in cura animarum 5. Diligenter exequitur officium suum. Catecheses jussum assumere.» 27. Mart. 1770. querelae comitis Kolonics contra illum motae. Eodem a. resignavit beneficium. † circa 1785. in cellis Marianis.

Linter Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. gen. in arce Posoniensi 1790. terminavit. 1791. accomodationem exspectavit Tirnaviae. 17. Aug. 1791. collatam accepit capellaniam localem in Hegy. 1. Aug. 1794. in praesentia VADni Antonii Valdinuczi capellania localis hinc translata est ad Kossuth. 1799. ad complementum fabricae ecclesiae e fundo religionis 444 fl. 35 xr. resolutae. 24. Dec. 1809. ibidem parochia erecta et ipse parochus factus. Hinc 24. Febr. 1812. no-

minatus in Rimócz, ubi † 6. Aug. 1827. Fuit cotus Neograd. tab. jud. assessor.

Linter Josephus. Natus 6. Mart. 1786. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1808. terminavit. 7. Mart. 1869. ordinatus. Cooperatorem egit in Hidaskürth, ab 1810. in Szered. 1814. obtinuit parochiam in Felső-Szeli. Hinc 1821. transivit ad Nagy-Súr, ubi ecclesiam interius iteratim exornavit. Aedificia oeconomialia restauravit. Beneficium emta vinea auxit. Commationem agrorum feliciter superavit. 1848. et 1849. multa dira debuit perpeti a fidelibus suis slavibus, quia laude boni patriotae florebat. 1850. VADnus distr. Szered. 1855. canon. hon. Strig. 16. Sept. 1862. reliquit Súr ad capessendum stallum canoniale Tirnaviae, ubi † 24. Jan. 1864.

Lintner Michael. Berzenczensis in cottu Bars. 10. Nov. 1740. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Theologiam in semin. s. Adalberti absolvit. 11. Maji 1746. missus pro cooperatore ad Trubin. 30. Maji 1747. investitus parochus in Nagy-Herestyén. Hinc 12. Jan. 1751. in Aranyos-Maróth. 28. Febr. 1760. interrogavit ordinariatum an molitorem qui sibi novacula guttur praescidit, possit sepelire. 1763. Alexander Bokros erectam in Perlep capellam dotavit. 27. Sept. 1779. visitatio Batthyanyiana peracta. 1792. beneficium resignavit et m. Jan. 1793. Ponium recessit. 1795. dignitate abbatiali. B. M. V. de Babolcha decoratus, † 7. Oct. 1800. in Kis-Tapolcsány. Fuit conv. s. Benedicti de juxta Grón convent. Cottus Bars. tab. jud. assessor.

Lipsák Georgius, Franciscus. 13. Apr. 1665. investitus parochus in Kis-Tapolcsán. Jam 28. Oct. ejusdem a. investituram pro Besztercze accepit, ubi usque 1673. operatus est. 15. Febr. 1685. investitus in parochiam l. r. cittis Szent-György. Hinc 4. Sept. 1691. in Podola, ubi usque 1692. operatus est.

Lipsányi Joannes. 12. Maji 1696. investitus parochus in Kraszna-Horka-Váralja. Hinc 1701. transivit ad Kisapáthi, ubi pro parochia molam impetravit. Inde 19. Nov. 1710. investitus in Garam-Szóllós, ubi usque 1713. operatus est.

Lipsey Paulus. Theologiam cum tertio a. in semin. gen. 1774. terminavit. Cooperatorem egit in Magyar-Szölgyén, ab 1779. in Lédecz, ab 1780. in Barth. 11. Apr. 1782. pro admin. missus ad Házasnénye, ubi † 8. Nov. 1793. Aetatis 43. Ex peripneumonia.

Series Paroch.

Lipovniczky Josephus. 4. Dec. 1761. missus pro cooperatore Scepusium. 1767. factus parochus in Répás, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Lipovniczky de Lipovnok Carolus. Natus 25. Oct. 1834. Budae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strig. absolvit. 25. Jul. 1858. ordinatus est. Cooperatorem egit in Karanságh, Kürth, Buda-Eörs et Marczal. 1868. admin. a 16. Aug. ejusd. a. parochus in Óvár. † 15. Aug. 1883. ibidem.

Lipovniczky de Lipovnok Stephanus. Natus 15. Aug. 1814. in Aranyos-Maróth. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 21. Aug. 1837. ordinatus est. Cooperatorem egit in Udvard. 1841. nominatus in officio vicariali Strig. archivarius una juratus consistorii. 1844. admotus aulae Primatis Kopácsy qua bibliothecarius una archivarius 15. Apr. 1846. electus parochus Comaromiensis. 10. Aug. e. a. etiam VADni surr. distr. cognominis. 1847. titulo abbatiali s. Benedicti juxta Strig. condecoratus. Postmodum motibus politicis involutus 29. Mart. 1852. a. beneficio suspendebatur. (Hadi főszéki ítélet. M. Hirlap 1852. 852.) 1854. factus bibliothecarius eccl. metr. 4. Mart. 1860. nominatus parochus in Érsekujvár. 1861. promotus ad metr. capit. Strig. 1863. obtinuit parochiam cathedralam, quam 1866. resignavit, quia 1865. in praelatum tab. r. fuit renunciatus. 1866. el. eppus Arbensis, qua talis 8. Jul. 1869. occasione coronationis regis Francisci Josephi et reginae Elisabethae crucem apost. portavit. Qua occasione ins. ord. equit. s. Stephani condecoratus. Jam 1866. consilii locumt. consiliarius. 1867. legetenus mutata forma regiminis, cessanteque cons. loc. in minist. cultus qua consil. minist. transpositus. 1868. eppus Magno-Varadiensis creatus. † 12. Aug. 1885. Fuit solio Pontificio assistens. Suae Mattis act. int. consiliarius. Ordinis coronae ferrae primae classis, item ordinis s. sepulchri Hierosolym. magnae crucis eques.

Lippay de Zombor, comes Nicolaus. Ab 1698. praepositus in Vágújhely. Ubi 1700. Josephus Pongrácz peregit visitationem, qui notavit, quod penes praepositum specialis parochus gessit curam animarum. 1713. vero Paulus Zichy visitavit hanc praeposituram curatam, qui similiter speciali parochi facit mentionem. Ceterum haud faustam reliquit memoriam, quia possessionem praepositurae in Andód comiti Kaunitz vendidit. Praeposituram usque 1719. possidebat.

Lippay Paulus. Stomfensis. 3. Nov. 1728.

susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 22. Mart. 1733. investitus parochus in Magasfalva, ubi usque 4. Jun. 1734. operatus est. Sepultus Stomfae. Aetatis circiter 30.

Lippi Georgius. Fuit saeculo XVI. parochus in Egyházgelle. Nominatur in documentis parochiae.

Lipták Georgius. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. 1788. terminavit. 1789. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont. 1791. applicatus praebendatus eccl. metr. 1794. ibidem ad succentoratum promotus. Ab 1802. una vicereceptor semin. s. Stephani. 1809. factus parochus in Némethi in cottu Hont. Hinc 8. Aug. 1814. transivit ad Garam-Ujfalu. Rexit parochiam usque mortem. † 28. Oct. 1821. Vindschachtae. Aetatis 57.

Lipták Josephus. Natus 24. Febr. 1843. Theologiam usque tertium a. in Pázmáneo, quartum vero Strigonii absolvit. 2. Aug. 1868. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ujvároska, ab 1870. in Sopronfalva. Ob graviorem infirmitatem 28. Febr. 1874. recessit ad lares patrios in Beregszeg pensione donatus. Ibique † 23. Apr. 1876.

Liphay Adalbertus. Natus in Szécsény-Kovácsi in cottu Neogr. Qua alumnus semin. s. Stephani 1752. baccalaureus philosophiae, quam 1753. universam defendit. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1757. absolvit. 31. Dec. ejusdem a. investitus parochus in Básth. Hinc 23. Apr. 1763. in Varbó. Inde 5. Mart. 1766. investitus in Ipoly-Nyék, ubi una VADnus distr. med. Hont constitutus. Ibidem 15. Maji 1779. visitatio Batthyanyiana instituta. † 6. Maji ejusd. a.

Liphay Antonius. Natus 16. Nov. 1802. in Ipolyszécsényke. Philosophica studia Tirnaviae, theologica Viennae 1824. absolvit. Lauream doctoratus ex illis Pestini, ex his Viennae consecutus. Nam in instituto sublimiori ibidem tres a. exegit. 1828. cooperator applicatus Strig. in citte AEppali. 1829. in officii Vicar. ibidem protocolista. 1830. s. sedis Tirnaviensis notarius nominatus. 20. Jul. 1836. praesentatus parochus in Udvard, ubi 1841. munere VADni districtus cognominis provisus. 1844. canonicus Poseniensis. 1845. vero Strigoniensis resolutus. 1846. promotus in tab. reg. praelatum, obtinendo una tit. abbatis s. Michaelis Arch. in insula B. M. V. juxta Budam. In comitiis 1844. egit Poseniensi, in illis 1847. vero Strigoniensi capituli ablegatum. 1848. factus septemvir. Fine m. Jun. e. a. el. eppus

Dulmensis. In capitulo usque dignitatem cantoris promotus. † 20. Febr. 1870. Strigonii.

Liphay Joannes. Studia theologica in collegio rubrorum absolvit et 28. Febr. 1681. subdiac. mox presbyter ordinatus. Subin parochus Tatensis. 24. Dec. 1711. installatus canonicus Poseniensis, una parochus ad s. Martinum. 1713. confessarius Ursularum. 1717. detulit, ancillam catholicam furtim Viennae copulatam fuisse cum aliquo lutherano. Eodem a. dispositionem fecit respectu vinearum capellanorum. Fuit abbas B. M. V. de Abram, protonot. ap. In capitulo evecus usque cantoratum. † 26. Dec. 1718. Ibidem.

Liphay Paulus. 17. Jul. 1763. missus pro cooperatore Pestinum. 14. Mart. 1764. investitus parochus in Palást, ubi 1766. conscriptio fuit peracta. Hinc 23. Apr. ejusd. a. investituram accepit in Deménd. Inde 1776. transivit ad Gyerk. Exhinc 9. Maji 1779. nominatus in Ipolynyék, ubi † 17. Mart. 1784.

Liphay Stephanus. 7. Aug. 1680. investitus parochus in Karancsságh. Hinc 23. Maji 1688. investitus in Nádszegh et Vásárút, ubi eodem a. successorem nactus.

Liptói (Liptoviensis) Stephanus. Occurrit 1561. plebanus in Odrusbanya (Hodrusbánya). De quo visitator Joannes Derecskey notavit: «Orditus Posonii per eppum Georgium Thompa. Habet litteras, habet et uxorem et duos filios. Quem plebanum dure increpavi, quia defendebat suum errorem more haeticorum. Ajebat enim: Sacramenta non sunt necessaria ad salutem. Imo sacramentum Eucharistiae non est sacramentum extra usum.» Cui opposuit visitator sententias sanctorum patrum: Ambrosii, Cyrilli et quidem hujus verba ad Caelesirium. «Sed, — dicit ultro visitator — solum laterem lavi, arenamque verberavi. Est enim ille pertinax, quem citavi, ut veniret ad futuram synodum.»

Liptovszky Ignatius, Joannes. Nobilis ex Oszlány. 1769. ex logica susceptus. In semin. s. Stephani magister philosophiae creatus. Theologiam in Pázmáneo 1775. terminavit. Cooperatorem egit in Szenicz. 26. Febr. 1778. nominatus parochus in Sándorf. 16. Mart. 1786. conquestus contra cauponem, quod carnibus vescatur in quadragesima. 1787. turris ecclesiae reparata. 21. Sept. 1788. visitatio Batthyanyiana peracta. Eodem a. quia patronis invisus fuit agebatur de eo, ut transferatur. 1789. ex districtu VADnali Sasvár-

ensi translata est parochia Sándorf in districtum Szeniczensem. † 19. Nov. 1796. In crypta eccl. tumulatus.

Lipussy Georgius. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1745. terminavit. 11. Mart. ejusd. a. missus pro cooperatore Samariam. 14. Sept. e. a. vero installatus parochus in Csütörtök. Pro occupandis exemptis parochiis abbatiae Pécsvárad, nempe Pécsvárad, Kéménd, Versend, Szébény et Berkesd e parochis ADioec. unicus fuit, qui illuc meare voluit. 21. Aug. 1753. investitus est in Kéménd et filiales Monyorod, Meráza, Liptód et Szederkény. Qua Tirnaviae peracta, cum sociis Josepho Pajer, Gabriele Pichner, Thoma Muzsinszky et Martino Kovarszky, quorum duo cooperatores, duo vero actuales alumni, singulari inter commiserationem, tamquam ad Indos, dimissus, Posonium petiit, hinc Danubio ad inferiores oras se transtulit. Omnes hi interfuere installationi 4. Sept. in Kéménd peractae. Solatio fuit illi pulchra ecclesia B. M. V. tunc aedificata, ingenti concursu populi frequentata, quam 8. Dec. 1754. ipse parochus benedixit ac subin diversis indulgentiis providit. 15. Aug. e. a. Carolus Eszterházy peregit visitationem, qui hanc eccl. matrem et parochialem declaravit. Ibi tunc tres cooperatores intertenebantur. 1761. novam domum parochialem sibi aedificavit. 1765. tres campanas procuravit. Exantlatis laboribus lassus, 14. Jun. 1776. parochiam resignavit et Tirnaviam recessit, ast jam pro Aug. semin. gen. Budensis spiritualis designatus, quocum Posonium migravit. 21. Jun. 1787. primus capellanus localis in Helemba investitus, ibi septuagenarius vitam clausit. † 21. Apr. 1791. (Brüstle, Recensio cleri. III. 293—311.)

Lira Georgius, vide Lyra.

Liska Josephus. Szent-Keresztensis e cottu Bars. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1740. baccalaureus, 1741. magister philosophiae. Theologiam in semin. Mariano cum tertio a. 1743. terminavit. 27. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Pritrsd, nunc Ószuszkó. Hinc 25. Jan. 1749. in Gerencsér, 1755. ibidem Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parocho: «Annor. 40. in cura animarum 13. Magistri Soc. Jesu studentes, singulis fere diebus Domini per aetatem in tribus ecclesiis hujus parochiae catechisant.» † 30. Jan. 1767. Aetatis 51.

Liska Martinus. Ex Szent-Kereszt in cottu Bars. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi

1721. baccalaureus, 1722. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Adalberti 1726. terminavit. Uno a. supplementem egit in Vitencz. 24. Mart. 1727. investitus parochus in Ó-Túra, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. Hinc 6. Jan. 1733. investituram accepit in Brezova, ubi tunc ecclesia ab aug. conf. addictis revindicata, per eppum Hiacynthum Markripodari reconciliata et parochus per canonicum Paulum Kubovics introductus, prout haec lapis ex rubro marmore, prope cathedram immuratus, cum inauratis literis chronosticis testatur. Ibidem statim incepit matricas scribere. 30. Jul. 1734. intimat conc. loctle cottu Nitr., ut parochus praestanda praestet. Sub illo crypta fornita, ecclesia quadro lapide strata, scamna nova curata. Hinc 8. Aug. 1743. installatus canonicus Posoniensis. † 9. Nov. 1758. ibidem.

Liskay Andreas. Occurrit 1647. licentiatum in Csóri et Surány in ADtu Neograd. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Liskay Martinus. Ex Sancto-Benedicto in cottu Bars. 30. Oct. 1735. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum. 5. Apr. 1738. ordinatus. 6. Sept. ejusd. a. investituram accepit in Kis-Terenye. Inde 25. Mart. 1743. in Sávoly. Hinc 24. Nov. 1749. in Ipoly-Bolyk, ubi 1767. conscriptio peracta. † m. Maji 1774. ibidem.

Liskay, aut Liksay, vel Likay Michael. 20. Mart. 1676. investitus licentiatum in Aranyos, nunc filia ad Ekel.

Liskovics Joannes, Antonius. Kis-Lovcsensis e cottu Bars. 3. Febr. 1721. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum. 17. Aug. ejusd. a. ordinatus. 7. Oct. e. a. investitus parochus in Alsó-Merasicz. Hinc 13. Oct. 1723. transivit ad Felső-Micsinye. Inde 1728. transivit ad Lopej, ubi † 15. Mart. 1740.

Liskovics Martinus. Ex Szent-Kereszt in cottu Bars. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1677. baccalaureus, 1678. magister philosophiae. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 5. Apr. 1681. ordinatus. 4. Apr. 1684. investitus parochus in Szlászka cum filiali Koszorin. Inde 2. Nov. 1688. in Turócz-Szent-Péter. Hinc m. Jun. 1689. transivit ad Novák, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho notavit: Annor. 42. Sacerdotii 15. Peritus in administratione sacramentorum. Convertit

12. Monitus, ut instet pro facultate duo sacra celebrandi. Exhinc 28. Jan. 1698. investitus in Trubin, ubi usque 1706. operatus est.

Liss Ignatius. Natus 19. Oct. 1856. Theologiam in semin. s. Stephani Strig. 1882. absolvit. 19. Mart. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Maria-Nostra, ab 1886. in Nagy-Surány, ab 1887. administrator in Vajk, ubi mox parochus factus.

Liszek Rudolphus. Natus 27. Jan. 1837. Theologiam in Pázmáneo absolvit. 27. Jul. 1859. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ürmény, dein Szeniczii. 1862. constitutus admin. in Chropó, quod beneficium 16. Aug. ejusd. a. obtinuit. Ab 1883. VADnus in districtu Szenicziensi una spiritualis ejusdem distr.

Liszinovics Joannes, Andreas. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 1. Febr. 1722. investitus parochus in Tót-Gurab. Hinc 28. Aug. 1726. in Gajar, ubi 1731. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de illo habet: «Annor. 35. in cura animarum 10. hic 5. Testimonium ei bonum dederunt de peractis hactenus suis obligationibus et integritate vitae.» 1741. ecclesia B. M. V. restaurata. 1754. vero, post incendium etiam illa s. Nicolai renovata. 1755. communitas pro intertenendo cooperatore semet obligavit. 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochio notavit: «Annor. 59. In cura animarum 34. hic quidem 29. De vita exemplari testimonium perhibuerunt.» † 2. Febr. 1757. ibid.

Liszka Joannes. 2. Dec. 1753. investitus parochus in Bodafalva. Hinc 11. Sept. 1758. investituram accepit in Felső-Apáthi, ubi † 11. Apr. 1776.

Liszkey Andreas. Theologiam in Pázmáneo absolvit. 21. Jul. 1741. investitus parochus in Felbár. Hinc 3. Mart. 1749. in Komarom-Szent-Péter. Ibi 1754. Georgius Molnár peregit visitationem, qui parochum VADnum distr. Udvardensis esse dicit. 27. Apr. 1764. investituram accepit in Udvard. 29. Apr. 1780. visitatio Batthyanyiana peracta. † 10. Dec. 1782. ibidem.

Liszt Nicolaus, Joannes. Fuit 1419. parochus ecclesiae s. Laurentii Posonii, item canonicus ad s. Martinum ibidem. Hoc a. Thomas Frank civis Posoniensis et hujus consors Margarita, in ecclesia s. Laurentii pro perpetuis temporibus missam fundarunt, pro qua calices donarunt, et alias praestationes fecerunt, pro quibus parochus

unum cooperatorem et quatuor cantores intertenere obligatus. Occurrit serius quoque. (Tud. Ért. 138. Rimely, Cap. Pos. 255.)

Litassy Franciscus. 28. Dec. 1709. investitus parochus in Ürmény, ubi usque 1710. operatus est.

Litassy de eadem et Dereszlény Joannes Nep. Natus 4. Maji 1844. in Kis-Salló. Theologiam Strigonii absolvit. 28. Jul. 1867. ordinatus est. Cooperatorem egit in Lédecz, ab 1868. in Radossócz, et ab 1871. in Selmezbánya. 13. Jan. 1875. nominatus parochus in Hodrusbánya. 1890. transivit ad Pjerg-Szélakna, nunc Hegybánya, ubi notarius distr., sororum charit. conf. ord. et ab 1891. VADnus distr. Selmezbányensis.

Literati, vel Deák Matthaeus. Ab 1627. licentiatum in Vámos. 14. Sept. 1634. ibidem Josephus Baghy peregit visitationem. Per hunc diligenter examinatus fuit, an sciat debito modo juxta suam licentiam ei commissa perficere. Visitator nullum invenit defectum. Adhuc 1639. ibidem.

Litvarczy Franciscus. Fuit 1630. parochus in Merosicz, nunc Alsó-Merasicz. Interfuit synodo per Petrum Pázmány 4. et 5. Oct. ejusdem a. Tirnaviae celebratae.

Livati Benedictus. Occurrit 1630. licentiatum in Farnad. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae.

Livinszky Franciscus. Nagy-Mácsédiensis in cottu Poson. 3. Dec. 1733. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum. 27. Sept. 1738. investitus parochus in Nagy-Szuha. Hinc 10. Febr. 1742. in Karancsságh. Ibi jam 1737. officiales domini familiae acatholicae Wathaianae terras ecclesiae, sine omni terragio deinceps praestando arripere voluerunt, contra quod Josephus Szent-Illonay protestatus est. Hanc protestationem parochus hic imperterritus ac indefesse personaliter et in judicio continuavit. Incolis a dominio jus glandinationis vindicavit. † 7. Jun. 1765. ibidem.

Lochner Joannes. Theologiam cum quinto a. in Pázmáneo 1782. absolvit. Cooperatorem egit Comaromii. Ab 1787. in Gúta. 5. Jul. 1788. nominatus primus capellanus localis in Duna-Szent-Pál. Hinc 1804. applicatus spiritualis in Pázmáneo. Inde 1810. in pari qualitate translatus ad semin. B. M. V. ubi † 14. Jun. 1816.

Lodomerius. Occurrit 1262. sacerdos de Fi-

lek et vicarius ADiaconi, qui unus e senioribus in ADnatu Neograd, occasione inquisitionis edixit, quod villa Beren, esset ecclesiae Omnium Sanctorum de Berén. (Knauz, Mon. Strig. I. 481.)

Lojbell, vel Luipl Wolfgangus. Bavarus cooperatorem egit Posonii. Ab 1631. parochus in Cseszte, ubi 1634. Georgius Draskóczy peregit visitationem, qui de parcho ait: «Agit parochum a tribus annis sine mea introductione. Philosophiae magister audit, parum in lyceo Aristotelis versatus. Vir bonus, quamquam interdum in potu excedit. Annos natus 36. circiter. Amatur a civibus. In concionibus mediocris. Breviarium habet et ut affirmat, recitat.» 1640. factus sacellanus in arce Vöröskő, ubi † 15. Jan. 1646. sepultus sub cathedra.

Lajkovics Michael. Lutlensis. Qua alumnus semin. gener. 1748. baccalaureus, 1749. magister philosophiae. 20. Jan. 1752. missus pro cooperatore ad Holics. 20. Febr. 1753. investitus parochus in Verbócz. 1757. post incendium matricam noviter incepit scribere. † 10. Aug. 1758. ibidem.

Lokcsánszky Mathias. Nobilis Lokcsensis e cottu Árva. Qua alumnus semin. Mariani 1730. baccalaureus, 1731. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1733. terminavit et 14. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Zsemlér. Inde 7. Mart. 1737. in Ipoly-Szécsényke. Hinc 24. Mart. 1753. in Zazriva. Exhinc 20. Febr. 1754. in Velicsna, ubi † 16. Aug. 1755.

Lokcsánszky Paulus. Szécsénykensis. Theologiam cum quinto a. qua theologus practicus in semin. gener. Posonii 1789. absolvit. 1790. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Nagyker, ab 1794. in Drégely-Palánk. 14. Jun. 1797. investitus parochus in Nagy-Emőke. 1811. factus est surr. mox ord. VADnus districtus Érsekujvár. 19. Jun. ejusdem a. visitatio parochiae peracta per Adalbertum Tarkó. Hinc 26. Nov. 1815. investituram accepit in Nagy-Kér, retento munere VADni. Hinc 6. Dec. 1832. installatus canonicus Posoniensis, ubi † 27. Maji 1836.

Lokcsánszky Thomas. Lokcsensis ex cottu Árva, 14. Nov. 1717. susceptus in alumnum Budensem Széchényianum, ubi theologiam cum cursu morali absolvit. 23. Sept. 1719. ord. 27. Sept. ejusd. a. expeditus in curam animarum. 5. Oct. ejusdem a. investitus parochus in Ipoly-Szécsénke. Hinc 5. Febr. 1731. in Ipoly-Nyék.

Ubi eodem a. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parcho notavit, quod sit 36. annor. 9. Dec. 1747. accepit indulgentias plenarias pro septem annis in eccl. parochiali lucrandas. 1766. munere VADni distr. med. Hont. condecoratus. † 12. Febr. ejusd. a. ibidem.

Lokner Joannes. 8. Apr. 1720. investitus parochus in Bást ubi jam eodem a. successorem nactus.

Loksay Gabriel. Theologiam cum cursu speculativo terminavit. 5. Jun. 1705. investitus parochus in Nyitra-Pereszlyény, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parcho sic: «Sacerdos 15, in cura anim. 12. annis. Perficit omnia munia sine querela. Exemplaris in omnibus.» 8. Maji 1714. investituram accepit pro Vág-Sellye. Hinc in Vágszerdahely, ubi matricas scribere incepit. Successorem 14. Apr. 1720. nactus.

Lollok Leonardus. Natus 14. Jul. 1848. Theologiam Strigonii absolvit et 31. Jul. 1871. ordinatus est. Cooperatorem egit in Dévény et eodem a. factus est professor in AEppali gymnasio Tirnaviae. 1872. applicatus est cooperatore Budae ad s. Annam, hinc 1876. in pari qualitani Pestini ad s. Leopoldum, demum ab 1879. ibidem in citte interiori. Fuit una catecheta in praepar. vir. cath. 1890. electus per communitatem parochus ad s. Leopoldum. 1892. nominatus in assessorem s. sedis consist. Budapestiensis.

Loncsinszky Valentinus. 12. Nov. 1675. investitus parochus in Lokcza et Nameszto, ubi usque 1676. operatus est.

Longus Joannes. Fuit ab 1323. usque 1348. parochus ecclesiae Posoniensis ad s. Laurentium, item canonicus ad s. Martinum ibidem. In archivo cittis hujus depositum documentum docet de inquisitione Nicolai comitis Posoniensis, super testamento hujus parochi peracta, ex quo testamento liquet, quod ille duos perpetuos capellanatus fundaverat, unum in ecclesia s. Laurentii, alterum in illa s. Martini. Libros suos, plus quam 60. libr. denariorum valentes capitulo Posoniensi legavit, praeterea pro structura sanctuarii eccl. s. Martini 27. tunellas vini donavit. (Tudományos Értekező, 137. et Rimely, Capit. Poson. 251.)

Lonszky Josephus. Nobilis Galgóczensis. Susceptus in alumnum 1763. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1767. terminavit. 26. Febr. ejusdem a. missus est pro cooperatore germanico ad Körmöczbánya. Hinc 20. Dec. ejusd.

a. ad Vágújhely. Inde 6. Jun. 1769. investitus parochus in Moravánka. 1786. ecclesiae aedificatio projectatur. 8. Sept. 1788. ibidem visitatio Battyanyiana peracta. 13. Febr. 1790. consilium lotle 136 finos pro hospitio cooperatores resolvit, una laudat parochum. Is ex propriis aedificavit sacellum ecclesiae antiquae adnexum. † 3. Sept. 1811. Aetatis 88.

Losonczy Daniel. 27. Apr. 1719. investitus parochus in Karancskeszzi, ubi usque 1720. operatus est.

Losonczy Georgius. 20. Jun. 1687. investitus parochus in Hodrusbánya, ubi usque 1693. operatus est.

Losonczy Michael. Occurrit 1647. licentia-tus in Ipoly-Balog, nunc filia ad Ipoly-Nyék. Nominatur in catalogo cleri hoc a. jussu Georgii Lippay conscripto.

Lotzius Joannes. Occurrit 1647. parochus in Berencs. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc a. conscripto.

Lovák Mauritius. Natus 8. Oct. 1812. Zagrabii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Mart. 1836. ordinatus est. Cooperatorem egit in Mocs, ab 1837. in Szomor, ab 1838. in Kürth, ab 1841. in Perbete, ubi per unum m. administravit parochiam. Ab 1845. coop. in Udvard. Ab 25. Apr. 1849. admin. in Izsa. 26. Dec. e. a. missus pro coop. Strig. ad s. Ignatium. 21. Jun. 1850. nominatus ac 2. Oct. investitus parochus ibidem ad s. Georgium. 17. Jan. 1851. per cambium cum Carolo Székesy accepit Héreg, ubi quinque a. notarii distr. officium gessit. 5. Nov. 1864. impetravit Kemencze, ubi 8. e. m. investitus. Mense Febr. 1872. renunciatus et investitus parochus in Nagy-Kér, quam post brevem circumspectionem jam m. Mart. resignavit. remansitque in Kemencze. Fuit capellanus secretus Pontificius ad honores. † 26. Febr. 1886. ibidem.

Lováky Antonius. Natus 19. Sept. 1839. Budae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1863. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nyék et mox in Dorogh, ab 1869. ad s. Theresiam Pestini. 1881. factus parochus in Csolnok. Hinc 1892. in Süttő.

Lovesányi Georgius. Occurrit 1556. parochus in Zólyom. Qui non tantum Lutheri auditor, sed et multarum ecclesiarum reformatur fuit, notum est. De illo 1561. peracta visitatio Za-

thayana sic refert: «Vetuszolim non habet parochum certum; ille Georgius, qui hactenus in ecclesia minister fuit, modo infirmus lecto decumbit. Ecclesia omni sacramento ecclesiastico deserta est. Quemadmodum aliae civitates montanae conjuratae, quae sub una et eadem regula luthera tenent ecclesias suas, ut sunt Cremnitia, Selmicia, Novisolum, Libetbánya et aliae, ita et haec. In quibus omnibus catholica religio, solitae ceremoniae ecclesiasticae et rectum dogma christianum vitium est et error.»

Lovesányi Georgius. Nagy-Lovcsensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1686. baccalaureus, 1687. magister philosophiae. Mense Apr. 1689. investitus parochus in Ujlak. Hinc 6. Apr. 1691. in Divény in cottu Neograd, ubi 13. Febr. 1694. simul in Budalehota investitus. Hinc 1. Jun. 1695. in Valaszka. Inde 13. Maji 1696. in Hajnik. Exhinc 30. Dec. 1705. in Nagy-Herestyén, ubi † 15. Mart. 1711.

Loveczky Laurentius. Natus in Kis-Tapolcsán. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1688. baccalaureus. 1689. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. qua theologus scholasticus in eodem semin. 1692. absolvit. 29. Febr. e. a. presbyter ordinatus. 18. Aug. e. a. vero baccalaureus theologiae creatus. 22. Aug. e. a. autem investitus parochus in Nagy-Surány, Keszi et Komját. 22. Apr. 1693. in Csall, 16. Maji 1694. in Kis-Apáthi. Hinc demum 8. Aug. 1696. in Csiffár, cum Tild, Tajna, Néved ac utraque Györöd. Ibi usque 1698. operatus est.

Lovicskovicus Joannes, Josephus. Szentmiklósensis. Fuit alumnus semin. Budensis ex quo 1. Nov. 1731. ordinatus est. 14. Jun. 1746. investitus parochus in Vittencz. 1769. capella in castello aedificata. 9. Jun. 1776. Joannes Erdödy fundavit capellanum, datis 1250 finis. 1777. domus parochi reaedificata. 1781. incendium grassabatur. Fuit districtus cognominis VADnus ac protonotarius apost. † 12. Jan. 1783. ibidem. Circa 20,000 finor. valentem substantiam reliquit.

Lovicskovicus Stephanus. Chinoranensis. Qua alumnus semin. B. M. V. 1679. baccalaureus, 1680. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo absolvit. 25. Jul. 1685. investitus parochus in Detrekő-Szent-Miklós. Hinc 6. Jul. 1688. in Szucsán, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochi notavit: «Recenter factus Rms de Adon praepositus.

Italus, hung. slavus. Annor. 38. sacerdos 12, hic 9. Habet pro familia consanguineos.» Operatus est usque 1697. ac 7. Sept. e. a. successorem nactus. 19. Jan. 1706. investituram accepit pro parochia Neosoliensi, quam propter disturbia Rakocziana eodem adhuc a. relinquere debuit. Subin factus canonicus Scepusiensis, ubi usque custodiatum ascendit. † 1719.

Loziczky Ludovicus. Natus 31. Aug. 1808. in cottu Salad. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 25. Febr. 1832. ordinatus est. Cooperatorem egit in Dorogh, ubi parochiam semi altero a. administravit, hinc iterum, qua cooperator operatus est Comaromii, dein Strig. in citte reg. 21. Apr. 1838. nominatus parochus in Helemba, hinc 16. Dec. 1842. obtinuit Kis-Apáthi, ubi ab 1864. munus VADni gessit. 13. Maji 1883. festo Pentecostes igne combusta sunt omnia parochialia aedificia, sacristia ac maxima pars communitatis. Benigne nominatus canonicus Tirnaviensis. † 17. Apr. 1886. in Kis-Apáthi.

Lőrincz Joannes. Natus 2. Maji 1847. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1872. absolvit et 19. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Kér. 1879. interimaliter admin. in Nagy-Sáró et a. m. Dec. iterum coop. in Udvard. 1. Mart. 1882. nominatus parochus in Soóshartyán.

Lőrincz Michael. Szent-Kutiensis e cottu Castrifer. In universitate Tirnaviensi 1746. baccalaureus, 1747. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in semin. gen. 1750. terminavit. Subin parochus in Fridman, ubi † 31. Jan. 1769.

Lőrinczy Antonius. Natus 15. Nov. 1799. in Szent-Péter in cottu Nyitra. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Aug. 1823. ordinatus. Cooperatorem egit Moravankae, ab 1824. in Ujvároska, inde post semi alterum a. in Nagy-Kosztolán. 1833. obtinuit parochiam in Hrachovistye. Hinc 1834. transivit ad Ujvároska. Inde vero 1844. ad Verbó, ubi † 17. Apr. 1884.

Lubeczky Joannes, Ignatius. 20. Jan. 1675. investitus est in aliqua parochia indeterminata in cottu Neosol.

Lubenszky Georgius. Fuit ab 1677. usque 1679. parochus in Szelecz. E dioecesi Olomucensi huc transumptus.

Lubenszky Nicolaus, vide **Luzsinszky.**

Lubetick Lucas. Occurrit 1647. parochus in Besztercze. Nominatur in catalogo cleri jussu

Georgii Széchényi hoc a. confecto. Operatus est ibi usque 1663. Ab 1665. applicatus fuit parochus in Broczkó. Hinc 24. Maji 1680. investitus in Alsó-Bottfalva, ubi usque 1684. operatus est.

Lubik Georgius. Csetnekensis. 1752. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 13. Jan. 1757. ordin. et factus est capellanus aulicus apud L. B. Andrassy in Kraszna-Horka. 21. Apr. 1759. investitus parochus in Hosszúrét. Hinc 6. Febr. 1760. in Harkács. Inde 15. Oct. 1763. in Kraszna-Horka-Váralja, ibi 1768. et 1769. contra illum inquisitio mota. 30. Sept. 1769. investituram accepit in Nagy-Csoltó, per cambium cum Thoma Telgarecz. Hinc 22. Dec. 1770. in Szent-Simon, ubi una munus VADni in districtu inf. Gömör. gessit. Exhinc 1773. factus admin. in Salgó-Tarján, ubi † 15. Apr. 1776.

Lubisich Ignatius. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. Budae absolvit. Cooperatorem egit Pestini in suburbio inf. 1785. electus in parochum Buda-Ujlakensem. Tunc simul consist. s. sedis Strig. ass. et matrim. defensor fuit. 14. Sept. 1803. nominatus parochus Budae Arcensis. 1. Maji 1804. abbas s. Margarithae de Béla. 1810. vicarium AEppalem Budensem supplevit. Mense Oct. 1820. promotus ad capitulum Poseniense. † 4. Jan. 1822. ibidem. Auxit fundum pauperum.

Luby de Benedekfalva Emericus. Oriundus ex cottu Liptó. Ab 1681. alumnus Pázmáni. 1687. factus parochus in Felső-Szeli. Hinc 8. Apr. 1690. investitus in Egerszeg. 26. Jun. e. a. in causa aliorum canonicorum Nitriensium irreverentiam contra AEppum perpetrantium citationem peregit. Ab 1691. parochus in Érsekujvár usque 1692. tum canonicus Scepusiensis. 21. Apr. 1694. consecutus stallum Strig. Egit simul parochum utriusque cittis Strig. usque 1696. Subin praepositus s. Irenaei. 24. Dec. ADnus Nitr. 1708. in generali regni diaeta ablegatus capituli. El. eppus Cathariensis. † 16. Maji 1712.

Luby Emericus, Ignatius. 1. Aug. 1696. investitus in licentiam indifferentem in cottu Strig.

Luby Sigismundus. Ipolykesziensis in cottu Hont. 1759. ex seminario s. Stephani ad alumnatum Budensem Széchényianum missus. Theologiam cum tertio a. Tirnaviae absolvit. Inducto speculativo studio pro eo auspiciando Budam reversus. 18. Febr. 1766. factus cooperator in Galantha. Hinc 6. Apr. 1769. investitus parochus in Barka. Inde 18. Sept. 1775. in Csiffár, ubi 7.

Oct. 1779. peracta visitatio Batthyanyiana. † 7. Sept. 1786. Aetatis 48. Ibidem. Sepultus in coemeterio inter fideles suos.

Luca Paulus. Occurrit 1630. parochus in Rossindél. (Rózsavölgy.) interfuit synodo per Petrum Pázmány 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae.

Lucas. Occurrit 1500. parochus in Nagy-Kér.

Lucas. Occurrit 1519. parochus in Parva-Lumnicz, (Kis-Lomnicz) solvit decimas papales 3 f. 2 d. (Wagner, Analecta Scep. II. 196.)

Lucas. Occurrit 1528. plebanus ecclesiae s. Nicolai Strigonii in vicu Latinorum. Urgebatur ut praestanda ADiacono praestet.

Lucas. Occurrit 1559. plebanus in Novák, de quo visitator notavit: «Est sine uxore, catholicus totus.»

Lucas. Occurrit 1561. plebanus in Stomfa, de quo in visitatione hoc a. peracta refertur: «Catholicus, focarinam habet et etiam familiam. Populus catholicus.»

Lucas. Occurrit 1562. presbyter Comaromii, de quo visitator Michael Dobrokutyay haec notavit: «Satis protervus et contumax, qui se ait nemini optemperatum etiam si Vestra Reverenda Dominatio illi aliquod mandaverit, se non optemperatum jussis ejusdem.» In alia conscriptione notatur qua sacellanus Naszádistarum.

Lucas. Occurrit 1564. plebanus in Selmezbánya, de quo dicitur, quod sit canonicus.

Lucasius. Occurrit 1332. inter et 1337. pleb. de Kmot (Kacti) ADtus Sti Georgii (nunc Párkány, olim Kakat) dixit suum beneficium non valere ultra marcam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 232.)

Luco Joannes. Fuit ab 1661. usque 1663. parochus in Pernek.

Lucsánszky Georgius. 6. Jul. 1697. investitus parochus in Felső-Attrak. 1700. Dilatum est sanctuarium sumtibus relictæ Pauli Orban. 4. Sept. ejusd. a. asservabat Josephus Pongrácz visitationem, qui parochum admonuit, ne uxores auditorum meretrices appellet. Hinc 16. Maji 1706. investituram accepit pro l. r. citte montana Neosoliensi, quum curatores e societate Jesu per Rákóczyanos expulsi. Pro auxiliis et institutione prolium Franciscani evocati. Sed 1709. iterum Societate Jesu reducta, ille recedere debuit. 29. Jun. 1712. investitus in Polonka. Inde vero 14. Febr. 1719. in Jolsva. Ibi 1721. inquisitio peracta. Operatus est usque 1729.

Ludányi Petrus. Theologiae in Pázmáneum cum cursu speculativo studuit. 16. Febr. 1695. investitus parochus in Nizsna, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochosic: «Annor. 26. sacerdos 2. Celebrat frequentissime. Convertit acatholicos 27. Servat festa decretalia, sed in templo non comparent. Parochia de novo constructa.» Hinc 5. Mart. 1697. investitus in Turdossin. Inde 9. Maji 1701. in Radván. Exhinc vero 27. Maji e. a. in Haj. 1. Jan. 1702. in Liptó-Szent-Mária, ubi usque 1711. operatus est. 14. Febr. 1713. in Alsó-Kubin, ubi eodem a. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de illo notavit: «Annor. 43. in cura animar. 19. Optimae doctrinae et aptitudinis, zelosus et exemplaris. Commendatur ab omnibus.» Hinc 11. Maji 1719. investitus in Némét-Lipcse, ubi usque 1724. operatus est.

Ludensis Lucas. Occurrit 1647. parochus Bazinii. Nominatur in catalogo cleri hoc a. jussu Georgii Lippay confecto.

Ludineczky Franciscus, vide **Luzsinszky.**

Ludovicus. Fuit ab 1468. usque 1470. parochus Posonii ad s. Martinum et canonicus ibidem. (Rimely, Capit. Poson. 257.)

Ludvig Augustus (Gustavus.) Natus 11. Aug. 1832. Posonii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 24. Aug. 1855. ordinatus est. Cooperatorem egit in Egyházzelle quatuor a. in Misérd uno et quadrante a. 22. Jan. 1860. obtinuit parochiam Vajka. Hinc 1868. transivit ad Misérd. Gerit simul munus notarii distr.

Ludvik Josephus. Búsensis ex cottu Neogr. 1753. susceptus in alumnatum Budensem Széchenyanum. 26. Maji 1758. missus pro cooperatore ad Verebély. 14. Jul. 1759. investitus coop: in Nagy-Bárkány. Ibidem 1767. conscriptio fuit peracta. 1770. parochiam resignavit et inter deficientes recepsit. † 1775.

Lukács Ladislaus. Natus 3. Mart. 1828. in Rozson-Mitticz in cottu Trencsén. Philosophiam Tirnaviae, theol. inchoavit ibidem, terminavit Pestini. 27. Jul. 1851. ordinatus. Cooperatorem egit Siglisbergae et in Pobedim. 1852. factus praefectus camaradarum in convictu AEppali Tirnaviae una in gymn. maj. ejati professor 1859. obtinuit parochiam Pecsencz. Notarius, ab 1871. VADnus distr. Báthensis. 20. Jun. 1879. nominatus parochus in Krakován 13. Apr. 1885. una distr. Csejthensis VADnus designatus. 1888. pro-

motus ad capitulum Strig. Titulo praepositi de Been condecoratus.

Lukács Laurentius, Josephus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó absolvit. 3. Maji 1724. investitus parochus in Nagy-Magyar. 10. Maji 1729. in Nagy-Kér, ubi 22. Mart. 1732. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod sit presbyter 10 annor. Hic tribus annis. † 20. Dec. 1748. Ibidem.

Lukács Martinus. Theologiam cum cursu morali in Pázmáneó absolvit. 22. Apr. 1691. investitus parochus in Várkony, ubi 1695. Stephanus Ilyés peregit visitationem, qui de parochio: «Aetatis 29. sacerdos et parochus 4. Domus ipsius ruinatissima absque cubili familiae.» Hinc 21. Maji 1701. investitus in Tallós. Inde 1702. transivit ad Bős, ubi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod sit 48. annor. † 1721. ibidem.

Lukácsovics Georgius, Franciscus. E semin. s. Stephani 7. Apr. 1690. ordinatus. 28. Apr. 1693. investitus est pro indifferenti parochia in cottu Gömör et jam 24. Maji e. a. in Keresztúr. Hinc 24. Apr. 1697. in Haj. Inde 29. Apr. 1702. in Valaszka-Béla. Exhinc 20. Maji 1710. in Alsó-Rakoncza, ubi usque 1712. operatus est. Demum 19. Maji 1719. in Kis-Báb, ubi usque 1721. fungebatur.

Lukácsovics Joannes. Origine Hrussóensis. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1808. terminavit. Cooperatorem egit in Vágszerdahely. 18. Oct. 1814. nominatus primus parochus in Hrussó, ibidem † 4. Nov. 1816. Aetatis 31.

Lukácsy Adalbertus. Natus 10. Jun. 1838. in Bittse in cottu Trencsén. Theologiam partim Viennae, partim privatim absolvit. 28. Jul. 1861. ordinatus est. Cooperatorem egit in Maria-Nostra et Morva-Szent-János. Ibidem 1866. curatia anabaptistarum illi commissa fuit. 23. Nov. 1869. nominatus parochus in Búr-Szent-György. Quatuor vicibus a districtu Morva-Szent-János qua deputatus ad comitia regnicolaria missus. Ab 1875. surr. subin ord. VADnus ejusdem distr. † 1. Nov. 1881. ibidem. Bonus orator fuit. (Zelliger, Eszt. egyhm. írók. 298.)

Lukácsy Georgius. Occurrit 1647. praepositus et parochus in Novák. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto.

Lukácsy Stephanus, vide Lakácsy.

Lukó Paulus. Occurrit 1647. parochus in Bélaház. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc a. confecto. Hinc 9. Mart. 1649. transivit ad Szárazpatak, ubi matricas incepit scribere et rationes ecclesiae adornavit. Operatus est usque 1655.

Lulicsek Isidorus. Natus 27. Febr. 1835. in Ószuszkó in cottu Nitriensi. Theologiae Strigonii studuit. 29. Aug. 1857. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádas, ab 1858. Comaromii. 4. Sept. 1868. factus admin. in Besse, quam parochiam 1869. obtinuit. Sub cujus cura pastoralis dirutae aedes sacrae et parochiales restauratae existunt, nova schola erecta. Est VADnus surr. distr. Verebély et arcas Romanus. Scriptor ecclesiasticus. (Zelliger, Eszt. egyhm. írók. 298.)

Luprecht de Fahenthal Franciscus. Natus 17. Aug. 1768. in Cheynov ex circulo Behiniensi. 1784. ad semin. gener. susceptus. Theologiam cum cursu practico et quinto a. in eodem semin. 1790. terminavit. 1791. accomodationem Tirnaviae exspectavit. Cooperatorem egit in Windschacht. Hinc 4. Febr. 1793. missus Budam ad s. Annam. Ubi qua primarius cooperato loco Josephi Richard diutius parochiam administravit donec illam 14. Sept. 1803. ipse obtinuit. Vastus liber Memorabilium parochiae ipsius manu exaratus. † 22. Apr. 1814. ibidem. Sepultus in crypta eccl. parochialis. Fuit consist. distr. Strig. assessor ac celebrer orator. (Zelliger, Eszt. Egyhm. írók. 299.)

Lutz Paulus. Natus 19. Jan. 1820. Budae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jul. 1844. ordinatus est. Supplementem egit egroti cooperatores Pestini ad s. Theresiam. Hinc cooperato iu Buda-Eörs, ubi 1849. parochiam administravit. 24. Apr. 1861. nominatus parochus in Süttő. † 21. Dec. 1891. Ibidem.

Luzenszky Joannes. 12. Sept. 1688. investitus licentiatu in Nagycsalomia, ubi usque 1690. operatus est.

Luzsinszky Franciscus, Sebastianus. 1659. parochus in Radossócz. Ab 1666. vero in Báhony. Hinc 7. Oct. 1668. investitus in Pöstyén. Inde 28. Jul. 1672. in Radosna, ubi usque 1674. activus erat. Demum m. Apr. 1689. investitus in Bogdány, ubi 30. Apr. 1691. successorem nactus. Adhuc 1694. in vivis fuit.

Luszinszky de Riglicze L. B. Ladislaus. Natus in Osgyán. In universitate Tirnaviensi 1751.

baccalaureus, 1752. magister philosophiae. Theologiam Romae absolvit. Inde reversus 31. Aug. 1757. investitus parochus in Szklabonya. Per vicarium nominatus ideo, quia patroni intra tempus non praesentarunt. Ab 1763. VADnus districtus Szécsényiensis. 23. Apr. 1764. installatus canonicus Poseniensis, 8. Nov. 1768. vero Strigon. 7. Aug. 1769. abbas B. M. V. de campo Strig. In collegio Pázmániano praefectus, quod munus primum etiam in semin. s. Emerici gesserat. Subin ADnus Neograd. 23. Oct. 1776. praepositus s. Georgii de viridi campo et ADnus Cathedralis. 14. Apr. 1777. custos installatus. 27. Oct. 1780. eppus Hypponensis creatus. Mox et vicarius gen. AEppalis. Judicium illius apud cardinalem a Batthyán multum ponderavit. † 4. Nov. 1790. Tirnaviae. (Zelliger, Eszt. egyhm. írók. 300.)

Luzsinszky Nicolaus, Franciscus. Theologiae studium 1672. in semin. gen. inchoavit, hinc 2. Mart. 1676. ordinatus. 1677. accepit parochiam Liptó-Szent-Mária cum Szelecz.

Lutassy Emericus. Occurrit 1648. parochus in Lieszkó, quem nocturnis horis in strato suo quiescentem, Luthero addicti adgressi, repetitis vicibus crudeliter vulnerarunt et saevo, crudeli et barbaro modo trucidarunt.

Lüley de Eadem Theodorus. Natus 20. Apr. 1840. Theologiam Strigonii absolvit. 25. Jul. 1869. ordinatus. Cooperatorem egit in Kövesd, ab 1876. in Csesztve, quam parochiam m. Sept. ejusd. a. obtinuit. Hinc 1879. transivit ad Mellek.

Lyczey Joannes, vide Liczey.

Lyra Georgius. Theologiam cum cursu morali in semin. s. Stephani absolvit. Cooperatorem egit Tirnaviae ab 1681. usque 1685. 22. Mart. 1691. investitus parochus in Nagy-Bresztován, ubi 1694. Leopoldus Kollonics peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Annor. 46. sacerdos 18. parochiam hanc habet 4. annis. Conversae sub ipso animae circiter 40. Videtur sat zelosus ecclesiastes. Domus parochi misera, sine cinctura.» Operatus est usque 1716.

M.

Maár Carolus. Natus 1. Dec. 1813. in Zeliz. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 18. Jun. 1837. ordinatus. Cooperatorem egit in Vágújhely et Sellye a. tribus. Concionatorem Posenii ad s. Salvatorem, subin ad s. Martinum una etiam praebendatum coll. capituli a. tribus. 1843. admin. factus ad ss. Trinitatem, ubi 1853. parochus investitus. 1854. honore camerarii pontificii ornatus. † 22. Febr. 1878. Aestimatus concionator. (Zelliger, Eszt. egyhm. írók. 301.)

Machan Joannes. Theologiam cum a. tertio et cursu speculativo in semin. s. Adalberti absolvit. Cooperatorem egit Pestini, ubi parochiam brevi tempore administravit et ordini e scholis piis tradidit. (Pesti főtempl. tört. 264.) Hinc 24. Sept. 1752. investitus in neo-erectam parochiam Lamacs, ubi 1755. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de illo: Annor. 29. in cura animar. 6. Vitae exemplaris. 27. Mart. 1757. investituram accepit in Gajar, ubi † 15. Sept. 1773.

Machovics Joannes, Emericus. Theologiam cum cursu morali terminavit. 2. Jun. 1603. investitus parochus in Ujlak, ubi 1700. Josephus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia

notavit, quod convertit 35. acatholicos. Notavit quoque, quod Lehotaenses in tertio denario concurrant ad aedificationem ecclesiae. Hinc 26. Jul. 1701. investitus in Vág-Sellye, ubi 1713. peracta per Paulum Zichy visitatio, qui de parochia: «Annor. 51. in cura 23. hic 13. Laborat pedibus, raro exit ad filiales.» Inde 3. Maji 1714. investitus in Csiffár. Exhinc 20. Apr. 1717. in Óhaj, ubi usque 1720. operatus est.

Machovics Stephanus. Theologiam cum a. quarto in semin. AEppali Posenii 1792. absolvit. 1793. accomodationem expectavit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Windschacht, ab 1796. Budae ad s. Annam, ab 1797. Pestini ad s. Josephum. Mense Jul. 1800. obtinuit parochiam neo-erectam in Bikszárd. 1805. Joannes a Batthyán ligna resolvit pro ustione 200. cent. calcis ad ampliandam ecclesiam. Pro hujus aedificatione 1806. et 1808. assignati 4962 fl. 16 xr. Hinc 13. Jun. 1810. transivit ad Hradek, ubi octeptam ecclesiam consummavit. Vir boni cordis et hospitalis, finaliter tamen sustinendo impos, ad quod et innocens accessit infortunium, nam in venatione hominem trajecit, in cujus sequelam 1820. transivit ad Szilincs, ubi usque 1830. ope-

ratus est. Tum ad institutum deficientium recessit Tirnaviam, ubi † 24. Febr. ejusdem a.

Mack, rectius **Maach Mathias**. Soproniensis. Theologiam in Pázmáneó 1703. absolvit ut alumnus ADioecesis, nihilominus in dioec. Jaurinensi applicatus 1706. qua parochus in Védeny in cottu Moson. Hinc 1714. ad Magyar-Óvár translatus. Sub initio a. 1721. clero Strig. redditus ac parochus factus, in Pécsvárad, ast jam 21. Maji e. a. installatus canonicus Poseniensis et mox investitus parochus ad s. Martinum, simul abbas s. Nicolai ab Ercsi et beneficiatus s. Andreae ap. Curavit turriculam super sanctuario eccl. cum campanula. 1738. juxta ordines primatis debet celebrare conventualia sacra. Pro fundatione parochiae in Lamacs 4000 flnos deposuit. † 29. Maji 1741. ex hydrope. Aetatis 65.

Mácsay Florianus. Natus 1. Mart. 1853. Theologiam Strigonii 1878. absolvit. 21. Jun. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Levae. 1887. obtinuit parochiam Néved, hinc 1891. transivit ad Báth.

Mácsy Georgius. Theologiam cum tertio a. in collegio rubrorum 1685. absolvit et parochiam in Turócz-Szent-György obtinuit. Hinc m. Jun. 1689. investitus in Széplak. Inde 21. Apr. 1693. in Tóth-Próna. Exhinc eodem a. transivit ad Bosán, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho notavit, quod sit 36. annor. 1709. successorem nactus.

Maczer Paulus, vide **Móczér**.

Maczkovics Josephus. Almásiensis e cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1723. baccalaureus, 1724. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1728. absolvit. 14. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Bogdány. Ibidem 1731. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parocho notavit: «Annor. 29. Cui testimonium bonum perhibuerunt ad solatium visitoris.» Hinc 14. Febr. 1733. investitus in Szomolány. ubi munere VADni condecoratus. Inde 10. Maji 1741. in Csejthe, ibi fideles eodem a. approbari petierunt votum quotannis ad Sasvár peregrinandi. 1745. agit in negotio cryptae Ladislai Forgách. Hinc 15. Nov. 1750. investitus in Turócz-Szent-György, ubi tantum usque 1751. operatus est. Subin parochum egit in Velbach et simul munus VADni gessit distr. inferioris fluvii Hernád. † 21. Apr. 1764. ibidem.

Maczkovics Martinus. Almásiensis e cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Stephani 1722. baccalaureus 1723. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó absolvit. 5. Maji 1728. investitus parochus in Sárffő, ubi 1732. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parocho sic: «Annor. 30. testimonium cum laude conjunctum de vita et munere dederunt.» 11. Jun. 1734. investitus in Magasfalva, quam jam m. Jul. resignavit remanens in Sárffő. Hinc 1736. obtinuit Nagy-Senquicz, ubi † m. Nov. 1749.

Maczkovics Michael. Almásiensis e cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1730. baccalaureus, 1731. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1732. terminavit. 2. Aug. e. a. investitus parochus in Jakabfalva. † 7. Febr. 1738. ibidem.

Maczunda Paulus. Natus in Malaczka. Qua alumnus collegii gen. 1721. baccalaureus, 1732. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1735. terminavit. 28. Maji 1736. investitus parochus in Verbó. Eodem a. Paulus comes Forgách ibi sacra votiva fundavit. 19. Mart. 1749. communitas stationem cooperatoris stabilivit. † 29. Jan. 1778. ibidem.

Madács Josephus. Natus 25. Sept. 1779. Theologiam usque tertium a. in semin. Mariano, quartum a. vero in illo s. Stephani absolvit ac 18. Aug. 1804. ordinatus est. Cooperatorem egit in Csataj, ab 1807. in Szuha. 1810. obtinuit parochiam in Alsó-Diós. 13. Dec. 1852. canonicus Tirnaviensis nominatus. 22. Febr. 1853. impertita populo fidei inter fusas lacrimas benedictione paterna valedixit et discessit Tirnaviam, ubi † 6. Jul. 1856.

Madarassy de Gojzest Franciscus. Natus 29. Sept. 1762. in Jász-Apáthi. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. Posonii 1786. absolvit. 1787. transegit in domo presbyterorum s. Josephi Tirnaviae. Cooperatorem egit in Vadkert. 5. Jun. 1793. nominatus administrator in Rimócz, ubi usque 31. Oct. 1802. curam gessit animarum. Tum in consilio lotli ad officium revisoratus librorum qua revisor applicatus, simul consit. Strig. assessor. Subin ad conc. lotle consiliarius et 1815. ad capitulum Agriense promotus. Dein S. C. et R. A. M. consiliarius El. eppus Ansariensis. Tum tabulae septemviralis assessor. Hinc iterum ad cons. lotle qua referendarius reversus ac consiliarius aulicus. 1827. praepositus et ADnus Poseniensis.

† 28. Jul. 1838. Posonii. (Hirnök, 1838. 62. et Zelliger, Eszt. egyhm. irók. 304.)

Madarász, vel Madarassi Franciscus. Occurrit 1647. licentiatuſ in Mohora. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Madarász Josephus. Natus in Kőszeg. Qua alumnus semin. gen. 1729. baccalaureus, 1730. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. terminavit. Per novem mens. cooperatorem egit Levae. Mense Jul. 1733. obtinuit parochiam neo-erectam in Besse. Hinc 8. Mart. 1741. investitus in Felső-Ludány. Inde 22. Jul. 1747. Lévae, ubi † 20. Febr. 1752. Aetatis 44.

Madarász Josephus. 27. Oct. 1761. missus est pro praefecto herulorum relictæ Caroli Eszterházy natae Sturumb. 7. Nov. 1762. applicatus cooperatur in Drégely-Palánk. 23. Maji 1766. investitus parochus in Kis-Terenye, quocum incorporatus est neo-erectæ dioecesi Rosnaviensi.

Madéy Michael. 14. Mart. 1694. investitus parochus in Zámoly, jam m. Febr. 1695. successor nactus.

Madocsányi Franciscus. 20. Maji 1758. missus pro cooperatore Vetero-Zolium. 13. Apr. 1760. investitus parochus in Turócz-Szent-Péter. Hinc 30. Dec. 1761. in Kvacsán. Inde 26. Mart. 1770. in Paraszt-Dubova. Exhinc 20. Sept. 1775. in Velicsna, cum qua parochia ingremiatus est neo-erectæ dioecesi Scepusiensi.

Madovesik Georgius. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1798. absolvit. Cooperatorem egit in Diószeg, ab 1802. in Sasvár. Ab 1804. praefectus herulorum comitis Berényi. 1806. obtinuit capellaniam localem in Kuti, ubi 1809. parochia erecta et ipse primus parochus investitus. Hinc 1811. transivit ad Stepanó. Inde vero 1818. ad Búr-Szent-Miklós, ubi se 20. Aug. 1819. contulit. † 19. Oct. 1826. ibidem.

Madovy Josephus. Natus 14. Jun. 1792. prope Galgócz. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano absolvit. 17. Aug. 1816. ordinatus est. Cooperatorem egit Konyhae, ab 1817. in Ujlak, ab 1821. in Egbell, ab 1822. in Sasvár, ab 1830. in Unin et ab 1831. in Holics. Mense Dec. 1835. obtinuit parochiam in Csári. Hinc m. Maji 1846. transivit ad Unin, ubi † 13. Dec. 1861.

Madovy Paulus. Natus in Puchó in cottu Trencsén. Theologiam in semin. s. Stephani terminavit et 14. Nov. 1769. pro cooperatore mis-

sus est ad Udvarnok. Hinc 14. Apr. 1771. investitus parochus in Madunicz, ubi † 15. Nov. 1779.

Maduniczky Georgius. Natus 20. Dec. 1761. in Osztró, in cottu Nitr. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. Posoniensi 1784. absolvit. Cooperatorem egit in Divény in cottu Poson. 1793. in Vajk capellanus localis. Hinc 28. Mart. 1794. investitus parochus in Felső-Attrak. Inde 1814. transivit ad Nagy-Jác, ubi † 9. Jan. 1827.

Madurkay Nicolaus. Natus 4. Dec. 1854. Theologiam Strigonii absolvit. 29. Jun. 1881. ordinatus. Cooperatorem egit in Ipolynyék, ab 1882. in Selmeczbánya, ab 1883. in Nagyöved, ab 1884. in Virágvölgy. Eodem a. inter. admin. in Stomfa, hinc a. 15. Oct. 1885. in Csataj, ubi 1886. parochiam adeptus est.

Madutka Michael. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo 1770. absolvit. A 8. Nov. ejusd. a. praebendatus eccl. colleg. Posoniensis. Hinc 27. Febr. 1773. investitus parochus in Kis-Gyarmath. 1774. Carolus comes Pálffy ecclesiam ampliavit et illi formam quam hodie habet dedit. Joannes Galgóczy abbas Lekérensis a Clemente III. aram privilegiam pro ecclesia impetravit. 16. Sept. 1777. per cambium cum Martino Szigó obtinuit parochiam Szklabonya, quam tenuit usque † 19. Apr. 1803. Sepultus in Balassa-Gyarmat.

Madvay Franciscus. Natus 7. Sept. 1772. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1800. terminavit. Cooperatorem egit in Ujlak. 1803. Tirnaviam recessit. Ab 1804. cooperatur in Szent-Péter. 11. Nov. 1805. nominatus capellanus localis in Sárísáp, hinc 25. Aug. 1810. pensione donatus. 8. Jul. 1812. illi administratio in Nyitra-Pásztó commissa, quam usque 1813. tenuit, tum iterum ad quietem recessit. Ab 1815. cooperatur in Diószeg, ab 1816. in Sasvár et ab 1817. in Kis-Tapolcsány. Eodem a. obtinuit Köpösd qua primus parochus, ubi usque 1821. operatus est. Subin iterum quieti redditus. Mense Dec. 1825. cepit administrare Modertárna, ubi † 16. Aug. 1855. ex cholera.

Maffey Josephus. Neosoliensis. 1762. ad clerum susceptus, philosophiam Tirnaviae, theologiam in Pázmáneo absolvit. 5. Aug. 1767. suprema laurea decoratus. Ob defectum aetatis nonnisi 23. Jan. 1768. ordinatus. Eousque applicationem Tirnaviae exspectavit. Subin cooperatur in oppido Szent-György quatuor mensibus. Tum in Vág-Ujhely duobus a. et 8. m. 1. Febr. 1772.

investitus parochus in Nyitra-Pereszlyény, ubi 26. Maji 1780. peracta fuit visitatio Batthyanyiana, in qua 34. annor. dicitur. 4. Dec. 1785. AEppus illi inhiuit ne quidquam a Judaeis exigat. 1811. inter emeritos parochos numeratus et una interimalem egit spiritualem in semin. B. M. V. Tirnaviae, ubi 1814. definitive applicatus. 1820. simul consist. ejatis assessor. 1824. pensione donatus. † 11. Dec. 1825.

Magasházy Carolus. Natus 21. Maji 1834. Vesprimii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1857. ordinatus. Cooperatorem egit in Köhidgyarmat. Beneficium hoc defuncto parochi a. 15. Oct. 1859. usque 1. Dec. e. a. administravit, abhinc qua coop. remansit. 1867. in Kis-Oroszi administrare jussus, quo expleto munere m. Mart. 1868. iterum reversus. 13. Aug. 1870. nominatus parochus in Helemba. Ibi diligentia collegit antiquitates, quarum nonnullae museo primatialis palatii illatae. 15. Mart. 1882. transivit ad Tölgyes, ibi fungitur etiam qua notarius distr.

Magassy Emericus, Josephus. Theologiam qua convictor in semin s. Stephani absolvit et 1696. ordinatus est. Subin parochum egit in Farkasfalva, ubi 1700. Joannes Sigray peregit visitationem. 25. Oct. 1702. investitus in oppido Aranyos-Maróth. Hinc 5. Mart. 1703. in Liptó-Szent-Iván cum filia Liptó-Szent-Péter. Inde 9. Apr. 1706. in Kis-Tapolcsán. Hinc 29. Dec. ejusd. a. in Pöstyén. Demum exhinc 11. Maji 1707. in Podola, ubi usque 1708. operatus est. Ab 1709. administrabat in Gajár. 2. Apr. 1710. obtinuit parochiam Majthény, ubi usque 1711. activus erat.

Magassy Joannes. 17. Apr. 1697. investitus in Liptó-Szent-Kereszt. Hinc. 1698. transivit ad Görgö, ubi 1700. Joannes Sigray peregit visitationem. Inde transivit ad Káposztafalu, ubi † 29. Dec. 1738.

Magdalen Adamus. Chinoranensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1678. baccalaureus, 1679. magister philosophiae. 20. Apr. 1685. ad titulum mensae AEppalis ordinatus. 15. Oct. ejusd. a. investitus parochus in Fenyő-Kosztolány, ubi usque 1786. operatus est. Ab 1687. parochus in Thaszár. Hinc 29. Maji 1688. in Bakabánya, ubi usque 1690 operatus est, quo a. in quatuor parochias nactus est investituram et quidem 1. Apr. in Nagy-Jác, 7. Apr. in Kis-Apáthi, 24. Jul. in Nagy-Szelecsény et 13. Nov. in Podola,

ubi usque 1691. activus erat. Infra quinque annos habuit septem parochias.

Magni Godefridus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1766. absolvit et 14. Mart. eodem a. missus pro cooperatore ad Velkopole, hinc 4. Aug. 1769. ad Poprád, ab 1772. in Monte-Sancti-Georgii, quam parochiam 1776. administravit, quacum et incorporatus est neoelectae dioecesi Scepusiensi.

Magnovics Joannes Occurrit 1647. parochus in Vajka. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc a. confecto. Habuit tunc filiales Szent-Györgyúr et Szent-Andrásfalva. Operatus est postea in Fel-Bár, tum in Lózs in cottu Sopron.

Magoss Franciscus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1808. absolvit. Abhinc cooperatorem egit in Duna-Szerdahely; ubi 1820. etiam parochiam adeptus, in qua et mortuus † 14. Jan. 1830.

Magula Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1818. absolvit. 1819. transegit absque officio in Bogdanócz. Abhinc cooperatorem egit in Selmezbánya. 1827. administrabat in Pjerg-Szélakna, 1828. vero in Stefoltó, ubi 17. Mart. 1838. nominatus parochus. † 19. Jul. 1840.

Magyar Joannes. Natus 4. Sept. 1806. in Nagy-Salló. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 30. Sept. 1830. ordinatus. Cooperatorem egit in Vásárút et in Tölgyes. Mense Maji 1843. nominatus parochus in Gyerk, ubi † 2. Maji 1883.

Magyar Martinus. Theologiam cum quarto a. in semin. generali 1764. terminavit. Praebendatum egit in eccl. coll. Posonii. 16. Jul. 1766. investitus parochus in Zohor. Hinc 1. Dec. ejusdem a. in Laab, ubi ictu apoplectico tactus, vivere desiit † 8. Jul. 1781. Ex caducitate sacrum annum constitutum.

Magyar Laurentius. 1678. ad titulum mensae abbatis Sexardensis domini Andreae Péterfy ordinatus. A 22. Jul. 1679. usque 1687. Tirnaviae operatus est, juxta connotationes matriculares. Ubi et ipsius abbas morabatur. 29. Apr. 1688. investitus parochus in Hedervár, ubi usque 1692. activus fuit.

Magyari Joannes. Natus 24. Jun. 1765. in Szempcz in cottu Poson. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. Posonii 1788. absolvit. 1789. in domo presbyterorum Tirnaviae exegit. Coo-

peratorem egit in Ipolyság. 11. Dec. 1794. nominatus parochus in Féll. Hinc 1802. transivit ad Szered, ubi ab 1809. simul VADnus distr. inf. Szempczensis. Fuit zelosus admin. fundi xenodochii ejatis. † 29. Jun. 1810. ibidem.

Magyary Michael. 1632. philosophiae studens in Pazmaneo. Eodem adhuc anno suscepit gubernacula parochiae Vajka, ubi 1634. Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de parocho sic refert: «Annos 30. vix exegit. Mediocriter literis tinctus. Principio, uti fit, ductus nimio fervore, cuncta illico et ad amussim perfici volebat. Ignarus multa non esse in potestate nostra posita. Plurima temporis successu et non nisi Deo juvante omnia confici posse.»

Magyary Stephanus. Szencziensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1770. baccalaureus ac magister philosophiae. Theologiam in collegio Apollinari Romae absolvit. Reversus vice-praefectus in semin. s. Stephani applicatus. Ab 1776. capellanus aulicus Josephi e comitibus Batthyán. 19. Mart. 1777. nominatus parochus in Kemencze. In sequelam intimati de 9. Dec. 1800. acceptavit officium superioris castrensis militiae insurgentis, cui cancellaria aulica hung. subministravit breve Pii VII. de dato 12. Mart. 1801. et instructionem ex actis dioetae 1741. asservatae. Mox et canonicus Pisoniensis nominatus, ast ante installationem † 7. Apr. 1801. Laxenburgii.

Mahács Alexander. Natus 17. Sept. 1840. Levae. Theologiam Strigonii absolvit. 26. Jul. 1864. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Surány, et per sex septimanas in Kemencze. Tum subsidiarium in Szemere. 1868. constitutus curatus domus correctoriae captivorum Leopoli. 13. Jul. 1872. nominatus parochus in Pered. Hinc 1. Apr. 1878. transivit ad Vág-Sellye.

Máinx Michael. Schemnicziensis. 4. Nov. 1724. susceptus in alumn. Budensem Széchényianum. 24. Sept. 1729. ordinatus. 29. Aug. ejusd. a. pro cura animarum expeditus. 26. Oct. vero e. a. missus, pro capellano comiti Antonio Eszterházy ad cottum Zolien. 5. Maji 1730. investitus parochus in Hodrusbánya. Ibi 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parocho notavit, quod sit 26. annor. Hinc 20. Aug. 1732. investitus in Zsdány. Inde 15. Oct. 1741. in Bélabánya, ubi † 9. Jul. 1748.

Majda Martinus. Occurrit 1630. parochus in

Kis-Krstyene. Interfuit 4 et 5. Oct. ejusd. a. synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae.

Majer Joannes. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. 1774. absolvit. Cooperatorem egit in Nyék. 14. Aug. 1779. investitus parochus in Prencsfalu. † 4. Dec. 1805. ibidem. Ab illo majori parte extat bibliotheca parochialis ultra 750 volumina.

Majer Joannes. Natus 27. Maji 1787. in Szomolány. Philosophiam Agriae, theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Aug. 1815. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Jác a. duobus. Subin admin. in Chropó similiter duobus annis. Dein iterum cooperatorem in Hosszufalva duobus a. et 4. mensibus. In Szárazpatak vero sex a. et 4. m. 1828 factus parochus in Egyházfalva. Inde 1830. transivit ad Alsó-Nyárasd. Hinc 4. Jun. 1849. nominatus parochus in Vistuk, ubi † 18. Oct. 1868.

Majer Joannes. Natus 2. Maji 1810. Muzslae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 11. Sept. 1833. ordinatus. Cooperatorem egit in Varbó, ab 1835. in Perbete et ab 1838. in Mocs. 1844. accepit administrandam desolatissimam parochiam Érseklél. 4. Jan. 1852. nominatus parochus in Nagymegyér, ubi † 23. Maji 1877.

Majer Michael. 5. Maji 1698. investitus licentiatum in Kis-Gyarmat. 1700. occurrit qua parochus in Müllenbach. Nominatur in visitatione hoc a. per Joannem Sigray peracta.

Majer Stephanus. Natus 15. Aug. 1813. in Mocsonok. Philosophiam et theologiam Tirnaviae ac juridica Pestini in universitate absolvit. Ibidem 1835. et 1836. praefectum herul. egit Pauli L. B. Sennyey. 29. Aug. 1836. ordinatus Vaczii. 9. Oct. ejusd. a. missus pro cooperatore Muzslam, a 12. Jun. 1838. Strigon. in l. reg. citte, qua talis 17. Sept. 1842. nominatus professor neoerectae praeparandiae ibidem. 27. Oct. 1849. suppl. prof. paedagogiae in univ. Pestensi una redigens pagellas Néplap. 1850. director scholar. elem. Pestensium. Mense Jun. 1857. obtinuit parochiam Kürth. 26. Apr. 1866. ad capitulum Strig. promotus. 25. Jan. 1867. ins. ord. coronae ferrae eques. 12. Jun. 1869. abbas s. Benedicti prope Strig. 3. Jul. 1874. praelatus domest. suae Sanctitatis. 12. Sept. 1876. ins. ord. Leopoldi aequus. 14. Apr. 1877. doctor coll. ss. theol. in univ. Pestana creatus. 21. Mart. 1880. el. eppus Stagnensis.

Mense Jun. 1884. per distr. Strig. Vicarius et causarum auditor. gen. 15. Apr. 1885. domus regni procerum membrum. Per omnes dignitates capituli ascendendo 20. Dec. 1889. praepositus major capituli. A 28. Jan. 1891. sede AEppali vacante vicarius capitularis, subin iterum AEppalis et tandem per ADioec. generalis. (Jubileumi Emlékfüzér. Esztergom egyhm. irók. 305.)

Majerhoffer Philippus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1782. terminavit. Cooperatorem egit Comaromii, ab 1783. in l. r. citte Strig. 1786. cancellarius officii vicar. Strigon. 24. Jul. 1790. nominatus parochus in Perbete. ubi operatus est usque mortem. † 26. Mart. 1792. Strigonii.

Majerszky Josephus. Natus 12. Mart. 1795. in Szkleno in cottu Turócz. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae 1819. absolvit. 23 Aug. eodem. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Szent-Endre, mox in Somorja. 1825. concionator ad ss. Salvatorem Posonii. 1826. cooperatorem in eccl. coll. ibidem una catecheta in scholis monialium de Nostra Domina. 30. Dec. 1834. nominatus parochus in Ivánka, ubi usque 1868. operatus. Tunc pensione donatus † 27. Jul. ejusd. a. ibidem.

Majláth Nicolaus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali 1795. terminavit. 1796. ordinationem Tirnaviae exspectavit. Cooperatorem egit in Varbó. 26. Apr. 1799. factus admin. in Nagy-Zellő, ubi 18. Jun. 1800. nominatus parochus. † 4. Febr. 1827. ibidem. Fuit cottus Neograd. tab. jud. assessor.

Majnó Georgius. Nagy-Lovcsensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1680. baccalaureus. Ad magisterium non promotus, quia abfuit. Theologiam in collegio generali absolvit. 3. Jul. 1684. investitus parochus in Divény in cottu Neograd. Hinc 19. Apr. 1685. in Szenograd. Inde 15. Apr. 1692. in Gácsfalva. 14. Nov. 1693. attestations missit ad Stephanum Dolni vicarium ratione decimae ecclesiae Gacsiensis per comitem Forgách detentae. 18. Jun. 1698. investitus in Detva, ubi usque 1723. operatus est.

Majnó Josephus. Nagy-Lovcsensis ex cottu Bars. 17. Nov. 1737. susceptus in alumnatum Budensem. 14. Febr. 1746. investitus parochus in Hradek, ubi † 24. Febr. 1748.

Majnó Martinus. Nagy-Lovcsensis, ex cottu Bars. 30. Nov. 1737. indutus clericali veste in

alumnatu Budensi. 21. Aug. 1745. investitus parochus in Valaszka-Béla, ubi usque 1746. operatus est. Subin canonicus Scepusiensis, ubi † 30. Sept. 1753.

Majsch Eduardus. Natus 22. Febr. 1803. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1825. absolvit. 1826. in instituto presbyterorum transegit. 13. Mart. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Selmezbánya. 21. Maji 1830. investitus parochus in Siglisberg, ubi † 9. Apr. 1858.

Majsch Jacobus. Natus 18. Maji 1787. Posonii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 22. Dec. 1811. ordinatus. Vices parochi Szent-Endrensis obivit m. 6. tum Vetero-Budae cooperatorem egit a. 8. Per medium a. nempe a 20. Nov. 1815. usque 21. Maji 1816. ibidem etiam admin. fuit. 4. Apr. 1821. electus per communitatem Budensem primus parochus in suburbio Christinopolitano. Hinc 14. Apr. 1839. promotus ad praesidium Budense, ad B. M. V. Assumt., ubi una VADnus districtus Budensis factus. 23. Dec. 1841. praepositus de Sztraszka. 12. Maji 1843. installatus canonicus Posoniensis, ubi simul confessarium Ursulitarum egit. 8. Nov. 1849. canon. Strigoniensis, una munus rectoris semin. Tirnaviensis, ab 1855. vero Strigoniensis, subin et pro-directoris gessit. 1857. ADnus Bars. 1866. Cathedralis. 12. Jun. 1869. custos, et eodem adhuc a. ope resolutionis de 12. Aug. lector promotus. 27. Apr. 1871. interfuit, sicut semper, sacro conventuali ad aram s. Crucis cum Sanctissimo decantato et sub Genitori incepit e stallo inclinari repentino apoplexiae ictu tactus. Absolutione sacramentali ab uno collegarum donatus, in sacristia extreme unctus, domum devectus, post spatium unius horae exstinctus. 29. Aprilis. Exequias et funus AEppus Simor ipse absolvit. De ejus pietate, morum integritate communis erat consensus. Fuit etiam canonicus poenitentarius et synodalis examinatus.

Majtán Joannes. Natus 22. Maji 1811. in Gyékényes. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 30. Sept. 1835. ordinatus. Cooperatorem egit in Szent-Mihályfalva, Hidaskürt, Nagymagyar, Koross et Bajóth per 14. annos. Dein a m. Aug. administravit Ujbars, usque 1844. Abhinc iterum cooperatorem in Nemcsény et Thaszár. 15. Mart. 1849. nominatus parochus in Nemcsény. Ibidem posuit nova aedificia oeconomica,

etiam in fabricam ecclesiae multum impendit laboris. † 16. Dec. 1868.

Majthényi de Kesseleökeő L. B. Adamus. Qua alumnus collegii gener. 1715. baccalaureus 1716. magister philosophiae. In eodem semin. et theologiam inchoavit, Romae continuavit et terminavit. Reversus 2. Aug. 1719. investitus parochus in Csév, ubi usque 1721. mansit. Hoc eodem a. ex commissione consistorii inquisitionem peregit in cottu Strig. cis Danubium. Subin canonicus Scepusiensis. 1. Jun. 1728. installatus Poseniensis. 2. Jan. 1731. autem Strigon. 27. Maji 1734. ADiac. Nitriensis. 22. Dec. 1737. praepositus s. Georgii et ADiac. cathedralis. 9. Jan. 1743. praepositus major. Cons. eppus Esborensis in Arabia petrosa ac in pontificalibus suffraganeus simul in spirit. causarum auditor gener. † 24. Aug. 1743.

Majthényi de Kesseleökeő Adolphus. Natus 10. Jun. 1814. in Novák in cottu Nitr. Philosophiam et theologiam Tirnaviae 1735. absolvit. Subin duobus annis ad universitatem Pestinensem juribus vacavit ac ss. canonum doctor graduatus, una ad s. Theresiam infirmum cooperatorem in concionibus supplevit. 18. Jun. 1837. ordinatus. Cooperatorem egit in Udvard, ab 1839. in Naszvad. 1840. ad aulam Primatis Kopácsy evocatus, ibidem qua ceremonarius, bibliothecarius, archivarius ac fori Primatialis surr. notarius fungebatur. 25. Maji 1844. nominatus parochus Udvardensis, ubi una notarius, ab 1850. vero VADnus dist. cognominis. 18. Mart. 1861. Poseniensis, 9. Apr. e. a. Strigon. canonicus installatus ac mox rector collegii Pázmániani constitutus. Post tres a. ad capitulum reversus. 1866. abbas B. M. V. de Pécsvárad, 1867. ceremonarius capitularis. 1869. ADiac. Sasvárensis. † 14. Maji 1871.

Majthényi de Kesseleökeő Antonius. Natus 4. Apr. 1780. in Bisztricsán. Philosophiam ac theologiae tres annos in sem. AEppali Posenii, quartum a. in semin. Mariano Tirnaviae 1803. terminavit. 24. Mart. eodem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Gyerk, ab 1808. Tirnaviae. 2. Mart. 1810. nominatus parochus in Kőhid-Gyarmat simul cottus Bars. tabulae jud. assessor. 7. Apr. 1825. canonicus Strig. installatus. 1830. ADiac. Comarom. et abbas B. M. V. de Madocsa. 1841. dominica Laetare consecratus in eppum Centuriensem et factus suffr. per distr. Tir-

naviensem. 7. Jan. 1850. praepositus major installatus. † 19. Dec. 1856.

Majthényi de Kesseleökeő Carolus Ladislaus. Bábensis. Qua collegii gen. alumnus 1735. baccalaureus, 1736. magister philosophiae, quam universam defendit. 10. Apr. 1742. investitus parochus in Héreg. Inde 2. Aug. ejusdem a. in Komárom-Szent-Péter. Hinc 31. Mart. 1744. in Egerszeg. 14. Jun. 1747. ibi stationantes milites ex rancore erga incolas horis nocturnis in pluribus locis posito igne, communitatem combusserunt una cum aedibus parochialibus. 1756. resignavit parochiam et recessit ad Szalakusz, ubi † 26. Apr. 1761.

Majthényi de Kesseleökeő Emericus. Novakensis. Qua collegii gener. alumnus 1681. baccalaureus, 1682. magister philosophiae graduatus. Theologiam in eodem semin. terminavit. 28. Maji 1686. investitus parochus in Nagy-Apáthi, nunc Felső-Apáthi. Hinc 26. Sept. 1688. in Turócszent-Mária. Inde 9. Dec. 1689. in Szlécz. Exhinc 25. Apr. 1698. in Polonka. 3. Jul. 1712. canonicus Strig. installatus. 27. Aug. 1714. ADiac. Hont. et praefectus alumnorum semin. s. Stephani. 1719. ADiac. Nitr. Abbas s. Michaelis arch. juxta Budam. † 25. Jan. 1720. post quatuor dierum infirmitatem.

Majthényi de Kesseleökeő L. B. Ladislaus. Nitriensis. Qua alumnus semin. Mariani 1729. baccalaureus philosophiae. 2. Sept. ejusdem a. investitus parochus in Füss. Hinc 30. Jul. 1730. investitus in Pojnik et Libetbánya. 21. Dec. 1733. in Szenicz, ubi usque 1735. operatus est. Ab 1755. parochus et praepositus Bajmóczensis. 2. Nov. 1759. fatetur se duxisse ad Dienesd processionem cum Sanctissimo. A tergo per populum deportatam fuisse statuam Lauretanam et in capella per Franciscanos repositam. Conciones patres Societatis Jesu duas de miraculis Loretti habitas fuisse, nec ullum somniasse circa excessum contra canones perpetratum. 13. Apr. 1764. AEppus jusserat opinionem dari, an sequestrum ei imponendum sit. 18. Jul. 1772. constitutus fuit illi sequestri curator et mox actio contra illum mota ob violationem sequestri. 1776. resignavit beneficium et recessit ad Neosolium. Fuit una abbas B. M. V. de Tereske, qui de parochiae aedificiis decore restaurandis et ampliandis plurimum meruit. Auctor est habitationis coopera-

torum, et 1755. domus aestivae in horto, Tusculum dicta.

Majthényi de Kesseleökeö Nicolaus. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. 1770. absolvit. 28. Jun. ejusd. a. missus pro coop. ad Balassa-Gyarmat. 10. Aug. 1771. investitus primus parochus in Zsély. 6. Mart. 1794. investituram nactus pro Felső-Ludány, hoc beneficium vero jam 23. Mart. e. a. resignavit. 19. Febr. 1809. sub actuali verbi divini annunciatione in sacro ambone hemiplexia tactus. † 21. ejusdem. Sepultus in cryta eccl. prope baptisterium. Aetatis 63.

Majthényi de Kesseleökeö Paulus. Qua alumnus semin. gener. 1697. baccalaureus, 1798. magister philosophiae. Theologiam in collegio Apollinari Romae terminavit ac reversus 18. Mart. 1703. ordinatus. 26. ejusd. a. et m. investitus parochus in Sopornya cum Kőpösd et Patta, ubi usque 1705. operatus est.

Majthényi Paulus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1800. terminavit. Cooperatorem egit in Rimócz, ab 1801. in Kéménd, ab 1802. in Somorja, ab 1804. in Gyerk et ab 1806. Strigonii in l. r. citte. 25. Mart. 1807. nominatus capellanus localis in Perezslény Hinc m. Maji 1810. transivit ad Felső-Thúr, ubi † 3. Maji 1828. Aetatis 51. Fuit cottus Hont. tab. jud. assessor ac ceber orator. (Zelliger, Eszterg. egyhm. irók. 313.)

Majthényi Stephanus. 5. Febr. 1734. investitus parochus in Rapp. Hinc 10. Oct. 1735. in Divény in cottu Neogr. Inde 11. Sept. 1748. in Nagy-Kosztolány. 14. Aug. 1756. comes Erdödy significavit parochus, quod respectu reparationis aedium ruinosarum parochialium et ludirectoris dispositiones factae sunt. Fuit una VADnus distr. Vittenczensis. † 4. Jan. 1758. aetatis 47.

Makara Michael. Natus 4. Dec. 1803. Theologiam in Pázmáneo 1828. terminavit et 25. Oct. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Ipoly-ságh et ab 1834. Comaromii. Hinc 1838. obtinuit parochiam Révfalu. Inde 1853. transivit ad parochiam Bánhida in dioecesi Jauriensi.

Makay Franciscus. Szegediensis. 11. Nov. 1718. ad alumnatum Budensem Széchényianum susceptus. 23. Sept. 1723. investitus primus parochus in Szent-Endre. Qua talis 1727. in universitate Tirnaviensi ad doctoratum ss. theolo-

giae promotus. 1. Maji 1728. conquestus contra apostatas loci. Operatus est usque 1734.

Makay Gabriel. Transilvanus. 14. Mart. 1740. investitus parochus in Bős. Fine anni 1741. hinc abivit et initio 1742. in Felső-Szeli qua parochus fungi cepit. † 27. Aug. 1748. ibidem.

Makay Georgius Josephus. 18. Jan. 1685. investitus parochus in Cseklész. Hinc 13. Oct. 1686. investituram accepit pro neoerecta parochia in recuperata a Turcis civitate Pest. † 1688. ibidem. (Pesti főtemplom tört. 160—162.)

Makay Joannes. Natus 9. Nov. 1852. Schollis piis adscriptus 28. Aug. 1876. ordinatus. 1881. ad ADioecesim susceptus. A m. Sept. ejusdem a. cooperatorem egit Strigonii in citte Aquatica. Ab 1884. in Naszvad. 1885. accepit ministrandam Királyrév. Ab 1892. iterum cooperatorem et quidem Levae, subin admto in Darnó.

Makay Michael. Fuit Societati Jesu adscriptus. Cassatio illum invenit parochialia exercentem Rosnaviae, in quo officio etiam post cassationem permansit, imo m. Oct. 1773. parochus est investitus. Subin incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Makk Joannes. Natus 12. Maji 1805. in Tényő in cottu Jauriensi. Philosophiam et theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani Tirnaviae absolvit. 17. Aug. 1831. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Magyar a. uno, m. 8. Abhinc 1833. factus parochus in Misérd. 1852. ecclesia combusta. Excepto sanctuario intacte relicto, tota diruta, neque amplius restituta. † 7. Jun. 1867. Sepultus in coemeterio Dénesdiensi.

Makó, vel Maczkó Israel. Occurrit 1613. parochus in Nyitra-Sárfő. Juxta connotationem fuit uxoratus. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Makovics Joannes, vide Machovics.

Malagyi Ignatius. Theologiae primum et secundum a. in semin. Mariano, tertium a. in AEppali et quartum a. in s. Stephani absolvit 1811. Tirnaviae. Cooperatorem egit in Nagy-Surány, ab 1812. in Aranyos-Maróth. 6. Febr. 1816. nominatus parochus in Szkiczó, ubi operatus usque mortem. † 29. Jan. 1823. in Kis-Tapolcsány.

Malagyi Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1802. terminavit. Cooperatorem egit in Alsó-Korompa, ab 1803. in Verbó, ubi ab 1812. admin. in spirit. et temp. Ab 1813. vero admin. in Szent-Kereszt. Ab 1814. iterum coop. et quidem in Csejthe. 1717. obtinuit

parochiam in Hrachovistye. Hinc 1827. transivit ad Ó-Tura, ubi † 8. Febr. 1847. Aetatis 69.

Malagyi Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1800. terminavit. Cooperatorem egit in Unin, ubi 1809. admin. et mox parochus factus. † 23. Jan. 1846. Aetatis 70.

Malatinszky Joannes. Natus 27. Febr. 1833. in Ószuszkó. Theologiae Strigonii studuit. 27. Jul. 1857. ordinatus. Cooperatorem egit in Ó-Tura Miava et Vágújhely. Mense Maji 1866. adeptus parochiam in Pobodim. † 14. Jul. 1879. E pustula maligna.

Malcsovszky Joannes, Casimirus. Occurrit 1647. parochus in Alsó-Ludány in conscriptione cleri jussu Georgii Lippay facta. 1648. dum resurgenti Domino gaudiosum decantaret Alleluja et processionem duceret, lutherani ex insidiis prorumpentes processionem turbarunt imo plurimos vulnerarunt. Subin parochus in Prassicz, ubi 1657. Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de parochia refert: «Contenti cum illo parochiani et ille cum ipsis.» Successorem 21. Mart. 1663. nactus.

Maler, etiam Malerus Benedictus. Occurrit 1630. parochus in Gajar. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusdem a. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae.

Maleter Theodorus. Leutschoviensis in cottu Scepus. 10. Nov. 1737. susceptus ad alumnatum Budensem Széchényianum. Vestes tulit totas hungaricales. Subin factus parochus in Rusztinócz in Scepusio. † 10. Febr. 1747. Leutschoviae.

Malik Adamus, Franciscus. Beczkóviensis e cottu Trencsén. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1692. baccalaureus, 1693. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. cursu speculativo in semin. s. Stephani 1694. terminavit. 2. Apr. 1695. ordinatus. 2. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Jablonicz. Hinc 9. Aug. 1697. in Alsó-Ludán, ubi 1700. Josephus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit annor. 30. Egit VADnum districtus Nagy-Tapolcsány. 31. Mart. 1712. attestaciones exceptit pro parte parochi Nagy-Bossanensis, respectu terrarum in Tökésfalu. Ibidem 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochia sic: «Optimae doctrinae. In muneris parochi obeundis diligentissimus sine querela. Est VADnus Tapolcsánensis.» † 8. Febr. 1728. ibidem.

Malik Joannes. Ab 1786. cooperator in Le-

várd. 1791. obtinuit parochiam Verbócz. † 2. Febr. 1795. ibidem.

Malik Martinus. Kukloviensis. 1772. ad semin. gener. susceptus. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo 1777. terminavit. Cooperatorem egit in Ó-Tura. 1782. obtinuit parochiam in Krajna. 1784. acatholicorum oratorium introductum. 9. Sept. 1788. visitatio Batthyanyiana peracta. 18. Apr. ejusdem a. instat pro impensis in reparationem ecclesiae filialis in Hrachovistye. 1790. transivit ad Miava, ubi una VADnus districtus cognominis. † 27. Jan. 1803. Inhumatus in navi ecclesiae. Gaudebat amore et aestimio fidelium et fratrum.

Malik Stephanus. Natus in Nagy-Tapolcsány. Qua alumnus colleg. gen. 1697. baccalaureus, 1698. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit et 12. Mart. 1701. ordinatus. 30. Apr. 1702. investitus in indiferentem parochiam in cottu Tornensi.

Malinszky Franciscus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1816. terminavit. Cooperatorem eccl. parochialis ad s. Martinum Posonii et simul praebendatum capit. coll. egit ibidem. Ab 1817. succentor. 24. Aug. 1823. nominatus parochus in neo-erectam parochiam Kis-Lévárd. Hinc 1827. transivit ad Gajar, ubi † 4. Dec. 1829.

Malitzky Josephus. Nedecziansi in Scepus. 1. Nov. 1736. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. 5. Apr. 1738. ordinatus. Subin parochus in Kluknó in Scepusio, ubi † 9. Febr. 1750.

Mally Josephus. Natus 29. Mart. 1797. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1821. absolvit. 1822. in instituto presbyterorum transivit Strigonii, ubi 17. Mart. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Egbell, ab 1826. in Gajar. 1827. factus parochus in Dévény-Ujfalu, quam 1857. resignavit. Inter emeritos parochos numeratus Sasvárini consedit, ubi † 20. Mart. 1859.

Mallyó Antonius. Natus 8. Maji 1764. in Szilincs. Theologiam cum quarto a. qua theologus practicus in semin. gener. Posonii 1789. terminavit. 1790. accomodationem in domo presbyterorum Tirnaviae exspectavit. Cooperatorem egit in Vedrőd. Mense Dec. ejusdem a. obtinuit parochiam Kis-Báb. E fundatione Francisci Kolonics statio docentis stabilita, institutum pauperum ere-

ctum. 27. Nov. 1798. respectu horum fundationum illi absolutorium intimaliter datum. † 10. Febr. 1812. ibidem.

Mallyó Franciscus. Theologiam cum secundo a. in semin. gen. 1762. absolvit. Cooperatorem egit Galgóczii. 28. Sept. 1764. investitus parochus in Lancsár. Hinc 9. Febr. 1768. in Vedröd. ubi † 5. Jan. 1791.

Malobitzky de Eadem Ignatius. Natus 25. Febr. 1814. in Vágh-Besztercze. Qua Piarista philosophiam Vacii, theologiam Nitriae absolvit. 5. Aug. 1841. ordinatus. Hinc in gymnasiis professorem egit. 1854. ad ADioecesim susceptus, qua cooperatore fungebatur in Unin a. tribus. 1857. obtinuit parochiam in Dubova. Hinc 20. Jan. 1864. investitus in Cseszte, quod beneficium 1893. resignavit, pensione donatus.

Malocsay Casparus. Natus 11. Jan. 1782. Theologiam in Pázmáneó cum quarto a. 1805. absolvit. 27. Jan. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Ölved, ab 1806. in Marczal, ab 1807. in Thaszár, ab 1808. in Drégely-Palánk et ab 1809. in Gyerk. 1811. obtinuit parochiam Pusztafödemes, quam 1. Nov. 1852. resignavit, pensione donatus. 21. Jan. 1858. instituto s. Adalberti ingremiatus morabatur Tirnaviae, ubi † 30. Nov. 1866.

Malocsay de Nemes-Jác et Kuzmics Josephus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1805. absolvit. Cooperatorem egit in Nagy-Ölved, ab 1806. in Marczal, ab 1808. in Thaszár, ab 1809. in Gyerk. 1811. accepit parochiam Szilincs. Hinc 1820. transivit ad Nagy-Modró. Inde 30. Sept. 1835. nominatus in Hradek, ubi † 27. Jul. 1843. Aetatis 61. Fuit sacerdos egregius et eruditus, verba ejus plena pietatis et fiduciae erga Deum.

Malocsay Michael. Natus 9. Febr. 1823. in Nagy-Súr. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 24. Apr. 1846. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Maros, ab 1847. in Dorogh, eodem a. Pestini ad s. Theresiam, ubi simul catechetam egit in instituto coecorum. 1858. obtinuit parochiam in Nagy-Csalmaja, ubi † 3. Jul. 1875.

Malonyay Joannes. 1. Jul. 1758. missus pro cooperatore lib. reg. cittis Strigonium. 10. Mart. 1759. investitus parochus in Párkány, ast jam 8. Maji ejusd. a. investituram accepit pro Lédecz,

ubi activus erat usque mortem. † 12. Oct. 1760. in Kér.

Malonyay Paulus. Patre Andrea, matre Sophia progenitus. Studia usque secundum a. theologiae propriis sumtibus continuavit. 25. Febr. 1684. ad titulum mense comitis Georgii Erdödy ordinatus. Mense Jun. ejusd. a. investitus parochus in Csataj. 5. Dec. 1686. causa fiscalis mota coram Fenessyo contra aedituos. Ibi activus erat usque 1688. Mense Apr. 1689. investitus in Lancsár. Hinc 1692. transivit ad Báhony. Ibi 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parochus notavit. Aetatis 34. Sacerdotii 12. Sumtibus Francisci Jezerniczky ara major erecta. Hinc m. Dec. 1694. investitus in Galántha. Inde 8. Aug. 1696. in lib. r. citte AEppali tam intra quam extra muros, (sic). 1701. in citte regia Franciscus Jezerniczky peregit visitationem, qui de parochus notavit: «Annor. 41. hic 5. in AEppali erat tribus, alibi 18. annis. Vir acceptus ubique, vitae exemplaris, qui jam ulteriorem meretur promotionem.» In fine hujus protocolli notatum habetur: Quod civitas clavim ecclesiae in platea Budensi sitae a calugero receptam parochus tradidit, usque ulteriores AEppi dispositiones. Item, quod in via versus Dorog actu erigitur capella in memoriam cladis a 1663. a turcis illatae, ubi et parochus illius temporis occubuerat. Pro dote vineam 200 flnis emtam assignavit. 26. Jan. 1712. canon. Strig. installatus, egit praefectum bonorum capituli. 1719. ADiac. Tornensis. Fuit et abbas B. M. V. de Czikador. † 28. Jan. 1724. Testamentum ejus notum est. (Szent Vincze leányai Esztergomban. 82.)

Malsonay Georgius. 14. Maji 1709. investitus parochus Novavillensis, alias Nova-Vesz, nunc Laksárujfalu, quae eousque filia fuit ad Búr. Operatus est tantum usque m. Oct. ejusdem a.

Manczmann Mathias. Gerencsériensis. In universitate Tirnaviensi 1670. baccalaureus 1671. magister philosophiae. 29. Mart. 1675. ordinatus. Mense Oct. 1689. cum dimissorialibus reversus ex dioecesi Nitriensi, investitus parochus in Tót-Gurab. Hinc 28. Apr. 1691. in Nemcsény. 8. Apr. 1693. in Rohó. Inde 2. Mart. 1697. in Nagy-Kosztolány, ubi 1698. desinit operari. Demum 4. Sept. 1710. in Nagy-Súr, ibidem usque 1711. activus erat.

Manda Georgius. Solnaensis ex cottu Trencsin. 1753. ex Emericano ad alumnum Buden-

sem missus. 18. Sept. 1756. ordinatus. 22. Sept. eodem a. evocatus est capellanus aulicus apud Josephum Baross Kelecsényium, quam missionem 19. Aug. 1757. renovatam accepit. 19. Jul. 1758. investitus parochus in Alsó-Esztergály, ubi † 25. Apr. 1762.

Mandelli, potius **De Mantelli Ignatius**. Vienne-nsis. Qua alumnus semin. Mariani 1729. baccalaureus 1730. magister philosophiae. 11. Nov. 1736. investitus parochus in Tussina.

Mandlik Michael. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1817. absolvit. Cooperatorem egit in Kövesd. 1818. et 1819. in Kóspallag administravit. Exhinc iterum reversus ad pristinam stationem. 28. Apr. 1823. nominatus parochus in Kesztlöcz, ubi † 9. Jan. 1836.

Mandlik Paulus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani Tirnaviae 1817. terminavit. 1818. transegit in Vradist absque officio. Cooperatorem egit in Pobedim et ab 1821. in Galgócz. 6. Mart. 1829. nominatus parochus in Pöstyén, ubi † 20. Maji 1834.

Mandrák Joannes. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó 1771. terminavit. 4. Febr. ejusdem a. missus pro cooperatore ad Pobedim. 11. Dec. 1773. investitus parochus in Almás in cottu Tornensi, quocum beneficio ingremiatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Manigai, vel **Puskás Georgius**. Ab 1622. parochus in Maniga. Ibi 1630. Volfgangus Érsek-ujvári peregit visitationem, qui de ipso dicit, quod sit catholicus et legitime ordinatus. In visitationis instrumento 1634. Joannes Solnay de illo dicit: Georgius Puskás jam ab annis 12. parochus hic. «Inveni illum aliquantum negligentem, sed invigilabo in illum.» Hoc eodem a. 1634. nominat illum Georgius Draskovics in visitatione, qua parochum in Bohunicz, sic de illo notans: «Quinquagenarius, vir bonus et inculpatus, a pluribus annis parochus.»

Manigay Paulus, Ladislaus. Manigensis. Qua alumnus semin. Stephani 1701. baccalaureus 1702. magister philosophiae. Theologiam cum cursu speculativo. in semin. s. Stephani terminavit et 2. Apr. 1705. ordinatus est. Jam 18. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Nagy-Kosztolány. Ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de illo sic: «Annor. 36. in cura animar. 8. Omnia munde servat, perficitque sua munia, contra eum

nulla querela allata.» Hinc 18. Febr. 1714. investitus in Galgócz, ubi usque 1719. activus erat.

Manyák Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. gen. Pestini 1823. terminavit. 1824. et 1825. in instituto presbyterorum transegit Strigonii, ubi anno priori ordinatus. Cooperatorem egit in Kürth. 1826. apud viduam Caroli Czigler educator et domesticus capellanus in Vecse. 1827. cooperatore in Nagy-Kér, ab 1828. in Nagy-Ölved, ab 1829. in Felső-Ludány. 7. Oct. 1831. admin. in Felső-Szöllös, ubi † 12. Maji 1846. Aetatis 52.

Marassik Joannes. Occurrit 1673. parochus in Turan, et in Alsó-Kubin. (Schemat. Neosol. 1876. 256.)

Marcsek Joannes. Natus in Rajcsán. 1758. ad semin. s. Stephani susceptus, ubi absoluto theologiae secundo a. ordinatus. 4. Jul. 1761. missus pro cooperatore Polonkam. 12. Jul. 1764. investitus parochus in Alsó-Pél. Inde 20. Jul. 1770. in Nagy-Kálna. 9. Jun. 1773. molam cedit Joanni Hunyady erga depositionem 1500 flnor. 16. Sept. 1779. peracta visitatio Batthyanyiana. In qua 43. annor. esse dicitur. † 30. Apr. 1786. Ibidem.

Marcsek Joannes. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. 1790. absolvit Posenii. 1791. transegit in domo presbyterorum Tirnaviae. Cooperatorem egit in Nagy-Tapolcsány, ab 1794. in Pöstyén. 24. Jul. 1800. nominatus parochus in Jókő. Hinc per cambium cum Georgio Horváth 10. Dec. ejusd. a. accepit parochiam in Lancsár, ubi † 30. Maji 1834.

Marczell Emericus. Ex Udvarnok in cottu Posen. Qua alumnus semin. s. Stephani 1730. baccalaureus 1731. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1733. terminavit. 4. Apr. 1742. investitus in Soós-Hartyán. Ibi 1767. conscriptio fuit peracta. † 29. Maji 1771. ibidem.

Marczell Joachimus. Natus 17. Mart. 1813. in Kis-Udvarnok. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Oct. 1837. ordinatus. Penes moribundum parochum Várkonyensem subsidiarius. Cooperatorem egit in Szent-Mihályfalva, Tallós, Udvarnok, Podola, et in Vágujhely, ubi et curatae praepositurae admin. erat. 1847. obtinuit parochiam Vicsap-Apáthi, quam in sequelam politicae compromissionis 1850. resignare debuit ac sub custodia detentus fuit usque 1851. Abinde praebendatus et subin succentor penes capit. Strigon.

1. Dec. 1859. nominatus parochus in Kőhidgyarmat. † 21. Jan. 1892.

Marcis Julius. Natus 8. Dec. 1849. Theologiam Strigonii absolvit. 19. Jul. 1872. ordinatus est. Cooperatorem egit in Dorog, ab 1874. in Blumenthal, ab 1878. Tirnaviae. 1. Dec. 1882. cepit administrare Alsó-Dombó, ubi 15. Jan. 1883. nominatus parochus. Gerit munus notarii distr.

Marcziss Stephanus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1812. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Jác, ab 1813. in Nagy-Súr, ab 1814. in Cseklész, ab 1815. in Kis-Apáthi, ab 1817. in Majthény et ab 1821. in Vág-Ujhely. 1822. obtinuit parochiam in Suránka. Hinc 11. Jun. 1828. nominatus in Bohunicz, ubi † 22. Nov. 1834.

Marcus. Occurrit ab 1342. usque 1349. curio ecclesiae s. Petri m. in suburbio Budensi. (Schier, Buda Sacra 69.)

Marencsik Michael. Natus 4. Sept. 1806. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1830. terminavit. 30. Sept. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Jác, ab 1831. in Mária-Völgy, ab 1832. in Szent-Mihályfa. 1835. admin. et 17. Aug. ejusd. a. parochus in Nyitra-Pásztó. Sub illo 1840. parochia nova et 1844. ampla ecclesia aedificata, antiqua parvula diruta. Agri ecclesiae revindicati. † 1. Nov. 1853. e malo hepatis.

Margalszki Stanislaus. Occurrit 1700. parochus in Richvald. Nominat illum Joannes Sigray in visitatione eodem a. peracta.

Margóth, rectius Magóth Martinus. Occurrit 1561. plebanus in Pechenek, nunc Pecsencz. De illo Joannes Derecskey in visitatione eodem a. peracta sic: «Ordinatus Strigonii sub Rssmo Domino Paulo AEppo.»

Máriássy Joannes. 24. Mart. 1674. qua alumnus Rssmi Joachimi Luzsénszky presbyter ordinatus. 10. Dec. 1680. investitus parochus in Alsó-Kubin. Hinc 1. Febr. 1688. in Szucsán, sed jam 28. Jun. ejusd. a. iterum in Alsó-Kubin, ast inde jam 11. Aug. e. a. in Mosócz. Exhinc 24. Apr. 1690. in Fenyő-Kosztolán. Inde demum 26. Mart. 1691. in Felső-Apáthi cum filia Szklenó-Tornensi, ubi usque 1693. operatus est.

Máriássy Stephanus. Fuit circa 1684. parochus oppidi Turán. De quo Gregorius Szelephényi in sua informatione sic refert: «Ob me-

tum rebellium vagus per montes, comprehensus tamen fuit et plus quam 50. vulneribus sauciatus pro mortuo relictus, qui tamen miserante Deo revixit.» (Magy. Sion. 1868. 761.)

Marich Augustinus. Natus 12. Dec. 1816. in Ács. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 27. Jul. 1840. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagysurány m. 4. hinc 1841. ad Nagyoroszi missus, ubi m. Majo 1845. parochus nominatus. 11. Dec. 1866. munere VADni surr. ab 1892. ord. distr. Drégely condecoratus.

Marics Andreas, vide **Meszarics.**

Marikovszky Georgius, Joachimus, Michael. Podszkaliensis. Fuit 1725. alumnus semin. Budensis Széchényiani. 23. Mart. 1728. ordin. 4. Sept. ejusd. a. pro cura animarum expeditus. Cooperatorem egit Velicsnae 9 m. hinc Trsztenae, ubi 23. Jun. 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de illo sic: «Capellanus hic tribus annis, futurus parochus.» 21. Aug. ejusd. a. investitus parochus in Paraszt-Dubova, ubi eodem a. peracta inquisitio ratione terrae Láz ad parochiam pertinentis. † 4. Apr. 1751. ibidem.

Marikovszky Joannes. Dubovens, ex cottu Árvensi, fuit 1756. alumnus semin. Budensis Széchényiani. Missus 21. Maji 1760. pro cooperatore ad Udvarnok. 8. Apr. 1761. investitus parochus Rákosiensis, quacum incorporatus neo-erectae dioec. Rosnaviensi.

Maris Nicolaus. 5. Jul. 1675. investitus parochus in Jablonicz, ubi usque m. Aug. 1676. operatus est.

Markly Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1799. absolvit. Cooperatorem egit in Nagy-Kér. 12. Dec. 1809. nominatus parochus in Ürmény. Ab 1831. munus gessit VADiac. districtus Vagani, una schol. nat. inspectoris. Fuit item sed. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor. † 14. Aug. 1847. apoplexia tactus. Aetatis 71.

Markó Joannes. Natus 29. Mart. 1806. in Tunyesicz in cottu Trencsén. Qua alumnus dioecesis Nitr. philosophiam et theologiam ibidem absolvit. 13. Oct. 1829 ordinatus. Succentor Nitriae. Mense Aug. 1832. ad ADioec. Strig. susceptus pro cooperatore ad Pobedim missus. Ab 1833. in Csejtha, ab 1834. in Podola, eodem a. admin. factus in Udvarnok. Ab 1836. iterum cooperator et quidem in Ó-Tura. Demum ab 1840. Szeniczii, hinc 10. Aug. ejusdem a. admin. in Ó-Lehota.

Inde 26. Aug. 1860. in pari qualitate translatus ad Nagy-Modró, ubi † 1. Febr. 1879.

Markó Michael. Natus in Domanicz. 1761. ad alumnatum susceptus. Theologiam cum a. quarto in semin. gen. 1767. absolvit. 20. Jun. ejusdem a. missus pro coop. ad Nagy-Salló. Hinc 29. Jul. 1770. investitus parochus in Alsó-Pél, ubi 15. Sept. 1779. visitatio Batthyaniana fuit peracta. † 3. Apr. 1801. ibidem.

Markovics Adamus. 19. Apr. 1755. missus pro cooperatore Manigam, hinc 30. Aug. ejusd. a. ad Varbó, 6. Febr. 1758. investitus parochus in Krajna. Hinc 20. Jul. 1759. in Felső-Diós. Fuit ab 1772. usque 1783. distr. Szomolán VADnus. † 14. Nov. 1792. ibidem.

Markovics Aloysius. Natus 11. Jan. 1838. in Brogyán in cottu Bars. Clero Nitr. adscriptus philosophiam et theologiam Nitriae absolvit, quam dioecesim deserens 1862. ad ADioec. receptus. 27. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Korompa, hinc mox Tirnaviam translatus, ubi una praesidem egit sodalium cath. 27. Nov. 1871. nominatus parochus in Cseklész.

Markovics Andreas. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1766. terminavit. 19. Apr. ejusd. a. missus pro cooperatore Pestinum. 11. Jul. 1769. investitus parochus in Endrefalva, ubi † 3. Jan. 1788.

Markovics Antonius, (Honorius.) Fuit ordini Trinitariorum adscriptus. Post cassationem 1786. capellanus localis factus in Nagy-Kereskény, ubi † 16. Nov. 1798.

Markovics Antonius. Natus 30. Dec. 1787. Theologiae quartum a. in Pázmáneo absolvens 11. Nov. 1811. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vindschacht, ab 1812. in Búr-Szent-György, ab 1813. in Búr-Szent-Miklós, 1814. iterum reversus ad Búr-Szent-György. Mense Dec. 1821. factus parochus in Bikszárd. Hinc 19. Oct. transivit ad Konyha. Ab 1852. VADnus. distr. Malackensis. † 27. Apr. 1860.

Markovics Carolus. Theologiam usque secundum a. in semin. s. Stephani 1809. absolvit. Subin ad doctoratum ss. theologiae promotus. 1810. factus praefectus studiorum in semin. gen. Pestini, una bibliothecarius seminarii. Ab 1818. in lyceo AEppali Tirnaviensi juris can. et hist. eccl. professor. 1820. obtinuit parochiam Kéménd. Ibidem 25 et 26. Jun. 1824. visitatio canonica AEppalis peracta. † 17. Jul. 1829. Fuit facult. theo-

logicae penes scient. universitatem hung. membr. coll. ac cottuum Strig. et Comar. tab. jud. assessor.

Markovics Christophorus. Tirnaviensis. Occurrit 1647. licentiatu in Lekér. Nominatur in catalogo cleri hoc a. jussu Georgii Lippay conscripto. 1657. occurrit in Csata, nunc filia ad Lekér. Ibi eodem a. Andreas Szily peregit visitationem, qui de illo dicit: «Ungarisatus sufficienter, annorum 28. licentiatu.»

Markovics Emericus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1796. absolvit. Cooperatorem egit in Üzbégh, ab 1798. in Nagy-Lehota. 23. Jul. 1799. praesentatus capellanus localis in Nagy-Vezekény, nunc filia ad Nemcsény. 17. Febr. 1807. nominatus parochus in Nemcsény, ubi † 29. Dec. 1824. Fuit et scientiarum et agriculturae cultor, sacerdos zelosus, vir omni laude dignissimus.

Markovics Franciscus. Natus 26. Sept. 1846. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 15. Oct. 1869. ordinatus est. Cooperatorem egit in Mária-Nostra et mox in Valle Mariae. 1878. factus admin. in spirit. in Magyarfalva. 20. Apr. 1881. nominatus ibidem parochus. Hinc 1886. transivit ad Zohor.

Markovich Georgius. 2. Maji 1680. investitus licentiatu in Lekér, ubi usque 1696. operatus est.

Markovics Georgius. Theologiam cum quarto a. in collegio pontificio Olomucensi absolvit. 1792. ordinatus. 18. Maji e. a. investitus parochus in Fenyő-Kosztolány. Hinc 37. Sept. ejusd. in Cseszte, ubi 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parocho sic: «Annor. 29. sacerdotii 3, parochiae 2. Alternatim slavice et germanice concionatur. 1699. ibidem Joannes com. Volkra visitavit, qui de parocho sic: Annor. 33. Sacerdotii 7 quibus et ferme parochiam administrat. Sua exemplariter munia obit et sacramenta sine querela administrat, habet tamen ob multitudinem animarum sibi concreditarum in majoribus festivitatibus sacerdotem qui illum adjuvat. Libris suis quam ecclesiae sufficienter provisos. Habet et dicit breviarium.» Adhuc 1714. et tertiam visitationem ibidem transegit per Emericum Pongrácz peractam, qui de illo, quod sit 45 annor. in cura anim. 23. Ibidem † 30. Dec. 1717. sepultus.

Markovics Joannes. Felső-Malatinensis. Qua

alumnus semin. s. Stephani 1740. baccalaureus et 1741. magister philosophiae. Subin parochus Váraljensis in Scepusio, ubi † 23. Sept. 1761.

Markovics Joannes. Pestanus. 18. Aug. 1757. susceptus in alumnatum Budense Szécsényianum. Habuit vestitum integrum ceruleum parum attritum, clamidem cum vulpe et nodis argenteis, cingulum rubrum cum nodis argenteis serico mixtis, ut vulgo nodularii opera, coturnos cum zona aurea non adeo attritos. 15. Aug. 1759. ordinatus et 1. Sept. e. a. factus cooperatore in Szent-Endre, in quam parochiam 19. Sept. 1763. investitus. † 22. Jun. 1773. sepultus Budae in Aquatica ad Dalmatas. Omnes alumni semin. Szécsényiani interfuerant hujus funeri 25. Jun. e. a.

Markovics Josephus. Pöstyéniensis, aut Galgóczyensis. Ab 1756. in Emericano. 1759. ad alumnatum Budensem missus. Theologiam Tirnaviae absolvit. 5. Maji 1765. missus pro cooperatore Szeredinum. 19. Nov. 1767. investitus parochus in Keresztúr. 1773. contra illum inquisitio mota et abhinc capellanus domesticus in Kelecsény, subseque cooperatore factus in Lakács. 1778. obtinuit parochiam Szemere, ubi 1781. iterum contra illum inquirebatur eo, quod nolit ire ad infirmos, non resideat in parochia. Ab 1782. cooperatore conventualis in Szent-Benedek. Ab 1783. praebendatus Tirnaviae. Ab 1784. cooperatore Csasz-tensis. Ab 1785. Krakovánensis. Ab 1786. iterum praebendatus Tirnaviae. 1788. obtinuit parochiam in Verbócz, ubi 19. Sept. ejusd. a. peracta visitatio Batthyanyiana, in qua dicitur, quod in quartum mensem hic sit. 1791. ad deficientiam positus. 16. Nov. 1792. nominatus capellanus localis in Koltha, ubi 9. Febr. 1793. investitus, † 21. Dec. 1798. Ibidem.

Markovics Martinus, Joannes. 13. Aug. 1728. investitus parochus in Laksár-Ujfalu. 16. Nov. e. a. negotium foundationis eccl. coram vicario tractatum. Ecclesia 1729. per communitatem erecta. Inde 18. Jul. 1731. transivit ad Unin. 1734. in filiali Radimov ecclesia erecta. Mense Nov. 1738. in filiali Letnics benedixit coemeterium cum licentia a vicario obtenta. Hinc 6. Aug. 1743. investitus in Péterfalva, quam inito cambio cum Francisco Polakovics obtinuit. Ibidem † 28. Mart. 1745. Sepultus in crypta eccl. infra sanctuarium.

Markovics Rudolphus, Joannes. Vittenczensis. Ordini ss. Trinitatis adscriptus. Cassatio illum invenit conventualem de familia claustrum Vetro-

Budensis. Egit tunc annum 26 et medium, in religione sextum. Conquerebatur de sinistra valetudine. Donec revalescebat apud consanguineos mansit e pensione vivens. 1787. primus in Nagy-Lehota factus capellanus localis. 1805. resignavit hoc beneficium et juxta adnotationes Csetochaviam ad Paulinos migravit, ut inter illos susciperetur. † 25. Oct. 1807. in Némethi, qua emeritus cap. loc.

Markovics Stephanus. Natus 11. Mart. 1841. in Lovászi. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 8. Mart. 1865. ordinatus. Cooperatorem egit in Ekecs, Tardoskedd, Nagyöved, Dorogh, Unin et Szárazpatak. 28. Febr. 1871. nominatus parochus in Egyházfalva. Sub illo e fundamentis 1877. nova stabula, a 6. Maji 1878. usque m. Aug. 1879. aedes parochiales ex decem cubilibus et secus necessariis constans aedificatae sumtibus Joannis com. Pálffy, qua patroni. Ex antiqua parochia a m. Jun. 1879. usque m. Oct. e. a. transformata schola et habitatio ludirectoris.

Marcus Emericus. Occurrit 1688. parochus in Bábaszék. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 178.)

Marcus Emericus. Zolio-Lipcsensis. Qua alumnus semin. gen. 1748. baccalaureus, 1749. magister philosophiae. Hoc a. pro theologia morali ad alumnatum Budensem missus. Jam 1751. applicationem accepit qua cooperatore in cottu Árva, ast tantum 29. Oct. 1752. ordinatus. 20. Febr. 1754. investitus parochus in Zazriva. Hinc 25. Jan. 1755. in Pojnik. Inde 26. Apr. 1763. in Bábaszék, cum qua parochia ingremiatus est neorectae dioecesi Neosoliensi.

Markus Carolus. Natus 19. Apr. 1820. Missionibus Valachiae adscriptus. 11. Jun. 1847. Romae ordinatus. Applicatus secretarius eppi Nicolitani, Angeli Parsi, una professor in Bukarest. Dum idem eppus pro visitatore apostolico in Hung. missus, hujus vices in aliquibus parochiis gessit. 1850. sanitatis curandae causa ad Hung. reversus. Ab 1. Jun. 1859. admin. a 12. Aug. 1862. vero parochus Albárensensis. † 29. Sept. 1864. Sepultus ibidem.

Markus Julius. Natus 7. Sept. 1825. Neosolii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 21. Mart. 1849. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont. 7. m. abhinc illam parochiam administravit. 1850. missus pro cooperatore Pestinum ad s. Josephum. Ab 1863. munus gessit utriusque s. sedis notarii. 26. Febr. 1866. nominatus secretarius primatialis. 1. Aug.

1870. investitus parochus in Szölgyén, quam 14. Oct. e. a. resignavit et reversus est ad pristinam stationem. 1873. canon. hon. 3. Oct. 1874. realis Strigoniensis creatus. Mense Febr. 1875. director cancellariae primatialis. 18. Apr. 1878. applicatus rector semin. gener. Pestani. 1. Jul. ejusd. a. abbas s. Crucis de Telky. 1884. praelatus domesticus suae Sanctitatis ac el. eppus Dulcinensis. In capitulo elevatus usque praeposituram s. Stephani de castro Strig. et ADnatum Bars. Fuit usque 1893. fundi aux. docentum cath. praeses, et consoc. s. Ladislai vice-praes. Penes gymn. scholar. piarum, item scholae real. in circ. IV. comiss. AEppalis. † 30. Maji 1893. Ibidem.

Markus Stephanus. Natus 8. Oct. 1848. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1872. absolvit. 19. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Marczal, 1873. in Varbó et Kemencze et ab 1876. in Léva. 1881. obtinuit parochiam Nagy-Abony. Hinc 1887. transivit ad Szelöcze.

Mároky Franciscus. Natus 16. Sept. 1821. Jaurini. Philosophiam et theologiam qua alumnus dioecesis Jaurinensis, ibidem absolvit. 5. Dec. 1844. ordinatus. Ab 1843. educatorem egit apud familiam Jurkovics Viennae. semi altero a. Subin ab 1845. cooperator fuit in Csepreg, Szent-János, Széplak et Jaurini in Ujváros. 1849. praesentatus parochus in Alsó-Nyárasd, ubi posteaquam ADioecesi ingremiatus fuisset 9. Nov. 1852. investitus. † 8. Jul. 1880. ibidem.

Marosi (Heinczinger) Josephus. Natus 16. Jun. 1841. in Nagy-Maros. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 23. Jul. 1865. ordinatus. Cooperatorem egit in loco natali, subin in Virágvölgy, Vágszerdahely, Ipolynyék, Udvard, Nagyczéthy, Érsekujvár et Kemencze. 10. Mart. 1874. nominatus parochus in Ipolyfödemes. Hinc 1888. transivit ad Szémő.

Marossy Franciscus. 6. Mart. 1745. investitus parochus in Köbölkút. Hinc 27. Maji 1754. in Bátorkesz. Intimato de 14. Febr. 1760. determinatum, ut ludimagister sit catholicus. 1767. informationem de parochia praestat. † m. Dec. 1774. hic. Fecit nuncupativum testamentum.

Maróthy Martinus. 1630. qua parochus in Császár, in ADnatu Bars (Thaszár) interfuit synodo per Petrum Pázmány 4 et 5. Oct. Tirnaviae celebratae.

Maróthy Martinus. 1630. qua licentiatus in

Némethi in cottu Hont interfuit synodo 4. et 5. Oct. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. 1647. fuit licentiatus in Ebeczk. Nominatur in catalogo eodem a. jussu Georgii Lippay confecto.

Marsalik Martinus. 5. Maji 1669. investitus parochus in Szöllös. Hinc 28. Febr. 1670. in Grinád. Inde 24. Maji 1672. in Pudmericz. 1673. ibidem per Ferdinandum Pálffy visitatio peracta. Exhinc 16. Jul. 1675. in Alsó-Korompa. Denique 6. Maji 1686. in Rózsavölgy, ubi usque 1688. operatus est.

Marsalits Joannes. Tirnaviensis, 1767. susceptus in alumnatum Budensem, pro theologia. In Dec. 1769. missus pro cooperatore ad Cseke, post quatuor mensium spatium migravit ad Velicsna. 19. Maji 1770. missus ad Turány. Subin ad Radosócz. 1773. accepit parochiam Baczur, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi. Operatus est in hac parochia usque 1777. Pensione donatus Budam reversus, ubi in Aquatica † 23. Dec. 1794. Aetatis 49.

Marschall Alexander. Natus 1. Mart. 1838. Tirnaviae. Philosophiam ibidem, theologiam Strigonii absolvit. 29. Jul. 1860. ordinatus. Hinc immediate pro cooperatore Posonium ad s. Martinum missus. 1868. Basinium translatus. 1870. accepit parochiam Dubova, inde 9. Febr. 1884. nominatus parochus in Sárffő.

Marschall Ludovicus. Natus 30. Jul. 1840. Tirnaviae. Philosophiam ibidem. Theologiam Pestini absolvit, ubi e studio biblico rigorosum subivit. 15. Aug. 1863. ordinatus. Cooperatorem egit in Kürth, Garam-Ujfalú et Udvard. 13. Maji 1864. factus herul. praefectus apud C. Königsegg. Hinc post triennium 1867. missus pro cooperatore Pestinum ad s. Leopoldum, ubi a 5. Febr. 1868. demortuo parochi, admin. egit. Mense Nov. 1872. accepit parochiam Sárffő. 1. Nov. 1883. transivit ad civitatem Pozsony-Szent-György.

Marsó Stephanus. Varbóviensis, ex cottu Nitr. 1757. ex Emericano ad alumnatum Budensem missus. Subin cooperatorem egit in Koross, hinc 2. Aug. 1763. investitus parochus in Zavada, ubi † 17. Jul. 1768.

Marsovsky Andreas. Belensis e cottu Trenčsén. Qua alumnus semin. s. Stephani 1699. baccalaureus et 1700. magister philosophiae. Theologiae in eodem semin. studuit. 24. Jul. 1701. ordinatus. 24. Aug. ejusd. a. investitus parochus in Ujlak. Hinc 28. Mart. 1704. in Vámos, cum utraque

Bácsa, Bajcs, Szabadi, utraque Medve, Szap, Nyárad, Ballony et Kulcsod. Inde jam 4. Jul. 1704. in Nagy-Surány, ubi usque 1707. operatus est. Subin obtinuit Kőhid-Gyarmat, in quo beneficio 5. Mart. 1713. investituram accepit, ubi usque 1714. activus erat.

Marsovsky Joannes, Adalbertus. 6. Jan. 1733. investitus in Felső- et Alsó-Bottfalva. Sub illo ecclesia revindicata ac reconciliata. 1735. incepit matricam novam, nam antiquam Joannes Hradeczky praedicantius restituere recusavit. Hinc 26. Febr. 1740. investitus in Miava. Una VADnus distr. cognominis. † 29. Aug. 1760. ibidem. Tumultus in navi ecclesiae. Fuit vir pietate et doctrina excellens.

Martincsek Joannes. Natus 9. Febr. 1847. Theologiam cum quarto a. Strigonii absolvit. 25. Jul. 1873. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szered, ab 1876. in Kis-Tapolcsán. 10. Maji 1882. nominatus parochus in Nagy-Ülés.

Martini Ladislaus. Fuit Societati Jesu adscriptus. Cassatio illum invenit Selmezbánya, professorem rhetorices, praefectum congr. studios. et historicum domus. Ad ADioec. susceptus ab 1776. adjuvit curatos parochiales Selmezbánya. 23. Jan. 1778. nominatus parochus Hodrusbánya, quod beneficium 18. Nov. 1791. resignavit. Pensione donatus vixit ibidem, ubi et † 20. Mart. 1801.

Martinides Joannes. 17. Febr. 1673. investitus parochus in Gaidel, ubi usque 1680. operatus est.

Martinkovics Franciscus. Theologiam in semin. B. M. V. terminavit et 5. Apr. 1680. ad mensam AEppi ordinatus. 16. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Rutka. Hinc jam 27. Jun. ejusd. a. in Nagy-Ugrócz. 6. Febr. 1682. in Rózsavölgy. Inde 12. Febr. 1685. in Széleskút, quam circa 1713. resignavit, ast ultro quoque qua emeritus ibidem degit. 1714. ibidem Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de illo notavit: «Teste seniculo Francisco Martinkovics emerito plebano loci in aedificium novae ecclesiae converterunt, per 12 annos introitus summa 891 fl. de toto expensa, in novam ecclesiam ad amussim exornatam, accessit mendicata eleemosyna 688 flni.» † 11. Maji 1716.

Martinkovics Martinus, Franciscus. Theologiam cum secundo a. terminavit. Ab 1652. parochus in Kis-Tapolcsány, ubi 1657 Andreas Szily

peregit visitationem, qui de parochio notavit: «Aetatis 31. parochiae 5 anno.» Hinc 24. Apr. 1663. investitus in Galgócz. Subin 14. Mart. 1672. introductus est primus parochus in Némét-Lipcse, post expeditionem Simonis Frivaldszky senioris per praepositum Georgium Bársony, qui 1673. utrumque templum et in foro et infra oppidum occupavit. Exhinc 10. Febr. 1674. investitus in Dejthe, ubi usque 6. Febr. 1683. operatus. 21. Apr. 1686. investitus in Alsó-Diós, ibi 1694. successorem nactus.

Martinkovics Georgius, Josephus. Theologiam cum cursu speculativo in semin. s. Adalberti absolvit. Qua extraneus 1702. ad titulum l. reg. cittis Szakoncza ordinatus. 4. Apr. 1709. investitus parochus Hradistensis, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod 10. annum agat in cura animarum. «Omnia munia quam diligentissime perficit, punctisque se in omnibus conformat.» † 11. Febr. 1714.

Martinkovics Joannes. 1673. occurrit parochus Szelniczensis, qui ex mandato Georgii Bársony eppi Magno-Varadiensi et praep. Scepus. omnes ecclesias cottus Liptoviensis visitavit. (Ex notis Georgii Letvini.)

Martinkovics Joannes. Natus 24. Nov. 1860. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1883. absolvit. 1. Febr. 1884. ordinatus. Cooperatorem egit in Vedrőd, ubi 1887. parochus factus est.

Martinkovics Petrus. Natus 11. Jan. 1794. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1817. absolvit. 22. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Pestini ad s. Josephum ab 1823. Comaromii. 1829. obtinuit parochiam Nyitra-Sárfő, ubi † 26. Mart. 1851. Fuit cruce argentea pro piis meritis decoratus.

Martinovszky Joannes. 1668. ad semin. s. Stephani susceptus, in quo et theologiae studuit ac 1671. ex eodem baccalaureus graduatus. 28. Mart. ejusd. a. ordinatus. Subin parochus Szlécsensis et VADnus Liptóviensis. 8. Dec. 1685. refert, de examine testium, ratione pecuniae per Martinum Turánszky e templo Teplensi sacrilege ablatae. Per vicarium in hac causa emissas valvas ter ad valvas ecclesiae Teplensis affixas, 21. Jan. 1686. vicario remisit. Eodem a. hanc parochiam resignavit, promotus ad capitulum Scepusiense.

Martinus. Occurrit 12. Maji 1291. sacerdos ecclesiae de Inám, in ADiac. Hont. Nunc filia ad Ipolynyék. Qui praesens fuit, dum comitis Bene-

dicti filius, dictus Bóth, ultimam conderet voluntatem. (Knauz, Mon. Strig. II. 285.)

Martinus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus in Mauhan (Bauhan) in ADtu Neograd. (nunc Nagy-Bárkány) juravit, quod non valeret beneficium ultra marcam, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 231.)

Martinus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus in Nouak (Novák), in ADiactu Nitr. qui juratus aestimavit suum beneficium ad unam marcam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 183.)

Martinus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Tarnouc in ADiactu Neogr. nunc Tornócz, qui collectoribus census papalis juratus dixit, non ultra marcam suum beneficium valere, se obligavit et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 228.)

Martinus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus Sancti Laurentii de Strigonio, qui coram collectoribus census papalis aestimavit suum beneficium non valere per annum ultra septem marcas et solvit mediam marcam et undecim grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 224.)

Martinus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Arania, in ADtu Nitr. (Turán) qui aestimavit suum beneficium ad duas marcas et solvit undecim grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 222.)

Martinus. Ab 1337. plebanus Posonii ecclesiae ad s. Martinum. Fuit is filius Nicolai, fratris Martini praepositi Dömösiensis, a civitate in plebanum vi electus et per Martinum, qua administrator praepositurae Posoniensis cum injuria capituli confirmatus, ex hac causa longa lis exorta. (Rimely, Cap. Pos. 226. et 252.) Nominatur adhuc 1355.

Martinus. Occurrit 1417. parochus Budae ad B. M. V. qui domum parochiae Wolfgango Tirnauer vendidit. (Budavári fõtempl. tört. 49.)

Martinus. A m. Maji 1419. praepositus curatus in Vágújhely. Hoc eodem a. in matre et in filia Morva-Leszkó ecclesiae consecratae, per suffr. eppum Stephanum. Sub illo grassabantur Hussitae, qui civitatem hanc saepius combusserunt et destruxerunt. Idcirco praepositura 1431. fossato circumdata et munita fuit. Ad quas munitiones necessarium fuit molam praepositurae diruere. Quum aedes praepositurae destructae erant, ex concessione Nicolai V. papae is cum canonicis suis transmigravit ad ecclesiam s. Stephani in Beczkó. Usque ad tempus hujus trans-

migrationis, idest 1754. activus erat. (Jedlicska, Kiskárpáti eml. II. 570.)

Martinus. Occurrit 1421. parochus Posonii ecclesiae s. Laurentii, ab 1427. s. Martini, una canonicus ibidem. (Rimely, Capit. Poson. 255.)

Martinus Leonardus, vide Leonardus.

Martinus de Stomfa. Fuit 1433. usque 1439. parochus Posonii ad s. Martinum, una canonicus ejatis capituli collegiati. Nominatur in rationibus vitrici Ecclesiae. Fecit foundationem. (Rimely, Capit. Poson. 256.)

Martinus. Occurrit 1437. plebanus in Csukárd. De quo in conscriptione rerum ecclesiae hoc a. facta notatum: «Dominus Martinus tunc temporis plebanus, alienavit unum librum missalis, quem misit cuidam Joanni scholastico in Samaria ad vendendum. Alienavit et alterum librum missalis quem vendidit pro septem fl. aur. Item unum pratum ab ecclesia alienavit et vendidit.» Hoc professi et testati sunt judex et jurati communitatis de Csukárd et Tirling. (Magy. Sion. 1863. 312.)

Martinus. Occurrit 1456. usque 1458. parochus Posonii ad s. Martinum. (Rimely, Cap. Poson. 257.)

Martinus. 1464. occurrit plebanus de Gajdelhota, nunc Gaidel. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 379.)

Martinus de Kremniczia. Fuit 1485. usque 1499. parochus Posonii ad s. Martinum una canonicus capit. collegiati, item rector altariae Corporis Christi. Aderat effigies ejus. 1502. decanus. (Rimely, Capit. Pos. 258.)

Martinus. Occurrit ab 1514. usque 1528. commendatarius et admin. praepositurae et parochiae in Vágújhely, una praepositus de Rudnicz, quem Aëppus Thomas Bakocz, una cum Mathia Báthi constituit, ut dirutam praeposituram collectis elemosynis aedificent et sic restituta, post mortem Martini reddatur pristinis possessoribus canonicis regularibus s. Augustini.

Martinus. Fuit 1519. plebanus de villa Dionysii, in distr. inf. Hernad, nunc Dénesfalva. Solvit decimas papales 1 fl. 15. (Wagner, Anal. Scep. II. 195.)

Martinus. Fuit 1519. plebanus de Durandi. Solvit decimas papales 3 fl. 20. (Wagner, Anal. Scep. II. 194.)

Martinus. Occurrit 1519. plebanus in Eulenschbach (Velbach) qui solvit decimas papales 4 fl. 42 d. (Wagner, Anal. Scep. II. 194.)

Martinus. Fuit 1519. parochus in Grenicz (Grénicz) solvit decimas papales 2 fl. 12 d. (Wagner, Anal. Scep. II. 194.)

Martinus. Fuit 1519. plebanus de Lapsch (Alsó- et Felső-Laps) solvit decimas papales 2 fl. 25 d. (Wagner, Anal. Scep. II. 196.)

Martinus. Occurrit 1519. parochus de Schebink (Schavnik) solvit decimas papales 1 fl. 12 d. (Wagner, Anal. Scep. II. 194.)

Martinus. 1519. plebanus de Suevi (Svábcz) solvit decimas papales 3 fl. 12 d. (Wagner, Anal. Scep. II. 193.)

Martinus. Fuit usque † 21. Mart. 1541. parochus in Poprad. Speculum sacerdotum. (Wagner, Analecta Scep. II. 229.)

Martinus. Fuit 1552. sacerdos in Orosfalva, quae Ruthenorum colonia, quibus sacra facere erat solitus. Hunc Chadim Ali pasa praefectus Budensis, occasione oppugnationis arcis Drégely, ad Georgium Zondium cogit, ut illi persvaderet traditionem arcis. Ast Zondius illum, illo cum nuncio remisit, se potius occumbere velle, quam arcem tradere. Illum duobus captivis, purpura indutis committere fecit, ut impetrent, quatenus duos pueros, quos sibi educare non licuisset, in suum famulitium accipiat et ad grave Martis opus, militiamque condiscendam instruat. (Istvánffy, Hist. Lib. XVIII. Ed. 1758. 204.)

Martinus. Occurrit 1557. parochus Neosolii. (Ex notationibus Georgii Palkovics.)

Martinus. Occurrit 1559. parochus in Kovarch, id est Kovarcz, de quo visitator ejusd. a. haec notavit: «Juvenis uxoratus. Missam cum aliis divinis servitiis dicit catholice, sub utraque nobiles communicat.»

Martinus. Occurrit 1559. parochus in Tót-Próna. De quo visitator hujus a. sic loquitur: «Uxoratus tamen, qui sacramenta omnia secundum ritum Romanae ecclesiae tenet et administrat.»

Martinus. Occurrit 1560. parochus in Berencz, de quo visitator ejusd. a. notavit: «Sine uxore: Romanae ecclesiae instar tenet omnia sacramenta et ceremonias ecclesiasticas.»

Martinus. Fuit 1561. et 1562. parochus in Bohunicz. De quo visitator a. prioris sic refert: «Vir catholicus, sacramenta administrat secundum ritum Romanae ecclesiae. Famulam habet, cum qua proles generavit.» Ille vero a. posterioris refert, quod plebanus cum populo catholici sint.

Martinus. Occurrit 1561. rector altaris in Csejthe, una VADnus. De quo visitator ejusd. a. dicit: quod parochus pessimus haereticus sit, qui bonam partem civitatis infecit, ac intellecta synodo futura discessisset, duo presbyteri rectores altarium curam catholicorum gerant. Martinus senex uxoratus, verus et bonus christianus ab omnibus laudatae vitae, qui edixit, quod in praesentia parochi ecclesiam nequaquam inviserit, ne scandalo sit illis, qui adhuc conservati sunt. Idcirco de ecclesiae conditione nihil scit.

Martinus. Fuit 1564. presbyter in Lutila, qui hoc a. praesentatus Nicolao Oláho AEppo Strig. (E notis Georgii Palkovics.)

Martinus. Occurrit ineunte XVI. saeculo plebanus in Bábaszék. (Schem. hist. Neosol. 177.)

Martóczy Georgius. Ab 1652. usque 1654. parochus in Tótgurab.

Márton Stephanus. Natus 15. Sept. 1861 Theologiam cum quarto a. Strigonii 1883. absolvit. Abhinc suppl. professorem egit in praeparandia Strig. 1. Febr. 1884. ordinatus. Hinc pro catecheta Budapestini missus. 1889. admin. in Nagy-Csalomja, ubi 1890. parochus factus.

Mártonffy de Csik-Karczfalva Georgius. Transilvanus. Theologiae in Pázmáneó studuit, ubi 1689. adhuc alumnus, quamvis 18. Nov. 1688. jam investitus parochus in Vásárút. Hinc 22. Apr. 1691. investitus in Felső-Szeli, ubi in filiali Vezekény ex finis ecclesiae 40. qui sensim per annos accreverunt ad summam flnor 700 et sic ibidem nova ecclesia fuit aedificata. Anno 1700. citavit in nomine vicarii Georgium Morócz ratione ecclesiae Nagy-Födemesiensis. Hinc 1701. transivit ad Szempcz. Inde 22. Jun. 1703. installatus canonicus Poseniensis; et qua praepositus s. Martini de Orod 25. Nov. 1707. Strigoniensis. Dum 10. Aug. 1708. imago B. M. V. in templo s. Nicolai Tirnaviae lacrimasset et ille 11. Aug. 5. hora mane ante illam orasset, vidit lacrymas e dextro oculo imaginis defluentes, quas dum digito tetigisset et ipse et multi ibidem praesentes de rei veritate convicti sunt. 22. Febr. 1709. ADiac. Bars. Vicarius surr. et subst. lector capituli. 11. Dec. 1711. ADiac. Nitr. 12. Dec. 12. praep. s. Stephani nominatus. 1713. eppus Transilvaniae, quae sedes tunc jam ab 1697. vacabat et sic tertia vice restituta fuit. Ordinavit jura ac bona eppatus et capituli. Ille

primus nominatus liber baro. qua eppus Transilvaniae. † 5. Sept. 1721. Albae-Carolinae.

Martoni Georgius. Fuit circa 1640. parochus Zarnoviensis (Zsarnócza). Visitor Mathias Schlegelius, 1647. post connotatas res ecclesiae dicit: Supra specificatae res ecclesiae una cum parochus per Turcas partim ablatae, partim cum ecclesia combustae. Parochus captivus detentus fuit tempore visitationis hujus.

Mártonyi Antonius. Natus 22. Maji 1759. Agriae. Theologiam usque quartum a. in Pázmányo 1784. quintum vero in gen. Posenii 1785. absolvit. Cooperatorem egit in Muzsla. 18. Apr. 1790. nominatus parochus in Párkány. Quod beneficium 20. Aug. 1793. resignavit. 1794. cooperatorem Bakae. 1796. in Zeliz, 1799. in Tallos, ubi † 25. Mart. 1808.

Massa Alexius. Natus 2. Jul. 1819. in Szécsény in cottu Neograd. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Jul. 1842. ordinatus. Absolutis 1841. theol. studiis pro herul. praefectu apud Alexandrum Mérey applicatus est. Qua presbyter ad aulam Primatis Kopácsy capellanum, ab 1843. ceremonarium, ab 1845. notarium et ab 1846. bibliothecarium una archivarium egit. 1849. admin. 1850. vero parochus in Farnad factus, ubi et munus notarii distr. gessit. Hinc 1. Jun. 1860. transivit ad Nagy-Salló. Ab 1877. surr. dein ord. VADiac. distr. Lekérensis. 1888. promotus ad capitulum Strig., sed jam † 17. Dec. ejusd. a.

Massary Stephanus. A 13. Apr. 1715. usque 1718. parochum egit in Nagy-Herestyény.

Maszár Andreas. Theologiam 1723. in semin. Mariano inchoavit et jam 23. Dec. 1724. ordinatus est. A m. Nov. 1736. usque m. Jan. 1740. parochum egit in Nagy-Maros. Subin praepositus et parochus in Hatvan factus.

Maszár Christophorus. Fuit ab 1686. usque 1687. parochus in Zólyom.

Maszár Josephus. Petrovillensis e cottu Nitr. Qua alumnus semin. Mariani 1743. baccalaureus 1744. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1748. terminavit. 4. Mart. ejusd. a. missus est pro cooperatore ad Sasvár. 17. Jun. 1751. investitus parochus in Ószuszkó, ubi usque 1752. operatus est. 22. Aug. 1758. operatus est in Verbócz. Hinc 12. Sept. 1759. investitus in Péterfalva. Inde 24. Apr. 1761. in Holics. 6. Jun. 1775. inhibitus ludirector a tradendo praelati Saganensis catechismo. Dispositio-

nes factae 8. Nov. 1781. ut amoveatur cum sit mente turbatus. 16. Dec. e. a. cum 200 f. ad semin. deficientium relegatus. 26. Mart. 1782. consentit AEppus ut cognatis resignetur, 18. Jul. 1783. parochus Holicsensis Ladislaus Gazapy erga 600 f. e massa ejus resolutos ad dies vitae promisit illum tenere, quod et AEppus approbavit. † 27. Mart. 1790. ibidem.

Massiar Michael. Fuit usque 1630. parochus in Ardanócz, nominatur in visitatione per Wolfgangum Érsekujváry hoc a. peracta. Ab eodem a. parochus in Alsó-Ludány, qua talis 4. et 5. Oct. e. a. praesens fuit in synodo Tirnaviensi per Petrum Pázmány celebrata. 1634. ibi Joannes Solnensis peregit visitationem, qui de parochus sic: «Post coenam morosus fuit contra quemdam parochianum, contendere incipiens, nisi illum repressissem. Similis est parochus Ürménczensi Nicolao Hajnos, si non pejor. Librum templi, ubi conscribentur baptisati etc. non habet, ad infirmos non ibat, quare, quia non vocabatur.»

Massik Michael. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 25. Maji 1709. ordinatus. 18. Jun. 1710. investitus parochus in Vieszka. Hinc 22. Jun. 1711. in Chrenócz, ubi usque 1740. operatus est.

Maszarovics, vel Meszarovics Augustinus. Nádasdiensis e cottu Posen. Qua alumnus semin. s. Stephani 1725. baccalaureus, 1726. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1728. terminavit. 30. Apr. 1729. investitus parochus in Pobedim, ubi 1731. Joannes Zichy peregit visitationem, qui de parochus ait: «Presbyter 30. annor. toto tempore in hac parochia.» † 3. Sept. 1748. ibidem.

Maszarovics Martinus, Josephus. Ab 1705. parochus in Tót- et Horvát-Gurab, ibi usque 1706. hic usque 1710. Hinc 21. Maji e. a. investitus in Nagy-Rippény. Inde 10. Jul. 1711. in Broczkó. Exhinc 3. Mart. 1721. in Egyházfalva. Inde vero 27. Jun. 1722. investitus in Kis-Báb. † 10. Jul. 1730. Aetatis circa 60. Sepultus in ecclesia parochiali.

Maszlaghy Franciscus. Natus 24. Nov. 1839. Pestini. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 26. Jul. 1864. ordinatus est. Cooperatorem egit in Karancsságh 4. Aug. 1865. in Muzsla. A 24. Aug. 1866. praefectus herul. apud Mauritium comitem Pálffy. Dein concionator academicae juventutis Posenii et suppl. doctrinae religionis professor in ejate gymnasio. Ab 1871.

professor in lyceo AEppali Strig. A m. Feb. 1875. archivarius una cerem. AEppalis. Subin s. sedis notarius. 1878. in electione Pontificis Leonis PP. XIII. conclarista et camerarius Pontificus. 1. Jun. 1881. parochus factus in palatio regio Budapestini, una custos s. dexteræ s. Stephani. 23. Dec. 1882. praepositus s. Sigismundi. Primus cui dicta praepositura se junctim a parochia collata fuit, quæcum eousque conjuncta erat, qui idcirco eam post promotionem ad capitulum Strig. retinere potuit. 20. Dec. 1889. ad canoniam Strig. promotus. Est meritissimus in litteratura beletristica hungarica. (Zelliger, Eszt. Egyhm. írók. 320.)

Mászny Joannes. Natus 21. Aug. 1773. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posoniensi 1798. terminavit. 7. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Comaromii. 26. Apr. 1799. nominatus parochus in Csütörtök. Hinc 7. Jul. 1806. octinuit Féll. 1828. munere VADni distr. insulani sup. condecoratus. 1832. resignavit parochiam et aggregatus instituto emer. parochorum cujus et vice-rector factus. † 4. Mart. 1854. Posonii.

Masztk Joannes. Natus 5. Maji 1827. Tirnaviae: Theologiam Tirnaviae ac Strigonii absolvit. 28. Jul. 1850. ordinatus. Cooperatorem egit in Sasvár, ubi 1859. per quatuor m. etiam int. admin. fuit. 1861. in eadem qualitate itidem per quatuor m. in Kuti applicatus. 22. Febr. 1862. nominatus parochus in Szomolánka. Hinc 20. Oct. 1864. transivit ad Radossócz. Sub illo fuit terrarum in Radossócz commassatio. † 24. Oct. 1870. Ibidem.

Máté, vel Máthé Sigismundus. Occurrit 1616. parochus in Stepanó. 8. Oct. hujus a. citavit in causa sedecimali Martinum Czobor de Czobor-Szent-Mihály in castro suo proprio Szent-Márton.

Mateiska Leopoldus. 14. Apr. 1684. investitus parochus in Radosna. Matricula, cum morte praedecessoris, hoc a. scribi incepta. Operatus est ibi usque 1686.

Matejka Joannes. Natus 10. Apr. 1802. Theologiam cum quarto a. in semin. gen. Pestini 1824. absolvit. Ibi jam 1822. AA. LL. et philosophiae doctor graduatus. Annos 1825. et 1826. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 26. Mart. 1825. ibidem ordinatus. Cooperatorem egit Budae ad s. Annam, ab 1829. Pestini ad s. Josephum. Ab 1832. in Surányi et ab 1833. in Naszvad. 1835. admin. factus in Nagy-Bárkány, ubi 1. Jun. 1836. parochus investitus. Hinc 2. Jun. 1842. transivit ad Marczal, ibi † 28. Aug. 1845.

Matejka Josephus. Natus 3. Mart. 1804. in Nagy-Kubra in cottu Trencs. Philosophiam Tirnaviae, theologiae primum et secundum a. Pestini, reliqua Tirnaviae absolvit. 21. Dec. 1829. ord. Cooperatorem egit in Valle Mariae a. 2., in Sasvár a. 12. Holicsii uno m. 1843. admin. Broczkae, per tres m. et in Kukló per duos m. Ubi 1. Febr. 1844. parochus factus, sed jam 1. Mart. 1844. transivit ad Kúti. Hinc m. Majo 1856. nominatus in Egbell, ubi † 27. Oct. 1881.

Matejka Venceslaus. 1841. transegit in instituto presbyterorum Strig. Cooperatorem egit in Moravánka, ab 1842. Miavae, ab 1843. in Verbó et ab 1845. in Galgócz. 1849. promotus ad parochiam in Udvarnok, ubi † 28. Febr. 1861.

Matejovics, vel Matyeovics Stephanus. Natus in Kukló. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1812. terminavit. Cooperatorem egit in Vindschacht, ab 1814. in Sasvár, ab 1816. in Petrovilla, ubi ab 1817. admin. in spirit. et tempor. factus. 27. Oct. 1819. investitus parochus in Nagy-Kovaló. 1828. transivit ad Búr-Szent-Miklós, ubi ab 1832. VADnus distr. Szent-Jánosensis et schol. nat. inspector. † 12. Apr. 1843. Aetatis 55.

Mathé Michael. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1804. terminavit. Cooperatorem egit Konyhae, ab 1806. Malaczkae. 1807. admin. factus capellaniae localis in Rarbach. Hinc 1808. transivit ad Pernek, ubi usque 1812. operatus, tunc se beneficio abdicavit Szakolczæ victitans, ubi † 20. Febr. 1841.

Matheides Joannes. 3. Febr. 1698. investitus licentiatum in Kormossó, ubi 27. Sept. 1703. successorem nactus.

Matheides Joannes. Natus in Mátyásfalva. In universitate Tirnaviensi qua saecularis 1712. baccalaureus, 1713. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. 1716. terminavit. 10. Jun. 1717. investitus parochus in Liptó-Szent-Miklós. Qua talis 31. Aug. 1719. ad doctoratum ss. theologiae promotus. Ibidem 1732. visitatio Ujvendéghyana peracta, in cujus instrumento de illo notatum, quod sit 42. annor. hic per 16. annos. Inde 1742. promotus ad capitulum Scepusiense, in quo usque cantoratum ascendit. † 24. Mart. 1753.

Mathias. 1519. plebanus de Byrbruna in distr. inf. Poprad. Solvit decimas papales 1 f. 40 d. (Wagner, Analecta Scepi. II. 196)

Mathias. 1519. plebanus de Kubach, distr. sup. Poprád. solvit decimas papales 2 f. 12 d. (Wagner, Analecta Scepus. II. 197.)

Mathias. 1519. plebanus in Luczivna, solvit decimas papales 3 f. 35 d. (Wagner, Analecta Scep. II. 197.)

Mathias. Occurrit 1551. parochus in Hájnik. (Schemat. hist. Neosol. 1867. 104.)

Mathias. Occurrit 1560. parochus in Apon in distr. Tapolcsán, nunc Kis-Apony. De quo visitator Michael Szegedy sic refert: «Sacris se Cracoviae dicit initiatum. Formatam dicit esse combustam, uxorem bene custoditam. Ut signis externis ostendit ac ceremoniis ecclesiasticis fidelis est christianus, nam Eucharistiam, fontem, sacros liquores et aquam benedictam in locis consuetis, pure et honorifice tenet. Ecclesiaeque ornamenta omnia bona conditione. Filius est obedientiae.»

Mathias. Occurrit 1560. parochus in Belez in distr. Tapolcsány. Bellesz nunc filia ad Nyitra-Bajna. De illo Michael Szegedy in visitatione eodem a. peracta sic loquitur: «Parochus dicit Romae sacris se initiatum, porro testimoniis caret, nam formatam perdidit, sed uxorem custodivit ne pereat. Ecclesiam tenet spurcissimam. Eucharistiam fontem et aquam benedictam immunde, nulla in eo devotio erga ecclesiam et spiritualia.»

Mathias. Occurrit 1560. parochus in Galgócz de quo Michael Szegedy in visitatione eodem a. peracta notavit: Senex sine uxore, is VADiac. est. Christianus, cum omnibus sacramentis et ceremoniis ecclesiae.» Adhuc 1563. nominatur.

Mathias, Polonus. Occurrit 1560. parochus in Liptó-Szent-Kereszt. De quo Michael Szegedy in visitatione hoc a. peracta sic loquitur: «Parvus statura religione et moribus. Uxoratus, haereticus, inscius plus ultra. Ecclesiam tenet in toto non indiscrete imaginibus et ornamentis ornatam. Horas non solet legere canonicas. Missam dicere nisi praesente communicantium et hoc nativo sermone sine elevatione, ad infirmos necessitate cogente consecrat, nullis ceremoniis ab antiquo consuetis utitur. Suos errores tenet mordicus.»

Mathias. Occurrit 1561. parochus in Solosnitz, nunc Széleskút, de quo Andreas Szokolczay in visitatione hoc a. peracta sic loquitur: «Presbyter, qui sacris initiatus fuit in monasterio Sarensi, quod est in Moravia et suae promotionis

habet testimonium. Hic catholicus est et simplex, in suo tamen officio diligens. Sacramenta reverenter servat in ecclesia et nihil intermittit, quod ad suum officium spectare videtur, gratus est populo propter bonos mores. Filiales Sanczen-dorf, S. Petri, S. Nicolai et Rorbach diligenter administrat.»

Mathias. Occurrit 1583. plebanus in Szent-Mihályfa. (In tabulario familiae Vermes de Budafalva. Ex notis Sig. Kisfaludy.)

Mathias. Ab 1613. parochus in Nagy-Jác. Nominatur in conscriptione parochiarum in ADiac. Nitr. hoc a. peracta.

Matkovics Fabianus. 10. Aug. 1639. ad titulum mensae vicarii Strig. ordinatus. 1647. fuit parochus in Szentmiklós sub arce Detrekeő, cum filiabus Péter et Váralja. Nominatur in catalogo cleri eodem a. confecto. 26. Apr. 1650. obtinuit parochiam Unin, ubi 1656. successorem nactus.

Matkovics Georgius. 25. Jul. 1669. investitus parochus in Nagy-Modró. Hinc 28. Febr. 1675. Felső-Diós, ubi usque 1682. operabatur.

Matolay Julius. Natus 12. Apr. 1836. in Kopcsány. Theologiam Strig. absolvit et 28. Jul. 1861. ordinatus. Cooperatorem egit in Ürmény et Búr-Szent-György, ubi demortuo parochia int. admin. fuit, postea cooperatur in Szered et Nagy-Tapolcsány. 4. Jul. 1870. obtinuit parochiam Kékkő. 1890. transivit ad Bussa.

Matthaeides Mathias. Kovaloviensis. Occurrit 1630. parochus in Stepano. Interfuit synodo die 4. et 5. Oct. eodem a. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. 1632. Joannes Kőszeghy, ibidem peregit visitationem, qui de parochia refert: «Antea habebat concubinam sed eam dimisit. Examinavi diligenter parochianos, utrum illa frequentet aedes parochi, aut parochus hospicium illius, qui omnes constanter affirmabant, neque parochus in illius hospicio, neque illum in aedibus parochi ivisse. Quoad alia parochus iste satisfacit, administrat Sacramenta, concionatur, alia quoque officia parochum concernentia diligenter exequitur. Libros pro suo usu videtur habere sufficienter.» Idem visitator ibidem 1634. peracta visitatione de illo haec habet: «Obiit a. curr. m. Martio. Ejus libros juxta decreta synodalia pro ecclesia occupavi et ejusdem inventario inscripsi.» Ibidem opera sex sunt notata. † 1. Mart. 1634. in Búr-Szent-György.

Matthaeovics Elias. Banensis. Qua secundi

a. theol. in semin. Mariano magister philosophiae 1717. extraordinarie promotus. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1718. terminavit. 14. Jun. ejusd. a. qua tertii a. theologus baccalaureus ss. theologiae creatus. 6. Dec. itidem ejusd. a. investitus parochus in Felső-Apáthi. quacum et pro Szkleno-Fürdő investituram accepit. Ex his beneficiis 5. Mart. 1727. in Kis-Tapolcsán investitus, quam parochiam 1750. resignavit. Extra beneficium constitutus. † 10. Jul. 1851. ibidem.

Matthaeovics vulgo **Matejovics** **Martinus**. Kuklóensis e cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Stephani 1755. baccal. 1756. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1758. absolvit. 10. Nov. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Vág-Ujhely. 2. Jun. 1761. investitus parochus in Nagy-Rippény. Hinc 11. Mart. 1765. in Szobotist, ubi una VADnus distr. Sze-niczensis. 12. Sept. 1766. petiit parochiam Tur-lukensem suo districtui ingremiari, eo quod facilius negotia religionis possit promovere. Ibi 14. Dec. 1776. successorem nactus, nam promotus ad capitulum Neosoliensem, ubi † 27. Jul. 1803.

Matthaeovics **Petrus**, **Jacobus**. Theologiam cum secundo a. in Pázmáneó terminavit. Hinc 24. Apr. 1664. investitus parochus in Báhony, ubi investituram 22. Jun. 1666. iterate accepit. Hinc 20. Jul. ejusd. a. in Keresztur. Inde 2. Jun. 1697. in Stephano. Exhinc 11. Maji 1669. in Úrméncz. 22. Mart. 1674. una et in Bajna. Hinc 7. Maji 1675. Manigae, 3. Nov. 1675 citationem aliquorum incolarum peregit e mandato surr. vicarii. Ibi usque 1679. mansit. 26. Maji 1693. parochus in Szöllös, ubi 1698. Joannes comes Volkra peregit visitationem, qui de illo: «Aetatis 65. sacerdotii 35. Curam animarum administravit in Niriensi cottu a. 12. Hic loci 7. Sua munia diligenter et sine querelis parochianorum obit. Libros et breviarium habet, quod et dicit. Bonae alias vitae.» Eodem a. desinit operari.

Matthaeus. 1405. plebanus in Ardanócz. Sub illius cura obtinuit beneficium hocce 15. jugera terrae arabilis a Francisco Mager de Kaplách.

Matthaeus. 1416. electus est parochus Leutschoviensis. (Wagner, *Analecta Scep. II.* 349.)

Matthaeus. Occurrit 1478. parochus in Pereszlény, qui hoc a. attestaciones excepit.

Matthaeus. 1519. plebanus in Leibitz solvit decimas papales 13 f. 18 d. (Wagner, *Analecta Scep. II.* 194.)

Matthaeus. 1519. plebanus de Mollenbach, (Müllenbach) solvit decimas papales 5 f. 32 d. (Wagner, *Analecta Scep. II.* 194.) Quamvis jam 1539. obivisset, tamen fratres exequias pro illo in disturbiiis tantum post duos annos potuerunt in Müllenbach celebrare, ubi propter latrones a Murány angustias passi sunt (ibid. 229.)

Matthaeus. 1519. plebanus Sperarum in fraternitate regali solvit decimas papales 3 f. 15. d. (Wagner, *Analecta Scep. II.* 193.)

Matthaeus. 1519. plebanus de Garga (Görgö) solvit decimas papales 13 f. 28 d. (Wagner, *Analecta Scep. II.* 195.)

Matthaeus de Beos, seu Bőös. Occurrit 1524. parochus Posonii eccl. s. Laurentii et quidem horum ultimus, nam haec ecclesia m. Sept. 1528. dirui incoepa. Fuit simul ab 1520. canonicus capit. eccl. coll. ad s. Martinum. 1549. Legatarius Lucae a Nándor. (Tud. *Értekezö* 152. Rimely, *Capit. Poson.* 262.)

Matthaeus. Occurrit 1542. plebanus de Vár-alja, vicarius canonicus et baccalaureus. (Wagner, *Analecta Scep. II.* 230.)

Matthaeus. Occurrit 1556. plebanus in Sempcz, qui altare s. Wolfgangi fundavit.

Matthaeus. Occurrit 1559. parochus in Ujlak, de quo visitator hujus a. notavit: «Uxoratus, catholicus. Sequenti a. hoc beneficium vacabat.

Matthaeus. Natione Polonus. 4. et 5. Oct. 1630. interfuit sub nomine Hesner, qua parochus in Némét-Dió, nunc Felső-Dió, synodo Tirnaviae per Petrum Pázmány celebratae. 18. Sept. 1631. contra illum fiscalis actio mota quia percussor. 1634. ad festa Pentecostalia transivit ad Detrekö-Szent-Miklós, ubi eodem a. Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de parochia sic notavit: Annos natus 36 circiter. Ex Némét-Dió huc se contulit in Pentecoste. Non habuit literas investiturae a dno vicario, quod pro iis flor. unum, quem notarius, nescio quo jure expetebat, solvere recusaverit, quo circa ego eum absque ejusmodi literis introducere in parochiam nolui. Est quidem celebs, at ingenii turbulenti et arrogantis, nec tantae doctrinae. Parochianos contemnit. A sepultura duplum ferme quam par est exigit. Bombarda per noctem interdum jaculabatur, incolis aegre ferentibus, a quibus haud sane amatur. Commonefeci illum graviter. Idem is, cum adhuc in Dió parochum ageret, solebat lutosa platea equum superpelliceo et stola indutus con-

scendere, atque ita cruce praelata, ac ludimagistro et pueris antecedentibus funus deducere ad risum populi.»

Mattus Martinus. Natus 2. Nov. 1762. in Fél. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. 1789. terminavit. Cooperatorem egit in Tallos. Hinc 1. Febr. 1792. investitus in Kajal, ubi † 8. Nov. 1812.

Mattus Nicolaus. Natus in Fél. Qua saecularis 1745. baccalaureus et qua alumnus semin. Mariani 1746. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1750. absolvit. 26. Maji ejusd. a. missus pro cooperatore ad Misérd. Hinc 18. Maji 1754. investitus parochus in Fél, ubi 1755. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochia sic: «De vita exemplari testantur parochiani.» † 10. Apr. 1792.

Mattvasovszky Emericus. Theologiae in Páz-máneo studuit. 19. Aug. 1692. investitus parochus in Fel-Bár. Qua talis 1693. in universitate Tirnaviensi ss. theologiae doctor creatus. Hinc m. Aug. 1694. accepit Fél, ibi 1695. visitatio per Stephanum Illés peracta, qui de illo: Aetatis 30. sacerdotii 7. parochiae 6. mensium. Inde 11. Apr. 1695. investitus in Korpona. Exhinc 4. Jul. 1696. in Nagy-Sarló, una factus canonicus Agriensis. 24. Apr. 1697. discessit hinc Cassoviam. Librariam suam supellectilem, una cum ibi inventis libris relinquit parochiae huic.

Mattvasovszky Emericus. 25. Maji 1749. post promotionem Caspari Ipolyi ad capitulum Strig. admin. int. parochiam Duna-Földvár usque 15. Jun. ejusd. a. Subin 10. Maji 1750. missus pro cooperatore Scepusium, ubi postea canonicus factus coll. eccl. ad s. Martinum. † 27. Jun. 1764.

Mattvasovszky Ignatius. Nitriae 30. Maji 1718. natus. Viennae 1735. in S. J. admissus et absolutis studiis jam alterum in annum concionatus. Dimisionem petiit et ADioecesi adscriptus. 10. Jul. 1753. investitus parochus in Hidaskürth, tunc Vizkelet, ubi 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem. Parochus tunc 38 annor. quem visitator laudibus extollit, qui vestem statui condignam deffere solet, atque specimen exemplaris sacerdotis praesefert, parochianorumque suorum confidentiam ac dilectionem possidet. † 25. Dec. 1761. ibidem. Versatus in poesi latina. (Stoeger Scriptorum S. J. 220.)

Mattvasovszky de Mattvasócz Ladislaus.

Natus in avito familiae loco Mattvasócz. Patrem habuit Georgium foedissima caede 1668. a latronibus domi suae trucidatum, matrem Annam Horánszky. In universitate Tirnaviensi 1661. baccalaureus, 1662. magister philosophiae. Theologiam in collegio s. Apollinaris Romae absolvit. Reversus parochus factus in Sempte. Hinc 14. Aug. 1673. installatus canonicus Poseniensis. Simul parochum egit in Szered, ubi eodem a. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. Hinc 18. Apr. 1676. promotus ad capitulum Strigon. 22. Apr. 1677. ADiac. Nitr. 19. Nov. 1680. abbas B. M. V. de Madocsa. 9. Aug. 1687. eppus Tennesis, rectius Thennensis. 20. Jul. 1689. custos. Eodem a. 29. Dec. praepositus Scepusiensis. 21. Jan. 1696. ad infulas Nitrienses elatus et regni cancellarius magno ordinum applausu salutatus. Octo mensium aegritudine fractus, † 10. Maji 1705. Viennae. Sepultus in domo professae S. J. Fecit fundationes et ditavit fratrem ac sororem. (Wagner, Analecta Scepusiensis. III. 123.)

Mattvasovszky Mathias. De Alsó-Mattvasócz, in cottu Liptó. 10. Nov. 1743. susceptus in alumnatum Budensem. 8. Sept. 1747. ordinatus. Mox applicatus in Turdosin. 6. Oct. ejusd. a. missus pro coop. ad Lokcsa. 27. Maji 1748. investitus in neo-erecta parochia Zakameno-Kliveni, ubi † 28. Jan. 1753.

Mattvasovszky Stephanus. Mecsetfalvensis ex Scepusio. In universitate Tirnaviensi 1764. magister philosophiae. Theologiam jam 1762. inchoavit in semin. s. Stephani. 1765. praestolabatur accomodationem Leutschoviae. 1766. adeptus parochiam in Vidernik. 1768. transivit ad Kubach, quacum incorporatus neo-erectae dioec. Scepusiensis.

Mattvók Antonius. Theologiam cum a. quinto et cursu practico in semin. gen. Posenii 1789. absolvit. 1790. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Szölgyény. 13. Maji 1794. nominatus parochus in Nagy-Bajcs, quod beneficium 16. Sept. ejusd. a. resignando recessit ad pristinam stationem. Hinc 22. Jan. 1792. accepit parochiam in Bátorkesz, ubi † 7. Sept. 1808.

Matulányi Ladislaus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1764. absolvit. Mense Maji e. a. missus est pro administratore, vel uti placuit cooperatore locali ad Alsó-Jattó. 6. Mart. 1765. investitus parochus in Majthény. Ibi 19.

Dec. 1768. magna investigatio facta de puero judaico ex Apaj huc ablato. † 18. Sept. 1782. ibid.

Matulányi Paulus. E cottu Liptoviensi. Theologiam cum tertio a. in semin. gen. 1771. absolvit. 14. Apr. e. a. missus est pro cooperatore ad Galgócz, hinc 19. Sept. 1771. ad Csejte. 27. Maji 1775. investitus parochus in Vág-Szent-Kereszt. Inde 1. Sept. 1777. in Vagyócz. 7. Apr. 1779. ecclesia igne destructa, quae eodem a. per Joannem Erdödy splendide restaurata, uti hoc inscriptio frontispicii testatur. Ibi 11. Sept. 1788. peracta fuit visitatio Batthyaniana, in qua parochus 43. annor. esse dicitur. Hinc 1790. transivit ad Ó-Tura, ubi † 10. Nov. 1808. e morbo s. Viti. Sepultus in crypta ecclesiae.

Matulányi Stephanus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1825. absolvit. 21. Dec. ejusd. a. ordinatus. 1826. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. Cooperatorem egit in Udvard, ab 1827. in Zsély et ab 1829. in Verebely. 10. Mart. 1830. nominatus parochus in Zsély, ubi † 25. Mart. 1842. Fuit vir zelosus et bonus suorum fidelium pastor. Fuit et cottus Neograd. tab. jud. assessor. Aetatis 40.

Matulay Martinus. Búrensis e cottu Posen. Qua alumnus semin. Mariani 1735. baccalaureus 1736. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1738. terminavit. 25. Jul. 1740. curatus, dein investitus parochus in Turoluka. Hinc 28. Maji 1748. investitus in Brestován, quorsum 15. Jun. transivit. Exhinc 18. Jun. 1749. in Morva-Szent-János. Senio confectus administratores, vel cooperatores penes se habuit. † 20. Jan. 1787. Aetatis 75.

Matulnik Jacobus. Ab 1657. parochus in Pernek, ubi usque 1661. activus erat. 1663. obtinuit Búr-Szent-György. Ab 1668. operatus est in Sándorf. Hinc 8. Maji 1676. investitus in Lancsár. 15. Maji 1680. in Ternye, ubi brevi tempore mansit. 16. Dec. 1687. in Dévényujfalu. 20. Oct. 1688. in Hosszufalu, ubi usque 1690. operatus est.

Matusek Andreas. Fuit usque 1704. parochus in Hédervár. Dicitur subin fuisse canonicus Jaurinensem, verum illum in catalogo horum non invenimus.

Matusek Joannes. Samariensis. Susceptus 23. Apr. 1719. ingressus vero 31. Oct. 1721. in alumnatum Budensem Széchényianum. 15. Apr. 1724. ordinatus. 7. Mart. 1725. investitus paro-

chus in Barth, ubi usque 9. Apr. 1728. operatus est.

Matuska Alexander, Joannes. Natus 24. Mart. 1812. Szakolczae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 29. Mart. 1835. ordinatus. Cooperatorem egit Modrae quatuor et medio a., in Gajar sex et medio a. 1846. factus parochus in Pernek. Hinc jam post menses octo m. Jan. 1847. transivit Bazinium, ubi 1860. titulo praepositurae de Ság ornatus. † 1. Dec. 1875. Ibidem.

Matuska, vel Matuskovics Joannes, Franciscus. Occurrit ab 1630. parochus in Búr-Szent-György. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. hoc a. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. 1631. recensentur illius filiales Kukló, Szent-János et Szekula. Ibi 1632. Joannes Kőszeghy peregit visitationem, qui de parochis sic loquitur: «Comendatur a parochianis, quod debita cum reverentia divina peragat officia, loca suspecta evitat, festaque et jejunia ab ecclesia indicta auditoribus promulgat. Familiam habet honestam et libros pro suo usu sufficientes. Nullum infantem sine baptismo, aut hominem sine confessione ab istius negligentia mortuum esse dicunt parochiani. 1631. incepit matricam scribere, cui 1645. inseruit: Tempore consurrectionis Rakóczyanae multi in silvis perierunt. Operatus est usque 1651.

Matuska Martinus, Blasius. Korosiensis, 1768. susceptus in alumnatum Budensem. 21. Nov. 1771. exmissus pro cooperatore Szegedinum. Hinc 18. Maji 1775. nominatus parochus in Nagy-Súr. Ibi 17. Mart. 1781. visitatio Batthyanyiana peracta, in qua parochus 36. annor. dicitur. 1788. cubile pro cooperatore e fundo relig. aedificatum. 13. Sept. 1791. ex eadem cassa in salis officio Szerediensi levandi, pro sustentatione cooperatores 150 fl. resoluti. In locum exiguae et ruinosae ecclesiae novam struere conabatur. Et jam antiqua fabrica diruta et novae aedificandae manus appositae, dum vita evocaretur. † 11. Jan. 1793.

Mátyáskovics Andreas. 8. Maji 1716. investitus parochus in Laksár-Ujfalu. Ibi 1727. conscriptio fuit peracta. 31. Jul. 1728. investitus in Broczkó, ubi † 13. Apr. 1733.

Mátyus Ludovicus. Natus 30. Dec. 1817. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 8. Aug. 1841. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Maros. Eodem adhuc a. interimalem in Maria-Nostra. 1842. in Ó-Bars. 1844. in Kis-Tapolcsány. 1849. in Érsekujvár et Udvard et 1851.

in Gúta. 1853. admin. in Nagy-Fajkürt. 30. Jan. 1856. in Nagy-Saró, ubi 1. Oct. 1863. investitus. Fuit oeconomus eximius. Jurium eccl. defensor strenuus. Sub illo commassatio in Kis-Sáró peracta. † 31. Jan. 1869. ex angyna. Sepultus in novo coemeterio.

Matzer Petrus. Fuit Societati Jesu addictus. Cassatio illum invenit Budae in Aquatica, qua superiorem residentiae et administratorem parochiae. Post hanc continuavit administrationem hujus parochiae. Hinc 1775. accepit administrandam illam Comaromii, ad quam 1780. sub defluxu visitationis canonicae, 12. Maji inchoata, resoluta est eidem praesenta. Illo adveniente ecclesia s. Chrysostomi erat parochialis. 12. Dec. 1776. consilium locle civitatis jus patronatus confirmavit. 1779. regulatio parochiae fuit pertractata. 26. Jun. 1781. petiit applacidari eremitam. 18. Sept. 1786. civitas petiit alteram apud Franciscanos erigi parochiam reluctantem parochio. 2. Oct. 1786. iudex cittis petiit illum amoveri, quia septuagenarius et fractus viribus est. Eodem a. etiam de divisione parochiae et erectione secundae pro Franciscanis tractatum fuit. 29. Apr. 1786. loco coledae a citte 278. bonificatio resoluta. Demum 24. Apr. 1793. e parochia recessit. † 1794. ibidem.

Mauksch Bonaventura, Josephus. Ex cassato ordine Camaldulensium. 4. Sept. 1787: nominatus primus capellanus localis in Hruskó. Hinc 23. Jun. 1789. factus parochus in Csall, quam 26. Jan. 1794. resignavit. Posenii resedit, ubi † 3. Maji 1812.

Mauksch, vel Mauchs Michael. Theologiae tres a. qua saecularis absolvit Tirnaviae, quartum in Pázmáneo. Inde 12. Jul. 1761. missus pro cooperatore ad Vág-Ujhely. Hinc obtinuit parochiam Hradist. Inde 1782. Nagy-Szelezsény. Exhinc vero 19. Apr. 1785. nominatus in Némethi cottu Bars. Ob avulsam filialem Berzencze in parochiam erectam proventus parochi imminuti, quos resarcire cum effectu studuit. † 25. Nov. 1802. Fuit conv. s. Benedicti conventualis.

Maurer Andreas, Ignatius, Michael. 1672. in Pázmáneo philosophiam inchoavit. 1. Maji 1676. investitus parochus in Janó-Lehota. Ab 1679. in Ternye. Inde 17. Apr. ejusdem a. investitus in Kormossó. 1. Maji 1680. in Kaproncza, ubi 8. Febr. 1681. una in Szlaszka. Hanc jam m. Mart. e. a. resignavit, in illa vero usque 1687. activus

erat. 7. Dec. 1689. investitus iterum in Janó-Lehota, ubi usque 1694. operatus est.

Mauritius. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos Sancti Michaelis de Vrmen in ADtu Nitr. (Ürméncz.) Qui juratus dixit collectoribus census papalis, quod suum beneficium non valeret ultra unam marcam, et solvit sex grossos. (Mon. Vat. Ser. I. T. I. 185.)

Marovich Michael. 1. Jun. 1680. investitus parochus in Bohunicz, ubi m. Jan. 1681. successorem nactus. 12. Aug. 1687. investitus in Nagy-Röcze. 1689. ibi deturbati acatholici. 1700. Successorem nactus.

Maverdovics, vide Havertovics Georgius.

Mavics Mathias Jauriensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1718. baccalaureus, 1719. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. inchoavit. 14. Jun. 1722. investitus parochus in Sávoly. Hinc 4. Apr. 1723. in Ipoly-Bolyk. Inde 15. Nov. 1727. in Zámoly. Exhinc 21. Mart. 1730. in Nagy-Paka. Inde 5. Jul. 1742. in Somorja. 1753. repulit desiderium Szemelensium exhumare volentium pastorem pecorum: «Hogy evő ember lévén, holta után is eszik. Hasra akarják fordítani.» quoniam 20 post illum hoc a. sint mortui. Ab 1755. VADnus. † 18. Apr. 1764.

Maximilian Michael. 12. Maji 1696. investitus parochus in Csermend. Hinc 17. Maji 1700. in Valaszka-Béla, ubi usque sequentem a. operatus est.

Maxin Jacobus. Exspectans in Alsó-Diós, m. Jan. 1742. missus pro cooperatore ad Lévárd. 17. Oct. 1744. investitus in Alsó-Merasitz. 26. Jan. 1748. in Závada. Hinc 27. Jul. 1750. in Kis-Vendég. † 14. Sept. 1758.

Mayer Joannes de Cremnicio. Occurrit 1478. parochus in Kaproncza. Nominat se qua scriptor codicis bibliorum: «Manu Joannis Mayer de Cremnicio 1478.» (Schemat. hist. Neosol. 1876. 316.)

Mayer Nicolaus. Váraljensis ex cottu Turóc, 7. Nov. 1729. susceptus in alumnatum Budensem. 11. Maji 1732. ordinatus. Eodem a. applicatus in Tallós. Hinc 5. Oct. e. a. investitus in Tót-Megyer, ubi † 4. Febr. 1738.

Mayer Petrus. Natus 5. Jul. 1843. Theologiam Strigonii 1867. absolvit. 25. Febr. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Súr, ab 1870. in Szenicz et ab 1871. in Gajar. 15. Apr. 1874. admin. int. in Detrekeő-Csütörtök, ubi usque 24. Maji ejusdem a. operatus est. Abhinc

reversus ad pristinam stationem. 1878. admin. in spirit. in Magyarfalva. Mense Jul. e. a. nominatus parochus Konyhae, simul notar. distr.

Maytzen de Omilia Gregorius. In actis vocatur de Olania. (Olavia, Ohlau in Silesia.) Occurrit 1492. Schemniczii capellanus parochi Joannis Bolger. Ab 1507. usque 1520. ipse parochus fuit ibidem. Subin occurrit 1537. canonicus et pastor ecclesiae Posoniensis, qui hoc a. occasione exequiarum Clarae ab Ujlak, matris Francisci ab Ujlak eppi Jaur. et praepositi apud Posonium, orationem dixit et typis publicavit. In opusculo hoc magister Georgius Maiczen de Omilia vocatur. (Knauz-Lányi, Magy. Egyh. Tört. II. 401.) Postea factus canonicus et custos capituli Zagrabiensis, qua talis occurrit 1548. (Kercselich, Hist. Eccl. Zagrab. 228.)

Mazura Josephus. Natus 2. Aug. 1802. in Csún in cottu Moson. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 9. Mart. 1827. ordinatus. Cooperatorem egit in Kéménd, mox in Szent-Mihályfalva et Dunaszerdahely. 27. Jun. e. a. praebentatus chori eccl. coll. Posoniensis, successive succentor constitutus. Ab 1834. cooperato, concionator et catecheta ad s. Martinum. 1845. admin. eccl. hospitalis civici, una catecheta apud moniales Nostrae Dominae. † 22. Aug. 1884.

Mechler Josephus. Strigoniensis. 1767. susceptus in alumnatum Budensem. 1768. magister philosophiae per universitatem Tirnaviensem graduatus. 30. Oct. 1770. missus pro praefecto ad herulos Pauli Szent-Iványi, ad Szent-Ivány. Post unum annum cooperato Pestini factus. 30. Sept. 1777. nominatus primus parochus in neo-erecta parochia suburbii ad s. Josephum. † 11. Maji 1789. ibidem.

Mechler Josephus. Natus 6. Mart. 1800. Theologiam in semin. gen. Pestini 1823. absolvit. 1824. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 22. Febr. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Diószeg. 1826. degit in Cseke. Adhuc eodem a. cooperato factus in Ipoly-Ságh. Hinc 26. Apr. 1828. nominatus parochus in Egegh. Ibi subin notarius et ab 1847. VADnus distr. Baka-bánya. † 26. Jun. 1851. ibidem.

Mechler Stephanus. Strigoniensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1752. baccalaureus, 1753. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1756. terminavit. 24. Mart. e. a. pro cooperatore missus ad Magyar-Szölgyény.

8. Maji 1759. investitus parochus in Párkány. 1766. turris ecclesiae impensis domini structa. 1767. partim e cassa ecclesiae, partim e collatione fidelium procurata campana 7 cent. 20. Oct. 1767. investitus in Nagy-Salló. Ab 1791. VADnus distr. Levensis. Fuit et protonot. apost. item cottus Bars tabulae jud. assessor. conv. s. Benedicti de juxta Grón conventualis. † 15. Jan. 1800. ibidem. Sepultus in crypta ecclesiae.

Mécses, vel Mézes Franciscus. 7. Maji 1737. investitus parochus in Egyházkarcsa. Sub illo ecclesia in sanctuario aucta. 1741. transivit ad Püspöki. Ibidem altare B. M. V. restaurata † 9. Dec. 1743. Aetatis 33. Sepultus in eccl. s. Nicolai.

Medlen Paulus. 27. Apr. 1686. investitus in Báhony. Hinc 29. Aug. 1690. in Szárazpatak. Inde 12. Maji 1692. in Német-Lipcse, ubi usque 1719. operatus est.

Medgyessy Georgius. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo absolvit. 30. Sept. 1693. investitus parochus in Csütörtök et Nagy-Paka. Ibi 1695. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Aetatis 29. sacerdotii 4. parochiae hujus secundo anno.» Hinc 21. Maji 1696. in Börzsöny. Inde 25. Nov. 1699. in Nyergesujfalu, Táth, Mogyorós et Bajóth, ubi usque 1701. operatus est.

Medgyessy Michael. Mense Febr. 1695. investitus licentiatu in Zámoly, ubi usque 1697. operatus est.

Mednyánszky de Medgyes L. B. Alexander, Caesar. Natus 9. Jul. 1824. Theologiam in semin. s. Stephani 1845. absolvit Tirnaviae. 1847. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 20. Jul. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Dévény. 1848. administrator factus in Zohor. Hinc jam 1849. recessit. † 30. Apr. 1857. in Galliarum loco Hyères.

Mednyánszky de Medgyes L. B. Emericus. Natus in Bella in cottu Trencsén. Qua alumnus semin. s. Stephani 1753. baccal. 1757. magister philosophiae. 2. Maji 1758. missus pro cooperatore ad Zólyom-Lipcse. 9. Jan. 1759. investitus parochus in Detva, ubi † m. Febr. 1774.

Mednyánszky de Medgyes L. B. Franciscus, Ladislaus. E collegio Apollinari Romano redux factus beneficiatus Soproniensis. Ab 1702. usque 1708. parochus in Somorja. 28. Oct. 1707. canonicus Strig. 9. Febr. 1709. ADnus Gömöriensis, 10. Jun. 1710. Zoliensis, 1719. vero Cathedralis

et praepositus s. Georgii, eodem anno 29. Nov. custos, 13. Oct. 1721. praepositus major installatus. Fuit etiam eppus Leucensis in insula Cipro et eppus auxiliaris electusque Cathariensis, abbas s. Helenae de Földvár. † 1733.

Mednyánszky de Medgyes Ignatius. Theologiam in collegio Apollinari Romae absolvit. 1705. factus parochus in Egyházgelle. Ibi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia: «Annor. 39. in cura animar. 16.» Ibidem 1732. etiam Joannes Jelenffy visitationem peregit, qui de illo notavit; «Annor. 62. in cura 33. Licet eum accusare coeperint, nil probare potuerunt. Quoad functiones autem parochiales nil querelarum contra eum erat.» Hinc 4. Febr. 1733. in Bős. Eodem a. Antonius Amade proventum parochiae stabilivit. † 12. Jan. 1740. Aetatis 76.

Mednyánszky de Medgyes Ignatius. Ex Medne in cottu Trencsén. 1748. ad gen. coll. cleri hung. susceptus. 1752. ad alumnatum Budensem missus. 21. Sept. 1754. ordinatus. 29. Jan. 1755. factus cooperator in Kéménd. 1. Febr. ejusd. a. in Balassagyarmath. 3. Dec. ejusd. a. investitus in Kormossó. Hinc 28. Mart. 1760. in neo-erecta parochia Vihnye. Inde 28. Apr. 1762. in Hradek. Exhinc 6. Febr. 1766. in Sándorf. Sub illo reparata ecclesia in filia Bikszárd. 8. Jan. 1778. nominatus parochus in Radossócz. 25. Sept. 1785. ibidem peracta visitatio Batthyányiana. † 11. Nov. 1809. ihidem.

Mednyánszky de Medgyes Jonas. Theologus casista ex Pázmáneo. 30. Mart. 1681. investitus parochus in Szucsán in cottu Turócz. Hinc jam 1. Jul. ejusd. a. in Pöstyén. Inde 16. Apr. 1685. ad Kovarcz. Exhinc m. Majo 1689. in Ó-Tura. Inde 7. Apr. 1691. in l. r. citte Szent-György, ubi 1699. Joannes com. Volkra peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Aetatis 44. sacerdotii 17. jam 8 annis hic parochus. Habet aliquot libros et novum proxime habebit breviarium.» Interim 14. Jul. 1698. investitus in Diószeg. Hinc 27. Apr. 1700. in Oszlány. Inde 12. Apr. 1703. in Turócz-Szent-Márton. Hinc per Rákoczianos exturbatus reversus ad Ó-Tura, ubi 22. Jul. 1706. investitus. Ad Szent-Márton saepius conabatur redire, ideo 1709. bis investitus, nimirum 20. Febr. et 5. Dec. Denique 27. Apr. 1715. investitus in Pobedim, ubi activus erat usque 6. Nov. 1719. Ibiq. mortuus. Legavit ecclesiae pratum 200 finis acquisitum foeni 12 currus procreans.

Mednyánszky de Medgyes Josephus. 12. Aug. 1760. missus pro cooperatore ad Oszlány. 31. Dec. 1761. investitus parochus in Felső-Micsinye, ubi † 8. Maji 1864.

Mednyánszky de Medgyes Paulus. 16. Dec. 1741. investitus parochus in Alsó-Bottfalva, ubi † 11. Maji 1742.

Medszihradzsky Daniel. Sancto Crucensis, in cottu Liptó. Ab 1758. in Emericano, 1760. missus ad alumnatum Budensem, ubi et theologiae studuit. 28. Jul. 1766. cooperator factus in Trsztena. 19. Febr. 1768. investitus parochus in Turán. Hinc jam 13. Jul. e. a. in Komjáthna. Abhinc 4. Jun. 1772. iterum in Turán, ubi † 3. Maji 1774.

Medveczky Georgius, Franciscus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Adalberti absolvit. 18. Apr. 1700. ordinatus. A 15. Maji 1702. parochus in Istvánfalva. Hinc 1703. transivit ad Cziffer. Ibi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia sic: «Aetatis 39. Sacerdotii 13. Simplex sed rectus corde, bonus ecclesiasticus et zelozus.» Operatus est usque 1720.

Medveczky Josephus. 20. Aug. 1744. sine praesenta investitus in Héreg. Hinc m. Apr. 1748. translatus ad Zsemlér. Inde 16. Aug. 1750. investitus in Závada, ubi 1752. parochiam restauravit. Hinc 29. Jul. 1763. in Ardanócz, quam m. Oct. 1773. resignavit et recessit ad Lajosfalva, ubi † 30. Jul. 1777.

Meglitz, vel Meglési, aut Megléthy Antonius, Joannes. 29. Apr. 1700. investitus parochus in Hay. Ubi ob protestantismum stabilem pedem figere non valuit. Inde 27. Maji 1701. in Radvány. Hinc exul fatus. 29. Dec. 1705. in Vág-Szerdahely, cum Brunócz et fundatione in eodem castello existente. Inde 19. Apr. 1709. in Pöstyén. Ab 1710. in Besztercze egit parochum. Hinc 20. Nov. 1712. investitus in Felső-Zelle. Inde 22. Febr. 1713. in Laksár-Ujfalu, ubi usque 12. Maji 1716. operatus est.

Megyery Georgius. 16. Jun. 1697. nominatus est licentiatu in Tardoskedd, ubi operatus usque 1698. † 13. Jan. 1699. ibidem.

Megyery Jacobus. Theologiam cum secundo a. terminavit. 1647. fuit parochus in Vásárut, cum filialibus Nyárasd et Kürth. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay conscripto. 1657. parochus in Lédecz, ubi Andreas Szily peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Aetatis 36. sacerdotii 11. Libris sufficienter instructus.

Vitricum habet blasphemum incorrigibilem.» 2. Apr. 1663. investitus parochus in Nagy-Czétény, ubi usque 1671. operatus est.

Megyey Jacobus. Némethiensis ex cottu Hont. 1760. susceptus in alumnatum Budensem. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani terminavit. 15. Jul. 1766. accomodatus est praebendatus eccl. coll. Posonii. Hinc 9. Oct. 1770. nominatus parochus in Csermend, ubi 23. Maji 1780. peracta est visitatio Batthyianiana. † 26. Dec. 1787. ibidem.

Méhes de Nyék Carolus. Natus 27. Jan. 1829. Theologiam in semin. gen. Pestini 1852. terminavit. 23. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Diószegh. Mense Oct. 1855. promotus ad parochiam Boldogfalva. Hinc m. Sept. 1858. transivit ad Nagy-Födemes.

Méhes Franciscus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posoniensi 1797. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Kér, ab 1799. in Ujlak, ab 1802. Budae ad s. Annam in suburbio Aquatica. 1810. obtinuit parochiam Mellek. Fuit cottus Bars. tab. jud. assessor. † 9. Maji 1836. ibidem. Aetatis 63.

Méhes Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1804. absolvit. Cooperatorem egit in Léva, ab 1807. Bazinii. 1808. factus parochus in Apaj. Hinc 1822. transivit ad Nagy-Rippény, quam 1835. resignavit et aggregatus est instituto emer. parochorum. † 23. Nov. 1841. Aetatis 61.

Méhes Paulus. 1639. egressus e semin. s. Stephani, seu veteri B. M. V. Jam eodem a. Posonii in cura animarum applicatus. Sequenti a. 1640. hinc Samariam transpositus, parochum egit. Protestantium vexationibus divexatus exivit ad Fel-Báar. Ibi nominatur 1647. in catalogo cleri jussu Georgii Lippai confecto. 1651. primus ad cantorum capituli Poson. promotus. Ab 1652. usque 1658. munus parochi Posoniensis ad s. Martinum gessit. Ab eodem a. iterum parochiam Somorja administravit. 1661. praepositus Quinqueecclesiensis nominatus. Fuit item altarista B. M. V. de Rusth. † 1662.

Meizermann Ignatius. Natus 11. Oct. 1835. in Nyerges-Ujfal. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 21. Oct. 1858. ordinatus. Cooperatorem egit in Kéménd. 1869. administrator in Bátorkesz, ubi 29. Apr. e. a. investi-

tus est. Habet merita in literatura ecclesiastica hungarica. (Zelliger, Eszt. Egyhm. irók. 326.)

Melchior. 1519. plebanus de villa Menhardi, solvit decimas papales 8 fl. 4 d. (Wagner, Analecta Scep. II. 194.) † 1535. ibidem. Pro illo exequiae celebratae dominica proxima post festum s. Michaelis, (Ibid. 219.)

Melchior. Occurrit 1559. parochus in Mosóc, de quo visitator hujus a. sic loquitur: «Ibi natus et a suis parochianis probae et honestae vitae laudatus. Uxoratus, qui sacramenta omnia prout ostendit catholice servat. Sacramentum vero Eucharistiae aliquibus sub utraque porrigit.»

Melchior. Occurrit 1559. plebanus in Ujbánya. De quo Joannes Derecskey, in visitatione eodem a. peracta, sic loquitur: «Ordinatus Posonii per rdm d. Franciscum Pesthy, quem cum increpare cepissem excusabat se more plebanorum, qui in montanis resident. Habet et uxorem et filium unicum.»

Melchior. Occurrit 1560. plebanus in Gaidel. De quo visitator Michael Szegedy sic loquitur: «Phantasiis plenus, uxoratus omnium testimonio inconstans vir et inobediens. Est totus, ut verbo unico indicare valeam haereticus.»

Melchior. Occurrit 1561. plebanus in Chayczthe. (Csejte.) De quo hoc a. servata visitatio sic habet. Pro nunc catholicus, administrat sacramenta ecclesiae secundum ritum Romanum et omnia sacramenta tam Eucharistiae, quam fontem servat. Concionator catholicus. «Servat focariam et aliam familiam, dicit, se non posse vivere, si familiam servare desierit.»

Melchort Franciscus. Baziniensis, 4. Nov. 1740. ex semin. s. Emerici venit in alumnatum Budensem. Qua theologus primi a. in semin. s. Adalberti extraordinarie 1743. magister philosophiae graduatus. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1745. terminavit. Subin baccalareus ss. theologiae factus. 5. Oct. e. a. missus pro cooperatore ad Bazin. 6. Apr. 1746. investitus parochus in Tóth-Gurab. 1753. instat apud AEppum Nicolaum Csáky, ut vineam parochialem a decima liberam declararet, ita sicut AEppus Eszterházy et sede vacante camera eandem condonavit. 22. Mart. 1756. ibidem Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochia sic: «Annor. 34. in cura animarum 10. Diligens, exemplaris. Catecheses jussus reassumere.» 1765. parochiam resignavit. 30. Apr. 1770. investitus in Alsó-Merasicz. † 1. Mart. 1771. Bazinii.

Melcsányi Michael. Szakolczensis, 14. Nov. 1722. susceptus in alumnatum Budensem. 1. Apr. 1723. ordinatus. 2. Oct. 1724. investitus parochus in Szilas, ubi usque 1728. operatus est.

Melcsiczky de Eadem Eugenius. Natus 5. Maji 1829. in Melcsicz in cottu Trencsény. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1862. ordinatus est. Cooperatorem egit in Udvard a. uno. Posthac curavit domi valetudinem medio a. Dein medio a. fuit cooperator Szeredini, hinc Strig. ad l. r. cittem. Inde post duos a. et sex menses ad Szered redispoti petiit. Hinc 1869. int. admin. in Alsó-Jattó. Mox adm. in spir. et temp. in Hradek, quam parochiam 29. Mart. e. a. adeptus est. Fuit ab 1876. VADiac. distr. Galgócz. Hinc 24. Maji 1881. nominatus in Üzbégh, una VADiac. distr. Ujlakensis.

Melzer Andreas. Theologiam cum a. quarto in arce Posoniensi 1791. absolvit. Hinc pro notario s. sedis et cancellista officii vicarialis applicatus est. 1796. factus capellanus AEppi et sedis primatialis notarius. 1799. vero secretarius et archivarius vicarialis. Ab 1800. cancellarius vicarialis et matrim. defensor. 1806. vero una fiscalis consistorialis. 1808. ad capitulum Poson. promotus, ubi ab 1817. usque 1820. administrationem parochiae ad s. Martinum in se assumpsit. In capitulo usque lectoratum ascendit. Fuit etiam secretarius Caroli Ambrosii. † 3. Mart. 1826. Posonii.

Melzer Valentinus. Occurrit 1560. parochus in Mosócz. Ubi eodem a. Michael Szegedy peregit visitationem, qui de parcho sic: «Sacris initiatus Vienna, per Rdm. d. Nausea. Juvénis, delicatus, uxoratus, haeticus. Ecclesiam instar stabuli tenet omnibus sacramentis privatam, imaginibus quamvis bene ornatam. Sacra celebrat lingua nativa, sine indumento. Saepius superpelliceo tamen assumto. Ostensionem facit nullam. Non nisi communicantibus habitis celebrat. Ad infirmos, si necessitas expostulaverit consecrat. Sub utraque specie distribuit. Jejunia observat minime. Ferias divorum tantum ad placitum. In moribus et policiis non inhumanus, neque dissolutus.»

Melzer Volfgangus. Ab 1611. parochus in Tótdiós, nunc Alsó-Diós. 1627. contra illum fiscalis s. sedis questionem movit. Ibi 1634. Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de parcho dicit: Eam regit ab annis 25. (23.) Septuaginario major, ipse vegetus et in tanta senectute morbis vacuus. Emit hoc in oppido aedes ac vineas mu-

lieri quacum diu vixit, liberisque. Ubi ordinatus habitat. Domo parochiali pene vacua. Quia faemina illa est admodum senex et est afflicta morbis, caret valde gravi suspitione flagitii. Quaesivi diligenter a iudice et a juratis nam suo muneri satisfaciat? Affirmabant omnes. Verum posteaquam sacerdos quidem ex Germania huc appulisset, rogarunt suum dominum Joannem Pálffy, ut is in parochum praeficiatur Wolfgango valere jusso, quod ipse annis gravis et doctrina et memoria destitutus, conciones ex charta recitaret, nec muneri suo responderet. Stabat res in arbitrio Emmi Cardinalis. Sane ratio aliqua emeriti senis habenda. Non ita Pudmericiensis cum suo parcho agunt.» (Vide biographiam Michaelis Somogyi.) Cujus, in ecclesia pone aram Dolorosae sepulti, lapidi sepulchrali, haec insculpta habentur: «Anno 1638. obiit in Domino A. R. D. Volfgangus Melzer, sacerdos Christi existens aetatis suae annorum centum. Cujus animae Deus sit propitius.»

Melek Blasius. Occurrit 1559. Plebanus in Kis-Tapolcsán. De quo visitator Joannes Derecskey eodem a. hoc refert: «Ordinatus Posonii per Rdm. d. Franciscum Pesthy, uxorem habet et filium unum.»

Meliesek Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1807. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Lévárd, ab 1810. in Bazin. 1811. factus parochus in Schweinczbach, ubi † 2. Mart. 1841.

Meliesek Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1802. absolvit. Cooperatorem egit in Hodrus-Bánya. Ab 1804. in Kis-Tapolcsány. 1811. accepit parochiam in Felső-Vásárd. Hinc 1821. transivit ad Hidas. Inde m. Dec. 1832. ad Detrekő-Csütörtök, ubi † 5. Aug. 1847. Aetatis 70.

Melisznik Ignatius. Natus 20. Jul. 1789. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1814. terminavit. 20. Sept. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Windschacht. Hinc a. 28. Jun. 1816. usque 28. Aug. e. a. interim administravit Barth, inde ad cooperaturam reversus. 20. Jun. 1817. nominatus parochus in Prencsfalu. Hinc 20. Aug. 1826. transivit ad Szent-Antal. Fuit notarius distr. † 6. Dec. 1849. ibidem.

Ménasághy Franciscus. Occurrit 1634. parochus in Medventragh in ADtu Comar. (Medve, nunc Ballony.) Nominatur in visitatione hoc a. ibidem peracta.

Ménasághy Nicolaus. Occurrit 1647. parochus in Egyház-Gellye cum filiali Derczika. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto.

Mensik Augustinus, Gerardus. Ex ordine eremitarum s. Augustini in obsequia ADioecesis accomodatus. Ab 1688. egit parochum in Felső-Micsinye. Ubi dum in horti casuncula noctasset, hac per quendam succensa, vixdum flammam evasit. Exhinc 16. Sept. 1691. investitus in Nagy-Szuha. Inde 17. Apr. 1698. in Bábaszék, ubi inter discrimina usque 1702. operatus est.

Mensik Georgius. Occurrit 1647. parochus in Kovarcz. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. 1657. fuit in Alsó-Ludány, ubi Joannes Cserlay peregit visitationem, qui de illo refert, quod non sit adeo commendatus. 24. Apr. 1663. investitus in Stepanó, ubi usque 1667. occupatus.

Mensik Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poseniensi 1797. terminavit. Cooperatorem egit in Bölgyény. 1801. factus capellanus localis in Suránka. Hinc 1804. iterum reversus ad cooperaturam in Bölgyén, ubi † 29. Mart. 1808.

Menssik Mattheus. Occurrit 1630. parochus in Láb. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae.

Menczel Ignatius. Natus 27. Jul. 1824. Schemniczii. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1848. absolvit. 1849. in instituto presbyterorum transegit. 8. Oct. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit Bakabánya. 1853. administrator Teplae, hinc m. Nov. 1855. in Viszoka, in pari qualitate, denique ab 18. Dec. 1864. in Nagy-Fajkürth, ubi † 29. Dec. 1884.

Menyharth Franciscus. Natus 1. Oct. 1809. Theologiae quartum a. in semin. gener. Pestini 1830. terminavit. 1831. in presbyterio transegit. Hinc qua diaconus pro cooperatore ad Hédervár missus, 25. Febr. 1832. ordinatus. Abhinc coop. in Udvard, ab 1834. Comaromii, ab 1835. in Vadkert, ab 1839. in Nagy-Ölved et ab 1840. in Párkány, ubi etiam a 12. Jun. 1841. usque 2. Mart. e. a. parochiam inter. administravit. Hinc iterum cooperatore in Kürth. 16. Maji e. a. nominatus parochus in Füzes-Gyarmath, ubi † 17. Maji 1849.

Mercatoris Mathias. Occurrit 1647. parochus in Csukárd. Nominatur in catalogo cleri, jussu Georgii Lippay confecto.

Meress Stephanus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1776. absolvit. Cooperatorem egit in Ipolyságh. 1778. obtinuit parochiam ibidem. Fuit cottus Hont tab. jud. assessor. 6. Apr. 1799. celebrato sacro deposuit se in cubilis pavimento coram Crucifixo et sic obdormivit in Domino.

Mérey Michael, Emericus. Natus in Zala-Egerszeg. Ab 1674. alumnus Pázmáni. 5. Sept. 1678. investitus parochus in Vizkelet. Hinc 1. Dec. 1679. in Csicsó. 6. Dec. 1683. in Hédervár. 4. Febr. 1685. in Nagy-Magyar. Ab 1687. in Cseklész. Hinc 28. Aug. 1689. installatus canonicus Strigon. 30. Apr. 1691. investitus parochus praesidii Strigon. id est AEppalis et l. reg. cittis. 20. Jun. 1692. installatus quidem parochus Érsekújvárensis, sed illam non occupavit, ultro Strigonii remanens, 11. Oct. 1693. nominatus abbas s. Salvatoris de Sexard. 1694. resignavit parochiam et domicilium in residentia abbatiali fixit, quam novam 1696. aedificare curavit. Assecla factus motionum Francisci II. Rákóczy, idcirco incaptivatus. Ex qua m. Jun. 1711. eliberatus, amissa recuperavit, imo 29. Sept. 1713. titulo el. eppi Vegliensis condecoratus. Tirnaviam reversus domum Josephi Eszterházy emit et semin. s. Stephani donavit. In capitulo 18. Jun. 1712. praepositus s. Georgii et ADnus cathedr. 29. Mart. 1719. custos installatus. † 10. Nov. 1719. Tirnaviae. Sepult. in crypta altariae Corporis Christi. Magnam reliquit substantiam pro piis finibus. Utensilia sua argentea pro calicibus constituit, quorum 73 formati et diversis ecclesiis dati. (Fraknói, A szegszárdi apátság története. 49. — Brüstle, Recensio, etc. IV. 314. — Zelliger, l. c. 327.)

Meró Ignatius. Occurrit 1647. parochus in Naszvad. Nominatur in catalogo cleri, jussu Georgii Lippay hoc a. confecto.

Mertinger Josephus. 7. Jul. 1729. investitus parochus in Német-Próna, ubi usque 1740. occupatus fuit. Subin beneficiatus. Archi Capituli Strigonii. † 9. Febr. 1750. Aetatis 50. Sepultus in capella arcis. Fecit foundationem in eccl. parochiali ad s. Ignatium.

Mertinger Josephus. Bajmóczensis. Fuit 1758. alumnus semin. Budensis. 25. Jan. 1761. ordinatus et 22. Aug. eodem a. factus coop. Vetero-Budae. 14. Mart. 1764. parochus in Buda-Eörs, ubi † 20. Jun. 1782. Aetatis 48.

Mertinger Leopoldus. Poseniensis. E semin.

s. Adalberti 1748. baccalaureus, 1749. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1752. terminavit. 25. Jan. e. a. investitus parochus in Fenyő-Kosztolány. Hinc 14. Maji 1753. in Kis-Tapolcsány. 3. Jun. 1757. Josephus comes Keglevics significat parochus ratione fundationis capellae plura sacra injungi ob fundum colonialem eidem concessum. † 21. Apr. 1773. ibidem.

Merzsenics Franciscus. Nobilis Papensis. Ab 1755. Philosophiam in semin. Mariano, theologiam Viennae absolvit. Post ordinationem ad preces Eppi Vaciensis illuc missus, ubi per undecim menses cooperatorem egit. 16. Mart. 1762. missus pro cooperatore Papam. 18. Mart. 1763. investitus parochus in Révfalu. 13. Sept. 1780. visitatio Batthyianiana peracta. † 6. Mart. 1804. ibidem.

Messey Jacobus. Theologiae in collegio gen. cleri Hung. 1657. studuit. Eodem a. quoque ordinatus. 1662. factus parochus Handloviae 1663. baccalaureus ss. theologiae creatus. Usque 1664. activus erat.

Meszárics Andreas, Bartholomaeus. Ab 1667. philosophiae et theologiae studens in Pázmáno, quam 1670. terminavit. 13. Apr. 1671. investitus parochus in Lédecz. Inde 10. Maji 1672. in Nádas in cottu Poson. Hinc 7. Jun. 1673. in Grinád. Exhinc 11. Maji 1674. in Tótgurab. Inde 9. Dec. 1686. in Nagy-Senkvicz. Hinc demum ab 1689. in Szomolány, ubi 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parochus sic: Aetatis 51. sacerdotii 24. parochiae hujus 6. Fuit industrius promotor emolumentorum ecclesiae et parochiae. Ab eppo Jacobo Jaszlóczy accepta pecunia vineam emit et 1702. cryptam aedificavit, in qua primus ille illatus, qui per proprium servum 27. Jan. 1704. transfossus, post unam horam exspiravit.

Mészáros Alexander. Natus 29. Maji 1824. Szalkae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 20. Jul. 1847. ordinatus est. Comaromii cooperatorem supplevit, hoc idem fecit in Dorogh. 1848. vero infirmum parochum in Nagykalna. Hinc cooperatorem in Zeliz, mox in Tardoskedd. 1849. Comaromii. 1855. admin. factus in Uny. Inde ab 1857. Ó-Gyallae, ubi 11. Mart. 1862. investitus parochus. Exhinc 17. Nov. 1866. nominatus in Patak. Inde 29. Oct. 1876. translatus ad Bajcs. Hinc demum 4. Jul. 1881. instituto s. Adalberti adscriptus Strigonii habitavit. † 2. Maji 1882. in Naszvad.

Mészáros Aloysius. Natus 31. Jan. 1832. Strigonii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit 29. Jul. 1855. ordinatus. Cooperatorem egit in Ipolyszakállos, ubi 1. Sept. 1864. parochus nominatus. † 15. Sept. 1884. ibidem.

Mészáros Dávid. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1822. terminavit. 1823. et 1824. transegit in instituto presbyterorum Strig. pro cooperatore accomodatus in Galantha, 11 m. ab 1825. Szeredini. 1. a. et 6. m. 9. Nov. 1826. nominatus parochus in Alsó-Jattó. Mense Nov. 1827. transivit ad Nagy-Mácséd. Hinc 1844. ad Soponya. Motionibus politicis semet inmiscuit ideo 1849. captivus Posonium ductus et 17. Jul. e. a. ibidem globo trajectus.

Mészáros Emericus. Natus 23. Maji 1811. in Muzsla. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1834. absolvit. 29. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Lekér, a 14. Jun. usque 19. Nov. 1835. in Nagyker. deinde in Barth. A 15. Jun. usque 18. Aug. 1836. int. administravit Kiliti. Abhinc in lyceo AEppali linguae et lit. hung. professor, una cleri jun. studiorum praefectus. Ab 1837. item doctrinae religionis. Ab 1840. physicae, hist. natur. et rei rusticae professor. 18. Febr. 1845. notarius metr. s. sedis Strigon. mox secretarius vicarialis Strigoniensis, 1847. cancellarius ejusdem officii. 27. Maji 1848. nominatus parochus in Vadkert. Mox VADiac. surr. postea ordinarius. Ibi occasione 1860. peractae commassations fundorum parochiae jugera 34. in 141. ecclesiae 5. in 11. provexit. Sub eo ara major renovata, statua ss. Trinitatis posita. Mense Aug. 1853. missio asservata. Illo operante districtus VADnalis Kékködensis erectus. 26. Maji 1864. ad capessendum stallum canon. Strigoniense promotus. Rector Pázmánei factus, ast jam † 25. Sept. 1865. Viennae. Fuit synod. examinatus ac censor ADioec. item membr. acad. hung. In literatura paedagogica meritissimus. (Zelliger, Eszt. egyhm. irók. 328.)

Mészáros Franciscus. Natus 4. Dec. 1794. Theologiam cum quarto a. in Pázmáno 1817. absolvit. 18. Dec. e. a. ordinatus. Subin Strigonii morabatur. 1818. missus pro cooperatore ad Vajka, ab 1820. in Duna-Szerdahely, ab 13. Jan. 1822. in Érsekujvár. 1823. praefectus studiorum in Pázmáno. 1827. in lyceo AEppali Tirnaviae logicae, metaphisicae et philos. moralis professor. in semin. B. M. V. studiorum praefectus. Ab 1837. spi-

ritualis in Pázmáneo. 1841. in statum quietis positus degit Strigonii. Eodem a. incepit admin. Bajcs. 28. Jul. 1859. ad institutum s. Adalberti susceptus, habitabat in Szölgyény, ubi † 2. Apr. 1864.

Mészáros Joannes. Natus in Nagy-Magyar. Qua alumnus semin. s. Stephani 1746. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1749. terminans 13. Nov. e. a. factus est praebendatas. 1. Jun. 1754. investitus parochus in Marczal. 1767. ibidem conscriptio parochiae fuit peracta. 23. Jan. 1770. in Deresk, quam parochiam per cambium cum Stephano Varga obtinuit, et quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Mészáros Joannes. Natus 5. Maji 1803. Strigonii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 21. Dec. 1827. ordinatus est. Cooperatorem egit in Varbó, ab 1830. Muzslae, ab 1832. in Nagy-Kér, ab 1835. in Czétény. 2. Mart. 1841. nominatus parochus in Párkány. Hinc 8. Jan. 1847. transivit ad Barth. Inde 22. Mart. 1877. adscriptus est instituto s. Adalberti, 27. Apr. e. a. parochiam resignavit. † 31. Jan. 1884. Strigonii.

Mészáros Josephus. Theologiam cum a. quarto in semin. gener. Budensi 1783. absolvit. Cooperatorem egit in Hidaskürt, ab 1784. in Misérd. 1785. obtinuit parochiam in Szent-Mihályfa. Hinc 1788. transivit ad Vámos-Ladány per cambium cum Stephano Petényi. † 30. Dec. 1805. ibidem.

Mészáros Josephus. Natus 16. Jul. 1798. Varnae in cottu Trencsén. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 27. Jul. 1822. ordinatus. Cooperatorem egit in Verebély, subin Pestini ad s. Josephum 5. a. 3. in. Demum in Bozók, uno a. 7. Jul. 1829. nominatus parochus in Alsó-Rakoncza. 1831. fundavit communitas in promontorio capellam ss. Joannis et Pauli mm. et constituit diem 7. Sept. votivum in gratiarum actionem pro aversa cholera. 24. Oct. 1841. transivit ad Szenográd, ubi † 1. Apr. 1870.

Mészáros Michael. 8. Jun. 1763. missus pro cooperatore ad Érsekujvár. Hinc 12. Sept. 1764. revocatus Tirnaviam pro vice-praefecto ad semin. generale, inde 12. Jan. 1766. translatus ad semin. s. Stephani in pari qualitate, hinc 9. Apr. 1767. investitus parochus in Fülek-Püspöki. Ibi eodem a. peracta conscriptio parochiae. 1783. promotus ad capitulum Rosnaviense.

Mészáros Paulus. Natus in Negyed in cottu Nitr. Ab 1785. cooperator in Negyed, ab 1786.

in Lekér, ab 1787. in Endrefalva, quam parochiam 1788. adeptus est. Hinc 18. Jan. 1803. transivit ad Szakal. † 14. Jan. 1811. Aetatis 54. In Szécsen. Sepultus in conventu PP. Franc.

Mészáros Stephanus. Natus 17. Jan. 1787. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1809. terminavit. 1810. transegit in Mocsonok. 5. Apr. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit Gutae. Hinc 1822. obtinuit parochiam in Lakács. Ab 1834. surr. dein ord. VADnus distr. Galgócz. Inde 7. Jan. 1844. transivit ad Pusztavogyerád, ubi dein VADnus distr. Nagykosztolánensis factus. † 25. Mart. 1859.

Mészárovcics Adamus. 13. Jun. 1744. missus pro capellano domestico ad Stephanum comitem Eszterházy Vetero-Zolium. 16. Jan. 1746. factus est cooperator in Holics. 24. Jun. 1750. investitus parochus in Bábaszék, ubi † 19. Jul. 1762.

Mészárovcics Augustinus, vide Mészárovcics.

Mészárovcics Emericus, Aloysius. Theologiae in Pázmáneo usque cursum speculativum studuit. Exhinc 19. Sept. 1710. investitus parochus in Keresztur. Inde 25. Nov. e. a. in Nagy-Bresztován. Hinc 18. Maji 1712. in Prásicz. Ibi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de illo notavit: «Perficit omnia munia sua diligenter.» Inde 1. Maji 1714. in Dojcs. Ibi: «ANNO POST PRIMO QVO VNGARO REGI CAROLO SERVIT BELGRAD» incepit de novo caligraphice scribere matricam. Exhinc 7. Oct. 1723. investitus Szakolczae. Fuit una abbas B. M. V. de Lucentia et decanus. 1725. civitas petiit inquisitionem contra querelas parochi ratione hospitalis. E contra 1726. civitas conquerebatur contra parochum ob defectum in munere pastoralis. † 8. Febr. 1733. ibidem.

Meszlényi Julius. Natus 22. Jan. 1832. in Velence. Theologiam in Pázmáneo 1853. terminavit. Mense Nov. e. a. in convictu AEppali Tirnaviensi praefectus. 27. Jul. 1854. ordinatus. Una professor in AEppali gymnasio factus. 27. Jul. 1857. archivarius una protocollista aulae AEppalis. 1862. camerarius pontificius ad hon. 20. Jul. 1863. ceremonarius et secretarius ibidem. 10. Febr. 1866. nominatus parochus Comaromiensis. 12. Jun. 1869. abbas s. Mauritii de Bóth. 6. Nov. 1881. canonicus Strig. mox rector semin. Strigonii una ceremonarius capitularis. 17. Oct. 1887. eppus Szatmáriensis. Est ordinis ss. sepulchri eques.

Metzburg L. B. Josephus. Natus 12. Aug.

1780. Theologiam in semin. Mariano 1803. terminavit. 28. Aug. e. a. ordinatus Hinc concionatorem egit Posenii ad s. Salvatorem. Ab 1807. cooperator Budae ad s. Annam. Ab 1810. concionator Posenii ad s. Martinum. 10. Maji 1819. nominatus parochus Posenii in Virágvölgy, ubi † 2. Jan. 1857.

Mézes Franciscus, vide **Méceses**.

Mezey Franciscus. Natus 20. Jan. 1838. Baptizatus 30. Jul. 1848. cum parentibus et horum quinque prolibus. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 28. Jul. 1861. ordinatus. Cooperatorem egit Galgóczii 6. Mart. 1866. nominatus parochus in Pöstyén. 1877. transivit ad Szakolcza, ubi una decanus. Penes locale gymnasium minus comiss. AEppalis. 1880. praepositus s. Lamberti de Somlyóvásárhely.

Mezey Josephus. Natus 12. Febr. 1807. Theologiam cum tertio a. in semin. Mariano 1833. terminavit. 1834. in instituto presbyterorum transivit. Cooperatorem egit Budae ad B. M. V. Visitantem, ab 1836. Comaromii, Ab 1837. admin. in Érseklél. Hinc 3. Mart. 1843. nominatus parochus in Felső-Thúr, quam 9. Jun. 1866. resignavit pensione donatus. † 6. Oct. ejusd. a. in Ipolyság.

Mezey Rudolphus. Natus 21. Mart. 1836. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii 1857. terminavit. Hinc professor gymnasii AEppali Tirnaviae. 21. Oct. 1858. ordinatus. Cooperatorem egit Vetro-Budae. 1868. translatus Pestinum, ad B. M. V. Assumt. 1870. factus professor doctr. rel. penes gymn. maj. et exhortator, una et in prae-
parandia muliebri apud Domicellas Anglicanas. 23. Nov. 1872. nominatus parochus Bajnae in cottu Strig. Ab 1882. surr. VADnus distr. Bajóth.

Mialtró Georgius. Sancto-Crucensis e cottu Bars. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1727. baccalaureus 1728. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. cursu speculativo in eodem seminario 1731. terminavit. Cooperatorem egit in Zólyom-Lipce a. tribus. Hinc 6. Febr. 1734. investitus parochus in Badin in cottu Zol. Inde 18. Sept. 1744. in Szelec, ubi 1755. peracta est visitatio per Josephum a Batthyán, qui de parocho sic: «Interrogatus quo jure aliquos libros fratris sui defuncti Duboviensi parochi acceperat, respondit, se illos habere ex donatione in vivis facta. Est proborum morum, praelatis obediens.» † 29. Apr. 1762.

Mialtró Paulus. Sancto-Crucensis e cottu

Bars. Qua saecularis in univeresitate Tirnaviensi 1718. baccalaureus, 1719. magister philosophiae. Theologiae ibidem studuit. 2. Dec. 1742. investitus parochus in Dubova, ubi et munus VADni distr. sup. Zoliensis gessit. † 4. Apr. 1754.

Micenus Joannes. 1626. transivit ex Radosna Deitam. Praesto est in archivo ADioec. (Caps. 14. II. nr. 49.) epistola in qua de hoc suo transitu scribit. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Michael. Occurrit 12. Maji 1291. sacerdos ac presbyter ecclesiae de Gyormoth in VADnatu Hont (Füzesgyarmat) qui testis fuit dum comitis Benedicti filius, dictus Both, ultimam conderet voluntatem. (Knauz, Mon. Strig. II. 283.)

Michael. Ab 1297. usque 1308. plebanus Budae ecclesiae nationis hungarae ad Mariam Magdalenam. (M. O. D. lt. 1059.)

Michael. Occurrit 9. Jun. 1328. parochus in Egyház-Gelle. De quo Nicolaus comes Poseniensis de hoc dato dicit: «Discretus vir Michael presbyter plebanus ecclesiae beati Petri apostoli de villa Gele et universi Udvarnoki parochiani videlicet ejusdem ecclesiae illi intimare conaverunt, quod ad nullas praestationes dominales obligati fuissent.» Supradictus comes constituit, nec in futurum obligentur. (C. D. Andeg. II. 361.)

Michael. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Bors, (Ó-Bars) vicearchidiaconus, qui juratus dixit, beneficium suum non valere ultra octo marcas et solvit collectoribus census papalis quatuor fertones et tres grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 223.)

Michael. Occurrit 1332., 1334. ac 1339. rector ecclesiae b. Bartholomaei ap. in Kartsa. Nominatur in diplomatibus in aliqua re metali. (C. D. Patrius III. 113. et 120. item Fejér, C. D. VIII. IV. 402.)

Michael. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Vrs beati Martini prope Budam (Buda-Eörs.) ac aestimavit suum beneficium valere viginti marcas, solvit non totum, duae marcae restant. Collectores census papalis in suis rationibus illum inter 1338. et 1342. iterum nominant, tunc solvit pro sexto a. 30 banales. (Mon. Vat. T. I. S. I. 182. et 414.)

Michael. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos ecclesiae sancti Joannis Bptae de Liptó, qui juratus dixit non valere ultra suum beneficium quam duas marcas. Solvit duodecim grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 280.)

Michael. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Equest, (Equessec) id est Egerszeg, qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra unam marcam, solvit sex grossos pro decima. (Mon. Vat. S. I. T. I. 224.)

Michael. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Ludan, in ADtu Neugradiensi (Felső-Ludány) qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra marcam et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 229.)

Michael. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus in Musla, qui juratus aestimavit suum beneficium ad unam marcam et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 232.)

Michael. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos S. Georgii de Pastek ADtu Vntensi (nunc Pásztó filia ad Vámosmikola) qui juratus dixit, beneficium non valere ultra marcam et mediam, solvit novem grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 189.)

Michael. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus Beatae Virginis de Monte qui juratus aestimavit suum beneficium ad centum grossos et solvit decem. (Mon. Vat. S. I. T. I. 222.)

Michael. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos ecclesiae s. Ladislai de Hisbek in ADtu Nitr. (Üzbég) qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra duas marcas et solvit quindecim grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 296.)

Michael. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos de Wamus, qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra decem grossos, quos solvit. (Mon. Vat. S. I. T. I. 203.)

Michael. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus in Votbó, rectius Vorbó (nunc Varbó,) qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra marcam et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 228.)

Michael. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Antiquo Zolio (nunc Zólyom) qui juratus dixit beneficium non valere ultra tredecim marcas, solvit marcam et 17 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 232.)

Michael. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos ecclesiae Sancti Georgii de Zilis, qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra marcam et solvit 6 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 190.)

Michael. Occurrit 1341. rector ecclesiae Posonii ad s. Michaellem archang., qui testis fuit dum Joannes Longus parochus ad s. Laurentiam suum conderet testamentum. (Tud. Értekező. 156.)

Michael. Occurrit 1356. parochus Posonii ad s. Martinum, fuit una canonicus capituli coll. ibidem. (Rimely. Capit. Poson. 253.)

Michael. 1. Jul. 1358. fuit presbyter et rector ecclesiae b. Petri apostoli in Gele, ad cujus preces Simon supremus comes confecit instrumentum, quod instrumentum, Ladislaus palatinus regni 16. Oct. 1370. ad preces ejusdem Michaelis tunc adhuc plebani ejusdemque ecclesiae, Posonii transcribere fecit. (Adeg. II. 361. nota.)

Michael. Occurrit 1360. plebanus in villa Sanctae Mariae. (Ex notis Sigism. Kisfaludy.)

Michael. Occurrit 1360. plebanus de Suchan (Szucsán) et vicarius de Turchi. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 254.)

Michael a Tirnavia. Ab 1390. plebanus et canonicus Posonii in eccl. et capitulo collegiato ad s. Martinum. Missale speciosum reliquit capitulo quod propria manu diligentissime descripsit coloribusque ornavit ac festo s. Andreae ap. 1403. consummavit. (Knauz, A pozsonyi káptalan kézíratai 12. et Magyar Könyvszemle IV. 47.)

Michael. Occurrit 1391. plebanus in Turócs-Szent-Mihály. (Schemat. hist. 1876. 248.)

Michael Petrus. De nova civitate Strigoniensi. Occurrit 1396. plebanus una canonicus colleg. capituli ad s. Martinum Posonii. Donavit domum modernam parochiae. 1413. Budensis et Strigoniensis canonicus notatur. (Rimely, Capit. Poson. 245.)

Michael. Occurrit 1397. praebendatus ecclesiae s. Crucis in castro Strigoniensi. Fuit tunc curator animarum in capitulo ad annum quintum. (Ex notatis Georgii Palkovics.)

Michael. Occurrit 1406. plebanus in Turócs-Szent-Márton. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 244.)

Michael. Occurrit 1421. plebanus de Magyar. Hodie Nagy-Magyar. (Ex notis Sigism. Kisfaludy.)

Michael. 1428. plebanus Scepusiensis ad S. Martinum. Testis fuit in processu quem Thomas parochus in Svabócz contra dominum terrestrem movit. (Wagner, Analecta Scep. III. 55.)

Michael. † 1432. die Cathedrae S. Petr. mortuus qua plebanus ecclesiae b. Martini in Scep. (Wagner, Analecta Scep. II. 81.)

Michael. Ab 1470. parochus ecclesiae s. Laurentii Posonii, una canonicus coll. capituli ad s. Martinum. 13. Maji 1473. Mathias rex scholaribus, qui numero 20 erant, de speciali gratia

quatuor adjicit, quia audivit, ecclesiam ex speciali Omnipotentis misericordia de die in diem amplius in divinis peragendis crescere. Activus fuit adhuc 1477. (Tudományos Értekezõ. 144. et Rimely, Capit. Posen. 257.)

Michael. Fuit 1509. plebanus ecclesiae B. M. V. in Samaria, cui Nicolaus de Sankfalva prae-positus Poseniensis commisit, ut adjuret Paulum rectorem altariae apostolorum, Georgium beneficium et Benedictum capellanum. Adhuc sequenti a. 1510. notatur.

Michael. 1519. plebanus de S. Laurentio distr. inf. fluvii Hernád. solvit 1 f. 10 d. decimas papales. (Wagner, Analecta Scep. II. 195.)

Michael. Occurrit 1525. plebanus in Nagy-Herestyény, qui m. Jan. e. a. coram s. sede spirit. Strig. causam movit contra certum Michaellem et alios. (Protocoll. Vol. I. 18.)

Michael. Occurrit 1529. plebanus s. Crucis de Keresztúr. (Szent-Kereszt.) Qui erga preces Lutilensium per Damianum de Zewden vicarium Strigon. inviatus ad servandum cooperatorem. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 354.)

Michael. Occurrit 1555. plebanus in Százpatak. (Jedlicska, Kiskárpáti Emlékek. I. 262.)

Michael. Occurrit 1559. plebanus in Gaidel. De quo in instrumento visitationis hoc a. peractae sic: «Uxoratus, qui sacramenta omnia more ecclesiae catholicae administrat.»

Michael. Occurrit 1559. plebanus in Turdossin, de quo visitator sic: «Senex, uxorem habens, qui omnia sacramenta more ecclesiae catholicae servat et ministrat.»

Michael. Occurrit 1559. plebanus in Nagy-falu, nunc Velicsna, de quo visitator sic: «Is est VADnus, uxorem tamen habens. Quem et ad VADnatum confirmavi. Is fontem baptismi, sacramentum Eucharistiae caeteraque sacramenta more catholico pulcherrime tenet, sub utraque tamen specie nobiles aliquos cogit communicare.» Nobiles, uti ultro visitator fusius enarrat illi magnas inferunt injurias. 1560. vero visitator Michael Szegedy sic de illo loquitur: «Magnae staturae, niger, Cracoviae per Lardicensem 1551. ordinatus, uxoratus. Annis superioribus longe aberraverat a scopo, a tempore vero commorationis in Váralja resipuit et omnia sacramenta renovavit. Ceremonias antiquas observat. Jejunia, festos dies ab ecclesia constitutos observari stricte mandat. Vitia destruit, virtutes tum verbo cum

moribus in exemplum suorum tuetur. Obedientiam cum summa reverentia praestat, hoc unico dempto, quod sub utraque specie adhuc communicat.»

Michael. Occurrit 1560. plebanus in Komjáthna, de quo visitator Michael Szegedinus sic loquitur: «Senex, uxoratus, claudicat in utramque partem. Simplex, doctrinae exiguae. Quomodo cuicumque placet ita Eucharistiam distribuit. Simplicitate magis quam temeritate et malitia facit. Admonitus, resipiscentiam promittit.»

Michael. Occurrit 1560. parochus in Lancia, de quo visitator Michael Szegedy sic refert: «Adultus, ordinatus Nitriae per r. d. Podmanin. Uxoratus propter necessitatem dicit familiae, imo carnis. Se in omnibus ecclesiasticis negotiis tenet more Romano, bonum testimonium de eo vulgus adfert.»

Michael. Occurrit 1560. parochus in Radosvecz, (Radossóc,) de quo visitator Michael Szegedy sic refert: Nunc venit, sine uxore, catholicus.

Michael. Occurrit 1560. plebanus in Szklenõ, de quo visitator Michael Szegedy notavit: «Polonus, uxoratus. Domi haud repertum, tunc enim ad montana ascenderat. Dicunt esse pannosum et instar columbae, potum, morum potiusque liberae. Sacramentum sub utraque specie distribuere.»

Michael. Occurrit 1560. plebanus de Zeden hungaricali (Szölgyén,) de quo regestum ecclesiarum circa hoc a. factum sic habet: «Senex sine uxore, christianus et Romanus.»

Michael. Occurrit 1561. plebanus in Zólyom-Szent-András, de quo visitator Blasius Zathay sic loquitur: «Bene regit ecclesiam, habet tamen uxorem et filiam.»

Michael. Occurrit 1561. rector altarium in Csejthe, de quo visitator Michael Szegedy sic refert: «Hungarus, sine uxore, bonus et verus christianus, ab omnibus laudatae vitae.» Ecclesiam, propter parochum, qui pessimus haereticus minime invisit, nam id, illis qui adhuc conservati sunt, scandalo foret.

Michael. Occurrit 1561. VADnus et parochus in Nagh-Sarló, (Nagysalló,) de quo visitator Georgius Konyafalvay sic: a Turcis acriter verberatus est et semivivus relictus.

Michael. Occurrit 1561. plebanus in Thonija. In ADtu Comar. penes Nagymegyér, de quo visitator sic refert: «Satis humanus et verus christianus. Ecclesiam habet satis egregie ornata.» 1562. parochia Thanj vacabat.

Michael. Occurrit 1562. plebanus in Báthor-Keszy, de quo visitator Michael Dobrokutyay notavit: «Bonae et honestae vitae, fidem et omnia bene et certo ordine administrat, sed nunc summopere valetudine caret.» Eodem anno mortuus.

Michael. Occurrit 1562. plebanus in Feel, de quo in visitatione Oláhiana refertur: «Senex nuper eo venit ex curia Dmni Rssmi (nempe Nicolai Oláh,) Psonii habita.» Catholicus cum populo.

Michael. 1562. plebanus in Theüne, penes Comaromium. De quo visitator Michael Dobrokutyay dicit: «Juratus et examinatus per me vehementissime. Nullam in eo inveni culpam tantum unionem firmæ matris ecclesiae, quam olim etiam praedecessores nostri tenuerunt atque observarunt.»

Michael. Occurrit 1564. parochus in Nagy-Megyer, qui jussu Matthaei Graeci vicarii citavit Stephanum Verseghy. ratione terrarum arabilium ecclesiae Egyházas-Lél.

Michael. Occurrit 1569. plebanus in Liptó-Szent-Mihály, de quo visitator Michael Szegedinus sic refert: «Juvenis, uxoratus anno praeterito. Et istius religionem moresque satis declaraveram cum sit propinquus et affinis parochi Lipcsensis (vide Stanislaus) illum in doctrina et religionis negotio sequitur more Lutherano.»

Michalek Joannes. Natus 2. Apr. 1852. in Szomolánka. Theologiam in semin. gener. Budapestini 1876. terminavit. 16. Jul. ejusd. a. ordinatus. 4. Maji 1879. e ss. theologia doctor graduatus. Cooperatorem egit in Holics, ab 30. Jul. 1877. in Udvard et ab 18. Jul. 1878. in Egbell. A m. Aug. 1882. admin. in Dojcs. 1. Dec. ejusd. a. factus parochus in Szomolánka. Habet merita literaria. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 331.)

Michalek Stephanus. Natus 26. Jul. 1813. in Petrovilla. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Oct. 1837. ordinatus. Cooperatorem egit in Csejthe et Nagy-Tapolcsán, annis 9. mensibus 6. Ab 1847. factus parochus in Hrachovistye. Hinc m. Sept. 1849. transivit ad Ujvároska. Inde m. Mart. 1869. per cambium cum Andrea Rusznyák accepit Madunicz, quam 1. Maji e. a. ingressus. † 11. Aug. 1872. ibidem.

Michalik Mathias, Michael. Fuit 1647. metaphysicae studens in Pázmáneo. Mense Jun. 1677. investitus parochus in Zavar, una in Bresztován. Hinc 2. Maji 1679. transivit ad Bélaház, ubi usque 1684. operatus est.

Michenbach Georgius. Ex ordine s. Benedicti ad servitia ADioecesana transumptus. 20. Jun. 1673. investitus parochus in Szklenó cum Stubna. Hinc 12. Aug. 1680. in Janólehota, ubi usque 1681. operatus est.

Michna Matthaeus. Theologiae usque cursum moralem in Pázmáneo studuit. 2. Maji 1731. investitus parochus in Závada, ubi 12. Nov. e. a. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parochia dicit, quod sit presbyter unius anni. Hinc 21. Mart. 1735. in Felső-Micsinye. Inde 6. Febr. 1737. in Ocsova, ubi una VADnus distr. inf. Zolienensis. Ibi 1754. visitatio per Josephum Batthyányi peracta. Qui de parochia sic: Habet libros a VADno condam Georgium Jurovics in catalogum relatos. Bonorum morum, zelosus.» Per 35. a. contra illum nullae querelae, dum vigore visitationis Bathyanyanae urgebat sublationem granariorum in coemeterio positorum tales contra illum motae, quas ostendit esse falsas. † 16. Febr. 1769.

Michor Georgius. Fuit parochus in Szomolnok in Scepusio usque mortem. † 13. Maji 1752.

Mierka Martinus. Natus 11. Nov. 1760. in Verbó. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. Psoniensi 1785. absolvit. Cooperatorem egit Bazinii. 1790. obtinuit patochiam in Vagyócz. † 24. Oct. 1806.

Mieszl Antonius. Nobilis Jaurinensis. Theologiam cum a. quinto in semin. gen. Psonii 1785. terminavit. A m. Nov. e. a. cooperatorem egit Strigonii in citte AEppali. Hinc 21. Jan. 1794. nominatus parochus in Süttö, ubi † 17. Jul. 1827. Aetatis 68.

Migl Joannes. Natus 27. Mart. 1827. Psonii. Theologiam Tirnaviae et Strig. absolvit. 27. Jul. 1851. ordinatus. Cooperatorem egit Neo-Budae, ab 1852. Budae, Christinopoli, ab 1854. Pestini ad Assumt. 1857. oras exteriores petiit. 1865. redux cooperatorem factus Strigonii ad s. Ignatium, 1869. applicatus admin. in Börzsöny, ubi 1872. parochus investitus. † 2. Nov. 1873. ibidem.

Mihala Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. Psonii 1797. terminavit. Cooperatorem egit in Nyék, ab 1800. in Drégely-Palánk. 1808. capellanus localis factus in Ebed, ubi † 31. Mart. 1810.

Mihalecz Joannes. Theologiam cum tertio a. in semin. gen. 1767. terminavit. 26. Sept. ejusd. a. missus pro cooperatore Jolsvam. Hinc 18. Oct. 1768. investitus parochus in Pohorella, ubi ope-

ratus usque obitum. † m. Maji 1774. prope Trenčsinium.

Mihalovics Andreas. Ex Felső-Diós. Qua saecularis in universitate Tirnav. 1687. baccalaureus philosophiae. Theologiam cum tertio a. cursu speculativo in semin. rubrorum absolvit. Mense Dec. 1696. accepit parochiam Nyitra-Pereszlény, ubi 2. Jan. 1697. investitus est. Hinc 9. Maji 1700. in Vedröd, ubi usque 1708. operatus est. 25. Jul. 1711. in Egyházfalva, ubi 1714. peracta fuit visitatio per Emericum Pongrácz, qui de parochia: Annor. 50. sacerdotii 25. Hinc 7. Jun. 1718. investitus in Alsó-Diós, ibi 1731. Joannes Jelenfy visitationem egit in cujus instrumento de parochia sic: «Annorum 73. in cura animarum 42. hic 14. Contentos se ejus servitiis dicebant, ipse vero queritur et merito residentiam suam misere accommodatam esse. Jussi restaurare, non de penu ecclesiae sed ex sua.» 30. Jan. 1732. successorem nactus. † Eodem a. ibidem.

Mihalovics Andreas. Theologiam cum cursu morali in semin. s. Emerici absolvit. 20. Febr. 1723. ordinatus. 22. Aug. ejusd. a. investitus parochus in Nizsna, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parochia, quod sit presbyter novem annor., hic toto tempore. Inde 10. Jul. 1743. in Liptó-Szent-Anna, 1751. extra hoc beneficium constitutus. † 16. Aug. 1760. in Oszlány.

Mihalovics Franciscus. Natus 4. Oct. 1848. Theologiam Strigonii 1873. absolvit. 25. Jul. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Marczal, ab 1877. in Patak, ab 1878. in Szentmihályfa. Mense Maji 1881. admin. in Bácsa, ubi 16. Aug. ejusd. a. parochus nominatus.

Mihálovics Ignatius. Natus in Verbó. Qua alumnus semin. s. Stephani 1762. baccalaureus, 1763. magister philosophiae. Theologiae primum a. in semin. s. Stephani, ceteros usque quartum a. in gener. 1767. terminavit. 2. Sept. ejusd. a. missus pro coop. ad Gajar. 8. Jan. 1771. nominatus in Pöstyén. Hinc 1780. transivit ad Szöllös, quam parochiam 6. Jul. 1788. resignavit. Inter emeritos parochos numeratus. † 14. Dec. 1809. Tirnaviae.

Mihalovics Ignatius. E seminario Széchényiano, Budensi 27. Oct. 1772. missus pro cooperatore ad Balassa-Gyarmat. 13. Maji 1776. investitus in Felső-Apáthi, cum qua parochia ingremiatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Mihalovics Jacobus. Ab 1689. parochus in

Ujbánya, primus post exturbationem ministri. Operatus usque 1697.

Mihalovics Joannes. Chinoranensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1699. baccalaureus, 1700. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit et 18. Mart. 1703. ordinatus. 24. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Alsó-Récsény. Hinc 16. Mart. 1709. in Bossány. Inde 11. Apr. ejusd. a. in Kovarcz, ubi usque 1723. operatus est.

Mihalovics Joannes. Krchanoczensis. 6. Nov. 1724. susceptus in alumnum Budensem. 8. Apr. 1730. ordinatus. 10. Jun. ejusd. a. expeditus pro cura animarum. 17. Jun. ejusd. a. investitus parochus in Spácza. Hinc 5. Mart. 1732. in Hosszúfalu, ubi † 24. Maji 1742.

Mihálovics Mathias. 31. Oct. 1668. investitus parochus in Csejkő-Szöllös, nunc Csejkő et Garamszöllös, hic usque 1693. ibi 1697. operatus est.

Mihalovics Stephanus. Verbóensis. E semin. gener. 1769. baccal. 1770. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1772. terminavit. Cooperatorem egit Óturae, hinc 10. Febr. 1776. investitus parochus in Lopassó, ubi 27. Aug. 1788. visitatio Batthyanyiana peracta, in qua de illo: «Obediens dioecetano, diligens in suo munere.» Hinc m. Maji 1801. transivit ad Verbó, cui 1813. se abdicavit et inter emeritos parochos numeratus. † 18. Febr. 1815. Csejthae.

Mihályffy Laurentius. 29. Jul. 1678. investitus parochus in Ság et Ujlak ubi usque 1679. operatus est.

Mihályi Daniel. 15. Maji 1676. investitus licentiatum in Kis-Tanya in cottu Comar. 15. Febr. 1680. in Gutor, nunc filia ad Somorja.

Mihályi Franciscus. Occurrit 1647. licentiatum in Nagy-Szelecsén. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Mihályi Georgius. Patakiensis e cottu Zemplén. 1748. in universitate Tirnaviensi magister philosophiae promotus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1752. terminavit. Cooperatorem egit in Szerdahely quinque a. 28. Jul. 1756. investitus in neo-erecta, ab asseclis Calvini erepta parochia Nagy-Csoltó, ubi 1761. conscriptio fuit peracta, in qua de parochia: «Morum tolerabilium. Alit mistaces. Sacramenta sine exactione ministrat. Non catechizat ob defectum auditorum.» Ecclesia, item domus parochialis 650 flnis via intimati restauratae. † 7. Mart. 1768. Ibidem.

Mihályi Joannes. E Kukló oriundus. Theologiam cum quinto a. et cursu practico in arce Poseniensi 1791. terminavit. Cooperatorem egit in Pobedim, ab 1794. Bazinii. 13. Jun. 1796. nominatus parochus in Vistuk. 1797. decreto collaudatus ob collatam avenam pro bello. 12. Jun. 1822. fuit peracta visitatio Rudnayana, per Ignatium Zimányi. † 14. Mart. 1828. Fecit fundationem 3868 finorum in subsidium parochi, pauperum et scholae.

Mihályi Martinus. Occurrit 1647. licentiatus in Nándor, in ADtu Neograd. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay conscripto.

Mihályi Martinus. 11. Maji 1711. investitus licentiatus in Guzsona in cottu Gömör.

Mihályi Stephanus. Origine Gyöngyösiensis. 28. Febr. 1632. collegio canon. Strig. aggregatus. 1638. nomine capituli subscripsit synodo Tirnaviensi. (Péterffy, Conc. II. 375.) 28. Maji 1639. Emericus Losy illi, jam ADno Gömörensi, per obitum Wolfgangi Érsekujvári vacantem rectoratum altariae s. Antonii de Rima-Szombat contulit, ubi 1638. ecclesia restaurata, uti inscriptio in turri testatur. 1645. translatus ad lectoratum Nitriensem. 25. Febr. 1646. installatus ADnus Neograd. 1648. subscripsit synodo Tirnaviae qua abbas Pécsváradiensis. † 1651.

Mihicz Ladislaus, vide **Milecz.**

Mike Michael. Applicationem habuit in Csütörtök, hinc mense Jun. 1689. investitus parochus in Ásvány, ubi usque 1691. operatus est. 4. Aug. 1694. parochus in Szempcz. 1. Sept. 1700. installatus canon. Poson. Subin parochus in Szenicz. † 1712.

Mikel Paulus. 19. Sept. 1690. investitus parochus in Ardanócz. Inde 23. Apr. 1692. in Kis-Apáthi, cum filiali Ebedecz. Hinc 2. Jun. 1693. in Kaproncza, ubi usque 1699. operatus est.

Mikes Adalbertus. 12. Maji 1691. investitus in Letkés, nunc filia ad Tölgyes.

Mikeska Joannes. 13. Apr. 1711. investitus parochus Spaczae. Hinc 2. Sept. 1746. in Koloss, ubi † 13. Jan. 1750. Reliquit testamentum.

Mikeska Martinus. Straszensis e cottu Nitr. In univ. Tirnaviensi 1753. baccal. 1754. magister philosophiae. 16. Jun. 1758. pro cooperatore ad Verbó missus. 20. Jul. 1759. investitus parochus in Krajna. Hinc 20. Mart. 1763. in Nagy-Kosztolán. 1768. ibidem capella erecta. 1778. in

filiali Alsó-Dubova ecclesia reaedificata. † 1. Jun. 1788. ibidem.

Mikler Michael Ignatius. 16. Jul. 1729. investitus parochus in Morva-Szent-János. Matriculam diligentissime scripsit et singulum a. apto chronostico exornavit. Ob infirmam validudinem administratorem accepit. † 10. Dec. 1764. Sepultus im eccl. ad aram s. Josephi.

Mikley Franciscus. Sikabonyensis e cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Stephani 1757. baccal. 1758. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1760. terminavit. 27. Aug. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Várgede. 10. Jan. 1763. in pari qualitate ad Füleke-Püspöki. 22. Mart. ejusd. a. investitus Parochus in Csered, ast jam 13. Nov. ejusd. a. iterum pro cooperatore ad Szerdahely transpositus, hinc ad Somorja, ubi † 5. Jan. 1767.

Miklósffy, vel Miklósy Petrus. Philosophiam et theologiam cum tertio a. in Pázmáneó 1670. terminavit. 13. Apr. 1671. investitus parochus in Torna. Hinc 23. Sept. 1678. in exemptam parochiam Jászó.

Miklosovics de Érmihályfalva Aloysius. Natus. 17. Jun. 1816. Comaromii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini 1836. absolvit. 1837. et 1838. in instituto presbyterorum transegit. Subin praefectum egit. herul. familiae Ghyczy, Tatae. Qua diaconus factus praebendatus chori eccl. metr. Strig. una suppl. professor encyclop. theol. in instituto presbyter. 1840. una et praefectus ibidem. 1841. factus studiorum praefectus semin. s. Stephani et supplens professor. Ab 1844. prof. ord. juris can. et hist. eccl. 1849. nominatus parochus in Csúz una notarius distr. 22. Nov. 1861. investitus parochus in Guta, ubi una VADnus surr. dein ord. distr. Comarom. 1886. promotus ad capit. Tirnaviense, ubi simul director praeparandiae. 12. Febr. 1888. transpositus ad capit. Poseniense. 20. Dec. 1889. praepositus s. Martini de Orod, seu Oront. Est compositor mappae geographice ADioecesanae. Habet secus etiam merita literaria. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 332.)

Miklosovics Michael. Bogdanóczensis. 5. Nov. 1732. susceptus in alumnatum Budensem. 18. Mart. 1736. ordinatus. 27. Mart. 1737. investitus parochus in Verbócz. Hinc 13. Apr. 1740. in Nadas in cottu Poson. Eodem adhuc a. accepit Nahács.

ubi operatus est usque obitum. † 17. Maji 1746. in Bogdanócz.

Miklóssy Joannes. Natus 18. Febr. 1759. in Nagy-Salló. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. Posonii 1786. terminavit. Cooperatorem egit in Drégely-Palánk. ab 1793. in Vadkert. 8. Nov. ejusd. a. constitutus admin. in Házasnénye. 5. Dec. 1798. dispositionem accepit pro capellania in Puszta-Födémes. † 26. Febr. 1799.

Miklóssy Joannes. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. Poson. absolvit. Cooperatorem egit in Drégelypalánk. 25. Nov. 1793. administrator factus in Házasnénye, ubi † 26. Febr. 1799.

Miklósy Michael, vide **Miksey.**

Miklósy Petrus, vide **Miklóssy.**

Mikó Balthasar, Mathias. E cottu Turócz. Qua alumnus collegii S. J. Tirnaviensis 21. Apr. 1643. baccalaureus philosophiae promotus. 1647. fuit conventualis B. M. V. de Thurócz. Usque 1663. parochus in Pudmericz. 17. Jul. 1665. investitus parochus in Modor, ubi usque 1667. operatus est. 13. Apr. 1669. in Búr-Szent-Miklós, ubi 1682. successorem nactus. Mense Jul. 1687. accepit parochiam Vistuk, ubi usque Oct. ejusd. a. operatus est.

Mikó Franciscus. Sempthaviensis. 1770. susceptus in alumnatum Budensem Széchényianum. Philosophiam et primum a. theologiae ibidem. Hanc cum tertio a. in semin. gener. 1775. terminavit. Cooperatorem egit in Divény in cottu Neográd. 3. Maji 1776. investitus parochus in Salgó-Tarján, quacum recedit ad neo-erectam dioecesim Rosnaviensem.

Mikó Franciscus. Szerediensis. Qua alumnus coll. gen. 1698. baccal. 1699. magister philosophiae. Post theologiae primum a. Tirnaviae transactum ad collegium Apollinare missus, ubi doctor ss. theologiae creatus. Redux a 15. Jul. 1703. parochum egit in Felső-Szeli et jam 20. Jul. ejusd. a. investitus etiam in Fülek-Püspöki, sed remansit usque 5. Oct. 1704. in Felső-Szeli, tum exulare coactus, inducto per Rákóczianos ministro aug. conf. Joanne Suhajda. In Fülek-Püspöki usque 1705. operatus est. 12. Mart. 1706. investitus in Egyházas-Kürth cum filiabus: Nyék, Vezekény, Felső- et Alsó-Szeli. Subin parochum egit Szeredini et qua talis 16. Oct. 1708. instalavit Stephanum Topolcsányi in parochum Felső-Szeliensem.

Mikolásy Josephus. Fuit parochus Stoszensis in Scepusio. Qua emeritus † 2. Maji 1752. ibidem.

Mikoványi Antonius. Révfalvensis e cottu Trencsén. 1774. susceptus ad clerum, philosophiam in semin. s. Stephani, theologia cum quinto a. in gen. semin. Budensi 1779. terminavit. Cooperatorem egit in Verbó. Ab 1780. praefectus philosophorum in gen. semin. Budensi. Ab 1782. studiorum praefectus theologor. in eodem sem. 1784. vice-praefectus in sem. s. Emerici. 1785. iterum studiorum praefectus theologor. in semin. gen. Posonii. 1786. factus parochus in Brezova. Hinc 14. Jul. 1788. nominatus pro Nagy-Kosztolány. Eodem a. domus parochialis in Felső-Dubován vendita ac 27. Aug. ejusd. a. visitatio Batthyianiana ibi peracta. 27. Apr. 1790. petiit absolvi ab intertentione coop. quum congrua non sufficeret. 1791. hoc fine accepit 120 finos annuos. † 13. Jan. 1805. Actatis 51. Ibidem.

Mikoványi de Breznóbánya Mauritius. Natus 7. Sept. 1827. in Zavar in cottu Poson. Theologiam cum quarto a. Pestini 1850. qua victor terminavit. 24. Sept. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit Hodrusbányae, ab 1852. in Verbó, ab 1854. in Pöstyén et demum Galgóczi. 12. Maji 1858. nominatus parochus in Lancsár. Hinc 14. Sept. 1875. in Szomolány. (Jedlicska, Kiskárpáti Eml. II. 379. I. 214.)

Mikoványi Michael. Theologiam cum quinto a. cursu practico in semin. gen. Poson. 1789. terminavit. Cooperatorem egit in Hidaskürth. 3. Oct. 1792. nominatus parochus in Tóthmegyer, ubi activus usque obitum. † 1. Jan. 1794. in Nagy-Kosztolány.

Mikovicz Georgius. 27. Maji 1670. investitus parochus in Divény in cottu Neográd. Hinc 27. Jan. 1672. in Derecske. Inde 9. Dec. ejusd. a. iterum in Divény et jam 23. Dec. e. a. in Bakabánya. 16. Jan. 1674. tertio in Divény, ubi usque 28. Apr. ejusdem a. operatus. 22. Maji. 1675. investitus in Léva, Hinc 27. Maji 1677. quarta vice investitus in Divény, sed sequenti a. iterum abire coactus et investitus in aliquam indifferentem parochium in cottu Neográd. Subin parochus Valaszkae, hinc 1681. per ministrum aug. exturbatus. Ulteriora fata ignorantur.

Mikovicz Michael, Thomas. Natus in Rózsavölgy. In universitate Tirnaviensi 1669. baccalaureus, 1670. magister philosophiae. Theologiam

ab 1671. in Pazmaneo, cum secundo anno 1672. terminavit. 25. Apr. 1673. investitus parochus in Brezán. Hinc 4. Apr. 1681. in Tisolcz. Post recuperatam 1680. ab acatholicis ecclesiam oppidi Mosócz, ibi curam animarum primus susceperit, in qua usque 1684. activus erat.

Miksay, vel **Miksey Michael**, vide **Miskay**.

Miksics Joannes, vide **Missics**.

Miksics Martinus. Tirnaviensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1729. baccalaureus 1730. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1733. absolvit. 10 Mart. ejusd. a. investitus parochus in Bogdány. Eodem a. ecclesia in Klcsován erecta. Hinc 2. Maji 1739. in Spácza. Inde 1740. transivit ad Podolin. † 22. Maji 1745. Testamentum adest.

Miksics Michael. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1795. terminavit. Cooperatorem egit in Somorja, ab 1796. Comaromii, ab 1798. in Fáll, et ab 1799. in Zeliz. 9. Aug. 1802. nominatus parochus in Fáll, ubi † 30. Maji 1806.

Miksik Emericus. Natus 76. Oct. 1792. in praedio Eger penes Pográny in cottu Nitr. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 3. Sept. 1817. ordinatus est. Educatores egit in Füss. Ab 1818. coop. in Somorja, mox in Misérd et Galantha. Ab 1820. in Cseklész. 1827. obtinuit parochiam Keresztúr, ubi ab 1844. VADnus in districtu Tirnaviensi. 1846. Sacrae sedis Tirnaviensis assessor. 1850. sibi emeruit altiss. complacentiam regiam. 1856. cruce aurea cum corona decoratus. 1863. canon. hon. Strig. denominatus. 5. Jul. 1864. installatus canon. Posoniensis. † 29. Nov. 1871. Posonii.

Miksó Stephanus. Natus 2. Aug. 1835. Pestini. Theologiam in Pázmáneó 1858. terminavit. 3. Sept. ejusd. a. ordinatus. Ad doctoratum ss. theologiae promotus. In gymnasio AEppali Tirnav. professorem egit. A quo munere respectu sanitatis relevatus 18. Jan. 1868. cooperator factus Budae ad s. Annam. 1869. in pari qualitate ad Arcem promotus. Mense Mart. 1874. nominatus parochus in Szomor, una notar. distr., arcas Romanus.

Milberger Josephus. 5. Aug. 1711. nominatus parochus in Koos. Hinc 2. Nov. 1715. in Ujbánya. ibi 1724. successorem nactus. Subin cooperatorem egit et quidem in Bodók, ubi † 10. Dec. 1738.

Milecz, vel **Mihicz Ladislaus**. Theologiam cum tertio a. in Pazmaneo absolvit. 29. Aug. 1731. investitus parochus in Zsigárd. Eodem a. ibidem Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parocho: «Annor. 25. in cura animarum duobus, hic in secundum mensem. Contentos se ejus servitiis dixerunt.» Ibi usque 1747. operatus est.

Miletics Georgius. Laabensis e cottu Poson. 3. Nov. 1742. ex Emericano missus ad alumnum Budensem, ubi theologiam cum cursu morali terminavit. 17. Dec. 1746. ordinatus. 20. Maji 1747. Scepusium missus. Cooperatorem egit in Smisan a. tribus. Subin parochus in Harazd similiter tribus a. 10. Jul. 1753. investitus parochus in Jakabfalva, ubi 1755. Joannes Galgóczy peregit visitationem. † 12. Jul. 1787. Reliquit speciosam bibliothecam.

Miletics Joannes, Josephus. 28. Mart. 1698. investitus parochus in Kisvendég. Inde 5. Jan. 1702. in Nyitra-Bajna, sub nomine Josephi, 14. Mart. 1706. vero sub nomine Joannis denuo investitus. Hinc 29. Aug. 1710. in Morva-Szent-János. Inde 20. Mart. 1713. in Holics. Exhinc demum 11. Mart. 1714. in Kis-Tapolcsán, ubi usque 1725. operatus est.

Milkó Draskóczy de Eadem Aloysius. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1814. terminavit. Cooperatorem egit in Moravánka et ab 1816. in Verbó. 11. Dec. 1823. nominatus parochus in Szokolócz. † 6. Mart. 1847. ibidem. Aetatis 57.

Miller Joannes. Qua parochus Kuklóiensis. † 27. Mart. 1767.

Miller Michael. Theologiam cum a. quarto in semin. gen. Budae 1781. terminavit. Applicationem accepit pro praebandato eccl. coll. Posonii. Ab 1786. ibidem susceptor. 1791. missus pro admin. 20. Jun. 1792. vero investitus parochus in Mariavölgy. 31. Dec. ejusd. a. conc. ltle disposuit de censu capitalis ecclesiae, salario et habitatione parochi. 3. Jun. 1798. dispositionem ordinat circa admin. cassae ecclesiae, 18,000 flnos habentem. 1802. resignavit parochiam, inter deficientes numeratus. 1803. curatus anabaptistarum in Szent-János. † 15. Mart. 1832. Posonii.

Millik Andres, Ignatius. Venit cum recommendatione ex Silesia. 20. Dec. 1693. investitus parochus Hodrusbányae. Motibus Rákóczyanis, praevidens Lutheranos campanas pulsaturos die

Parasceves, corda campanarum eximi fecit. Joannes Ulbricht seram campanilis decussit. Lutherani non inventis cordibus in furias acti, per murum dejicere plebanum voluerunt nisi illos alii dehortati fuissent. Inde 5. Dec. 1709. investitus in Koós. Hinc 9. Jan. 1711. in Szklenó. Inde 11. Jan. 1717. in Béla-Bánya. 26. Febr. 1721. Inquisitionem peregit respectu ecclesiarum loci et occisionis P. Joannis Kothursky m. Jun. 1683. per rebelles peractae. Ibi 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parochia sic: Annor. 66. Jussus est pro adiutorio virum religiosum pro festiuitatibus procurare, alendum a civitate. † 7. Jun. 1737.

Milling Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1795. terminavit. Aliquo tempore absque officio Tirnaviae degit. 1796. cooperator Modrae, ab 1797. in Windschacht. E deficiente 15. Jul. 1799. nominatus capellanus localis in Nyitra-Pásztó, ubi usque 24. Sept. 1808. operatus est. Reversus Tirnaviam ibi † 7. Mart. 1810.

Millitzer Carolus. Natus 16. Oct. 1843. Budae. Theologiam in Pázmaneo absolvit. 28. Jul. 1867. ordinatus. Cooperatorem egit Samariae per tres a. Hinc Vetero-Budae, in Buda-Ujlak, ad s. Annam, brevi tempore in Buda-Eörs et iterum ad s. Annam per octo fere annos. 8. Apr. 1878. investitus parochus in Zsély. Est spirit. distr. Habet merita literaria. Redegit pagellas ephemerides.

Milló Balthasar, vide **Mikó.**

Milly Florianus, vide **Mittis.**

Minár Georgius. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano. 1815. terminavit. Cooperatorem egit in Garam-Ujfalú. Brevi tempore admin. a 23. Dec. 1823. parochus in Nagy-Fajkürth, ubi † 8. Jan. 1835.

Minczér Alexius, Natus 11. Sept. 1844. Theologiam Strigonii absolvit. 2. Aug. 1868. ordinatus. Cooperatorem egit in Vág-Szerdahely, ab 1870. in Duna-Szent-Pál, ibi a m. Apr. 1873. usque m. Aug. ejusd. a. inter. adminisitr. Ab 1875. cooperator in Mocs, 1876. in Duna-Szerdahely, 12. Maji 1880. interim admin. in Albaár et 24. Dec. ejusd. a. nominatus parochus in Királyrév. Hinc 1. Maji 1885. obtinuit parochiam in Hosszufalu.

Mindó Thomas. Kisbarátensis. Qua saecularis 1701. baccalaureus, 1702. magister philoso-

phiae. Theologiam in semin. Mariano ac s. Adalbert 1706. terminavit. Baccalaureus ss. theologiae. 20. Mart. ejusd. a. ordinatus. 16. Jul. e. a. parochus investitus in Zámoly, ubi 1714. visitationem Paulus Olasz peregit, qui de parochia: «Aetatis 34. sacerdotii 9. totidem parochus loci. Libris provisus.» † Ibi 1716. Sepultus in crypta eccl.

Mindrid Michael. Occurrit 1647. parochus in Pobedim. Nominatur in visitatione ADnali hoc a. peracta. 1657. alteram ibi peregit visitationem Joannes Cherlay, qui de parochia sic: «Satis commode se gerit, sed misere vivit.»

Mindszenty de Eadem Carolus. Natus 27. Apr. 1812. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1835. terminavit. 30. Sept. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Misérd. 17. Oct. 1843. nominatus in neo-erectam parochiam Királyrév. Hinc 26. Oct. 1850. transivit ad Pered, ubi † 21. Apr. 1874.

Mindszenty Martinus. 12. Febr. 1748. emissus in curam animarum ad Scepusium, ubi subin parochiam Batizfalva accepit, ibidem † 2. Jan. 1770.

Miris Nicolaus. Domanicensis. Qua alumnus collegii gen. 1660. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. terminavit, ex quo missus est pro operario ad Ternye. Hinc 6. Oct. 1665. investitus parochus in Kovarcz, ubi usque 1670. operatus est. 1674. activus erat Libetbánya. 30. Jun. ejusdem a. investitus in Tiszolcz. Hinc 17. Sept. 1675. in Szklenó in cottu Zol. Inde 31. Aug. 1678. in Valaszka. Exhinc 7. Febr. 1681. iterum in Tiszolcz, sed jam 4. Apr. ejusd. a. in Nagy-Szuha. Ab 1683. iterum in Valaszka operabatur, quo sopito tumultuantium fervore redire potuit. Mense Apr. 1689. investitus in Lutilla. 4. Apr. 1690. in Garam-Szent-Benedek. Hinc 16. Apr. 1692. in Dobrona. Exhinc 1. Jun. 1693. in Szklenó-Fürdő, cui ab 1695. Felső-Apathi juncta fuit. Hoc tempore de parochia anonymus sic refert: «Gerit se bene. Sunt contenti cum eodem. Sed conqueritur de magnis laboribus et fatigiis per montes et colles. Vellet habere in senectute aliquam quietam parochiam, ubi solum esset una ecclesia. Lancsarensem si vacaret effectaret.» Aeternam quietem invenit. † 1703.

Mirisz Joannes, vide **Missics.**

Misiczky Nicolaus, vide **Miticzky.**

Miskay Franciscus, Antonius. Natus Dejtae.

2. Oct. 1728. parochus Felső-Sipekiensis, ubi 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit annor. 28. Hinc 10 Jan. 1733. in Prencsfalva. Inde 24. Nov. 1734. in Bohunicz. Hinc. 21. Mart. 1738 in Jakabfalva. Exhinc 26. Febr. 1742. in Csall, ubi † 26. Febr. ejusd. a.

Miskay, vel Miksay Michael. 18. Jun. 1667. investitus parochus in Prassicz et Závod. Inde 22. Apr. 1671. in Ardanócz. Ab 1677. operatus est in Ivánkavalva. Hinc. 12. Dec. investitus in Szelecz. Inde 29. Jul. 1684. in Nagy-Szelezsény, ubi 1688. ecclesia catholicis restituta. Hinc. m. Apr. 1689. in Valaszka, inde jam m. Aug. e. a. in Szelnicz. Exhinc 12. Apr. 1690. in Hajnik. Quem totum contractum in tepidis thermis Rybariensibus cito convaluisse commeminit visitatio 1692. per Georgium Náray peracta. 22. Apr. hujus ejusd. a. denuo investitus in Valaszka, ubi 1. Jan. 1695. successorem nactus.

Miskolczy Martinus. Natus 9. Nov. 1763. Galgóczii. Theologiam cum a. quarto cursu practico in semin. gen. Poson. 1789. absolvit. Cooperatorum egit in Koross. 15. Apr. 1794. investitus parochus in Nagy-Lapás. Tunc ecclesia et parochia reparata. Hinc. 18. Dec. 1796. in Sándorf. Inde 28. Jun. 1798. in Nádas in cottu Poson. Exhinc 18. Jun. 1815. nominatus parochus Szakolczae, ubi titulo abbatiae B. M. V. de Kolos condecoratus. 1. Nov. 1821. transivit Posonium ad capitulum collegiatum. Qua talis lycei AEp-palis Strig. Tirnaviae pro-director, instituti emer. parochorum rector ac ab 1823. parochiae Tirnaviensis admin. 7. Apr. 1825. installatus canon. Strig. 1. Dec. 1829. ADiac. Nitriensis. 15. Febr. 1831. ab admin. parochiae relevatus. 2. Sept. 1835. praepositus s. Stephani. 31. Dec. e. a. praepositus s. Georgii de Viridi Campo. 16. Nov. 1836. custos capituli. 1840. lector. 2. Jun. 1845. praepos. major. 21. Mart. 1841. Strigonii in eccl. s. Ignatii consecratus eppus Tinniniensis pro suffrag. in distr. Strig. Circa finem vitae oculorum lumine orbat. † 13. Mart. 1848. Strigonii. Tumultus in crypta Basilicae. Fuit memoriali aureo regio majori numismate decoratus.

Miskolczy Martinus. Natus 11. Nov. 1805. Theologiam cum a. quarto in semin. s. Stephani 1829. terminavit. 19. Dec. ejusd. a. ordinatus. Cooperatoris applicationem accepit in Nagy-Levárd, ab 1830. in Szent-János. 1831.

Budae ad s. Annam, et ab 1832. Strigon. ad s. Ignatium. 27. Apr. 1837. nominatus parochus in Szent-Györgymező. Hinc 15. Maji 1846. transivit ad s. Ignatium, ubi simul VADnus distr. Strig. trans. Danub. inf. Hinc. 1. Maji 1861. accepit parochiam Érsekujvár, ubi † 15. Sept. ejusd. a. Fuit versatus poeta. (Zelliger. Eszterg. egyhm. irók. 334.)

Miskóczy Martinus. Szatinafalvensis ex cottu Nitr. Qua alumnus semin. s. Stephani 1702. baccalaureus, 1703. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. terminavit. Ex quo 20. Mart. 1706. ordinatus est. 22. Oct. 1709. investitus parochus in Liptó-Szent-Miklós. Per invadentes acatholicos 1717. hinc pulsus, 18. Jan. 1718. investitus in Garam-Ujfalú. Inde 1. Maji in Alsó-Merasitz et jam 7. Oct. 1721. in Felső-Vásárd. Hinc 18. Maji 1729. in Pusztafödemes. Demun 1743. applicatus spiritualis alumnorum semin. s. Stephani, ubi † 13. Oct. 1756.

Miskovics Emericus, Ladislaus. Dojcsensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1736. baccalaureus, 1737. magister philosophiae. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 24. Jul. 1741. investitus parochus in Keresztúr, ubi † 15. Nov. 1767.

Miskovics Joannes. Occurrit 1684. parochus Polonkensis, qui a haeticis ita damnificatus, ut mendicando vivere debuerit.

Miskovics Josephus. Dojcsensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1730. magister, 1731. baccalaureus philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1736. absolvit. 12. Mart. ejusd. a. investitus parochus in Grinád. Inde 27. Apr. 1737. in Sándorf. Hinc 22. Sept. 1742. in Jablonicz, ubi † 8. Aug. 1783. Caducitas efficit 3324 flos. Fuit praestans orator latinus. (Zelliger, Eszt. egyhm. irók. 235.)

Miskovics Michael, vide **Mikovics.**

Missek Joannes, vide **Missics.**

Misselbach Udalrius. 11. Maji 1438. jure patronatus cittas Posoniensis illum plebanum s. Laurentii ecclesiae extra muros nominavit, ubi hac die per Thomam de curia decimali, canonicum eccl. s. Martini solemniter introductus. Adhuc 1444. activus erat. (Tudom. Értekező 140, 141. Ubi et modus hujus introductionis descriptus.) Fuit simul canonicus coll. eccl. ad s. Martinum ibidem. (Rimely, Cap. Pos. 256.)

Missics Joannes. Theologiae in Pázmáneó studuit. 21. Apr. 1653. ordinatus. 24. Maji 1665.

investitus in Kovarcz. Hinc. 9. Oct. 1666. in Hosztina. 13. Mart. 1671. in Szölgyén. Fuit 1684. parochus Szent-Antaliensis in cottu Hont. In parochia sua ex odio religionis per Tökölianos captus, ligatus, rebus omnibus spoliatus, abductus ad sylvas, ad lytrum extorquendum, usque ad unguium decisionem tortus, iteratim verberatus. Post aliquot mensium cruciatus, lytro 250. florenorum liberatus est.

Missies Stephanus. Theologiam cum quarto a. in semin. gen. Poseniensi 1787. terminavit. Cooperatorem egit in Ipolyságh, ab 1789. Pestini ad B. M. V. Assunt. 23. Jul. 1790. nominatus parochus in Bátorkesz. Hinc 29. Dec. 1796. in Muzsla, ubi † 2. Mart. 1835. Fuit cottum Strig. et Comar. tab. jud. assessor.

Missik Andreas, Ignatius, vide **Millik.**

Missik Martinus. 7. Jan. 1718. investitus in Széplak, ubi usque 1723. operatus est.

Missing Alexander, Christophorus, Sigismundus. Dilinganus germanus. Theologus absolutus ex alumnatu Dilingano. 29. Mart. 1713. investitus parochus in Misérd, Pruck, Dénesd et Csele. Ibi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de illo refert, quod sit aetatis 29. sacerdotii tertio anno. Activus erat ibi usque 1716.

Missovicz Joannes. 28. Oct. 1675. investitus licentiatu in Visk et Badin. Fuit recenter conversus ad fidem rom. cath. Operatus est usque 1679.

Missovszky Georgius. Origine Besztercensis. Theologiam cum secundo a. in semin. s. Stephani 1773. terminavit. Cooperatorem egit Stomfae. 16. Maji 1781. investitus parochus in Magasfalva, ubi † 7. Maji 1794. Aetatis 42. Sepultus in crypta ecclesiae.

Missuta Stephanus. Kistapolcsanensis. Qua alumnus coll gen. 1727. baccal. 1728. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1730. terminavit. 16. Maji 1732. investitus parochus in Vieszka. Hinc 30 Apr. 1740. in Szolcsán, ubi † 4. Jun. 1765.

Mistik Joannes Nep. Csiffáriensis, ex cottu Bars. 1761. missus Budam, ad coll. Szécsényianum pro theologia morali. Studia Tirnaviae in gen. semin. finivit. 27. Sept. 1764. applicatus cooperatorem in Érsek-Ujvár. Hinc 25. Nov. 1766. Pestini. 27. Maji 1769. investitus parochus in Komjáth, ubi 24. Oct. 1779. peracta visitatio Bathy-

aniana, in qua de illo: Aetatis 38. «Formae virilis. Potest in commissionibus dioecesanis applicari ob agendi dexteritatem et facilitatem.» † 7. Mart. 1803. Ibidem. Aetatis 62.

Miticzky Nicolaus. Occurrit 1647. parochus in Velsicz. Nominatur in catalogo cleri hoc a. jussu Georgii Lippay conscripto. Item in visitatione hoc. a. per Mathiam Schlegel peracta.

Miticzky Nicolaus, Franciscus. 27. Apr. 1684. investitus parochus in Maniga. Hinc m. Maji 1685. in Dejthe, ubi usque 1686. operatus est. 6. Apr. 1699. investitus in Jolsva. Ubi una VAD-nus distr. Gömöriensis ac abbas s. Aegydi de Simigio. Activus erat usque 1710.

Miticzky Nicolaus. Lontóensis. Qua alumnus Marianus 1746. baccalaureus et 1747. magister philosophiae. Eodem a. pro theologia ad alumnatum Budam missus. 28. Mart. 1750. factus cooperatorem in Kosztolán. 30. Maji ejusdem a. vero in Balassa-Gyarmath. 8. Aug. 1752. investitus parochus in Nagy-Zellő. Inde 16. Oct. 1754. in neo-erecta parochia Alsó-Esztergál. 29. Jan. 1755. comites Paulus et Ladislaus Balassa intuitu ecclesiae, a. praeterito vi resolutionis regiae de 23. Jul. 1754. e manibus Lutheranorum ereptae 19. Sept. ejusd. a. reconciliatae, sed ruinatae, renovationem obtulerunt, simul designarunt proventus parochi. Hinc 7. Dec. 1756. in Alsó-Palojta. Ibi 1766. conscriptio parochiae peracta. † 10. Aug. 1773. ibidem.

Mitis Franciscus. Theologiam in semin. s. Stephani 1692. inchoavit. Hinc 26. Febr. 1695. ordinatus. 16. Jan. 1697. investitus parochus in Széplak, ubi eodem a. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui parochum 28. annor. et sacerdotem semi alterius a. dicit. Inde 25. Jun. 1701. in Udvarnok, ubi usque 1704. operatus est.

Mitis Georgius, Joannes. Theologiae Vienne studuit. 13. Dec. 1686. investitus parochus in Gaidel. Hinc 27. Maji 1688. in Szklenó, una ab 21. Maji 1691. in Handlovia, quae 1703. per rebelles succensa, ecclesia, parochia et major opipidi pars in cineres acta est. Operabatur usque 1709.

Mitosényi (Mitosinka) Georgius. Natus 16. Dec. 1817. Theologiam in semin. Mariano 1841. absolvit. 1842. in instituto presbyterorum transiegit Strigonii. 23. Jul. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Moravánka. Ab 1844. Szokolcae ab 1846. in Verbó. 18. Jun. 1852. factus admin.

Brezovae. Hinc 1856. recessit inter deficientes numeratus. † 23. Mart. 1858. in Osztró.

Mitosinka Georgius. Pobedimensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1729. baccalaureus, 1730. magister philosophiae. Theologiae in eodem semin. studuit. 24. Sept. 1733. investitus parochus in Nagy-Jác, ubi † 6. Jan. 1748.

Mituszka Joannes, Franciscus. Ab 1673. usque 1679. parochus in Szent-Ilona, qui posteriore anno per protestantes pulsus. Prout ex informatione Szelepchényiana patet. (Magyar Sion. 1868. 761.)

Mixai Michael, vide **Miskay.**

Mixus Joannes, vide **Missics.**

Mladossik, vel Mladusics Martinus. 2. Jun. 1630. ordinatus, cooperatorem egit in Sasvár. Ab 1632. parochus in Gajar. De quo Georgius Draskovics in visitatione 1634. peracta notavit: «Ante duos annos huc ex capellania Sassiniensi accersitus. Aetatis 33 annor. circiter. Modice quidem in literis versatus, a concionibus tamen laudatur et amatur a civibus. Nihil mali de eo auditum. Interdum parumper excedit in vino.» 1647. occurrit parochus in Malaczka, cum filiabus Kiripócz, Csütörtök et Jakabfalva.

Mlinarszky Casimirus. Ab 1691. parochus in Fridmann in Sepusio. Ibi 1700. Joannes Sigray peregit visitationem, qui parochum a novem a. hic esse dicit.

Mocsáry Georgius. Natus 19. Aug. 1779. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1805. terminans 20. Febr. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Sasvár, ab 1806. in Vadkert. Mense Dec. 1818. obtinuit parochiam Mohora. Ubi fideles suos et ad pietatum et ad bonos mores proprio exemplo docuit. Bibliothecam parochiae reliquit. Organum renovari curavit. Foundationes fecit. † 24. Mart. 1858. Ibidem.

Mocsigay, vel Motsigay Stephanus. Ujbányensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1750. baccal. 1751. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1752. terminavit. 12. Febr. ejusd. a. missus pro cooperatore Turólukam. Hinc 10. Apr. ejusd. a. Stomfam. 3. Nov. 1755. investitus parochus in Dévényujfalú. Inde 13. Febr. 1758. in Pernek. Exhinc 20. Mart. 1759. in Detrekeő-Szent-Miklós, ubi † 4. Dec. 1770.

Móczér Paulus. Theologiae in Pázmáneo studuit, cujus et baccalaureus creatus. 12. Apr. 1738.

investitus parochus in Cseklész, ubi 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochia sic: «Annor. 45. In cura animarum in prima hac parochia sua continuo 19. a. Diligens, exemplaris.» † 16. Nov. 1762. ibidem.

Modray Joannes. Magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. terminavit. 16. Maji 1696. investitus parochus in Turócz-Szent-Péter, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Annor. 25. Novitius. Queritur violari festa, blasphemari. Monitus ut numerum animarum describat. Parochiam habet ruinatam.» Hinc 15. Maji 1697. in Turócz-Szent-Ilona. Murus coemeterii ecclesiam ambiens propugnaculis munitus exstitit, in porta inscriptionem a. 1698. exhibentibus. Hinc 5. Apr. 1701. in Kis-Báb. Inde 20. Dec. 1703. in Broczkó. Exhinc 28. Maji 1706. in Óhaj. Jam 8. Jul. ejusd. a. in Nyitra-Sárfő. Hinc 1708. accepit parochiam Némethi in cottu Hont. 26. Jun. 1709. investituram nactus in aliqua indifferenti parochia in cottu Neográd. Jam 8. Sept. ejusd. in Nádas in cottu Hont. 25. Jul. 1712. investitus in Vizoka, ubi una 28. Febr. 1713. et in Bakabánya. In illis operatus est usque 1720. vel 1721.

Mogyoróssy Valentinus. 20. Sept. 1692. ordinatus ad titulum com. Stephani Zichy. 18. Apr. 1695. investitus in Felső-Ludán. 25. Febr. 1696. in Nagy-Zellő. Hinc 29. Apr. 1699. in Szakal. Inde 11. Apr. 1701. investituram accepit pro Nagy-Bárkány, sed jam m. Jun. e. a. reversus ad Szakal, qua cum una et in Bussa parochum egit. Operatus est usque 1712.

Mohácsi Georgius. Quinqueclesiensis croata. Ad collegii Pázmániani disciplinam eruditus, ubi 1626. inter alumnos. 4. et 5. Oct. 1630. qua parochus in Nagy-Bár, nunc Fel-Báár, interfuit synodo Tirnaviae celebratae. 1633. factus canonicus Posoniensis, remanens parochus in Fel-Baar, ubi 1634. Georgius Draskovics peregit visitationem qui de parochia sic: «Singulari probitate ac spiritus fervore praeditus est. Non solum vigilans pastor ovium, sed et in vicina Baka oberrantes oviculas ex haeresi reduxit ad ovile solius salvificae ecclesiae.» 1642. qua parochus in Vásárút 26. Jan. citat Nagy-Magyarenses. 1647. ibidem successorem habuit. Jam tunc praepositus s. Eustachii de Chút et custos capituli. Nominatur 1647. in catalogo cleri Lippayano. 1648. subseripsit synodo Tirnaviae per Lippayum celebratae.

Moháry (Morbiczer) Julius. Natus 16. Nov. 1827. Pestini. Philosophiam ibidem, juridica Agrariae absolvit. Applicationem in officiis publicis quaerens, 29. Jun. 1848. in primo hung. ministerio concipista aux. nominatus. Exorto bello pro libertate patriae, hujus particeps fuit. Quo sopito iterum munera publico politica subivit. Ad clerum juniorem susceptus per 18. menses in semin. Strig. theologiae studuit et 27. Jul. 1863. ordinatus est. Cooperatorem egit in Tardoskedd, ubi a 22. Sept. 1866. etiam munus admin. gessit. 1 Sept. 1868. obtinuit parochiam Nagy-Bárkány. Hinc. 10. Oct. 1878. nominatus in Varbó. Exhinc 16. Oct. 1888. in Perbete. Merita literaria habet. (Zelliger, l. c. 336.)

Mohler Martinus. Fuit parochus in Bussócz, in Scepusio, ubi † 15. Jul. 1746.

Mohos, alias Mohosinus Martinus. Occurrit 1599. plebanus in Tepla, in cottu Liptó. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Mohos Georgius, vide Mokos.

Mohos Petrus, Georgius. Theologiae in semin. s. Adalberti studuit. 5. Jun. 1694. ordinatus. 23. Maji 1698. investitus parochus in Nagy-Modró. Ibi 1700. Josephus Pongrácz peregit visitationem, quae autem non fuit conscripta. Hinc 13. Apr. 1701. in Lakács, ubi incepit matricam scribere et usque 1708. activus erat. 23. Jan. 1712. investitus in indifferenti parochia in cottu Torn. quae investitura 6. Apr. e. a. iterata. Qua parochus in Almás † m. Jan. 1714.

Mohos Paulus. Ab 1777. praefectus in convictu reg. AEppali Tirnaviensi. Ab 18. Oct. 1778. admin. capellaniae loc. in Alsó-Jattó. 3. Sept. 1779. nominatus parochus in Felső-Szeli. Hinc. 3. Jul. 1790. in Szempcz, ubi ab 1807. VADnus distr. sup. cognominis. 1815. resignavit parochiam, instituti emer. parochorum Tirnaviae ingremiatus, una s. sedis consist. Tirnav. assessor. † 1. Apr. 1833. Ibidem.

Mohos, alias Mokosinus Stanislaus. Occurrit 1599. plebanus in Széleskút. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Mokoss Georgius. Prividiensis ex cottu Nitriensi. 21. Oct. 1737. susceptus in alumnatum Budensem. Initio m. Apr. 1742. obtinuit parochiam Jakabfalva, ubi † 25. Jun. 1753.

Mokoss Josephus. Nagy-Orosziensis. 1767. susceptus in alumnat. Budensem pro Theologia. 12. Dec. 1769. factus cooperator in Duna-Föld-

vár. 27. Jun. 1775. investitus parochus in Zsem-lér, ubi † 10. Jan. 1776. Sepultus in ecclesia.

Mokossinus Stanislaus, vide Mohos.

Mokry Paulus. 7. Apr. 1679. investitus parochus in Kis-Tapolcsán, ubi usque 1680. activus erat. 31. Maji 1719. in Felső-Attrak. Hinc 26. Febr. 1722. in Ürméncz, ubi usque 1729. operatus est.

Molecz Antonius. Natus 27. Sept. 1843. Theologiam Strigonii 1870. terminavit et 2. Aug. ejusd. a. ordinatus. Applicationem qua cooperato acceptit in Szent-Endre, ubi parochi Joannis Murcsics admin. in spirit. egit, illo defuncto a 22. Apr. 1879. usque 15. Sept. ejusd. a. int. admin. parochiae. Abhinc iterum cooperato. Ab 1893. admto in Királyrév.

Molegh Valentinus. Occurrit 1630. licentiatu in Mergarujfalu in ADtu Cathedrali. Nunc Nyergesujfalu. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae.

Molerius Benedictus. Occurrit 1632. parochus in Unin, ubi eodem a. Joannes Kőszeghy peregit visitationem, qui de parochia sic: «Ratione quorumdam excessuum per eundem diversis vicibus patratum iteratae videlicet inebriationis, percussionis, dehonestationis hominum utriusque sexus, per me erat introductus et Rssmo d. vicario praesentatus, qui eum juxta demeritum suum incarcerare curavit.» Ille idem visitator 1634. sic refert: «Habet et intertenet concubinam, ubi tamen ego parochiam fuissem ingressus fuga sibi consuluit, et abscondit se, alias certe curassem illam per famulos caedi et exturbari ex parochia. Hunc duris verbis gravissime corripui minatusque sum illi carceres perpetuos, si non statim illam abigerit ex parochia, ad quae ille respondit, se Szakolczae pro ea jam domum emisse et sine mora eam illuc transmissurum. Commisi interim vicinis parochis praesertim vero decano, ut attendant diligentissime, etsi promisso non steterit, ut me quamprimum certiozem facere nullo modo praetermittant.»

Molitor Conradus. 30. Maji 1679. investitus parochus in Misérd. Hinc 28. Febr. 1680. in Gaidel, sed exhinc jam 24. Apr. ejusd. a. in Limbach, nunc filia ad Grinád.

Molitor Georgius, vide Molner.

Molitoris Andreas. E cooperatore Nedeczensi 1765. parochus in Lechnitz, quam 1766. resignavit. Extra beneficium constitutus. † m. Aug. 1775. In Scepusio.

Molitoris Gabriel. Ex praebendato ecclesiae Strig. 1629. parochus in Szárazpatak. 4. et 5. Oct. 1630. interfuit synodo Tirnaviae per Petrum Pázmány celebratae. Ibi 1634. Gergius Draskovics peregit visitationem, qui de parcho sic: «Ab annis 5. Vir bonus et simplex minus quidem literatus, officium tamen suum exequitur.» Subin VADnus distr. Szomolány. † 30. Maji 1637. ibidem. Effigies ejus in parochia conservatur.

Molitoris Georgius. Krasznahorkensis 1. Nov. 1718. in alumnatum Budensem susceptus. 21. Oct. 1724. investitus parochus in Zsarnó. Hinc 30. Apr. 1732. in Almás, in cottu Tornensi, ubi 1736. una et VADnus distr. Tornensis. 27. Dec. 1741. obtinuit parochiam Várkony, in qua 15. Jun. 1742. investitus. † 6. Jun. 1754. ibidem. Sepultus in ecclesia.

Molitoris, alias Gyöngyösi Paulus. Ex ordine canonic. reg. s. Augustini ad obsequia ADioec. transsumtus. Occurrit 1634. parochus in Nagy-Megyer. Usque 1647. fuit parochus in l. r. citte Szent-György. Hoc a. obtinuit Tótgurab, ubi usque 1650. operatus.

Moller Georgius, vide Molner.

Molnár Georgius. Natus in Kőszegh. Qua alumnus semin. s. Stephani 1723. baccalaureus, 1724. magister philosophiae. Theologiam in collegio Olomucensi absolvit. 2. Dec. 1729. investitus parochus in Várkony, ubi 1732. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parcho: «Annor. 30. In cura animar. in a. quartum. Testimonium ei cum laude conjunctum dederunt.» Hinc 2. Maji 1734. investitus in Tardoskedd. Inde 10. Maji 1736. in Galanta. 23. Jan. 1749. installatus canonicus Strig. Mense Mart. 1754. ADiac. Thornensis. Fuit praep. B. M. V. de Glogoncza. † 30. Apr. 1763. Aetatis 63. Substantiam suam fundo pauperum addixit.

Molnár Georgius. Ex alumnatu Budensi Szécheniano. 20. Apr. 1765. missus pro cooperatore Sexardium. Inde 24. Apr. 1773. investitus parochus in Alistál. Consil. ltle ordinavit aedificationem scholae et parochiae et 1774. solvit 800 flos. † 17. Oct. 1793. Posenii.

Molnár Joannes. Kisbajcsensis ex cottu Jaurin. 13. Nov. 1727. susceptus in alumnat. Budensem. 22. Dec. 1730. ordinatus. In Mart. 1731. expeditus ad capellaniam Vetero-Budensem. 19. Nov. 1736. investitus parochus in Ásvány, † 8. Febr. 1748.

Molnár de Eör Joannes Nep. Natus 28. Apr. 1802. Comaromii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. Creatus doctor ss. theologiae. 21. Dec. 1727. ordinatus. Cooperatorem egit in Rimócz m. 6. in Tölgyes a. 2. et m. 3. Sub hoc tempore administrabat Helemba m. 3. Dein iterum coop. et quidem in Kőhid-Gyarmath. uno a. et m. 9. Strigonii in reg. citte a. 5. Ab 1836. professor matheseos una praefectus studiorum in semin. Tirnaviensi usque 1843. Illud obivit usque 1850. Anno hoc factus vice-rector instituti deficientium una s. sedis Tirnav. assessor. 25. Dec. 1853. nominatus parochus in Párkány. 1855. in Megyer. Sed inito cum Carolo Székesi cambio transivit ad Szent-Györgymező. Factus ibi admin., ab 1860. parochus, eodem a. synodalis examinatus, 1861. surr. VADnus ad honores nominatus. † 7. Jan. 1881. ibidem.

Molnár Joannes Nep. Natus 5. Maji 1850. in Táth in cottu Strig. Philosophiae et theologiae in semin. s. Stephani studuit. 21. Sept. 1872. ordinatus. Cooperatorem egit in lib. r. citte Strig. 21. Jun. 1880. nominatus parochus ibidem ad s. Ignatium. 25. Jan. 1882. Comaromii. 3. Maji 1883. in hon. abbatem OO. SS. de Eged promotus. Est una praeses stat. cath. autonom. ibidem. Penes gymn. minus comiss. AEppalis. Sororum charit. conf. ord. Intrepidus defensor jurium eccl. r. cath. In literatura eccl. meritissimus. (Zelliger, Eszt. egyhm. irók. 337.)

Molnár Martinus. 27. Apr. 1680. investitus licentiatu in Nagy-Surány et Kis-Várad, ubi usque 1686. activus erat. 27. Apr. 1690. investitus in Pusztá-Födemes, hinc 9. Oct. 1698. in Tokod.

Molnár Rudolpus. Natus 15. Nov. 1848. Theologiam Strigonii 1872. terminavit. 19. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Ujvároska et adhuc eodem a. in Galgócz. Ab 1874. in Diószegh et Verbó. 1881. factus parochus in Ó-Lehota. Ab 1889. VADnus distr. Galgócz. Hinc 1892. transivit ad Moravánka. Fovet literaturam paedagogicam. (Zelliger, Eszt. egyhm. irók. 338.)

Molner (Moller, Molitor, Müller) Georgius. Fuit 1529. plebanus in Béla et senior fraternitatis, qui taxam 600 flosorum pro campi ductore Joanne Katzianer a fraternitate colligere debuit. (Wagner, Anal. Scep. II. 202.) 1530. e parochia Belensi, ubi non expleverat annum, 10. Nov. electus ad plebaniam Leutschoviensem. (Ibid. 204.) 1533. solvit cathedraticum praelato Joanni Hor-

váth. (Ibid. 217.) 1540. nimio aestu solis magna siccitas et penuria, idcirco ob defectum straminis pecudes suas foliis arborum pascere coactus. (Ibid. 228.) 13. Sept. 1543. literas misit Andreas Báthory supremus regius capitaneus ad illum, propter cathedaticum praepositi per parochos nondum exsolutum. Cui 20. Sept. respondit, se id pro illo collegere non posse. 9. Jul. 1544. resignavit senioratum (Ibid. 251.) et rationem posuit 17. Maji 1546. de suo senioratu quatuordecim annis gesto. (Ibid. 205.) † 21. Jul. 1558. Vir fuit dignissimus, totus humanus; singularis fautor et amicus fraternitatis. Suae aetatis acta copiosissime pertexuit ab 1528. usque 1546. (Ibid. 190.)

Moneczmann Mathias, vide **Maneczmann**.

Mondok Joannes, vide **Janesovics**.

Mondok Josephus. Lopassóviensis. Theologiam in Pázmáneó absolvit. Viennae ordinatus. 2. Sept. 1767. pro praebendato eccl. metr. applicatus. 11. Jul. 1768. investitus parochus in Kis-Apáthi, ibi 11. Jun. 1780. peracta visitatio Batthyanyiana. Dum de dismembratione parochiae tractaretur. 20. Sept. eodem a. nominatus in Pöstyén. ubi 5. Sept. 1788. fuit peracta visitatio Batthyanyiana. De illo fama fert, thesaurum magni pretii penes ecclesiam exteriorem Klasterek, quae dicitur olim fuisse Templariorum, invenisse. Facta 420 fl. fundatione pro successoribus 1794. ad vitam privatam recessit. † 27. Jul. 1823. Szakolczae.

Monoszlóy Nicolaus. Ab 1554. canonicus metr. eccl. Strig. Post transmigrationem capituli Tirnaviam primus ibi e gremio capituli civitatis parochus. 1560. obtinuit praeposituram Vágújhely, retinens priorem parochiam, idcirco visitator Michael Szegedy hoc a. sic notat: «Duobus sellis insidens in damnationem tum facientis, tum confirmantis.» Praeposituram non adivit, sed ibidem pro se concionatorem intertenuit. Jam tunc ADnus Neograd. In uno mandato compulsorio de dato 3. Febr. 1560. hae ejus dignitates simul recensentur. 17. Mart. 1567. installatus praepositus s. Thomae. 1570. praepositura Vágújhely incidit in manus protestantium. 1571. egit praefectum bonorum capituli in s. Benedicto. † 1577. Tirnaviae.

Morász Antonius. Natus 1. Aug. 1841. in Bajóth. Theologiam Strig. absolvit. 7. Dec. 1863. ordinatus. Jam qua diaconus professorem egit in gymnasio AEppali Tirnaviae. 1866. ex dogmatica, hist. eccl. et catechetica examen approbatorium subivit. Translato Strig. cursu philosophico

alumnorum, hic munus professoris una studiorum praefecti subivit. 17. Aug. 1871. obtinuit parochiam Kéménd, ubi 13. Aug. 1874. investitus. E notario 1893. VADiac. distr. Parkány.

Moravek Andreas. E seminario Budensi Széchényiano 22. Oct. 1768. factus cooperatores in Jolsva. Hinc 9. Maji 1774. investitus parochus in Pohorella, qua cum parochia incorporatus est neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Moravek, alias **Moravus Balthasar**. Occurrit 1630. parochus in Alsó-Palojta. Interfuit synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae 4. et 5. Oct. ejusd. a. celebratae.

Morbiczzer Julius, vide **Moháry**.

Moricz Michael. Occurrit 1647. parochus in Galantha. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay eodem a. confecto. 6. Aug. 1663. Emericus Körmendi excipit adtestationes contra illum, qua parochum Galántensem, ob dehonestationem.

Moritz Stephanns, Ladislaus. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. absolvit. 13. Apr. 1715. investitus parochus in exempta parochia Püspöki. Hinc 4. Maji 1724. in Dunaszerdahely. 9. Apr. 1728. inquisitio peracta contra Szerdahelyienses et Csibaianos ad statuum B. M. V. jaculantes. 1732. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parochia: «Annor. 50. in cura animarum 17. Contra quem nullae querelae comprobari poterunt, quoad sacramentorum administrationem, de vita et moribus nulla suspicio adversa esse potest.» † 27. Apr. 1734.

Morinszky Franciscus. 1679. investituram accepit pro Liptó-Szent-András.

Mora Andreas. Theologiam cum cursu practico et quinto a. in semin. arcis Poson. 1791. terminavit. Cooperatorem egit in Laksár-Ujfalu, ubi 1795. parochus factus est. † 18. Dec. 1839. ibidem.

Moró Ignatius. Natus Tirnaviae. Fuit 1642. theologus in semin. s. Stephani. 1645. obtinuit parochiam Léva. Ibi 1657. Andreas Szily peregit visitationem, qui de parochia sic loquitur: «Aetatis 35. parochiae 12. Ungarus, slavus, germanus. Qui quoniam invisus est apud suos, esset dimovendus.» Hac occasione conquestus est, quod parochia ad ruinam vergens non aedificatur, nec ipsi aut rectori proventus extradantur. 1658. factus canonicus Posoniensis, ubi fata et censuras subivit. Subin abbas de Batta. † 1670.

Moró Ladislaus. Natus 29. Jul. 1758. in Mocsidlán in cottu Nitr. Theologiam cum a. quinto in semin. gener. 1786. absolvit. Cooperatorem egit in Majtény. 1787. factus capellanus localis in Pecsencz. Hinc 15. Jun. 1791. nominatus parochus in Bakabánya, quam 2. Jul. 1827. resignavit et inter emeritos parochos numeratus. † 1. Aug. ejusd. a. ibidem.

Morócz Stephanus. Nobilis Sellyensis. Qua alumnus collegii gener. 1681. baccalaureus, 1682. magister philosophiae. Theologiae in eodem semin. studuit. 10. Nov. 1717. investitus parochus in Vámos, ubi usque 1720. operatus est. 16. Nov. 1727. in Sávoly. Hinc 1728. obtinuit parochiam Ipoly-Bolyk. 6. Maji 1737. conquestus Vicario, quod terras ecclesiae officiales domini Fülekiensis, Koháryani, via facti eripierunt. † 9. Nov. 1749. ibidem.

Morskovszky Joannes, Constantinus. Polonus. 1700. occurrit parochus in Neocomio (Igló,) ubi eodem a. Joannes Sigray peregit visitationem, qui de parochia sic: «Magis intrusus per Lubomirszkyum, quam canonice praesentatus. Qui etiam in Polonia habet beneficia et natus polonus pro hoc loco plane ineptus. Ejus proventus ex decimis extendit se ad fl. 2000.» Mense Sept. 1717. investitus parochus oppidi Leibicz in Scepusio, erga praesentationem celsissimi principis Theodori Lubomirszky. Fuit una abbas s. Benedicti prope Strigon.

Morva Nicolaus. Natus 22. Dec. 1825. Schemniczii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 21. Mart. 1849. ordinatus est. Cooperatorem egit Bakabányae, Siglisbergae et in Ó-Bars. Hinc ob politicas turbas 1850. incapacitatus, et pro 10. a. carcere, quam Josephipolii exigere debuisset, damnatus est. Interim hinc, Deo favente jam 1852. dimissus, immediate Pestini in schola mercantili Hampliana applicationem accepit, ast postquam gubernium hanc sui applicationem impedivisset, evocatus est Strigonium, ubi brevi tempore praebendatum egit. Subin autem Posonium pro cooperatore translatus. 1854. constitutus est in citte inter. Pest. catecheta. 1857. vero penes scholam realem in profess. hist. univ. electus. 1858. admin. in Alsó-Várad, m. Jul. 1861. obtinuit Jászfalu, ubi 26 Feb. 1862. investitus. Inde 8. Nov. 1864. parochus in Héreg. Ab 1873. VADnus distr. Bajóth. Habet merita litteraria. (Zelliger, Eszt. egyhm. írók. 342.)

Morvay Casparus. Theologiam cum a. quinto cursu practico in semin. in arce Poson. 1791. terminavit. 1792. in instit. presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Héreg. 16. Sept. 1794. obtinuit parochiam in Nagy-Bajcs. Eodem a. supellectiles ex depositoryo Budensi accepit. 4. Oct. 1796. pro aedificatione parochiae per intimatum resoluti 985 fl. 34 xr. 1798. resignavit parochiam et factus cooperatores in Tardoskedd. 9. Dec. 1801. nominatus capellanus localis in Ettes, nunc filia ad Karancsság. Hinc 12. Dec. 1804. admin. in Házás-Nénye. Inde 1809. obtinuit parochiam Zsély. † 6. Oct. 1829. Aetatis 64. Fuit cottus Hont. tab. jud. assessor.

Morvay Georgius. Theologiam cum secundo a. in Pázmáneo absolvit. 20. Jul. 1726. investitus parochus in Rabcsicz, hinc 31. Aug. 1731. in Szobotiszt, ubi xenodochium pro sex mendicis ex propriis erexit. Ibi 1731. Joannes Zichy peregit visitationem, qui de parochia notavit: Presbyter quinque a. hic ab aliquot diebus. † 15. Apr. 1751. Testamentum penes capit. eccl. metr.

Morvay Joannes. Theologiam cum a. quarto in semin. AEppali Poson. 1798. terminavit. Subin praebendatus eccl. metr. Ab 1799. cooperatores in Vágszerdahely, ab 1801. Tirnaviae. 31. Oct. 1803. investitus parochus in Csév. 1805. filialis Dágh a parochia avellitur. † 20. Oct. 1809.

Morvay de Alsó-Draskócz Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1828. terminavit. Abhinc cooperatorem egit in Kürth. 2. Sept. 1840. nominatus parochus in Csúz, ubi † 17. Mart. 1842. Aetatis 37. Fuit cottus Comar. tab. jud. assessor.

Morvay Josephus. Natus 24. Mart. 1760. in Mocsonok cottu Nitr. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. 1785. absolvit. Cooperatorem egit in Nyék, ab 1786. in Nagy-Ölved. 1787. factus capellanus localis in Kospallag. Hinc 17. Dec. 1791. nominatus talis in Helemba. 8. Jan. 1792. accepit Vámos-Mikola, sed illam mox resignavit, retenta Helemba. 15. Jun. 1794. nominatus parochus in Felső-Sipék, quam jam 6. Jul. ejusd. a. resignavit. 28. Aug. ejusd. a. ex Helemba demum transivit ad capellaniam localem in Szebeléb. Hinc 1814. factus parochus in Galántha, ubi † 23. Dec. 1828.

Morvay de Alsó-Draskócz Leopoldus. Natus in Királyrév. 14. Maji 1843. Theologiam Strigonii 1868. absolvit. 2. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Co-

peratorem egit in Dunaszentpál, ab 1869. Comaromii, ab 1871. in Hedervár. 1874. professor factus in gymnasio AEppali Tirnaviae. 25. Dec. 1881. nominatus parochus in Vajka. Hinc 1887. transivit ad Vámos-Mikola. Habet merita literaria. (Zelliger, Eszt. egyhm. írók. 342.)

Morvay de Alsó-Draskócz Leopoldus. Natus 20. Apr. 1844. Theologiam Strigonii 1869. terminavit. 25. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Szentmihályfa, ab 1872. Galánthae, ubi 1882. parochus factus.

Morvay Martinus. Occurrit. 1647. licentia-tus in Litke. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Morvay Martinus, Stephanus. 4. Jul. 1716. investitus parochus in Zavar una in Loocz. Hinc 5. Sept. 1718. investitus parochus in Nagy-Ugrócz. Activus erat usque 1719.

Mosics Antonius, Jonas. 16. Oct. 1691. investitus parochus in Hidas, ubi tantum eodem a. activus erat.

Mossóczy Paulus. 1596. fuit parochus oppidi Vittencz. Hoc eodem a. communitas oppidi circa quamdam molam scholae documentum edidit, in quo parochus is nominatur. 5. Dec. ejusd. a. fiscus contra Vittenczenses causam movit, quam idem 28. Jan. 1610. contra ipsum parochum vertit, quem judex condemnat ad carcerem, et ne ex abundantia rerum temporalium parochi insolecant, ordinat, ut ex ejus bonis vas vini et triticum PP. Franciscanis Tirnaviae detur. 5. Jan. 1623. spondet concubinam se amoturum. Eodem adhuc a. successorem nactus. 1630. occurrit parochus in Lancsár, qua talis 5 et 6. Oct. ejusd. a. interfuit synodo Tirnaviae celebratae.

Moszoly Joannes. Theologiam cum cursu speculativo in collegio Pázmániano absolvit. Caeremoniarum Emerici com. Eszterházy eppi cons. Dorionsis et suffr. AEppi duobus annis. Hinc 9. Jul. 1733. investitus parochus in Baka, ubi 1755. Joannes Galgóczy peregit visitationem qui de parochio notavit: «Annor. 47. Parochus hic 22. annis. De frequentibus omissis concionibus et catechesibus conquesti parochiani.» † 21. Aug. 1758. ibidem.

Motessényi Franciscus, Ladislaus. Natus in Selmeczbánya. Qua alumnus semin. Mariani 1747. baccalaureus, 1748. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1752. terminavit. 24. Febr. 1753. missus pro coopera-

tore ad Vágújhely. 9. Jun. 1757. investitus parochus in Nagy-Rippény. Hinc 2. Jun. 1761. in Lakács, ubi † 1. Oct. 1765.

Mott Joannes. 2. Jun. 1687. investitus parochus in Kis-Palugya. Hinc m. Jun. 1689. in Kvacván. Inde 7. Jan. 1690. in Liptó-Szent-Iván.

Motus Stephanus. Szolcsánensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1737. baccalaureus, 1738. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Adalberti 1741. terminavit. 26. Aug. 1743. investitus parochus in Libetbánya, ubi † 18. Jun. 1744.

Moyses. Occurrit 1482. plebanus in Viszoka. Hoc a. erecta ecclesia, cujus in frontispicio sanctuarii inscriptio erat usque 1722. visibilis: «Hoc opus fieri fecit revera (reverentia) tempore Moysi plebani.»

Mracskó Paulus. Érsekújvárensis. 1763. ad alumnatum susceptus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1769. terminavit. Cooperatorem egit in Drégely-Palánk. Hinc 20. Dec. 1770. investitus parochus in Ipoly-Szécsényke. Ibi 1779. peracta visitatio Batthyányiana. † 25. Febr. 1782. ibidem. Aetatis 39.

Mráz Adamus. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. 1777. terminavit. Cooperatorem egit in Hédervár, ab 1781. in Csúz. 25. Apr. 1782. investitus parochus in Vámos, ubi † 4. Aug. 1798.

✓ **Mráz Emericus.** Natus 25. Maji 1805. in Csári in cottu Nitr. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Posonii absolvit. 11. Maji 1832. ordinatus est. Cooperatorem egit in Majthény a. semialtero, in Vágújhely autem annis novem et medio. 1844. parochus factus in Pobedim, ubi ab 1858. una VADnus distr. Csejthensis. Hinc 21. Febr. 1863. in pari qualitate transivit ad Krakován, ubi † 12. Febr. 1871.

✓ **Mráz Georgius.** Natus in Pann in cottu Nitr. Qua alumnus semin. s. Stephani 1695. baccalaureus, 1696. magister theologiae, Theologiam cum tertio a. 1698. terminavit. 21. Sept. ejusd. a. ordinatus, 18. Aug. 1699. investitus parochus in Alsó-Récsény, ubi 14. Sept. 1700. Paulus Zichy visitationem peregit. Hinc 28. Mart. 1703. investitus in Krakován, ubi † 14. Aug. 1709. Aetatis 34.

Mrázy Joannes, Franciscus. 23. Jun. 1675. investitus parochus in Radosna, ubi usque 1677. operatus est.

Mraz Joannes. Holicciensis, 1761. susceptus in alumnatum Budensem. 25. Nov. 1765. missus pro cooperatore Sexardinum, hinc 15. Jul. 1769. Ponium translatus. 26. Maji 1771. investitus parochus in Szent-István, (Haszprunka.) Hinc 1. Dec. 1772. in Malaczka, dum 1782. e districtu Malaczkeni Stomfaensis excideretur in priori VADnus nominatus. 1796. promotus ad capitulum Psoniense, ubi 1802. custos, 1804. lector, 1812. praepositus s. Joannis de Buda. † 26. Aug. 1818.

Mráz Martinus. Occurrit. 1700. parochus in Lethanfalva, (Lattensdorf, Letanovecz) in cottu Scepus. Nominatur per visitatorem Joannem Sigray.

Mráz Michael, vide Déry.

Mráz Petrus. Conversus. 1674. accepit licentiam in Nógrád.

Mráz Stephanus. Natus 20. Aug. 1818. in Csány in cottu Nitr. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. Cooperatorem egit in Koross, tum eodem adhuc a. Csejtham missus, ubi ab 1850. admin. in spirit. et temp. egit. 29. Aug. 1852. nominatus parochus in Hradíst. 19. Nov. 1866. obtinuit Pudmericz, quorsum m. Maji 1867. transivit. Sub illo aedes parochiales ac oeconomicae restauratae, novum organum comparatum, ecclesia turrisque restauratae, novum campanile procuratum, campana refusa, capella Dolorosae 3000 finis restaurata, schola contignatione provisiva. E spirituali distr. 1879. VADnus, una penes gymn. minus in Szent-György commiss. AEppalis.

Mráz Thomas. 1677. factus est parochus in Lakács.

Mrazik Stephanus. Natus 22. Jul. 1801. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1824. terminavit. 1825. in presbyterio transegit Strigonii. 12. Jun. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Szenicz ab 1827. in Szered, ab 1829. in Nagy-Tapolcsány. 1836. obtinuit parochiam Vagyócz. Hinc 15. Nov. 1842. in Pöstyén, ubi † 5. Maji 1858.

Mruskovics Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1809. terminavit. Cooperatorem egit in Galgócz, ab 1811. in Ótura et ab 1813. in Udvarnok. 1814. obtinuit parochiam in Vagyócz. Hinc m. Jul. 1817. transivit ad Ürméncz, ubi † 5. Maji 1837. ex hydrope.

Mruzin Franciscus. Occurrit 1673. plebanus in Bobrócz. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Mucha Stephanus. 20. Jan. 1733. investitus parochus in Vilck. Hinc 7. Mart. 1737. in Zsem-lér. Inde 12. Maji 1738. in Nagy-Herestyén, ubi † 7. Sept. 1739. in obsequio pestiferorum, quae lues majorem partem fidelium e vivis rapuit.

Muchay (Mucha) Ignatius. Natus 16. Jan. 1795. Theologiam in Pázmáneo 1820. terminavit. 1821. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 14. Jan. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Budae ad B. M. V. Visitantem, ab 1822. ibidem in Christinopoli. 21. Nov. 1839. nominatus parochus in Buda-Ujlak, una notar. distr. Hinc 26. Jun. 1843. transpositus ad Christinopolim, ab 1850. surr. VADnus distr. Budensis. Subin cruce aurea pro piis meritis decoratus. † 8. Apr. 1851. ibidem.

Muchay (Mucha) Josephus, Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1815. terminavit. Cooperatorem egit in Ujvároska, ab 1817. in Nagy-Kosztolán. 1827. factus parochus in Hrachovistye. Hinc 1828. in Brezova. 1833. obtinuit Ujvároska. Hinc demum 5. Jun. 1834. nominatus in Pöstyén, ubi † 11. Jan. 1840.

Muczina Thomas. 18. Jul. 1748. missus pro cooperatore ad Oszlány. 24. Maji 1749. investitus parochus in Zsdány, cum qua parochia incorporatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi. 1779. illam resignavit, reversus ad ADioecesim, victitavit Tirnaviae, ubi et † 24. Aug. 1800.

Mudri Andreas, Emericus. 9. Aug. 1697. investitus parochus in Jabloncza. In matricula defunctorum notavit de pugna Jablonczensi, quae 28. Maji 1704. fuit inter militiam caesaream et Rakoczyanos. Ex prioribus occubuerunt plus quam mille, ex quibus ad tumulum in campo Poliko positi 153, ad alium tumulum prope pagum, vulgo «Nad Wivozem» 156, reliqui in domibus incendio combusti, partim seorsim sepulti. Generalis caesareus Riczan una cum castello Jablonicz, semet Bercsénio tradidit. Parochus hic † 11. Jan. 1707. Aetatis circa. 38.

Mulecz Paulus. Ribkiensis ex cottu Nitriensi. 6. Nov. 1718. in alumnatum Budensem susceptus, ubi theologiam cum cursu morali absolvit. 14. Aug. 1719. factus cooperatore Agriensis. Inde reversus, in pari qualitate applicatus Szeniczii. Subin praebendatus Tirnaviae. 16. Febr. 1721. investitus parochus in Nagy-Szuha, una 17. Apr. 1725. investitus et in Tisolcz. Ex ambobus beneficiis 10. Jan. 1731. investitus in Ma-

niga, ubi eodem a. Franciscus Zichy peregit visitationem. 20. Sept. 1732. accepit praesentam pro Szenicz, sed tantum brevi tempore possedit, ultro quoque remanens in Maniga, ubi † 19. Aug. 1755.

Munkay Joannes. Natus 13. Jul. 1820. in Nagyfalu in cottu Árva. Qua clericus Scepusiensis philosophiam Agriae, theologiam Scepusii absolvit. 1849. in ADioecesim receptus. 1850. in domo presbyterorum transegit. 16. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Puszta-Gyarmat. 1853. obtinuit parochiam Kékkö. Ab 1864. VADiac. distr. cognominis. Mense Majo 1870. transivit ad Bussa, ibi ecclesiam et turrim ejus 1871. et 1872. novo tecto providit. Hinc 28. Oct. 1875. nominatus in Garamujfalu. 12. Maji 1888. canonicus hon. Strigoniensis factus. † 6. Mart. 1890. Ibidem. Zelosus operarius literaturae ecclesiasticae. (Zeliger, Eszt. egyhm. írók. 342.)

Muratoris Daniel. Occurrit 1626. parochus in Vieszka, ubi eodem a. Tobias Pisztes peregit visitationem, qui de parochia sic: «Est legitime ordinatus. Catholicus.»

Murcsics Joannes. Natus 25. Apr. 1798. sub arce Árva. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 25. Mart. 1823. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Maros a. 2. Budae ad Ass. B. M. V. a. 6. Pestini ad s. Leopoldum a. 2. Una informator Constantini com. Pálffy in studiis philosophicis. 1833. studiorum praefectus in seminario Pestano duobus et medio a. Tunc qua supplens professor in universitate studium biblicum V. T. semialtero, pastorem uno a. docuit. 17. Feb. 1836. nominatus parochus in Szent-Endre. In senectute surditate gravatus. † 22. Apr. 1879.

✓ **Murényi Georgius.** Üregiensis e cottu Nitr. Qua alumnus. semin. s. Stephani 1734. baccalaureus, 1735. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1738. terminavit. 4. Jun. 1739. investitus parochus in Gácsfalva. Hinc 17. Oct. 1849. in Ardanócz. Inde 24. Nov. 1751. in Krakován. † 14. Sept. 1764. Aetatis 53.

Murgass Isaacus, Michael. 23. Sept. 1702. nominatus parochus in Kraszna-Horka-Hosszurét. Hinc 27. Aug. 1706. in Ujbánya, ubi tantum 27. Oct. e. a. investitus erat. 19. Mart. 1709. investituram accepit pro Zólyom, ubi 1715. successorem nactus. 3. Jan. 1720. in Szolcsán, ubi eodem adhuc a. desinit operari.

Musánszky Antonius, Thomas. 2. Aug. 1719.

investitus parochus in Ocsova. Hinc 26. Jan. 1723. missus pro cooperatore ad S. Crucem.

Musinszky Thomas. Igloviensis. 1748. susceptus in alumnatum Budensem. Theologiae in semin. s. Adalberti studuit et qua secundi a. theologus 1752. magister philosophiae promotus, quo et studia terminavit. 21. Aug. 1753. investitus parochus in Versend, qui 1754. suam residentiam ad Babarcz transtulit, unde et parochia hodie nomen gerit. Initio Nov. 1765. beneficium resignavit et se Tirnaviam ad deficientiam recepit, ubi † 30. Oct. 1787.

Mutnyánszky Andreas. Mutnensis ex cottu Arvensi. 1731. susceptus in alumnatum Budensem. 21. Oct. 1754. ordinatus. Missus pro cooperatore ad exemptam parochiam Kéménd, hinc 21. Jan. 1755. ad Pécsvárad, 5. Febr. 1760. factus admin. in Szebény et 25. Nov. ejusd. a. ibidem investitus parochus. Paulo post protonot. apost. Fuit vir summa praeditus virtute ac pietate. Ecclesiam s. Ladislai ruinae jam proximam propriis sumptibus restauravit, eremitorio conjuxit et muro cinxit. In hac ecclesia plurimos dies in jejuniis et oratione transegit. † 7. Nov. 1773. Aetatis circiter 45. Ad cryptam ecclesiae tumulatus. (Brüsztle, Recens. IV. 581.)

Mutnyánszky Joannes. Mutnensis e cottu Árva. In seminario Budensi Széchényiano studia absolvit progressu mediocri. 20. Apr. 1765. factus cooperator in exempta parochia Kéménd. 9. Oct. 1775. investitus parochus in Nagy-Abony. Ubi 2. Oct. 1781. peracta visitatio Batthyanyana, in qua de parochia: «Macilentus, bonarum virium, cholericus phlegmaticus, in adversis pacificus, bonae existimationis.» Hinc 18. Oct. 1782. nominatus ad Illésháza, ubi † 13. Febr. 1792. Aetatis 53.

Mutnyánszky Joannes. 1789. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Majthény. 2. Apr. 1792. obtinuit parochiam Illésháza, ubi † 26. Febr. 1832. Aetatis 74.

Mutnyánszky de Mutnya Joannes. Theologiam in Pázmáneó 1811. terminavit. Cooperatorem egit in Rimócz, ab 1819. in Drégely-Palánk. 30. Jun. 1824. nominatus parochus in Hruszó. Populum qua dexter pomologus, edocuit in cultura arborum frugiferorum. † 5. Aug. 1839. Aetatis 50. Fuit cottuum Hont. et Nógrád tab. jud. assessor.

Mutnyánszky Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1814. absolvit. Co-

peratorem egit in Nagy-Súr. 1823. factus parochus in Keresztúr. † 10. Jan. 1827. ibidem.

Muzny Georgius. Moravus ad hanc ADioecsim susceptus. 31. Jul. 1713. investitus parochus in Alsó-Récsény, ubi 14. Nov. 1715. successorum nactus.

Muzsánszky Antonius, vide **Musánszky.**

Muzsánszky Michael. Fuit parochus Lechnicensis in Scepusio, ubi † 7. Oct. 1749.

Müller Carolus. Natus 11. Oct. 1819. Levae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jul. 1843. ordinatus. Cooperatorem egit in Kis-Tapolcsány, Nádas in cottu Hont, in Garam-Ujfalu et in Szent-Benedek. Ab 1849. (parochus, Josepho Dlhovszky in captivitate constituto) administravit KisTapolcsány. 23. Jun. 1853. nominatus parochus in Szebeléb. Ab 1864. notarius, ab 1869. VADnus distr. Bozók. Mense Oct. 1876. transivit ad Zsemlér, ibi † 26. Dec. 1880. Tunc emer. VADnus.

Müller Georgius vide **Molner.**

Müller Jacobus. Natus 22. Apr. 1836. in Szobotist. Theologiam Strigonii absolvit. 29. Jul. 1860. ordinatus. Cooperatorem egit Szakolczae et Csasztae, subin Dubovae administravit, dein rursus pro cooperatore ad Vittencz missus. 7. Maji 1867. praesentatus parochus in Hradist.

Müller Joannes Michael. Ab 1660. parochus in Ceszte. Hinc 3. Maji 1664. investitus primus parochus in Misérd. Templum accatholicis 1660. ademtum, ansam rixarum dedit, nam in

fundo privato Kerekesyano stetit. Ibi usque 1666. activus erat.

Müllik Andreas, vide **Müllik.**

Münich (Minich, Mönich) Daniel. Schemnicziensis. Qua alumnus semin. Mariani 1716. baccalaureus, et 1717. magister philosophiae. Theologiae primum a. in eodem semin. 1718. absolvit. 18. Mart. 1727. investitus parochus in Szebeléb, ibi † 4. Sept. 1729.

Münich Josephus. Cremnicziensis. Qua alumnus semin. gener. et tertii a. theologus 1766. defendit universam philosophiam. Cooperatorem egit Posonii, hinc 20. Dec. 1767. Creminiczium, inde vero 8. Jan. 1770. Pestinum missus. 13. Mart. 1773. investitus parochus in Bélabánya. 11. Oct. 1799. resignatio hujus beneficii acceptatur, a quo 13. Nov. ejusd. a. discessit. Privatam vitam ibidem agendo † 9. Jul. 1804.

Münich Michael. Fuit S. J. adscriptus. Casatio illum invenit superiorem residentiae Schemnicziensis, una parochum, quae munera jam ab 1762. gessit. Residentiae incola jam ab 1741. ubi qua concionator et operarius slavor. et german. occupatus fuit. Abolita societate administrandae parochiae officium sibi demandari passus est. 1780. demum per canonicam visitationem, dum parochia noviter instituta sit, licet pluries requisitus, eo adduci non potuit, ut parochum urbis se institi pateretur. Reliquos annos in sacramentis administrandis semper hilaris, plenusque meritis consumpsit. † 18. Jun. 1789. Aetatis 83. ibidem.

N.

Naczlavszky Nicolaus, Josephus, Petrus. Origine Galgócziensis. Qua secundi a theologus ad semin. Marianum 1702. venit, ex quo qua tertiannita 22. Mart. 1704. ordinatus. 28. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Istvánfalva, ubi 8. Mart. 1706. denuo investitus cum recenter reapplicata filia Dubova. In ecclesia parochiali curavit chorum fide inscriptionis. Hinc 27. Aug. 1712. in Nagy-Bresztován, una in Bucsán et Zavar. Inde 30. Oct. 1720. in Galgócz, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. † 13. Dec. 1738. Ibidem.

Nádasdy com. Franciscus de Paula. Perpetuus terrae Fogaras. Natus 3. Mart. 1785. Budae. Theologiam in semin. Mariano 1806. ab-

solvit. Eodem a. ordinatus et pro cooperatore Comaromium missus. 16. Apr. 1807. obtinuit parochiam Drégely-Palánk. Ab 1811. VADiac. distr. Hont medii. 4. Oct. 1816. installatus canonicus Strig. 1817. primus abbas titularis s. Salvatoris de Sexard. E rectore semin. s. Stephani 1819. talis semin. gener. Pestini factus. 6. Oct. 1820. ADiac. Bars. installatus. Praelatus tabulae reg. judicariae. 28. Febr. 1823. ad eppatum Vaciensem promotus. 8. Febr. 1824. consecratus. 1827. S. C. et R. A. M. actualis int. status consiliarius. 1837. tabulae septemviralis assessor. 21. Sept. 1838. membr. dir. Academiae Scient. factus. 1840. ord. s. Stephani r. commendator, 1845. archieppus Colocensis. Ord. Leopoldi magnae crucis eques.

† 21. Jul. 1851. Fuit cottus Comar. perpetuus comes. Fecit amplas foundationes.

Nádasdy com. Nicolaus. Perpetuus terrae Fogaras. Filius Francisci, qui immixtus conjurationi Wesselenyianae 30. Apr. 1671. decapitatus. Frater Ladislai eppi Csanádiensis. 1684. factus abbas ss. aa. Petri et Pauli de Kács, 1689. capitulo Quinqueecclesiensi, mox Zagrabiensi ingremiatus. 25. Apr. 1696. installatus praepositus coll. ecclesiae Psoniensis, cujus et munus parochi gessit. Habuit ab 1697. et titulum el. eppi Sibenicensis. † 8. Dec. ejusd. a.

Nádaszky Joannes. Theologiam in semin. Budensi studuit, hinc 12. Mart. 1766. pro coooperatore Szeniczium missus. 6. Jun. 1769. investitus parochus in Turóluka. Inde 21. Maji 1787. obtinuit Chropó per cambium cum Stephano Horváth, ubi 20. Sept. 1788. publicata visitatio Batthyányiana. Diuturnam litem fovit propter quamdam terram ecclesiae injuriose detentam. Vitam in magna egestate derelictus clausit. † 28. Oct. 1820. Sepultus in coemet. circa ecclesiam a parte parochiae.

Nagel Franciscus. Moravus Olomucensis, canonicus regularis, ad officia ADioecesana adhibitus. 23. Mart. 1690. investitus parochus in Ujbánya. Hinc 2. Dec. ejusdem a. in Bélabánya, ubi 13. Oct. 1695. successorem nactus.

Nagy Albertus. Occurrit 1654. parochus in Püspöki. Hinc 1656. transivit ad Galántha.

Nagy Alexander. Theologiam cum quinto a. in semin. Budensi 1779. absolvit. Cooperatorem egit in Nagy-Megyer. 29. Sept. 1784. nominatus parochus in Püski, ubi † 18. Jun. 1829.

Nagy Andreas. Fuit 1636. parochus in Naszvad. Hoc a. contra parochianos suos coram vicario actionem movit.

Nagy Andreas. Theologiam cum cursu morali in Pazmaneo absolvit. 7. Apr. 1690. investitus parochus in Veszle et Nagy-Kosztolány, quae usque 1691. affiliata mansit. Hinc 15. Febr. 1694. in Alsó-Kubin. Ibi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho: «Annor. 36. hic 3. annis. Cum nullus esset mortuus in hac parochia non habet libros. Propter filiam Felső-Kubin inviatus plebanus impetret licentiam bis celebrandi in die festo ne queruletur populus.» 1700. iterum fuit visitatio, quam Josephus Pongrácz peregit, qui inhibuit, ne forum die dominico fiat, sed in diem lunae transferatur.

Monitus parochus ne faciat praepudicium in pascuis per oppidanos inhibitis. In filia Felső-Kubin turris ecclesiae aedificata lapidea pulchra. Ibi ordinarie celebratur nam parochus habet licentiam bis celebrandi. Usque m. Maji 1703. operatus est.

Nagy Andreas. Fuit 1694. usque 1701. parochus in Jasztraba, qui matricam incepit scribere. (Schemat. dioec. Neosol. 1876. 313.)

Nagy Andreas. Theologiae usque secundum a. in semin. s. Adalberti studuit. 16. Aug. 1701. ordinatus. 30. Maji 1703. investitus parochus in Gácsfalva. Hinc 26. Maji 1710. in Geletnek, ubi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem. Hic operatus est usque 1714.

Nagy Andreas, Franciscus. Hedervárensis, fuit 1726. alumnus semin. Budensis, Széchenyiani. Theologiam et medicam Viennae absolvit. Cooperatorem egit Vajkae, in Misérd 2. a. ab 1738. Pestini. (Pesti Főtempl. Tört. 259.) Hinc 6. Jul. 1740. investitus parochus in Nagy-Maros. Quaesivit jus exemptionis parochiae, quod ex privilegiis Caroli I. Ludovici, I. Sigismundi et Mathiae Corvini habeat. Ibi 6. Oct. 1754. visitatio per Ladislaum Tóth ADiac. peracta, in qua de parocho, quod calleat quinque linguas inter quas gallica et italica. A visitatore in 22. punctis commissa accepit. 2. Nov. 1757. petiit facultatem in filia Zebegény capellam erigendi. 1758. conquestus contra illum VADiac. Hont., quia se e congregatione eximi vult. 1763. contra illum quaestio, quia vinum in praepudicam dominii educillet. 1772. parochiam resignavit, inter emeritos numeratus, sed ultra ibi domiciliavit. † 3. Aug. 1776.

Nagy Antonius. Szalkensis in cottu Hont. 1. Nov. 1736. ex Pázmáneó venit in alumnatum Budensem. 5. Apr. 1738. ordinatus. 27. Febr. 1741. investitus parochus in Bajna in cottu Strig. 18. Aug. 1742. Michael l. b. Sándor instat pro oratoriolo. 1751. ecclesia parochialis renovata et aucta. 1755. Georgius Kussanics visitationem peregit. † 14. Oct. 1757. ibidem.

Nagy Antonius. Nagy-Magyarensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1758. baccalaureus, 1759. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1762. terminavit. 24. Aug. ejusd. a. missus est pro cooperatore Pestinum. 12. Jun. 1763. constitutus vice-praefectus semin. gen. Hinc 1767. in pari qualitate transpositus ad Pázmáneum. 15. Dec. 1768. investitus parochus in

Szered. Ab 1773. simul professor theologiae moralis in semin. Tirnaviensi. Activus usque mortem. † 3. Aug. 1779. Viennae.

Nagy de Bozor Emericus. Natus 2. Jul. 1787. Theologiam partim ob defectum aedium extra seminarium constitutus, partim in semin. Mariano absolvit. 22. Dec. 1811. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Oroszi et ab 1813. in Ó-Hái. 1816. constitutus adm. in Alsó-Szemeréd. Ab 1817. iterum cooperatorem et quidem in Kéménd. Hinc administravit Mocs. 14. Apr. 1819. constitutus pro tali in Bátorkesz, ubi 31. Jul. 1821. parochus nominatus. † 29. Maji 1860. ibidem.

Nagy Franciscus. Kékködensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1766. magister philosophiae. Theologiam in Pázmáneó 1771. terminavit. Subin constitutus est notarius sacrae sedis. Ab 1775. professor patristicae Tirnaviae, ab 1777. dogmaticam proposuit. 1779. in pari qualitate Budam transpositus. 1780. applicatus cooperatorem in Oroszi. 1781. factus admin. in Rimócz. Hinc 5. Jun. 1793. capellanus apud familiam Wirth. Adhuc eodem a. pro beneficiato Strigonii accomodatus. † 19. Febr. 1798. et 23. sepult. in viridi campo s. Georgii. Aetatis 60. Fuit AA. LL. et philosophiae et ss. theologiae doctor. Habet merita in literatura latina theologica. (Zelliger, Esztergom Egyhm. irók. 347.)

Nagy Franciscus. Theologiam cum a. quarto in semin. AEppali Posonii 1802. absolvit. Cooperatorem egit in Vajka. 8. Jun. 1808. nominatus parochus in Kiliti. 24. Jun. 1819. transivit ad Szent-Mihályfa, ubi † 1. Jan. 1823.

Nagy Franciscus. Natus 1. Febr. 1804. Theologiam in semin. Mariano 1827. absolvit et 31. Dec. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Felső-Ludány. Ab 1729. capellanus domesticus apud familiam Trsztyánszky in Nagyfalva. † 18. Febr. 1862. ibidem.

Nagy Georgius. Occurrit circa finem saeculi XVI. parochus in Nagy-Kér.

Nagy Georgius. Natus 1589. Dicitur in parochia Posoniensi eccl. collegiatae successisse Fabricio 1613. mortuo, cujus testamenti et executor fuit, prout et Georgii Vásáros. (Rimely, Capit. Poson. 267.) Tunc aetatis 24. a. egit. Aliunde nobis liquet 1618. illum, qua canonicum Posoniensem, Modrenses crude excepisse. 1619. testem egit

contra praepositum. Tunc aetatis 31. notatur in actis. Quum Gasparus Weiszhaupt usque 1622. parochum eccl. coll. egisset, hujus successorem illum fuisse arbitrantur alii. (Georg. Palkovics.) Ab 1621. simul praepositus Albensis. In synodo per Petrum Pázmány 1629. die 4. Oct. et sequentibus Tirnaviae celebrata, nominatus est examinatus parochorum; quamvis ille, ob legitimam causam, synodo interesse non potuit. (Péterffy, Conc. II. 245. et 265.) Fuit item rector capellae s. Annae, ubi lapis sepulchralis ejus hodie adest. † 1636. (Rimely, l. c. et Pauer, Hist. Dioec. Albareg. 136.)

Nagy Georgius. 6. Jun. 1667. investitus parochus in Muzsla, ubi 1676. in aliqua causa controversa testem egit. Operatus est usque 1699.

Nagy Georgius. Mense Maji 1689. investitus licentiatum in Terbeléd, nunc filia ad Rapp.

Nagy Georgius. Felső-Szallóckensis. Qua alumnus collegii generalis 1690. baccalaureus, 1691. magister philosophiae. Theologiam cum a. secundo in eodem semin. 1692. absolvit. 18. Dec. ejusd. a. ordinatus. 29. Mart. 1703. investitus parochus in Nagy-Csalomja, cum filiabus Ipolykeszi, Terbegez et Kóhár. Ibi usque 1706. activus erat. Subin canonicus Scepusiensis, ubi usque lectoratum ascendit. † m. Jul. 1740. Scepusii.

Nagy Joannes. Tirnaviensis. Qua alumnus coll. gener. 1671. baccalaureus, 1672. magister philosophiae. Theologiae in eodem semin. studuit. 14. Maji 1674. ordinatus. 2. Jun. ejusd. a. investitus parochus in Egerszeg. Hinc 6. Maji 1676. in Vizkelet, ubi 1677. successorem nactus. 5. Febr. 1680. in Tallós. Hinc jam 15. Aug. ejusd. a. in Felső-Szeli. 1681. accepit Nagy-Magyar. Inde 1683. missus ad Józsa, ut exasperatos animos dexteritate et auctoritate componeret et ad conversionem proniores efficeret. 1687. obituit parochiam Somorja. Ex hinc 11. Mart. 1688. installatus canonicus Strig. et pro parochia Pestinum missus. Tunc Georgius Széchényi AEppus in navi, vulgo »csajka« Pestinum venit, ad parochiam divertit, ecclesiam lustravit, et pro restoratione ejus 1000 (mille) urnas vini constituit. Vinum hoc decimale in cellarium capellae reposuerunt. (Pesti főtempl. tört. 162.) 24. Apr. 1690. constitutus parochus in Fel-Baár. Demum 20. Apr. 1692. in Nagy-Födemes brevissimo tempore, nam munus admin. bonorum capituli Strigonii in se assumpsit, ubi † 11. Sept. 1699. Post recuper-

rationem arcis primus reconditus in monumento veteri canonicorum Strig.

Nagy Joannes. 29. Jul. 1724. investitus parochus in Rapp, ubi usque 1734. operatus est.

Nagy Joannes. E Sancto-Georgio cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Stephani 1731. baccalaureus, 1732. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem seminario 1736. terminavit. 18. Jan. 1743. investitus parochus Szeniczensis. Subin VADnus distr. cognominis. 13. Apr. 1764. petiit cum ceteris plebanis dominii Berencs sedecimam ab AEppali decima, utpote in usu continuo existentes. 1764. diversa cambia in emolumentum parochiae inivit. 1765. parochiam resignavit factus Spiritualis semin. gener. Tirnaviae. 1777. transivit ad semin. s. Stephani ibidem, ubi † 22. Oct. 1781.

Nagy Joannes Bapt. Fuit abolitae Societatis Jesu presbyter. Cassatio illum in collegio Jauriensi invenit qua concionatorem dom. in cathedrali et operarium hungaricum. Postea applicationem exspectavit ab 1784. Tirnaviae, ab 1787. Posonii. 26. Jul. 1788. factus capellanus localis in Boldogfalva. Hinc 25. Aug. 1789. nominatus et 23. Oct. e. a. investitus parochus in Sárffõ. Inde 1804. transivit ad Tótgurab, ubi usque 1816. operatus est. Instituto emer. parochorum adscriptus. † 28. Mart. 1826. in Tab.

Nagy Josephus. Üzbégheensis e cottu Nitriens. 2. Nov. 1735. susceptus in alumnum Budensem. 28. Maji 1742. investitus parochus in Besse. Hinc 17. Aug. 1750. in Nadlány, ubi † 18. Aug. 1761.

Nagy Josephus. Nagy-Súriensis. 3. Nov. 1742. ex Emericano ad alumnum Budensem missus, ubi theologiam absolvit. 21. Aug. 1747. missus pro cooperatore ad Radosna. 26. Apr. 1748. investitus parochus in Nyitra-Sárffõ. Hinc 3. Dec. 1750. in Felsõ-Attrak. Inde 29. Nov. 1751. in Ardanócz, ubi per Alexandrum Chery praesentatus, cui capitulum Nitriense contradixit. Hinc 19. Jan. 1753. in Cseke. Inde 7. Apr. 1757. in Csataj. † 18. Aug. 1773.

Nagy Josephus. Natus in Püspöki. Ordini s. Francisci prov. Mariana adscriptus 1781. emissis votis solemnibus 1782. ordinatus. Concionatorem hung. egit Strigonii. Hinc capellanus legionis 61. Mediolani. Reversus 15. Jan. 1798. investitus capellanus localis in Ettes, filia ad Katlócz. Quam eodem a. resignavit. 1822. solu-

tis vinculis religionis factus superior castrensis, subin canon. hon. Mantuanus et 28. Oct. 1835. installatus Posoniensis † 7. Maji 1843. Fuit cruce aurea decoratus. Inter celebriores concionatores numerabatur. (Farkas, Scriptorum Prov. s. Mariae. 122. et Rimely, Capit. Poson. 289.)

Nagy Josephus. Natus 2. Jan. 1790. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1815. terminavit. 15. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szentmihályfa, ubi 14. Jun. 1823. parochus est nominatus. Hinc medio cambio cum Joanne Kovácsi 14. Aug. 1841. obtinuit Kiliti, quam 30. Sept. e. a. ingressus, ubi † 4. Jul. 1857.

Nagy de Szökefalva Josephus. Natus 21. Sept. 1823. Agriae. Philosophiam Pestini. Theologiam in semin. s. Stephani Tirnaviae 1847. absolvit. Doctor philosophiae et AA. LL. promotus. 4. Aug. 1847. ordinatus. Cooperatorem egit in Ürmény, sex septimanis, dein in Egyházkarcsa 2. a. dum in Vásárút, ubi etiam qua interimis admin. fungebatur, subin in Hidaskürt. 9. Maji 1855. nominatus parochus in Alsó-Jattó. Hinc 25. Jun. 1856. in Eperjes.

Nagy Michael. Natus 16. Aug. 1759. in Püspöki. Theologiam cum a. quinto in semin. gener. Posonii 1787. absolvit. Cooperatorem egit Comaromii. 1791. factus parochus in Ásvány, ubi 1812. Adalbertus Tarkó peregit visitationem, qui de parcho: »Libros necessarios habet. In catechizando sequitur libellum eppi Perényi. Est hilaris et hospitalis, praelatis obediens, vestem et tonsuram defert« 1820. factus VADnus distr. Hédervárens. † 15. Sept. 1830. Fuit item cottus Jauriensis et sed. praed. de Bácsa tab. jud. assessor.

Nagy Michael. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1806. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Ölved, ab 1811. in Nyék, ab 1817. Tirnaviae. 1. Apr. 1819. nominatus parochus in Ebed.

Nagy Michael. Natus 21. Apr. 1845. Theologiam cum a. quarto Strigonii 1870. absolvit. 2. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Ekecs, mox in Vajka, ab 1871. in Nagy-Salló, ab 1873. in Muzsla, ab 1874. iterum in Nagy-Salló. Ab 8. Jul. 1878. admin. in Kurtakesz. Ab 1893. in Nemesoroszi.

Nagy Samuel. Natus in Nagy-Magyar. Theologiam cum a. quarto in semin. s. Stephani 1771. terminavit. Defendit parvum actum. 13. Apr.

ejusdem a. missus pro cooperatore ad Hedervár. Hinc 8. Maji 1773. nominatus parochus in Ásvány, ubi 20. Sept. 1780. peracta visitatio Bathyaniana, in qua de parochio, quod sit annor. 36. Ibidem † 19. Mart. 1791.

Nagy Stephanus. 19. Apr. 1678. investitus parochus in Karancsságh. Hinc 21. Febr. 1680. in Fülekpüspöki. Inde m. Maji 1689. in Ipoly-Bolyk, ubi usque 1723. operatus est.

Nagy Stephanus. 27. Jan. 1680. investitus licentiatu in Marczal.

Nagy Stephanus, Antonius. Theologiam in semin. gen. 1692. terminavit. 14. Febr. 1693. ordinatus est. Applicatus praefectus Ladislai com. Erdödy. Qua talis 21. Apr. 1694. baccalaureus ss. theologiae in univ. Tirnaviae creatus. Mense Sept. ejusd. a. investitus parochus in Kürth. Hinc 17. Apr. 1697. in Érsekujvár, ubi una munus VADiac. gessit. Ibi 1700. Josephus Pongrácz peregit visitationem, in qua notatur, quod: »Ab utrinque nullae querelae positae.« Novum curavit organum 8 mutationum pro 300 finis. 24. Nov. 1711. canonicus Strig. installatus. Qua talis praefectum bonorum egit Strigonii, ubi † 29. Dec. 1712.

Nagy Stephanus. Comaromiensis. 1745. susceptus in alumnatum Budensem. Qua secundi a. theologus in semin. s. Stephani 1749. extraordinarie magister philosophiae graduatus. Theologiam cum quarto a. ibidem 1750. terminavit. 18. Febr. ejusd. a. investitus parochus in Gyerk, qua talis 30. Aug. 1753. in universitate Tirnaviensi doctor ss. theologiae graduatus. 5. Oct. 1757. in Deménd. 1760. erigitur capella in Peszek. Hinc 27. Jun. 1764. in Nagy-Salló, simul VADnus districtus Levensis factus. 19. Oct. 1767. canonicus Strig. installatus. 7. Maji 1770. ADiac. Zol., 30. Apr. 1776. praep. s. Stephani, 19. Aug. 1779. lector, ast 27. Oct. 1783. stallum suum cum praepositura s. Thomae commutavit. Jam 1776. abbas s. Georgii m. de Csanád. Protonot. apost. In universitate Tirnaviensi facultatis theologiae director. 1777. vicarius gen. in districtu Strig. sequenti a. in Tirnaviensi constitutus. Fuit cons. eppus Themisciriensis. Sede vacante in pontificalibus sufr. † 5. Maji 1804. Tirnaviae.

Nagy Stephanus. In semin. gener. quartum a. theologiae absolvens 28. Dec. 1767. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Magyar. A 28. Apr.

1769. in Galántha. Hinc 5. Oct. 1771. investitus parochus in Somlyó-Vásárhely, quacum 1776. incorporatus dioecesi Vesprimiensi. Hinc 1782. ad ADioecesim reversus, m. Dec. nominatus parochus in Füzesgyarmat. Hinc 1784. transivit ad Kéménd, ubi † 7. Jan. 1790.

Nagy Stephanus. Natus 8. Dec. 1821. Tirnaviae. Philosophiam et theologiam in loco natali absolvit. 30. Jun. 1845. ordinatus. Cooperatorem egit Konyhae uno a. et octo m. in Vágszerdahely 2. a. ab 1849. in Szered, ubi a 15. Dec. 1850. admin. 24. Oct. 1851. investitus parochus. † 11. Jul. 1881.

Nagyajtay Joannes. E seminario Budensi Széchényiano factus 1. Aug. 1768. cooperator in Sancto-Andrea, ab 1774. Posonii ad s. Martinum. Hinc 3. Jan. 1778. nominatus parochus in Felső-Szeli. Inde 3. Sept. 1779. nominatus pro Szered. 1786. capella in arce Szered demolita. 1788. eccl. parochialis et ara major restauratae ex propriis ecclesiae. ab 1787. VADiac. distr. Szempczensis inf. — 1802. resignavit parochiam et Tirnaviam se recepit, ubi † 16. Jan. 1803.

Nagykomári Valentinus, vide Valentinus de Naghkomar.

Nagy-Lettenyei de Eadem Joannes. Ungvárinus. Qua alumnus Marianus 1737. baccalaureus, 1738. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1742. terminavit. 13. Aug. ejusd. a. investitus parochus in Héreg, ubi † 7. Aug. 1744. Sepultus in ecclesia ad cornu epistolae.

Nagy-Révi (Nagh-Rewy) Andreas. Ab 1480. parochus Pestiensis. Domum, quam ecclesia olim Budae in arce habuit 1486. iterum recuperavit. 26. Nov. 1488. coram illo condidit testamentum suum Catharina filia Sultani. Eodem a. penes se habuit cooperatores Albertum Hevesi, Lazarum de Asszonyfalva, Thomam Darányi, et Simeonem de Werebély. 1490. autem penes illum erant: Urbanus, Paulus, Mathias cooperatores et Michael de Ujudvar rector capellae s. Michaelis. In documento 2. Apr. 1496. a se emanato se sic intutulat: Episcopus Thermopilensis, Hippolyti Esteris de Arragonia etc vicarius in pontificalibus generalis, necnon plebaniae ecclesiae b. Mariae virginis de Pest commendatarius perpetuus, etc. In hoc documento declaravit, quod Casparum Gayr Budae in arce presbyterum ordinavit. Item circa 1494. in Olaszi in Scepusio

aram consecravit. Ecclesiam suam, in qua, juxta testamentum quoddam 1496. conditum, sub illo aedificatio peracta fuit, ille consecravit. Haec aedificatio tunc jam consummata, dum pastophorium insigne, scuto nobilitario suo et inscriptione provisum, positum fuit. Aliud pastophorium, quod e regione hujus est, annum 1507. gerit. Sed tunc jam ille non erat parochus, fors nec in vivis, nam ejus successor 1506. nominatur. (A pesti fötemplom tört. I. 95. et Archaeol. Értesítő. 1890. 246.)

Nagy-Sarlay (Nagy-Sarlói) **Michael**. Fuit 1647. licentiatus in oppido Visk. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Nagyszalay Stephanus, vide **Nagy**.

Nagyszeghy Paulus. E collegio Romano theologus speculativus. 26. Apr. 1702. investitus parochus in Tallós. Ecclesiae parochialis aedificator. Hinc 1710. transivit ad Csütörtök, ubi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho notavit: Annor. 36. In cura animarum 13. Bene se gerit. Contra quem nulla posita querela. Parochiam habet de toto reparatam. Restituit abbati Pilisiensi apparamenta ecclesiae Csákány hic reposita. Inde 22. Sept. 1719. transivit ad Nagymagyar, ibi † 1720.

Nahácsy Nicolaus, Occurrit 1630. parochus in Bazin et Grinád. Interfuit 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae synodo Pázmánianae.

Náhlik Aloysius, Natus 28. Mart. 1827. in Vittencz. Philosophiam Tirnaviae absolvit, dein factus Piarista, unde post exactum novitium 1848. rediit ad saeculum. 1851. qua saecularis audivit theologiam Strigonii, ubi 1852. susceptus ad clerum, illam etiam finivit et 12. Mart. 1854. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Ölved, Sellye, ab 1855. in Pobedim, dein in Nagy-Tapolcsány. 1870. obtinuit parochiam Kisvendég. Hinc 1890. transivit ad Prassicz.

Naischl Mathias. Civis Schemnicziensis. Susceptus 1765. Theologiam in tertium a. in semin. gener. absolvens 30. Dec. 1769. applicatus est capellanus arcensis apud Joannem com. Forgách, una et capellanum curatum egit in Gács-Váralja. Ab 1776. missionarium egit Posonii. Subin neo-conversorum in Szent-János, hinc post septem menses 2. Jun. 1777. investitus parochus in Lak-sárújfalu. Ibi 31. Jul. 1788. visitatio Batthianiana peracta. † 20. Apr. 1795. ibidem.

Najmajer Michael, vide **Neumayer**.

Naimár Joannes Bapt. Tirnaviensis. Theologiam speculativam in S. J. absolvit. Cooperatorem egit Stomfae medio a. 14. Jun. 1726. investitus parochus in Cseszte, una in Istvánfalva. Hinc 23. Febr. 1731. in l. r. citte Bazin, ubi eodem a. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parocho sic: Annor. 36. Vir apprime doctus. Commendatur a suis. 1754. ad dignitatem abbatialem B. M. V. de Zebegény promotus. Ibidem etiam 1756. visitatio peracta, et quidem per Joannem Galgóczy, qui de parocho sic: Annor. 60. Abbas, simul VADnus. Diligenter exequitur officium suum, de vita exemplari testimonium perhibuerunt. Domus parochialis, quae 22. Jul. 1755. per incendium conflagravit, actu reparatur per civitatem. Acta archivi ADioec. magnam ejus activitatem testantur. † 27. Oct. 1766. Habet etiam merita in litteratura eccl. linguae slavicae. (Zelliger, Eszterg. Egyh. Irók. 359.)

Najmon Josephus, vide **Naymon**.

Námosni Joannes. 1670. obtinuit parochiam Keresztur, ubi 1673. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. Hinc mense Nov. 1673. investitus in Nádas in cottu Poson. Inde 7. Maji 1674. in Alsó-Ludány. Exhinc demum 12. Maji 1679. in Thaszár, ubi usque 1684. operatus est. In matrica notatum habetur: «Propter rebelles et persecutiones variorum militum populo ex ambitu hujus parochiae disperso, parochus se recipit ad S. Benedictum.»

Náray Georgius. Natus 23. Apr. 1645. in Paloz in cottu Zala, e parentibus calvinianis, sed educatus a pueritia a cognatis catholicis. Philosophiam Tirnaviae absolvit et baccalaureus graduatus est. 31. Maji 1666. intravit collegium germ. hunc. Romae, ubi theologiae duobus annis studuit et cursu scholastico terminavit, ob valetudinis debilitatem. 6. Nov. 1668. ordinatus. Reversus capellanum eppi Agriensis egit. 1674. fuit parochus in Csütörtök, ubi usque finem 1679. operatus. 1677. munus VADiac in se assumpsit. 1680. incepit operari in Püspöki. Simul beneficiatus ad s. Andream de Posonio. Hic chorum ad fores sacristiae erexit. Capellam s. Josephi in Szunyogdi tempore pestilentiae ex voto cum parochianis praesertim ejusdem loci incolis, patrocinante quoque Georgio Szelepcsényi AEppo Strig. ex fundamento inchoavit et 1681. consummavit. 9. Jun. 1684. installatus canonicus Posoniensis. 1685. et 1689. rector semin. s. Emerici

Diuus decimator, 1686. autem decanus capituli. 4. Mart. 1690. installatus canonicus Strigon. ADiac. Tornensis. 21. Apr. 1691. Zoliensis. Mense Jan. 1697. praepositus s. Joannis Bapt. de Pécs-várad. † 5. Dec. 1699. Sepultus in capella s. Joannis Bapt. eccl. s. Nicolai Tirnaviae. (Uj Magy. Sion 1884. ubi ejus biographia auctore Aemilii Békesi. Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 348.)

Navosni, vel Navotni Jacobus, Philippus. 15. Dec. 1709. investitus licentiatus in Hradek, ubi 13. Jul. 1713. pro illo investitura reit-rata fuit.

Naszvady Andreas. 14. Apr. 1755. missus pro cooperatore Strig. ad citem reg. Hinc 1. Jan. 1757. factus capellanus aulicus apud Carolum com. Eszterházy. 31. Aug. 1759. investitus parochus in Süttő. Hinc 26. Jul. 1762. in Dorogh, ubi sub illo ecclesia parochialis ampliata ac solemniter consecrata fuit. † 7. Sept. 1782.

Navarra Josephus. Theologiam cum quarto a. in Pázmaneo 1783. terminavit. Cooperatorem egit in Bars, ab 1786. in Szent-Benedek, ubi una conventualis conventus ejatis fuit. 1. Jan. 1791. nominatus capellanus localis in Alsó-Rakoncza, ubi eodem a. ex munificentia semin. s. Stephani erecta est domus parochialis. 19. Jan. 1810. localibus capellaniis ADioec. ad cathedriam parochiarum elevatis, ibidem primus parochus factus est. † 17. Jun. 1829. Ibidem.

Návoy Joannes. 10. Dec. 1688. investitus licentiatus in Viszoka (Magaslak) et Kopanicza. Hinc 28. Mart. 1694. in Dalmad, nunc filia ad Nádas in cottu Hont.

Návoy Joannes. Nobilis Dalmadiensis e cottu Hont. Qua alumnus semin. s. Stephani 1701. baccalaureus, 1702. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. 1703. absolvit. 29. Nov. ejusd. a. presbyter ordinatus. 15. Mart. 1706. investitus parochus in Nagy-Oroszi. 25. Mart. 1707. in Rimócz, ubi usque 1709. operatus est. 31. Dec. 1710. investitus in Gács, nunc Gácsfalva, ubi usque 1711. activus erat. Hinc curam parochiae Patak usque 1714. gessit, quae cum Nagy-Oroszi, conjuncta erat. Mense Aug. 1717. investitus in exemtam parochiam Szege-diensem, erga praesentam cittis ab AEppo confirmatam, ubi usque 1719. operatus est.

Navráth Matthaeus. Theologiam cum quarto a. in semin. arcis Poseniensis 1791. terminavit. Cooperatorem egit in Szenicz, ab 1793. in Szo-

botist, ab 1794. iterum Szeniczii, hinc 1795. obtinuit parochiam Oszuszkó, † 9. Jun. 1800. Szeniczii.

Navratil Ignatius. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1804. absolvit. Cooperatorem egit in Vittencz, ab 1806. in Divény in cottu Poseniensis. Quum 9. Sept. 1807. in Hidegkút parochia erecta fuit, ibidem primus parochus constitutus, ubi usque 1825. operatus est.

Naymon Josephus. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. Budensi 1782. terminavit. Hinc studiorum praefectus in eodem semin. Inde 4. Nov. 1784. investitus parochus in Besse. Quum in filia Baracska multi fuissent neo-conversi, et in fide roborandi, ut a relapsu praeserventur, ideo necessarius fuit pius, doctus, zelosus ac discretus parochus. Hinc 15. Sept. 1788. nominatus parochus in Miava. Inde 28. Dec. 1789. transivit ad Nagy-Mánya. 1805. factus VADiac. distr. Verebély. Exhinc 2. Jun. 1810. nominatus in Nagy-Kér, ubi 19. Jun. 1811. Adalbertus Tarkó peregit visitationem ADiaconalem. Subin teste matrica «taedio vitae parochialis affectus», ad coenobium montis Pannoniae fine Aug. 1812. ingremiatus est, ubi pie in Domino vitam clausit.

Neander Antonius. 13. Maji 1769. investitus parochus in Kaproncza. Hinc 1774. transivit ad Handloviam, quacum ingremiatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi. Sub eo domus parochialis hactenus lignea e solidis materialibus exstructa est. Palliolum a Maria Theresia sibi donatum ecclesiae obtulit. 1780. ad ADioecesim reversus, quia 2. Nov. ejusd. a. Schemniczii parochus electus, primus e clero saeculari. † 4. Dec. 1783. ibidem.

Nebling Andreas. 10. Aug. 1757. missus pro cooperatore ad Vittencz. 28. Maji 1769. investitus parochus Lieszkoviensis, cum qua incorporatus dioec. Nitriensi.

Nebling Joannes. Tirnaviensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1760. defendit universam philosophiam. Theologiam cum quarto a. in generali semin. terminavit. Qua talis 13. Maji 1764. baccalaureus theologiae promotus. Jam tunc presbyter. Cooperatorem egit Bazinii, ab 29. Nov. 1766. in Lévárd. 28. Sept. 1768. investitus parochus in Alsó-Bottfalva. Hinc 7. Jan. 1777. in Brezova. 13. Febr. 1778. intimaliter ordinatur, ut matricae sub sera clausae conserventur. Hoc tardius iterate injunctum est, qua occasione

etiam inprobatum, Joanni Nebling, quod facta quaedam matricae inseruit. 24. Nov. 1784. contra illum aug. conf. incolae gravanima proferunt. Inde 9. Jun. 1786. ad Ottóvölgy transpositus, ubi per aliquem Franciscanum delatus propter sarcasmos contra suam Mattem prolatos. Ex qua re magna causa elata, quae cum incarceratione falsi delatoris Polkorab finita et Nebling pro meliori beneficio per AEppum propositus. Sed mansit, ibidemque † 8. Jun. 1814. Aetatis 76.

Neborovius Joannes. Fuit ab 1612. usque 1646. parochus in Namesztó. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Neczpálszky Joannes. Theologiam in colle-gio generali terminavit. 22. Sept. 1691. ad titulum praepositi Turóczensis ordinatus. Cooperatorem egit in Rózsahegy et Turócz. 21. Sept. 1695. investitus parochus in Vistuk, ubi 1699. Joannes com. Volkra visitationem peregit, qui de illo notavit: Aetatis 34. In Vistuk 5. anno, capellanus fuit tribus annis. Vitae et famae bonae, diligenter sua munia et sacramenta ministrans. Provisus libris et breviario. Hinc m. Oct. 1709. obtinuit Jókő. Ibidem successorem 8. Maji 1713. accepit.

Nedeczky de Eadem Adamus, Michael. Ab 1721. usque 1726. alumnus collegii Pásmániani. 13. Jan. 1731. investitus parochus in Badin et Szielnicze. Inde 13. Jan. 1734. in Pojnik et Libetbánya. Tum 1. Mart. 1738. in Szász. Hinc 6. Oct. 1747. in Rózsahegy. 4. Aug. 1750. Camera montana petiit, ut parochus extradet asylan-tem foeminam infanticidii ream. Exhinc 10. Febr. 1752. installatus canonicus Poseniensis. Fuit tunc jam praepositus B. M. V. de Liptó. 4. Oct. 1757. installatus canon. Strig. Post quatuor annos eadem die, nempe 4. Oct. dum Tirnaviae apud Franciscanos pro concione slavonica diceret alteratione interruptus, mox vivere desiit. † 4. Oct. 1761.

Nedeczky de Eadem et Lábatlan Casparus. Natus 26. Apr. 1822. in Virth in cottu Comar. Philosophiam Vacii, juridicam Pestini et Jaurini, theologiam Tirnaviae absolvit. 1845. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 30. Jun. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Oroszi, a 10. Sept. 1846. in Tardoskedd, a 27. Jul. 1848. Comaromii, a 17. Maji 1849. in Karancsság, a 21. Jan. 1853. in Lédecz. 25. Oct. ejusd. a. factus admin. in Úny. 26. Febr. 1854. installatus parochus in Dömös, ubi † 6. Sept. 1893. Habet me-

rita in literatura, imprimis circa historiam familiae Nedeczkyanae. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 350.)

Nedeczky de Eadem Emericus. Natus 15. Jul. 1748. in vico Virth in cottu Comar. Qua alumnus semin. gen. 1768. baccalaureus et magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1773. absolvit. Professor ethicae in academia Budensi, una vice-praefectus in semin. Széchényiano ibidem. 9. Febr. 1775. investitus parochus in Bátorkesz, quam administrare curavit, remanens in praefectura. Parochiam suam tantum 17. Sept. 1777. ingressus. Hinc 24. Sept. 1780. nominatus in Köbölkút. Inde 10. Apr. 1784. obtinuit parochiam l. r. cittis Strigonii, ubi una consistorii ac cottus Strig. tab. jud. assessor. Ab 1786. distr. Strigon. trans Danub. VADiac. Exhinc transivit 16. Jan. 1794. ad Mocs, ubi una distr. Strig. cis Danub. VADnus. Inde 24. Oct. 1796. recessit, nam ad canoniam Poseniensem promotus. 9. Apr. 1801. vero in capitulo Strigonii installatus. Item 11. Jan. 1808. in ADiac. Sasvár, 9. Sept. e. a. vero nominatus ADiac. Comarom. sed mors praeventit ejus installationem. † 18. Sept. e. a. qua ablegatus diaetalis sub regni comitiis Posenii.

Nedeczky de Eadem Franciscus, Balthasar, Adamus. Natus 1662. Spaczae. Filius Stephani et Ilonae Boros. Fuit alumnus collegii Pázmániani. Subin ad latus Georgii Széchenyi fuit applicatus. 1. Oct. 1688. investitus parochus in Verebély. Hinc 15. Oct. 1699. in parochia l. r. cittis Pest. 27. Maji 1702. ipse card. AEppus Leopoldus Kollonics regulationem proventuum parochi, imprimis e decimis apud cittem urgebat. Quum parochus tunc praeter stolam nullos habuit proventus, ille, dum praepositus «Novi Montis Pestensis» factus fuit, hujus bona quaesivit. Hujus praepositurae possessionis instar monstratus fuit illi cumulus lapidum ex ruina alicujus aedificii superstes. Cumulus ille erroneae pro novo monte Pestiniensi censebatur, nam sub nomine hujus montis arx Budensis intelligenda est. 3. Nov. 1702. installatus canonicus Strig. Parochiam suam 31. Dec. ejusdem a. tradidit S. J. installando rectorem collegii Budensis in parochum. † 28. Mart. 1720. Fuit rector altariae Corporis Christi. Eundem candida vita, nobilis indoles, laudabilis conversatio et innocentia ornabant. (Pesti Főtemplom Története. 171, 195.)

Nedeczky Franciscus. Trencsiniensis. Qua alumnus semin. gen. 1744. baccal. et 1745. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1749. terminavit. 28. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Nagy-Hind. Inde 14. Febr. 1756. in Csataj. 27. Apr. ejusd. a. interrogavit offic. ADioec. an sepeliendus sit decem annorum puer apostata. Ibidem operatus est usque 30. Mart. 1757. Abhinc nulla habet vestigia. Sed comparet iterum et 22. Febr. 1768. investitus parochus in Kis-Gyarmat, ubi eodem a. incipit consodales confraternitatis s. Augustini albo inserere. † 2. Jan. 1773. Aetatis 49.

Nedeczky Gabriel. Driethomensis e cottu Trencsén. Qua alumnus semin. s. Stephani 1738. baccal. 1739. magister philosophiae. 19. Apr. 1744. investitus parochus in Nyitra-Sárfő. Incepit matricam scribere, quae nuncdum existit. Mense Sept. 1755. contra illum querelae motae ob exactiones. 1765. parochiam resignavit. † 28. Jun. 1771. ibidem.

Nedeczky Georgius. 18. Sept. 1747. investitus parochus in Bohunicz. Hinc 18. Febr. 1750. in Kolos. 9. Febr. 1752. petiit capellanum pro Tökésfalva erga 45 flnos. † mense Nov. 1773. Ibidem.

Nedeczky de Eadem Josephus. Natus in Karva. Philosophiam et theologiam Posonii in semin. AEppali 1800. terminavit. Cooperatorem egit in Barth uno et medio a. In Naszvad duobus a. In Tardoskedd tribus et medio a. 9. Apr. 1807. investitus in Megyer. Hinc 1809. transivit pro admin. ad Ó-Gyalla, ubi 12. Mart. 1816. nominatus parochus. Inde 6. Jun. 1832. in Naszvad. Sub finem 1843. factus canonicus Tirnaviensis, ibi 1. Jan. 1844. installatus. † 10. Aug. 1845. Aetatis 69. Tirnaviae.

Nedeczky de Eadem Michael. Natus Quin-
toforii in Scepusio. Qua alumnus semin. Mariani 1744. baccalaureus, 1745. magister philosophiae. Theologiae in semin. s. Stephani in quartum a. studens 16. Maji 1748. pro cooperatore ad Ölved missus est. 21. Jan. 1750. investitus parochus Iványensis, ubi † 28. Oct. 1753. Vineam ecclesiae legavit.

Nedeczky de Eadem Stephanus. Rajeczen-
sis. Alumnus seminarii s. Steph. 1718. magister philosophiae, 31. Aug. 1719. doctor theologiae creatus. Cooperatorem egit in Vágujhely. Mense Aug. 1732. factus parochus Miavaensis, una ca-

nonicus Scepusiensis. 6. Dec. 1733. canonicus Strig. 14. Mart. 1734. recedit a parochia, ut praefecturatum seminarii s. Stephani susciperet. 24. Aug. 1735. ADiac. Hont. 12. Sept. 1743. Cathedralis et praepositus s. Georgii. 25. Sept. 1744. lector, 11. Dec. 1745. vicarius generalis, 23. Jan. 1749. praepositus major. Fuit etiam AEppi per ADioecesim in spiritualibus causarum auditor gener. † 8. Sept. 1754.

Nedves Joannes. Szemerensis e cottu Comar. Qua alumnus semin. s. Stephani 1721. baccalaureus, 1722. magister philosophiae. Jam 23. Dec. 1724. presbyter ordinatus. 15. Maji 1725. qua tertii anni theologus in eodem semin. et presbyter, baccalaureus theologiae creatus. 20. Sept. 1726. investitus parochus in Hárskút. Quae talis 1727. doctor ss. theologiae promotus. Hinc 30. Apr. 1732. in Zsarnó. Inde 6. Oct. ejusdem a. in Kis-Gyarmath, ubi usque m. Feb. 1746. operatus est.

Nehibovics Jacobus. Malackzensis. 4. Nov. 1717. susceptus ad alumnatum Budensem. 21. Sept. 1721. ordinatus. 14. Oct. 1723. investitus primus parochus in Jakabfalva. Hinc 14. Mart. 1727. in Széleskút, ubi † 8. Maji 1748. subita morte sublatus. Aetatis 51.

Neidlinger Franciscus. Fuit 1474. parochus Posonii ad s. Laurentium, simul canonicus capituli eccl. coll. ad s. Martinum. (Rimely, Capit. Pos. 257.)

Nejmajer Michael, vide Neumayer.

Nemecsek Mathias, Bernardus. E collegio gen. 21. Mart. 1681. ordinatus. Ad doctoratum ss. theologiae promotus. 12. Febr. 1682. investitus parochus l. r. cittis Bazin. Sub illo aliqui turcae baptisati. 17. Jan. 1695. installatus canonicus Posoniensis, remansit tamen parochus Baziniensis usque 1696. Fuit simul abbas B. M. V. de valle Paradisi. † 1705.

Nemecsek Stephanus. 13. Dec. 1710. investitus parochus in Egyházfalva. Hinc 8. Maji 1711. in Vásárút, ubi jam 25. ejusdem m. et a. successorem nactus.

Nemeckay Antonius Theologiam cum quarto a. in AEppali semin. Poson. 1793. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Lapás, ab 1794. in Marczal, ab 1796. in Karancsság, ab 1797. in Rimócz et ab 1798. in Szklabonya. 10. Jun. 1800. investitus capellanus localis in Alsó-Szemeréd, ibi † 20. Jan. 1801. Aetatis 31.

Nemeckay Joannes, Stephanus. Mense Jul. 1711. investitus parochus in Nagy-Herestyény, ubi 1713. Joannes Bublolics peregit visitationem, qui illum 29. annor. esse dicit. Operatus est usque 1715.

Nemeckay Michael. Theologiam cum cursu morali terminavit. Ab 1674. parochus in Fenyő-Kosztolány, ubi eodem a. Andreas Péterffy peregit visitationem, qui de parcho notavit, quod sit 40. annor. Hinc 7. Maji 1675. investitus in Nagy-, tunc Felső-Apáthi, ubi usque 1682. activus erat. 9. Nov. 1686. in Geletnek. Ubi non diu exhaerere potuit, nam 17. Maji 1687. accepit investituram pro parochia prima vacante in cottu Zol.

Nemeckay Stephanus, Ladislaus. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 19. Febr. 1714. investitus parochus in Majthény, ubi eodem a. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui parochum 33. annor. aetatis et in octavum sacerdotii esse asserit. Ibi usque 1718. operatus est.

Nemeckay Stephanus. Natus 16. Aug. 1792. in Dojcz. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 18. Aug. 1816. ordinatus. Cooperatorem egit in Sasvár, ab 1822. Tirnaviae. 18. Dec. 1829. nominatus parochus in Gerencsér, qua talis ex votis fratrum 1837. in VADnum distr. Tirnaviensis electus. 1. Jan. 1841. canonicus coll. eccl. Tirnaviensis installatus. 1854. praepositus s. Benedicti de Sámson. Ab 1871. praepositus capituli Tirnaviensis. † 17. Jun. 1884. Qua nestor cleri ADioec. Zelosus eccl. scriptor ideomatici slavici. (Zelliger, Esztg. Egyhm. irók. 351.)

Nemeckay Volfgangus. 1716. parochus in Nagy-Lovcsa, ubi usque 1728. activus erat.

Nemez Benedictus. Occurrit 1561. parochus in Zebele, nunc Szebeléb, ubi eodem a. Joannes Derecskey peregit visitationem.

Nemes (Gemeiner) Antonius. Natus 1. Jan. 1845. Theologiam Strigonii 1869. terminavit et 25. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Dorogh, ab 1872. in Budaujlak, et mox Pestini ad s. Josephum, ab 1877. in Nagysurány et in Nagysúr. 20. Mart. 1882. factus admin. in Bikszard, inde 1888. parochus in Sándorf.

Nemes Franciscus Xav. Comaromiensis. Susceptus ad clerum 1769. Philosophiam in Széchényiano Budae, theologiam in generali Tirnaviae 1774. absolvit. Capellanum egit in Hédervár septem mensibus. 26. Jan. 1775. investitus paro-

chus in Vámos, ubi 16. Sept. 1780. peracta fuit visitatio Batthyanyiana Hinc 18. Mart. 1782. nominatus in Hédervár, ibidem ab 1785. VADnus districtus cognominis. Exhibuit 1787. rationes ne Püski et filiales Hedervariensis ab ADioecesi avelantur. Ibi 1812. Adalbertus Tarkó peregit visitationem, qui de illo refert: »Libros necessarios habet, in catechizando sequitur libellum eppi Perényi. Est hilaris et hospitalis, praelatis obediens. Vestem et tonsuram defert.« † 13. Jun. 1820. Aetatis 74.

Nemessányi Josephus. 16. Oct. 1756. missus pro cooperatore ad Tersztena. 13. Oct. 1762. investitus parochus in Lokcza, ubi † 11. Febr. 1768.

Német de Nyék Andreas. Frater Joannis, causarum regalium directoris, ob causam Martinovicsianam celebris. Theologiam cum secundo a. in semin. s. Stephani 1776. terminavit. Hinc pro administratore missus ad latus Joannis Ivanics parochi in Kürth. Ab 1782. cooperator in Barth. 26. Apr. 1784 nominatus parochus in Bátorkesz, ubi eousque aliquo tempore administratorem egit. Hinc 14. Nov. 1789. nominatus et 7. Dec. e. a. investitus in Hidaskürt, ubi in matricis inseruit memorabiliores eventus sui aevi. Inter caetera, quod dum cadaver fratris sui pro sepultura ad Várkony deveheretur nocturno tempore velati equites prorumpendo, illud subriperunt et affugerunt, nec ultra ossa reperibilia erant. † 12. Nov. 1808. Posenii.

Németh Antonius. Theologiam cum quarto a. in Pazmaneo 1819. terminavit. Cooperatorem egit in Csicsó, ab 1821. Comaromii. 4. Mart. 1826. nominatus in Kurtakesz, ubi † 17. Aug. 1831.

Németh Emericus. 29. Apr. 1700. investitus parochus in Nagy-Bárkány. Hinc 7. Apr. 1701. in Marczal. Ecclesiam parochialem interius et exterius restaurari curavit. Operatus usque 1715.

Németh de Dömötöri Georgius. Natus 22. Oct. 1788. Tirnaviae. Filius tabulae septemviralis assessoris et consiliarii reg. aulici, viri sui temporis celeberrimi. 1804. fuit alumnus semin. s. Emerici, ubi penes Franciscum Koch in linguae latinae classicitate multum profecit. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae 1811. absolvit. 29. Jun. e. a. presbyter ordinatus. Cooperatorem egit in Tardoskedd, interim brevi tempore in Cztény

administrabat. 24. Nov. 1815. nominatus parochus in Izsa. 1822. ob continuos terrae motus crux de turri ecclesiae cecidit. Sacra extra ecclesiam, in area parochiae peragebantur. Ex obulis fidelium statuum s. Joannis Nep. erexit. 7. Apr. 1825. canonicus Strig. installatus. 1830. rector Pázmáneji, item abbas B. M. V. de Valle. 1832. tabulae r. praelatus et 30. Dec. e. a. ADiac. Neograd. 12. Jun. 1840. praepositus s. Georgii. 1845. cantor. 1846. el. eppus Tribuniczensis et tabulae septemviralis assessor. 1850. lector. ac ordinis Leopoldi imp. eques. 1. Sept. 1857. praepositus major installatus. †. 30. Maji 1863. Sepultus per Joannem card. Scitovszky ad cryptam Basilicae. (Magyar Sion. 1873. 472—479.)

Németh Joannes. Natus 4. Jan. 1793. in Garam-Damásd. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1817. terminavit. 22. Aug. ejusd. a. ordinatus. 1818. in Lekér absque officio morabatur, ubi subin cooperatur factus. Attum in Alsó-Pél. Interim et Alsó-Györed administravit. Ab 1821. rursus cooperatur etquidem Levae. 24. Maji 1825. nominatus parochus in Ipoly-Szakállos. Hinc 10. Maji 1827. in Vámos-Ladány. Proprio aere aedificavit domum campanatoris, scholarem domum subin flammis consumtam, horreum, caulam, murum lapideum aream cingentem, fodi curavit puteum. Legavit agrum pro sacris. Crudeliter enecatus ultimo anni 1853. die. † 1. Jan. 1854.

Németh Victor. Natus 29. Jan. 1827. Ordini s. Francisci prov. Marianae adscriptus. 3. Apr. 1850. ordinatus. Ex guardiano conventus Strigon. 1881. ad ADioecesim transcriptus et 10. Oct. ejusd. a. curatus in Péliföld-Szent-Kereszt constitutus. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 353.)

Némethy Casparus. Occurrit 1647. parochus in Alsó- nunc Ipoly-Nyék. Nominatur in catalogo jussu Georgii Lippay confecto. Ibi 1665. successorem nactus. Post viginti et sex annos iterum vestigia habet, nempe 23. Maji 1673. investitus parochus in Nagy-Bárkány et Verebély.

Némethy Florianus. Natus 4. Maji 1826. in Nagy-Tapolcsány. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 17. Jul. 1850. ordinatus est. Cooperatorem egit Siglisbergae, ab 1851. in Holics et ab 1854. in Verbó. 1. Nov. 1859. nominatus parochus in Moravánka. Sub illo aedificata nova ecclesia. Ab 1866. VADiac. distr. Galgócz. 5. Aug. 1873. resignavit parochiam. Sanitatem que-

rendo in Pöstyén, Nagy-Tapolcsány, dein iterum in Pöstyén, aut Tirnaviae in instituto emer. parochorum ex pensione degit. 8. Oct. 1882. constitutus admin. in Pusztá-Vogyerád, ubi † 18. Sept. 1887.

Némethy Franciscus. Natus 6. Febr. 1803. in Érsekujvár. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 25. Oct. 1828. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nyárasd, Vásárút, et Felbaár annis in simul quinque. Subin qua admin. fungebatur in Alistál et Felbaár m. septem. 20. Febr. 1835. in Felbaár parochus factus, ubi domus parochialis restaurata. † 15. Maji 1881.

Némethy Joannes. 7. Jul. 1692. investitus licentiatu in Csiffár, ubi eodem a. desinit operari. 23. Apr. 1698. investitus in Kicsind, ubi usque 1700 fuit. 17. Jun. 1701. in Páld. 30. Apr. 1703. vero in Kövesd.

Némethy Joannes. Dalmata, Baranyaensis. Qua alumnus praepositi s. Georgii de viridi campo Strig. 1667. baccalaureus et qua alumnus semin. s. Stephani 1670. extraordinarie magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit. 1671. ex eadem baccalaureus promotus. 22. Maji ejusd. a. ordinatus. 7. Jan. 1672. investitus parochus in Nagy-Bény, ubi usque 1691. activus erat. 20. Apr. 1693. investitus in Füzesgyarmat. 23. Apr. 1698. in Kéménd. Inde jam 13. Sept. ejusd. a. in Mocs, Deménd et Búcs. 5. Dec. e. a. successorem nactus, sed 1701. reversus et usque 1711. activus erat. Dum 14. Dec. 1716. testamentum suum Strigonii conderet, dicit se jam a septem annis infirmum esse.

Némethy Joannes. Vágbeszterczensis. E collegio gen. 1693. baccalaureus, 1694. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. terminavit. Initio a. 1696. ordinatus. 8. Sept. e. a. investitus parochus in Fél et filiabus. Hinc 25. Maji 1700. in Balassa-Gyarmat. 18. Apr. 1706. in neo organisatam plebaniam novitus installatus. Abhinc se dicit parochum in Kovár et filialibus Balassa-Gyarmat, Nagy-Csalamia et Ipolykeszi. Activus erat hic usque 1711.

Némethy Joannes, Antonius. Nobilis Kapiensis e cottu Sáros. Qua primi a. theol. in semin. gen. 1752. extraordinarie magister philosophiae graduatus. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1754. terminavit. 24. Jun. e. a. missus pro cooperatore ad Udvard. 28. Oct. 1765. investitus in Tót-Megyer. Eodem a. ecclesia

per terrae motum rupta. Eodem a. e parochia recessit. 18. Febr. 1766. constitutus est admin. in Hradek. Hinc 16. Jun. 1767. investitus parochus in Putnok. 18. Jul. 1770. contra illum VADnus causam movit, in cuius sequelam e parochia abiit. 7. Mart. 1771. missus pro cooperatore ad Somorja. Hinc 31. Maji 1773. investitus parochus in Nagy-Abony, ubi † 28. Sept. 1775.

Némethy Joannes. Theologiam cum quarto a. in AEppali semin. Posonii 1802. terminavit. Cooperatorem egit in Zeliz. Ab 1804. in Naszvad, ubi 28. Nov. ejusdem. a. admin. constitutus. 29. Jul. 1807. vero in parochum nominatus, ubi † 24. Dec. 1809.

Némethy Ludovicus. Natus 29. Febr. 1840. Buda, Christinopoli. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii 1865. terminavit et 23. Jul. e. a. ordinatus. 1. Aug. e. a. missus pro cooperatore ad Szomor. 15. Maji 1868. Budam ad s. Annam et 13. Jul. 1882. Pestinum ad B. M. V. Assumt. 2. Jun. 1888. nominatus parochus Strig. ad s. Ignatium. 10. Aug. e. a. confessarius Sororum Charitatis suae parochiae. 27. Apr. 1892. censor ADioecesanus. Sub illo ecclesiae parochialis campana 885 librarum, quasi in ominosum prognosticon mortis Joannis card. Simor rupta. Loco hujus nova 525.5 kilogr. procurata. 1891. haec ecclesia extus et intus, item capella s. Stephani oppidi s. Thomae, necnon stationes ac cruces calvariae ibidem restauratae. 1893. schola ibidem transformata et nova aula provisa. Activitatem illius literariam recensent: Eberstein, Genealogen u. Heraldiker, II. 39. Zelliger, Eszt. Egyhm. Irok 354. etc.

Némethy Martinus. 5. Maji 1707. investitus parochus in Bochunicz. Hinc 16. Sept. 1712. in Búr Sanctorum Petri et Nicolai, ubi usque 1720. activus erat.

Némethy Michael. E cottu Vesprimiensi. 1757. susceptus in semin. s. Adalberti, ubi theologiam audivit. 30. Dec. 1758. missus pro cooperatore ad Püspöki. 12. Jul. 1761. investitus parochus in neo-erecta parochia Nagy-Abony, ubi eodem a. consiliarius Emericus Csiba de Nagy-Abony ecclesiam de fundamentis erexit. Hinc 16. Jun. 1762. in Vámos. Inde 26. Jan. 1775. in Püski, ubi 1. Sept. 1780. peracta visitatio Batthianiana, in cuius instrumento de parocho: «Procerioris staturae, patientiae virtutem

praecipuae sibi familiarem reddere satagit.» † 12. Dec. 1784. ibidem.

Némethy Budolphus. Natus 12. Apr. 1838. in Kis-Tapolcsán. Theologiam in Pázmáneó 1862. absolvit. 24. Febr. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nádas, in cottu Hont. 25. Jan. 1864. constitutus admin. parochiae Bakabánya, ubi 5. Maji 1866. parochus nominatus. Hinc 15. Jun. 1867. transivit ad Nádas, ubi pridem cooperator fuit. Ab 1879. VADnus distr. Báth.

Némethy Stephanus. Theologiam cum secundo a. cursu speculativo in Pázmáneó absolvit. 4. Apr. 1712. investitus parochus in exempta abbatiali parochia Szegszárd. Hinc 2. Mart. 1714. in Szemeth, nunc filia ad Somorja. Ibi 1732. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parocho: Annor. 45. in cura 20. Cui bonum testimonium dederunt de vita et munere. Erecta ibi aliqua societas nova duodecim (non 14.) Auxiliatorum, cuius membra tenebantur orare pro invicem, ut a periculis liberentur. † 7. Apr. 1755. ibidem.

Nemsovay Joannes. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó absolvit. Hinc 1. Febr. 1724. investitus parochus in Nagy-Hind, ubi 1732. Franciscus Zichy peregit visitationem. 30. Apr. 1742. in Udvarnok, sed ibi jam † 10. Jul. e. a.

Nemsovszky Martinus. E seminario Széchényiano Budensi 20. Oct. 1772. factus cooperator in Nagy-Tapolcsány. 12. Sept. ejusd. a. investitus parochus in Závada, ubi † 9. Oct. 1775.

Nemzethy Josephus. Natus 30. Aug. 1816. in Bisztriczka in cottu Turócz. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Jul. 1842. ordinatus est. Cooperatorem egit in Bozók quinque ac medio anno, munus vero admin. ibidem tribus mensibus gessit. 7. Aug. 1848. demum parochus denominatus per hung. ministerium. Ab 1862. munus VADnus distr. cognominis gessit. † 18. Nov. 1868.

Neszméry Casparus. Natus 21. Maji 1848. Theologiam in Pázmáneó 1872. absolvit. 19. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Rimócz. 1879. constitutus in Nagy-Bárkány, ubi 26. Mart. e. a. parochus factus.

Neuber Joannes. Ab 1781. cooperator Bazini. 4. a. et 9. m. 16. Maji 1786. investitus parochus in Lozorno, ubi in obsequio lue cholerae confectorum fidelium, victima sui officii evasit. † 3. Oct. 1831.

Neumann Josephus, vide Najmon.

Neumányi Franciscus. Natus 14. Oct. 1819. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1843. absolvit. 1844. in instituto presbyterorum transegit. 15. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorum egit in Egyházkarcsa et ab 1846. in Szent-Mihályfa. 13. Maji 1851. nominatus parochus in Vajka, ubi † 2. Oct. 1860.

Neumayer Joannes, vide Naimár.

Neumayer Michael. Theologiam cum quarto a. in seminario arcis Poseniensis 1791. absolvit. Cooperatorum egit in Buda-Eörs, ab 1793. in Dorogh, ab 1799. in citte Aquatica Strigonii. 19. Febr. 1801. nominatus primus parochus in neo-erecta parochia in viridi campo s. Georgii Strigonii. † 11. Oct. 1831. ibidem.

Névery Franciscus. Nobilis Verebelyensis. Qua alumnus semin. gener. 1747. baccalaureus, 1748. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1750. terminavit. 16. Maji ejusd. a. missus pro cooperatore ad Vizkelet et 5. Febr. 1752. Tornam. 27. Oct. 1753. investitus parochus in Püspöki. Hinc 9. Aug. 1757. in Lédecz, ubi † 9. Aug. ejusd. a.

Névery Georgius. Natus 23. Apr. 1761. in Néver in cottu Bars. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. Posen. 1786. terminavit. 1787. in domo s. Josephi presbyterorum, Tirnaviae transegit. 1788. absque officio Posenii morabatur. Subin officii vicariialis Strig. archivarius, dein secretarius. 24. Jul. 1790. investitus parochus in Gúta, ubi 1810. VADnus distr. Comar. factus. Fuit una cottus ejusd. item Posen. et Strigon. nec non sed. praed. AEppalis de Érseklél et archiabbatialis de Füss tabulae jud. assessor. † 23. Jul. 1836.

Névery Paulus. 15. Mart. 1698. ordinatus. 27. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Radván, nunc filia ad Mocs. 18. Jan. 1703. in Nagy-Megyer ubi tantum brevi tempore activus erat. 13. Mart. 1706. in Fel-Bár, cum filiabus Dercsika, Felső- et Alsó-Baka, Nádasd, et Nagy-Bodók, ubi usque 1710. operatus est. Subin canonicus Magno-Varadiensis.

Névery de Eadem Rudolphus. Natus 4. Apr. 1817. Theologiam in semin. s. Stephani 1840. absolvit. 1841. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 23. Maji. e. a. ordinatus est. Cooperatorum egit in Nemcsény. Ab 1845. in

Kis-Apáthi, jam tunc sed. praed. de Verebely et Szent-György tab. jud. assessor et conv. s. Benedicti de juxta Gron conventualis. Ab 1847. cooperatur in Köhidgyarmat. A m. Oct. 1850. admin. in Csesztve, ubi † 30. Sept. 1856. ex hydrope.

Nevolni Georgius. Vágbeszterczensis ex cottu Trencsén. 13. Nov. 1727. susceptus in alumnum Budensem. 9. Nov. 1731. ordinatus. In Aug. 1732. ad curam animarum accomodatus. 6. Jan. 1733. investitus primus parochus in Oszuskó, ubi ecclesia non pridem reoccupata. 18. Jul. 1737. in Hradist, ubi 1745. ampliavit ecclesiam. † 18. Jul. 1757.

Nevolni Joannes. 2. Nov. 1686. investitus licentiatus in Litke.

Nevolni Thomas. Vágbeszterczensis. Theologiam in quartum a. in semin. gener. 1766. terminans 15. Dec. ejusd. a. pro cooperatore ad Polonka missus, ubi etiam parochiam per tres menses int. administravit. Hinc 15. Apr. 1767. transmissus pro cooperatore ad Pobedim, inde vero 16. Oct. 1770. ad Vág-Ujhely. 17. Oct. 1774. obtinuit parochiam Alsó-Ludány, ubi 27. Maji 1780. visitatio Batthyanyiana peracta. † 21. Maji 1784. Ibidem.

Neymon Carolus. Natus 3. Febr. 1841. in Kis-Zell. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 13. Jul. 1865. ordinatus est. Cooperatorum egit in Maria-Nostra, Nagy-Megyer ab 1869. in Kürth, ab 1871. in Szölgyén, 1872. factus director spiritualis in semin. s. Stephani. Ab 28. Jan. 1877. parochus in Patak.

Nicasius. Occurrit 1487. parochus in Német-Próna. Ejus in sequelam, quod praedecessor suus in causa census, — quem parochus hujus, parochus Bajmoczensi praestare debet, — actionem movit et per omnia fora perdidit, ipse et soror ac haeres praedecessoris sui Susanna, expensas litis hujus, 137 fnos auri excedentes, solvere debuit. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 396.)

Nickel Elias, Josephus. Germanbloensis, e Scepusio. Qua alumnus semin. s. Stephani 1678. baccalaureus, 1679. magister philosophiae. Theologiam in semin. Mariano absolvit. 26. Jan. 1685. investitus parochus in Tótprona. Hinc m. Sept. 1686. in Ottóvölgy, ubi usque 1687. operatus est. Subin iterum reversus ad Scepusium, ubi 1691. occurrit in Ruszkinócz. Ibi 1700. Joannes Sigray peregit visitationem. Tempore hujus vi-

sitationis occurrit et in Toporcz, per visitatorem nominatus.

Nicodemus. 1626. occurrit parochus in Szklenó-Fürdő, ubi Tobias Pisztes eodem a. peregit visitationem, qui de parcho notavit, quod sit legitime ordinatus, coelebs.

Nicolaus. Fuit 1270. sacerdos ecclesiae s. Joannis ev. de villa Monetariorum Strigoniensi. De quo 6. Jul. e. a. capitulum Strig. testatur, quod cum exmisso capituli circa praestandas candelas ipse et duo alii parochi de eadem villa, transactionem fecissent. (Knauz. Mon. Strig. I. 576.)

Nicolaus. Fuit 1291. ecclesiae s. Michaelis Archang. de hungarica villa Sceuden (Szölgyén) sacerdos, cum filia teutonica villa Sceuden. 1. Jan. e. a. Lodomerius AEppus hanc filiam cum sua capella lignea in parochiam erexit cum eo, ut ibidem lapideam ecclesiam aedificare possint, sed annuatim in recognitionem ecclesiae matricis certas praestationes subministrent. (Knauz. Mon. Strig. II. 276.)

Nicolaus. Ab 1317. plebanus in Senizbanea, (Selmezbánya.) Cum beneficium adeptus, pro tempore vacationis decimam 24. marcarum solvere debuisset, quas 4. Jul. 1318. promisit solvere, medietatem infra festum omnium Sanctorum, et residuum infra festum Resurrectionis Domini et quia non solvit, fuit denunciatus, excommunicatus per Rufinum legatum pontificium. Denique die ultima m. Apr. Nicolaus rector ecclesiae de Stupis solvit 8 marcas, item 9. Jan. 1320. Jacobus Ramadonis civis Budensis solvit 16 marcas. (Mon. Vat. S. I. T. I. 14.) Erronee dicitur fuisse parochum Körmöczbányaensem. (Schemat. Hist. Neosol. 1876. 299.)

Nicolaus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Richen, (Alsó-Récsény.) Qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra duas marcas, solvit 12 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 230.)

Nicolaus. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos de Anka (Anla) in ADtu Kamarensi (nunc Anyala, filia ad Érsekujvár,) qui juratus dixit, beneficium non valere ultra octodecim grossos, quos solvit. (Mon. Vat. S. I. T. I. 201.)

Nicolaus. 1332. inter et 1337. occurrit plebanus in Quesu ADtus Nitr. (nunc Bánkeszi,) qui juratus dixit, suum beneficium non valere ultra duas marcas et mediam, solvit fertonem. (Mon. Vat. S. I. T. I. 225.)

Nicolaus. Occurrit 1332. et 1337. sacerdos Sancti Regis Stephani in ADtu Vntensi. (Bozók.) Qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra tres fertones, solvit quatuor grossos et medium. (Mon. Vat. S. I. T. I. 185.)

Nicolaus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Dágh in ADtu Budensi, dioecesi Vesprimiensi, qui solvit duos grossos in censum papalem. (Mon. Vat. S. I. T. I. 373.)

Nicolaus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus in Dorogh, (Boroky, Berky) in dioec. Veszpr. ADtu Budensi, solvit tres, tardius quatuor grossos in papalem censum. (Mon. Vat. S. I. T. I. 373. 384.)

Nicolaus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Ludano (Felső-Ludány) in ADnatu Vntensi. Juratus dixit suum beneficium non valere plus quam unam marcam, et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 229.)

Nicolaus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus S. Petri de Vestenic, (Felső-Vesztenicz,) qui juratus non aestimavit suum beneficium valere ultra marcam cum fertone. Solvit collectoribus septem grossos cum quatuor denariis. (Mon. Vat. S. I. T. I. 183.)

Nicolaus. Occurrit 1332. inter et 1337. capellanus S. Andreae, castri Comaromium, tunc Camarun, qui juratus dixit non credere valere suum beneficium ultra marcam, nihil solvit. (Mon. Vat. S. I. T. I. 201.)

Nicolaus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos sancti Emrici de Rypolnek, (Ipolynyék.) Qui juratus dixit, non valere suum beneficium ultra marcam et medium fertonem. Solvit septem grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 187.)

Nicolaus. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos OO. SS. de Thasmatu (Crasviorca) ADtu Gömör. (nunc Kraszna-Horka-Váralja,) qui juratus dixit, non valere beneficium ultra marcam, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 193.)

Nicolaus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus s. Andreae de Merlek (Mellek), qui juratus dixit beneficium suum non valere plus, quam unam marcam et fertonem. Solvit septem grossos et medium. (Mon. Vat. S. I. T. I. 190.)

Nicolaus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Topulchan in ADtu Nitriensi. (Nagy-tapolcsány.) Qui juratus dixit, suum beneficium ultra quinque marcas non valere, solvit mediam

marcam, minus septem grossis. (Mon. Vat. S. I. T. I. 224.)

Nicolaus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus sancti Martini de Nempti, in ADtu Untensi, (Némethi in cottu Hont.) Qui juratus dixit, suum beneficium non valere ultra quatuor marcas, solvit decimam. (Mon. Vat., S. I. T. I. 221.)

Nicolaus. Occurrit inter 1332. et 1343. plebanus de Umog, (Rimog) nunc Rimócz, qui juratus dixit, suum beneficium non valere ultra duas marcas et solvit duodecim grossos, pro censu papali. 23. Sept. 1343. Chanadinus Appus Strigillum, cum sociis, Paulo de Scechen, Petro de Loch et Gregorio de Waralja exmisit inquirere in certitudinem hujus causae: Ambrosium praepositum de Garab ordinis Praemonstratensis, quidam rustici de Sun, Waralja et Bache in domo suo in Garab adgressum, interficere voluerunt. Ipse autem ad monasterii sacristiam aufugit. Hi vero ostium monasterii et sacristiae confrugerunt. Praepositus in sui defensionem parvum scrinium in quo corpus Christi reservabatur, ad manus recepit, quod illi ad terram projicientes confrugerunt et bona tam monasterii quam praepositi abstulerunt. (C. D. Andegav. IV. 370.)

Nicolaus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Rosenberk, (nunc Rózsahegy) qui juratus aestimavit suum beneficium ad octo marcas, solvitque decimam rectam, 45 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 198.)

Nicolaus. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos ecclesiae s. Margaritae de Sis (Sissó), qui juratus dixit, non credere, valere suum beneficium ultra marcam, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 192.)

Nicolaus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus s. Crucis de Strigonio, qui juratus dixit, non valere suum beneficium ultra quatuor marcas, solvit fertonem cum dimidio et medium grossum. (Mon. Vat. S. I. T. I. 224.)

Nicolaus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus s. Nicolai de Strigonio, existimavit plebaniam ad viginti marcas, solvit duas marcas pro decima. (Mon. Vat. S. I. T. I. 216.)

Nicolaus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus s. Petri de Strigonio, qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra quatuor marcas. Solvit fertonem cum dimidio et medium grossum. (Mon. Vat. S. I. T. I. 224.)

Nicolaus. Occurrit inter 1332. et 1337. sa-

cerdos ecclesiae Omnium Sanctorum de Seredahel, in ADtu Nitr. (Vágszerdahely.) Qui juratus dixit non valere suum beneficium ultra mediam marcam et duas pensas, solvit tres grossos et quatuor denarios. (Mon. Vat. S. I. T. I. 187.)

Nicolaus, Jacobus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Tocz, (Torti) in Adtu Nitriensi, nunc Turócz-Szent-György, qui aestimavit suum beneficium ad centum grossos, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 222.)

Nicolaus, Joannes de villa Giulia. Occurrit ab 1339. usque 1341. parochus Posonii ecclesiae s. Michaelis, ibidem et canonicus ad s. Martinum. (Rimely. Capit. Poson. 252.)

Nicolaus. 1342. plebanus civitatis Budensis, vide Berzeviczy.

Nicolaus. Occurrit 1347. plebanus de Lipche, id est Zólyom-Lipcse. (Schemat. hist. Neosol. 206.)

Nicolaus. Occurrit 1347. plebanus de Zsolna, cujus ad instantiam hoc a. conventus Cruciferorum de Aquis-Calidis privilegium ecclesiae transcribere fecit. (Schemat. hist. Neosol. 1867. 212.)

Nicolaus. Occurrit 1350. rector ecclesiae s. Michaelii Posonii. Qui testis fuit dum Joannes Longus plebanus ecclesiae s. Laurentii ibidem, testamentum suum conderet. Eodem a. successorem nactus. (Tudományos Értekezö, 156.)

Nicolaus. Occurrit 1360. plebanus in Turócz-Szent-Péter. (Schemat. hist. Neosol. 250.)

Nicolaus. Occurrit ab 1366. usque 1375. plebanus Budensis ecclesiae B. M. V. Cum suo successore ejusdem nominis, ex actis processus parochorum Budensium notus. (Schier, Buda Sacra, 22.)

Nicolaus. Occurrit ab 1378. usque 1392. plebanus ecclesiae B. M. V. Budensis. Cum suo praedecessore ejusdem nominis, ex actis processus parochorum notus. (Schier, Buda Sacra, 22.)

Nicolaus. Occurrit 1397. et 1399. plebanus Morosiensis, (Nagy-Maros.) Magister, legitimus procurator Joannis AEppi Strigon. (Fejér. C. D. X. II. 498. et 714.)

Nicolaus. Fuit 1406. plebanus de Nagy-Magyar. In actis familiae Bottló de Királyfia. (Ex notis Sigismundi Kisfaludy.)

Nicolaus Colomanni a Tirnavia. Ab 1414. parochus Posonii ad s. Laurentium et canonicus ad s. Martinum. Nicolaus a Placentia vicarius AEppalis illum solemniter introduxit. 1416. lis inter capitulum et parochum sopita. Eodem a.

nominat illum AEppus Basiliae. 1417. habuit ecclesia capellam s. Jacobi cum jobbagionibus. (Tudományos Értekezõ. 138. et Rimely. Capit. Posen. 255.)

Nicolaus. Occurrit 1414. plebanus in Szent-György, cum tribus capellanis. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Nicolaus. (Vide et Liszt.) 1419. Judex et jurati cives Posen. quendam famulum domini Nicolai ecclesiae b. Martini canonici, plebanique eccl. s. Laurentii m. extra muros Posen., qui discretum virum Martinum presbyterum praedicatorum eccl. Martini manu violenta in domo ejusdem Nicolai plebani, usque ad sanguinis effusionem percussisset ad invocationem ejusdem Martini ceperunt. Quae causa dein usque regem Sigismundum devenit. (Fejér C. D. X. VI. 190.)

Nicolaus. Occurrit 1438. plebanus in Thaszár. Interfuit electioni abbatiali. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Nicolaus de Odra. Occurrit 1446. plebanus in Körmöczbánya, fuit et rector altariae s. Nicolai, una canonicus Olomuciensis et de Vratislavia. Celeber literatus, scriptor et professor codicum, qui nunc parochiae Cremnicziensis sunt. Cum ad canonicatum promotus fuisset, thesaurum codicum parochiae cessit. (Schemat. hist. Neosol. 302. et Magyar Könyv-Szemle. 1879. 58.)

Nicolaus. Occurrit ab 1446. usque 1455. parochus Selmezbányae. Cujus capellani erant Jacobus Hambalt et Antonius de Premedio. (Ex notis Mauriti Kvassay.)

Nicolaus. Occurrit 1452. plebanus ecclesiae s. Nicolai conf. in vico latinorum Strigonii. Qui capitulum Strig. in causa decimae Sassadiensis citavit. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Nicolaus. Occurrit ab 1465. usque 1468. plebanus ecclesiae b. Mariae virg. de castro Budensi. 1468. infirmo Kállay epistolam scribit in qua medicamenta praescribit et mittit. (In tabulario familiae Kállay ad 1468. nro 1028.)

Nicolaus, vel **Emericus** de Cherege. Occurrit ab 1480. plebanus ecclesiae s. Joannis Bapt. de promontorio s. Thomae Strigonii, una et canonicus. (Ex notis Georgii Palkovics.) Alias vocatur Emericus de Cherege aut Chestreg, qui subin ADiac. Bars. — Nominatur usque 1496. (Memoria Basil. 134. et in notis Josephi Szabó.)

Nicolaus de Sleibus. 1486. nominatus in parochum ecclesiae s. Michaelis Posenii, per vi-

carium Nicolaum de Placentia. (Tudományos Értekezõ. 156.)

Nicolaus. Occurrit saeculo XV. plebanus ecclesiae s. Laurentii Strigonii. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Nicolaus. 1519. plebanus in Filka (Felka), solvit decimas papales 6 fl. 2 d. (Wagner, Analecta Scep. II. 193.)

Nicolaus. 1519. plebanus in Grentsa, in frat. inf. Hernadi, solvit decimas papales 2 fl. 26 d. (Wagner, Anal. Scep. II. 195.)

Nicolaus. 1519. plebanus de Kaczwinkel (Kaczwin,) solvit pro dec. papales 2 f. 8. (Wagner, Anal. Scep. II. 195.)

Nicolaus. 1519. plebanus de Vaycz, distr. sup. Poprád, solvit decimas papales 2 f. 15 d. (Wagner, Anal. Scep. II. 197.)

Nicolaus de Cibinio. Occurrit 1521. plebanus Neosolii, ubi † 1529, vel 1530. (Schemat. hist. Neosol. 1867. 138, 140.)

Nicolaus. Occurrit 1558. plebanus in Felső-Vesztenicz. De quo visitator a. 1559. sic loquitur: «Qui fuit et superiori anno. Uxoratus. Omnia sacramenta ecclesiae catholice administrat.»

Nicolaus. Polonus. Occurrit 1559. plebanus in Neczpál. De quo visitator ejusdem anni notavit: »Uxoratus, tamen omnia Sacramenta tenet catholico more.»

Nicolaus. Occurrit 1559. plebanus Prividiae. De quo visitator ejusdem a. sic: «Antiquus vir. ADiaconus, bonae doctrinae et vitae. Dicit se coactum ministrare sub utraque specie. Uxorem habet.»

Nicolaus. Occurrit 1559. parochus in Pre-sicz, nunc Prassicz. De quo visitator hujus a. sic: «Senex, sine uxore, sub una specie communicat populum. Omnes ab antiquo consuetudines more Romanae ecclesiae solitas juste observat. Conqueritur de sedecima sibi denegata. A. vero 1560. Michael Szegedy sic de illo loquitur: Quadragenarius. Dicit sacris initiatum per R. D. Caliopolensem eppum, sed formatam in istis distrubiis perdidisse. Fuit uxoratus, qua mortua celibem ducit vitam. Est bonus tum in moribus, cum in religionis negotio, nam omnia Sacramenta ceremonias et ecclesiastica ornamenta tenet juxta solitum.»

Nicolaus. Occurrit 1559. plebanus in Solczán, nunc Szolcsán, de quo visitator hujus a.

sic loquitur: «Senex, uxoratus. Is est VADiaconus. Totus catholicus et vere laudabilis.»

Nicolaus. Occur. 1560. parochus in Vrmyncz, (Űrméncz) vicegerens. De quo Michael Szegedi visitator sic loquitur: «Nobilis genere, quinquagenarius, nisi uxorem haberet, melior eo in toto districtu non esset, nam est pius, simplex, bonis moribus praeditus, patiens, in verbis temperans, et in religionis negotio ne in minimo aberrans a scopo.»

Nicolaus. Occurrit 1561. parochus in Bucs, de quo Blasius Zathay visitator sic loquitur: «Habet quidem omnia sacramenta, negligens tamen est. Pavimentum ecclesiae cavernosum, tectum inveteratum. Habet uxorem filios et filias. Vivit misere, cum paucos habeat proventus in loco sterili.»

Nicolaus. Occurrit 1561. parochus in Chertek, (Csütörtök.) De quo visitator ejusd. a. notavit: «Germanus, sacramenta decenter servat. Focariam tenet, de qua proles habet. Absens, imo discessit et nescitur quorsum se contulerit.»

Nielepicz Adamus. Fuit diutius parochus in Landok, ubi † 4. Jun. 1772.

Niethammer Joannes. Occurrit 1498. parochus ecclesiae s. Laurentii Posonii, item canonicus ad s. Martinum ibidem. 1499. successorem nactus in hac parochia. 1514. fuit parochus ecclesiae collegiatae ibidem. In capitulo decanus et custos. Juravit in causa metationis Vásárút. Adhuc 1536. superstes.

Niger Georgius. Occurrit 1559. parochus in Sente, nunc Semte, ubi eodem a. visitatio peracta, in cujus instrumento de parochia sic: »Sine uxore. Sacramenta omnia more catholico tenet et administrat.» Visitator verum 1560. sic notat: «Fuit canonicus Nitriensis. Concubinarius, alioquin Romanae ecclesiae membrum, nec mores vituperentur ipsius.» 1564. exhibuit libellum coram s. Sede spirituali Strig. contra oppidum.

Niger Georgius. Occurrit 1630. licentiatus in Páld, nunc filia ad Kis-Gyarmat. Interfuit synodis 4 et 5. Aug. e. a. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratis.

Niger Mathias. Occurrit 1560. parochus in Nagy-Palugya. Ibi eodem a. Michael Szegedy peregit visitationem, qui de parochia sic: «Niger tum facie, cum spiritu. Polonus, uxoratus. Cracoviae per R. Andream Sardicensem 1557. promotus. Ecclesiam tenet stabulo viliori conditione,

omnibus ornamentis, sacramentis et ceremoniis orbatam. Scopas verrentes, reor, ecclesia a dimidio a. non sensit. Haud absimilis in omnibus. Ebriosus, lusor, et maledicus. Polonizat frequenter. Una enceniarum die plus justo ingurgitatus, cuidam sacerdoti eum arguenti pro malis moribus, ne in scandalum esset plebi, tum in religionis negotio, cum moribus, cantarum in caput iniecit ac confregit. Ceremoniis consvetsis maledicit. Satanicum nostrum sacrificium appellat. Pannosus incedit, pannosam habet et conscientiam.»

Nigri Georgius. Fuit 1630. parochus in Füleke-Püspöki. Qua talis interfuit synodis Tirnaviae die 4 et 5. Oct. per Petrum Pázmány celebratis. Ibidem 1734. Martinus Apáthy peregit visitationem, qui dicit, quod tempore visitationis parochus transmigravit ad Nagy-Zellö. Ubi illum idem visitator nominat, notans quod simul inservit filiabus Szakal, Bussa, ubi ecclesia desolata et Óvár.

Nigrini Adamus. 1674. et 1675. physicam et metaphysicam didicit in Pázmáneó. Theologiae Romae studuit. Mense Aug. 1679. accepit Nádas in cottu Poson. quam usque 1680. possedit. 8. Maji 1685. investitus parochus in Szomolány. Ab 1688. diversis ex causis a parochia procul fuit, quam per alios administrari curavit. 18. Febr. 1689. installatus canonicus Strig. Jam m. Maji ejusd. a. investitus parochus l. r. cittis Strigon. ubi ex legato 20,000 fl. Széchényiano monasterium Franciscanorum fundatum. Usque 1691. in cura animarum activus erat. 27. Mart. 1694. ADiac. Comarom. Mense Sept. 1696. abbas B. M. V. de Valle Honesta. Habuit expeditas pro se collationales pro lectoratu Posoniensi, sed ob diuturnas corporis aegritudines nimium viribus debilitatus illud recusavit item et eptum tit. Cathariensem. Domum altaristicam ss. Trium Regum Tirnaviae 1710. obtinuit, in cujus area puteum de novo effodi curavit. † 8. Nov. 1711.

Nigrini Antonius. Vittencziensis, ex cottu Nitriensi. 3. Nov. 1737. susceptus in alumnatum Budensem pro theologia morali. Applicationem in cura animarum accepit Galgóczii, ubi mox in obsequio pestiferorum † 9. Jun. 1739.

Nikolényi Josephus. Natus 11. Nov. 1851. Theologiam Strigonii 1874. absolvit. 26. Jul. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Hédervár, ab 1876. in Dorog et Karanság. Ab 1878.

in Patak et 1879. in Drégelypalánk. 1884. admin. in Marczal, ubi 1885. parochus factus et † 17. Maji 1892.

Nimetz Ignatius. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1780. absolvit. Cooperatorem egit in Emőke, ab 1781. in Nagy-Tapolcsány. 14. Sept. 1787. factus parochus in Bozók, ubi † 26. Nov. 1823. Aetatis 36.

Nimiczky, vel Nimniczky Joannes, Nicolaus. 6. Maji 1674. ordinatus ad mensam AEppi. 30. Jun. ejusd. a. investitus parochus in Závod et Prasicz. Hinc jam 21. Aug. e. a. in Pöstyén. Ab 1675. usque 1677. operatus est in Nagy-Lovcsa. 23. Maji 1679. investitus in Nagy-Bossán. Inde 26. Jun. 1688. in Badin et Szelnicz, ubi illius investiturae mense Maji et Oct. 1689. iteratae sunt, ibique continuas oppugnationes e parte ministrorum aug. conf. addictorum passus est. 18. Oct. 1690. investitus in Jókő. Exhinc 26. Apr. 1690. in Felső-Attrak, trucidato per haereticos, ante quatuor hebdomadas illuc ordinato Georgio Basnay. Hinc 12. Maji 1691. investituram accepit in Nahács, ubi usque sequentem a. 1692. operatus est.

Nizsnyánszky de Nizsnya Joannes. Natus 5. Jul. 1843. in Szete, in cottu Hont. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 25. Jul. 1866. ordinatus est. Cooperatorem egit in Sellye, ab 1868 in Nemcsény, ab 1869. in Drégelypalánk, ac 1870. in Szent-Benedek, ubi simul conventualis conventus de juxta Gron. 1. Aug. 1877. nominatus admin. in Dágh. Ab 1887. admin. in Csesztve.

Nizsnyánszky Melchior. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo absolvit. 24. Aug. 1770. vice-praefectus in semin. s. Stephani constitutus. Hinc 13. Dec. 1772. in Scepusium missus, ubi 1775. obtinuit Markusfalva, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Nógrády Josephus. Theologiam cum quinto a. in Pázmáneo 1781. terminavit. Hinc praebendatum ac succentorem egit ecclesiae collegiatae Posoniensis. 31. Oct. 1785. investitus in Nagy-Oroszi. Ab 1809. VADiac. surr. distr. Vadkert. Hinc 1. Maji 1810. nominatus in Vadkert, una VADiac. ord. factus. Fuit item cottus Neograd. tab. jud. assessor. † 31. Mart. 1830. ictu apoplexiae extinctus. Aetatis 74. Reliquit ecclesiae casulam pretiosam viridi coloris, aureis floribus textam.

Noiem Mathias. Occurrit 1561. parochus in Besztercze, de quo in visitatione hoc a. peracta sic refertur: In hac villa populus croaticus habitat, proprius eorumdem plebanus glagolista. Administrat sacramenta secundum ritum Romanae ecclesiae. caret focaria et uxore, sed celebs manet. Est bonae famae et vitae. In visitatione 1562. peracta de illo sic: «Parochus in Bistrice, glagolista, per Paulum Zondy ordinatus, formatam habet. Vir bonae conscientiae et laudabilis vitae. Mulierem nullam habet praeter genitricem suam. Missam celebrat lingua croatica, sacramenta administrat juxta antiquam consuetudinem matris ecclesiae.»

Nosisslavscki Joannes. Ab 1562. parochus Zohorensis, de quo visitator ejusdem a. sic: «De Nosisslavia. Cracoviae ordinatus. Ex Moravia nunc primum eo venit, coronam non defert. Literas testimoniales seu formatas in sacra synodo se producturum promisit. Uxorem habuit priusquam ordinaretur, quam etiam modo habet. An sit catholicae fidei, ex quo nunc primum illuc venit, dubitatur, se tamen morigerum in omnibus articulis in instructione domini nostri gratiosissimi sibi propositis, bona fide recepit.» Administrat etiam Lab.

Noszek Georgius. 24. Jul. 1731. investitus parochus in Istvánfalva, ubi tantum brevi tempore activus erat. 11. Jul. 1757. investitus in Árva-Váralja, ubi † 20. Mart. 1762.

Noszka Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1801. terminavit. Cooperatorem egit in Muzsla, ab 1802. studiorum praefectus in semin. Mariano. Ab 1803. cooperator Tirnaviae. 11. Nov. 1808. nominatus parochus in Kőhidgyarmat. † 18. Febr. 1810. ibidem.

Noszticzius, rectius Noszkó Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1815. terminavit. Cooperatorem egit in Sellye, ab 1816. in Komjáth. 17. Mart. 1817. factus admin. in Nagy-Bajcs. Hinc m. Apr. 1818. iterum pro cooperatore applicatus et quidem in Nagy-Kér. Ab 1822. in Galanta. 1823. factus parochus in Apaj. Hinc 1829. transivit ad Vicsap-Apáthi, quam 7. Sept. 1847. resignavit. Instituto emerit. parochorum aggregatus † 30. Jan. 1849. Solnae. Aetatis 56.

Nottni Antonius. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1797. absolvit. Subin praebendatus chori eccl. metr. Ab 1799.

cooperator in Cseszte, ab 1801. in Pudmericz. Hinc 1802. parochus factus in Cseszte, ubi † 10. Febr. 1837.

Notni Martinus. Alsó-Diósisensis. 1768. susceptus in alumnatum Budensem. 5. Oct. 1772. factus cooperator in Gajar. 13. Dec. 1774. nominatus parochus in Szent-István. Paterno solo vicinior esse cupiens 1780. transivit ad Detrekő-Szent-Miklós. ubi † 5. Jun. 1806.

Novacius Joannes Andreas, vide **Novatius.**

Nováczky Nicolaus. Nagy-Lovcsensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1756. baccalaureus, 1757. magister philosophiae, quam 3. Febr. 1760. universam defendit. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1761. terminavit. 26. Sept. ejusd. a. cooperator in Szenicz. 20. Apr. 1762. investitus parochus in Turóluka. Hinc 9. Jun. 1769. spiritualis in seminario Széchényiano Budensi nominatus. 2. Jul. 1770. investitus parochus in Ószuszkó. 1774. navis ecclesiae erecta. † 1. Febr. 1775.

Nováczky Stephanus. Oszlányensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1729. baccalaureus, 1730. magister philosophiae. Theologiam cum a. tertio in semin. Mariano 1733. terminavit. 2. Aug. ejusd. a. investitus parochus in Liptó-Szent-Anna. Hinc 9. Dec. 1734. in Lieszkófalva. Inde 26. Febr. 1741. in Turócz-Szent-Márton. Exhinc 18. Sept. 1750. in Lovcsa, ubi † 25. Jul. 1760.

Novák Andreas, vide **Kozáky.**

Novák Andreas. Natus 1. Aug. 1843. Theologiam in Pázmáneó 1868. absolvit. 2. Aug. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagyöved, et 4. Sept. 1875. interim. administrabat in Cseke. 9. Dec. e. a. reversus ad pristinam stationem. 1877. int. adm. in Farnad. Eodem. a. transivit pro admin. ad Jászfalu, ubi 1878. parochus factus. Subin spirit. distr.

Novák Georgius, Franciscus. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit et 21. Oct. 1674. ordinatus est. 3. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Libetbánya. 3. Mart. 1675. in Koos, ubi 9. Aug. e. a. successorem nactus.

Novák Georgius. Theologiam cum cursu morali in Pázmáneó terminavit. Ab 1710. parochus in Divényujfalu, ubi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho, quod sit 33. annorum in cura animarum quatuor annis. 30. Jun. 1726. exmissus pro aliqua inquisitione peragenda.

Novák Joannes. Natus 22. Jul. 1836. Szakolczae. Theologiam Strigonii 1856. absolvit et 23. Jul. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szent-János et Unin, ubi a m. Dec. 1861. usque m. Apr. 1862. etiam administratorem int. egit. Demum in Sasvár. 29. Apr. 1867. factus parochus in Detrekő-Csütörtök. Sub eo orta possessionis comassatio, quae post 18. annos consummata, fomes fuit discordiarum. Hinc 14. Apr. 1874. transivit ad Szent-István. Inde 26. Maji 1879. transmigravit ad Pernek, ibi 1883. procuravit novam calvariam et hortum parochialem muro cingi curavit.

Novák Josephus. Natus 28. Apr. 1788. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1813. terminavit. 28. Aug. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Léva. 7. Mart. 1821. investitus in Alsó-Györöd, ubi † 18. Dec. 1855.

Novák Ludovicus. Natus 24. Maji 1842. in Divény in cottu Neograd. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigon. absolvit. 23. Jul. 1865. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Czétény. A m. Oct. 1869. Pestini ad s. Josephum. Subin professor doctrinae religionis et exhortator in regio catholico majori gymnasio in circulo V. una catecheta in cath. praeparandia muliebri. Examiner prof. doct. rel. in schol. med. appl. 23. Sept. 1888. nominatus parochus in Nagy-Czétény, quam mox resignavit. A m. Dec. 1892. assessor consistorii Budapestiensis. Habet merita litteraria. (Zelliger, Eszterg. Egyhm. Irók. 364.)

Novák vel Nováky Martinus. Occurrit 1666. parochus in Felső-Meczenzéf. 15. Jul. 1669. investitus parochus in Visk, ubi 1675. successorem nactus. 4. Maji 1679. in Pereszlény.

Novák Martinus. 1. Nov. 1711. investitus parochus in Felső-Zsemer, ubi usque 1716. actus erat. Subin quietam duxit vitam in Lamacs, ubi 1731. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de illo sic: «In Lamacs sese detinens non praesumit amodo in ecclesia Dubravkensi sine scitu parochi celebrare et stipendia a parochianis extorquere, sicut nec tempore vindemiarum colligere, multo minus sese coram rudi plebicula pro parocho venditare.» † 21. Maji 1749.

Novák Nicolaus. Studia sua in Cracoviensi academia absolvit. 3. Jun. 1561. nominatus canonicus Strigon. (Juxta alios jam 1540.) Brevi post ADiac. Hont. 1563. concionator slavonicae nationis. 1564. praefectus semin. s. Stephani. 6. Jul.

1562. Nitr. 12. Nov. 1565. Zoliensis ADiac. 1577. praepositus s. Thomae et 1578. parochus Tirnaviensis, † 1581. Sepultus in ecclesia s. Nicolai ante altare B. M. V. in crypta propria, dum viveret confecta. Auxit votivum «Cibavit.»

Novák Rudolphus. Natus 12. Mart. 1857. Theologiam Strigonii absolvit. 20. Oct. 1879. ordinatus. Cooperatorem egit in Cseszte, ab 1880. in Szomolány. 1. Nov. 1884. parochus factus in Jókő.

Nováky Andreas. Occurrit 1561. parochus in Gerencsér, de quo visitator hujus a. notavit: «Plebanus eorum vir catholicus, solitarius.» Ille vero a. 1562. sic refert: «Cracoviae est ordinatus, formatam habet et parochus et populus catholicus.»

Nováky Georgius. Occurrit 1638. parochus in Trubin. 1647. vero Galgóczii. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc a. confecto.

Nováky Jacobus. Theologiam in Pázmáneo absolvit. Hinc 5. Apr. 1663. investitus parochus in Nagy-Szuha, ubi 7. Maji 1677. successorem nactus.

Nováky Joannes. 1647. occurrit parochus in Kvacván. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. A 21. Maji 1655. parochus in Broczkó. Hinc 15. Jun. 1660. investitus in Búr-Szent-György, avulsa jam s. Joanne et Szekula. Inde 2. Jan. 1663. ad Scepusium missus. 16. Maji 1667. investitus in Zsdány, ubi 1674. Andreas Péterffy peregit visitationem, qui de parochus notavit: «Annorum 55. presbyter 29. Domum habet honestam et satis accomodatam. Habet hortos desertos. Solutionem satis miseram.» Operatus est ibi usque 1677. Demum 25. Apr. 1684. investitus in Nadlány, ubi usque 1692. activus erat.

Nováky Martinus, vide **Novák.**

Novatius Joannes, Andreas. Theologiam cum tertio a. absolvit. 14. Apr. 1712. investitus parochus in l. r. civitate montana Ujbánya, ubi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui de parochus habet. Annor. 28. parochus duobus annis. Sub quo ultimus hujus minister Joannes Pileatoris et senator Andreas Fischer fidem catholicam susceperunt. Hinc 4. Oct. 1715. investitus in Hodrusbánya. 22. Jul. 1720. una et in Vizoka. 1721. cum socio Ignatio Millik, parochus Bélábányaensi, e mandato s. sedis Strig. circa

parochias Schemniczienses inquisitionem peregit. Inde 22. Apr. 1722. in Szent-Benedek una et in Kovács eidem conjuncta. Jam pridem munus conventualis s. Benedicti gessit. Ecclesiam dirutam s. Aegydii novitus extruxit et notabiliter auxit. 1741. resignavit et ibidem qua emeritus degit. † 8. Sept. 1744. ibidem.

Novék Ignatius. Nobilis Gimesiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1730. baccalaureus, 1731. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1733. terminavit. 13. Sept. e. a. investitus parochus in Nagy-Sáró, primus post revindicationem parochiae et ecclesiae s. Laurentii recuperationem. Matricas inchoavit. Hinc 12. Maji 1738. in Zsemlér, ubi operatus est usque initium Jan. 1741. tum semin. deficientium Tirnaviae ingressus, ubi † 3. Jul. e. a.

Novi Petrus. Theologiam in Pázmáneo absolvit. 19. Sept. 1705. ordinatus. Mense Dec. ejusd. a. accepit parochiam Alsó-Dombó, ubi 1713. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochus notavit, quod sit annor. 32. in cura animar. 9. Novit praeter slavicam et germanicam etiam italicam. Operatus est usque m. April. 1729.

Noviánszky Michael. 9. Maji 1715. investitus parochus in Istvánfalva, ubi 1. Jun. e. a. installatus. Hinc 18. Mart. 1718. investitus in Kormossó, ubi 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parochus notavit, quod sit: Annor 42. hic 13. annis. Inde 28. Jan. 1733. in Szent-Antal in cottu Hont. † 4. Jan. 1739. Ibidem.

Novomeszky Joannes. Gerencsériensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1711. baccalaureus, et magister philosophiae. Theologiae primum a. similiter qua saecularis, caeteros annos in Pázmáneo absolvit. 30. Apr. 1713. investitus parochus in Szemere. Hinc eodem anno abivit. 25. Maji 1720. investitus in Hradist, ubi 1726. capella s. Bartholomaei ex fundamento aucta. † 4. Sept. 1730. ibidem.

Novoszedlik Georgius. Zvonczienensis. Collegii gen. alumnus. 1650. baccalaureus, 1651. magister philosophiae. 23. Febr. 1652. ordinatus. Subin parochus factus in Vesztenicz, ubi Joannes Cherylay peregit visitationem, qui de parochus: «Commendatur ab omnibus.» 20. Jan. 1661. investitus in Gajar. 1665. ecclesia B. M. V. Annunciatae aedificata, uti chronographicum in formice sanctuarii docet. Eodem a. desinit operari.

Novoszád Joannes. Zsolnensis. E collegio generali 1730. extraord. baccalaur. 1731. qua saecularis magister philosophiae graduatus. Theologiam cum secundo a. terminavit. 9. Maji 1734. investitus parochus in Majtény. † 9. Dec. 1764. ibidem.

Novoszád Josephus. Natus 7. Apr. 1780. in Zsemlér. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1803. terminavit. 28. Aug. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szélakna, ab 1804 in Lédecz, ab 1811. in Ó-Bars et ab 1814. in Garam-Szent-Benedek. 9. Aug. 1815. nominatus parochus in Keszölcz. Curavit horreolum pro parochia. 28. Apr. 1823. nominatus in Csiffár. 15. Maji e. a. installatus. 24. Apr. 1857. pensionatus. Remansit in Csiffár ubi † 13. Jul. 1858.

Novotha Joannes. 1715. accepit parochiam Szent-Antal in cottu Hont. Ibi 1721. inquisitio peracta circa ecclesiam. 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit annor. 45. hic 16. annis. Hinc 2. Febr. 1732. investitus parochus in Báth. Inde 1. Apr. 1743. in Némethi in cottu Hont. Ibi † 11. Maji 1745.

Novotni Joannes, vide Hlavatay.

Novotni Josephus. Natus 11. Mart. 1821. Trencsinii. Theologiam Tirnaviae absolvit. 3. Apr. 1845. ordinatus. Cooperatorem egit in Ujlak, post unum a. translatus Szakolczam, post medium a. Modram, hinc post tres a. Galgóczium. 14. Maji 1855. factus parochus in Jókő, ubi † 27. Jul. 1875.

Novotni Mathias. Váraljensis e Scepusio. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1766. terminavit. Jam 18. Jun. 1765. ad baccalaureatum ss. theologiae promotus. 26. Jan. 1766. missus pro cooperatore Csejtham. 5. Mart. 1768. investitus parochus in Lancsár. Legavit huic parochiae vineam. Hinc 29. Jan. 1778. nominatus parochus in Verbó. Eodem a. aedes parochialis aedificata, pro qua Joannes comes Erdődy 150 fl. et unam fornecem calcis resolvit. † 21. Sept. e. a. ibidem. Fuit doctor ss. theologiae.

Nozdroviczky Christophorus. Trencsényiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1745. baccalaureus. 1746. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit. 10. Jan. 1750. pro praebendato capituli Strig. applicatus. 23. Mart. 1751. investitus parochus in Spácza, contra quem fideles causam moverunt ob stolam. Hinc 1753. abivit. 15. Febr. 1754. investitus parochus

in Szob. Aedificata ecclesia in filiali Helemba, cujus lapis fundamentalis 16. Maji 1769. per parochum solemniter benedictus. 1778. aedificavit ecclesiam parochialem et domum parochialem in ordinem redegit et numerum cubiculorum auxit. 23. Aug. 1779. installatus canonicus Poseniensis. Hinc redux † 18. Sept. e. a. Strigonium, ubi et sepultus.

Nozdroviczky Ludovicus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1813. absolvit. 28. Aug. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kürth, ab 1814. Pestini ad s. Josephum. 1716. factus capellanus castrensis leg. pedestris principis Nicolai Eszterházy. 1818. cooperatorem in Deáki, 1819. in Nagy-Tapolcsán. Ab 1822. absque officio degit Trencsinii, ab 1824. Tirnaviae. 1826. cooperatorem Korompaë. 1828. factus admin. parochiae Felső-Vásárd, ubi † 20. Febr. 1832.

Nozdroviczky Nicolaus. Kameniczensis e cottu Trencsén. Qua alumnus semin. Mariani, 1729. baccalaureus. 1730. magister philosophiae. Theologiae primum a. in eodem semin. absolvit. 3. Mart. 1735. investitus in Ottóvölgy. Hinc 14. Febr. 1736. in Jabloncza. Inde 28. Aug. 1737. in Egerszegh. Exhinc 24. Mart. 1744. in Komárom-Szent-Péter. 1746. Consilium Ltle resolvit 150 finos pro continuanda fabrica ecclesiae. 21. Febr. 1749. in Ürmény. 1751. reparavit ecclesiam et erexit aedes parochiales. Longarum vexarum pertaesus 18. Aug. 1776. resignavit parochiam. Mense Oct. 1779. nominatus parochus in Nagy-Ölved, ubi se tantum installare curavit et mox recessit. † 17. Apr. 1787. Tirnaviae.

Nozics Georgius. 8. Oct. 1665. investitus parochus in Alsó-Palojta, ubi usque 1689. operatus.

Nuszgraber Joannes. A 21. Sept. 1713. minus parochi gessit in Vadkert, una 23. Nov. e. a. investitus parochus in Nagy-Zellő, ex speciali commissione AEppi una et in Szakal. Ex his beneficiis 6. Apr. 1714. accepit investituram in Nagy-Oroszi, ubi usque 1718. operatus est.

Nusszer Antonius. Natus 12. Maji 1820. Tirnaviae. Philosophiam et theologiam in semin. Mariano in loco nativo 1843. absolvit. 1844. in instituto presbyterorum transegit. 15. Jul. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Sellye 2. a. 5. m. Posenii in Virágvölgy aequè 2. a. et 7. m. Qua talis 1848. in nosocomio militari infirmo militi opem spiritualem praestitit. 1849. int. admin. egit in Vajka, mox cooperatorem in Dévény

cottu Poson. 6. Oct. 1853. nominatus parochus in Jakabfalva. Hinc initio a. 1857. transivit ad Malaczka, ubi † 4. Jan. 1879.

Nyagdrághi Franciscus. 26. Aug. 1704. advenisse in Vámos pro parochia et usque 1706. mansisse ex actis parochiae edocemur. Nos in actis officiosis eodem tempore Andream Marsovsky habemus parochum Vámosensem.

Nyakasházy Joannes, Emericus. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó absolvit. 16. Febr. 1695. investitus parochus in Haszprunka. Hinc 2. Jun. 1699. in Magasfalva. Inde m. Aug. 1703. in Nagy-Lévárd. 1710. transivit ad Gajar, ubi 1714. visitationem peregit Emericus Pongrácz, qui de parochia notavit, quod sit annor. 46. sacerdotii 20. Exhinc 30. Maji 1714. transivit ad Malaczka, ubi 23. Oct. e. a. investitus est. Activus erat ibi usque 5. Apr. 1719. Gessit munus VADni distr. cognominis.

Nyáray Franciscus. Vaciensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1720. baccalaureus et qua Marianus 1721. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1724. absolvit. Jam 18. Dec. 1723. fuit diaconus ordinatus. 8. Apr. 1825. investitus parochus in Karancs-Keszi, ubi 15. Oct. 1733. investitura iterata. Ibi munus VADni districtus Losonczensis assecutus. Hinc 11. Apr. 1754. investitus in Vadkert. Ibi † 2. Apr. 1757. Legavit agros et vineam pro campana majori et capella in promontorio. Campana denique 975. libr. 1774. procurata.

Obarovics Joannes. Fuit administrator Richvaldensis in Scepusio, ubi † 4. Apr. 1748.

Obermayer Georgius. Natus 28. Oct. 1808. in Verbó. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 25. Febr. 1832. ordinatus est. Cooperatorem egit Modrae m. 6. in Ujvároska m. 13. in Nagykosztolán a. tribus et medio. 23. Maji 1837. nominatus parochus in Ürméncz. Hinc 17. Jun. 1852. factus parochus in Vittencz. Ab 1862. surr., ab 1869. ord. VADnus districtus Jókőensis. † 5. Jan. 1880. Auxit bibliothecam parochiae.

Obonay Martinus. Theologiam qua casista in semin. s. Stephani terminavit. 3. Apr. 1676. ordinatus. Subin egit capellanum apud praeposi-

Nyeregjártó de Borsa Georgius. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1808. absolvit. Cooperatorem egit in Diószeg, ubi 1812. etiam parochus factus est. Fuit cottus Tolnensis et sed. praed. de Vajka et Érseklél tab. jud. assessor. † 11. Mart. 1847. Aetatis 62. Ibidem.

Nyisnyánszky, vide Nizsnyánszky.

Nyitray Georgius. Occurrit 1647. licentiatum in Merlek, id est Mellek. De quo Mathias Schlegel in visitatione hoc a. peracta notavit: »Principista, debilis. Aetatis suae circiter 60. licentiaturae 20. Habens librum tantum baptisatorum. Aptissimus ad hoc munus peragendum. Annis superioribus convertit integrum pagum. Possidens tres pagos. In duobus nullus est haereticus, in tertio nomine Giarmet sunt haeretici 29.«

Nyitray Joannes. Theologiae in Pázmáneó studuit. Ex quo 18. Mart. 1663. investitus parochus in Kiliti. Hinc 11. Mart. 1665. in Felbár. Inde 17. Apr. e. a. in Hidaskürth. 23. Maji 1670. in Galantha, ubi 1673. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. 29. Apr. 1676. investitus in Tallós, Eperjes et Vezekény. Exhinc 1677. in Léva, ubi usque 1678. operatus est.

Nyitray Michael. Occurrit 1630. licentiatum in Komárom-Szent-Péter. Interfuit synodo Tirnaviae per Petrum Pázmány 4. et 5. Oct. celebratae. 1647. occurrit in Kemencze. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc a. confecto.

O.

tum Bajmóczensem Joannem Turkovics. 1682. factus parochus in Brezán. Inchoavit matricas scribere. Ibi 1697. visitatio peracta, in qua de illo notatur, quod sit annor. 46. sacerdotii 22. hic 17. annis. Ibi parochiam duarum contignationum aedificavit. Intertenuit parentes. Operatus est usque 1720.

Obrislanith Martinus. Occurrit 1630. parochus in Cseszte. Praesens fuit in synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebrata. Adjacet nomini terminus «pater» qui illum religiosum fuisse notari videtur.

Obuch Paulus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posoniensi 1790. absolvit. Cooperatorem egit in Nagy-Jác, ab 1795. in Csejtha,

ab 1799. qua emeritus in Andocs. degit. 1800. factus parochus in Oszuskó. 1802. resoluti 912 fl. 42 xr. pro reparatione tecti ecclesiae, 300 fl. pro reparatione domus parochialis. † 8. Mart. 1803. Ibidem.

Ochaba Antonius. Natus 30. Dec. 1834. Theologiam Strigonii 1858. absolvit. 13. Jan. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Verbó, mox Podolae. 1861. factus admin. in Ólehota, ubi † 5. Oct. 1864. ex hydrope.

Ochaba Stephanus. Natus 12. Mart. 1813. Tirnaviae. Philosophiam et theologiam in loco suo nativo absolvit. 26. Oct. 1837. ordinatus est. Munus cooperatoris gessit universim undecim annis Miavae, Podolae, in Udvarnok et in Ujvároska. 1848. factus parochus in Nagy-Kosztolány. Ab 1883. VADnus ord. distr. cognominis. 28. Maji 1888. instituto s. Adalberti ingremiatus.

Ocsovszky Franciscus. Natus 29. Jan. 1816. Tirnaviae. Philosophiam ibidem, theologiam Vienne absolvit. 2. Apr. 1839. ordinatus. Cooperatorem egit Galanthae, hinc 1840. in Vágújhely, 1844. Bazinii. Eodem a. Strigonium evocatus ad officium vicariale pro archivario, ubi una et notarii sacri sedis ac secretarii munera gessit. 1850. subsidiarius in Tölgyes. 1851. admin. in spirit. in Bánkeszi. 1852. catecheta in scholis element. Pestini ad s. Josephum. 1854. in neoerecta M. E. bibliotheca vice-bibliothecarius, una primatialis saecularis archivi custos. Ab 1857. usque Nov. 1866. in negotiis scholaribus secretarius primatialis. Ab 1861. fiscalis dioecesanus. 1863. camerarius pontificius. 1871. canonicus Tirnaviensis una parochus ad s. Martinum. 23. Dec. 1882. abbas de Tissibót. In capitulo graduatim promotus, 1885. praepositus capituli factus. Est una canonicus poenitentarius, s. sedis consist. Tirnav. matr. et rel. prof. defensor. VADnus dist. cognominis. Habet etiam merita literaria. (Zelliger, Eszterg. Egyhm. Irók. 369.)

Ocsovszky Georgius. Korponensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1757. baccalaureus, 1758. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1760. terminavit. 5. Jul. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Körmöczbánya. 8. Maji 1761. investitus parochus in Lutila. 16. Jun. ejusdem a. iterum factus cooperatore et quidem Posonii. 15. Apr. 1763. investitus parochus in Körmöczbánya. 1764. contra Franciscanos et mox contra civitatem movit querelas. Ab 1772. prae-

positus B. M. V. de Topissa. 1776. ingremiatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Ocsovszky Joannes. Natus 23. Dec. 1786. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó 1810. terminavit. 5. Dec. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Prassicz, ab 1811. in Nyerges-Ujfalú et ab 1812. Szuhae. 1814. factus parochus in Csataj. 1837. surr. 1842. ord. VADiac. distr. Szempcz. † 18. Nov. 1858.

Ocsvay Augustinus. Natus 21. Aug. 1839. in Nádsgzeg. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii 1865. absolvit, 23. Jul. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Mocs, ab 1867. in Naszvad. 30. Aug. 1876. admin. et a 31. Oct. 1877. parochus in Ógyalla.

Oczkó Georgius. Occurrit 1561. parochus in Verbó. De quo Michael Szegedy in visitationis instrumento de eodem a. refert: «Ordinatus Posonii per Franciscum Quinquecl. Habuit concubinam, a qua et filium genuit. Nunc ablegata est, reor ad futurum tantum synodum usque, deinde in simul convenient. Ecclesiam suam et parochiam omnibus sacramentis ceremoniis et ornamentis secundum ritum ecclesiae Romanae tenet et regit.»

Odbrochák Franciscus. Fuit 1561. parochus in Barka. † eodem a. ante visitationem peractam. Fuit vir catholicus. Subin parochia diutius vacabat, quia alium non potuerunt invenire loco ipsius, qui esset verae religionis. Sic visitator hujus a.

Okolicsányi Antonius. 1774. factus est parochus in Detva, quacum 1776. incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Okolicsányi Emericus, Ladislaus. E cottu Liptoviensi. 5. Apr. 1690. investitus parochus in Sempte. Hinc 3. Jan. 1691. in Nagy-Paka. Inde 16. Apr. 1693. in Vágh-Sellye. Exhinc m. Oct. 1696. in Nagy-Czétény. Inde 18. Apr. 1698. accepit Nagy-Födemes et 19. Apr. e. a. investitus una in Jóka. Hinc 7. Maji 1699. in Egyházfalva, ubi 29. Nov. 1705. successorem nactus.

Okolicsányi Emericus. Scepusiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1753. baccalaureus, 1754. magister philosophiae jam qua terti a. theologus. 8. Aug. 1758. theologiae baccalaureus, quam cum quarto a. in eodem semin. 1759. terminavit. 1. Apr. e. a. missus pro cooperatore ad Lévárd. 1760. factus parochus in Csorba. 1768. canonicus Scepusiensis. 1770. custos ibidem. 1775.

praepositus B. M. V. de Landek. 25. Maji 1773. installatus canonicus Strigon. 1778. et eppus Ansariensis et ad exc. Consilium consiliarius. 1782. praelatus domesticus AEppi Josephi e comit. a Battthyán. 1783. abbas ss. Salvatoris de Kapornak et ad cancellariam hungarico Transilvanicam aulicam consiliarius et referendarius. Hoc munus in systemate Josephi II. cessavit, sed 1790. iterum revixit, quod ille iterum sustinuit. † 4. Jul. 1795. Viennae.

Okolicsányi de Eadem Joannes. E comitatu Liptó. Qua alumnus Rsmi Petri Korompay 1672. baccalaureus, sequenti anno magister philosophiae. Studiis theologicis Romae in Apollinari operam navavit. Redux ab 1701. usque 1703. parochus in Felső-Szeli, ubi in matrica ejus effigies delineata. Hinc in Szered parochum egit. 20. Apr. 1708. canonicus Psoniensis, ubi usque gradum lectoris ascendit, item abbas s. Margaritae de Béla. 20. Mart. 1709. Strigoniensis. 24. Jul. 1710. ADnus Gömöriensis, jam subcustos, seminarii s. Stephani praefectus, tabulae regiae praelatus. 6. Febr. 1719. lector. 1723. tabulae septemviralis assessor. ac el. eppus Noviensis. 6. Jun. 1727. spontanee resignavit lectoratum et installatus est in praepositum s. Stephani de castro Strig. Fuit etiam praefectus bonorum seminarii in Széplak et abbas de Lekér munificentissimus. 13. Oct. 1734. eppus Magno-Varadiensis. † 4. Nov. eodem a. Ecclesiam ss. Trinitatis Tirnaviae, ac abbatialem suam in Lekér aedificavit. Auxit dotem seminarii s. Emerici.

Okolicsányi Joannes. Theologiam in semin. gener. absolvit et 12. Jan. 1765. ordinatus est. Cooperatorem egit Tirnaviae. 26. Apr. 1769. investitus in neo-erecta parochia Füzes-Gyarmat, a Deménd avulsa. Hinc 21. Mart. 1775. investitus Jolsvae. Dum illuc pervenisset intra sex dies in hectica extinctus est. † 1. Jun. ejusd. a.

Okolicsányi Ladislaus. 22. Nov. 1750. missus pro capellano Tirnaviam. 31. Oct. 1752. investitus parochus in Vág-Szerdahely. 1756. dos ecclesiae per AEppum Csáky ordinatur. 9. Mart. 1764. investitus in Vadkert, ubi † 5. Oct. 1766.

Okolicsányi Ladislaus. Ab 1775. parochus in Vidernik, quacum 1776. incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Okolicsányi Michael, Joannes. Theologiam Romae absolvit. Ex philosophia et theologia doctor graduatus et protonotarius apostolicus crea-

tus. 24. Nov. 1722. investitus parochus in Szárazpatak. Hinc 6. Febr. 1726. in Liptó-Szent-Mária, ubi 1732. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod sit annor. 38. in cura animar. 10. hic 7. annis. Inde 26. Oct. 1733. in Kormossó. Exhinc 9. Apr. 1736. in Salgó-Tarján, ubi † 21. Dec. 1737.

Okolicsányi Michael. Ex Körtvélyes in cottu Zemplén. Qua alumnus coll. gener. 1743. baccalaureus, 1744. magister philosophiae. 26. Mart. 1749. investitus parochus in Harkács, ubi usque 1753. operatus. Tum factus canonicus Scepusiensis. Hinc 4. Sept. 1756. installatus canonicus Strigoniensis. 7. Nov. 1760. ADiac. Hont. 28. e. a. investitus parochus Tirnaviensis, jam tunc abbas B. M. V. de Porozsló. 23. Dec. 1765. concil. Ltle intimat de reserando coemeterio utpote 20. annis clauso et 7. Maji 1766. jubet tale extra civitatem excindendum. 10. Mart. 1770. ADiac. Gömör. † 6. Febr. 1771. ex doloribus stomachi et singultu. Aetatis 59.

Okolicsányi Paulus. Natus 23. Jul. 1780. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1804. absolvit. 15. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Levae, ab 1805. in Egerszeg, 1809. factus capellanus castrensis nobilis hung. insurg. I. legionis equestris Barsiensis. 1810. accepit parochiam Nagy-Oroszi. Hinc 18. Maji 1818. per cambium cum Emerico Zsebey accepit Nagy-Sáró. Inde 8. Jun. 1824. nominatus parochus in Lédecz, 5. Maji 1841. in Verebély, ubi mox VADiac. distr. cognominis. 1846. factus canonicus Tirnaviensis, ubi in capitulo usque cantoratum ascendit. † 4. Dec. 1865. Fuit Nestor ADioecesis.

Oláh Bartholomaeus. 22. Jan. 1710. investitus parochus in Nagy-Megyer. Hinc 31. Mart. e. a. in Tallós, ubi † 10. Sept. e. a. in obsequio pestiferorum filialistarum Eperjesiensium.

Oláh Nicolaus. Natus 12. Nov. 1845. Theologiam Strigonii absolvit. 25. Jul. 1869. ordinatus. Cooperatorem egit in Pudmericz. 1. Nov. 1875. nominatus parochus in Jókő. Ab 1884. in Gajar.

Olasz Paulus. Jauriensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1691. baccalaureus 1692. magister philosophiae. Theologiae in semin. s. Stephani studuit et quidem tertium a. jam qua capellanus capituli. Subin cooperator hungaricus cittis Tirnaviensis. 2. Apr. 1695. ordinatus. 24. Jun. 1696. investitus parochus Carponensis, eotum unicus

hungarus in cottu Zoliensi. 22. Jul. e. a. introductus. Circa instaurationem rei catholicae Carponae penitus neglectae, immensa merita sibi paravit. 1699. constituto vicario per universum regnum pro restauranda triginta fere omnis in ruinis haerente aede sacra eleemosynam colligere suscepit. Proventus parochi a civitate dudum ministris aug. addicti recuperaturus amicam conventionem inivit, quae 18. Febr. 1700. legalisata, hodie dum viget. 1705. dum patrocinantibus Rákóczyanis austriani ecclesiam, jam ferme plene restauratam repeterent, in conventu Szécsényiensi causam catholicorum per tres hebdomedas viriliter defendit. Disturbii recrudescens 23. Oct. 1708. quasi cum germanis collusisset, captus ac magno pretio redemptus, ecclesia vero exusta. 5. Jul. 1710. canonicus Strig installatus. Qua talis zelo suo Carponensibus addictissimus. 1715. dignitatibus renuntiari voluit et parochiam repetere, sed AEpiscopus card. et dux a. Saxonia illum commissarium AEppalem et praefectum domini Bozók constituit, moxque totam possessionem Alsó-Rakoncza, una cum relicta praedicantis vidua et filio Jacobo Orlich ad sinum ecclesiae reduxit. 1712. praepositus s. Crucis de Aszód. 23. Maji 1713. ADiac. Comarom. 1719. el. eppus Almiensis una Tirnaviae parochus. 1720. patres e scholis Piis Carponae introduxit et fundavit scholaque providit. 1723. praepositus s. Georgii et ADiac. cath. 23. Nov. 1724. ordinat proventum cooperatorum suorum, item 9. Jan. 1727. altariae s. Dorotheae, seu concionatoris germ. 1729. praefectus semin. s. Emerici deficientium. Fuit et protonot. ap. ac S. C. et R. A. Mattis consiliarius. † 18. Dec. 1730. Sepultus in nova crypta eccl. s. Nicolai penes aram B. M. V. per ipsum erectam. Fundum ADioec. 1725. colligi coeptum, 1000 flnis auxit. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 184. Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 372.)

Olasz Paulus. 21. Oct. 1668. investitus parochus in Cseklész. Subin accepit Fel-Bár. Hinc 20. Mart. 1676. investitus in Nagy-Paka. Inde 2. Oct. 1677. in Csicsó. Exhinc 29. Nov. 1679. in Zámoly, ubi usque 1686. operatus est.

Oldinger Antonius. Natus 18. Apr. 1832. in Felső-Ludány. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Posonii absolvit. 8. Sept. 1854. ordinatus. Cooperatorem egit Hodrusbányae et a. m. Febr. 1856. Selmeczbányae. 25. Oct. 1861. factus parochus Bélabányae.

Olgyay de Eadem Adalbertus. Natus 16. Oct. 1842. in Taksony. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 25. Jul. 1866. ordinatus. Cooperatorem egit Strigonii ad s. Ignatium; subin in citte regia. 1869. Vetero-Budae. 20. Jan. 1870. nominatus parochus in Jóká. 1875. et 1880. parochia et oeconomica aedificia novitus tecta. 1877. turre et ecclesia extus restauratae. 1879. et 1880. agri ecclesiae parochi et xenodochii in unum coadunati. 1881. xenodochium restauratum.

Olgyay de Eadem Adolphus. Natus 3. Aug. 1809. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1833. terminavit. 1834. in instituto presbyterorum transegit Tirnaviae. 25. Febr. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Negyed, ab 1837. in Naszvad, ab 1838. in Nagy-Kér, ubi una sed. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor. Ab 1839. in Köbölkút, ubi † 8. Apr. 1860.

Olhauser Michael. Natus 22. Jan. 1809. in Szent-Endre in cottu Pest. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 19. Aug. 1832. ordinatus est. Cooperatorem egit in Koros. 1834. in Diószegh, hinc Sept. 1835. Tirnaviae. Mense Febr. 1844. obtinuit beneficium in Rózsavölgy. Hinc 16. Maji 1848. investitus parochus in Gerencsér. 11. Jun. 1864. VADiac distr. Tirnaviensis. 25. Oct. e. a. assessor s. Sedis Tirnaviensis ac matr. defensor. 12. Aug. 1868. prosynodalis examinatus. 19. Jun. 1869. hon. canon. Strig. et AEppalis praeparandiae Tirnaviensis inspector. 1. Jul. 1878. canonicus Tirnaviensis. 26. Oct. e. a. praeparandiae director. 27. Aug. 1880, deficientiae sacerdotum rector. 8. Apr. 1885. canonicus cantor, 1886. lector promotus. Fuit et praepositus s. Joannis Bapt. de Szabolch. † 17. Aug. 1890.

Ollé de Ollé-Tejed Andreas. Natus 30. Nov. 1812. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1838. absolvit. 1839. et 1840. in instituto presbyterorum transegit. 26. Jul. 1839. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nádszeg, ab 1841. in Vámos, ab 1842. in Várbó, et demum in Patak. 28. Febr. 1846. nominatus parochus in Megyer. † 21. Aug. 1855. ex cholera.

Ollé Martinus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1811. terminavit. Cooperatorem continue in Várbó egit. 21. Oct. 1823. nominatus parochus in Hosszúfalva, ubi † 15. Jun. 1833.

Olsay Georgius. 27. Maji 1759. missus pro cooperatore ad Velicsna. 1. Apr. 1762. investitus parochus in Arva-Váralja, quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Oltumanus. Fuit circiter ab 1220. primus sacerdos de villa Balarad, (Bélaház) inde nempe a dedicatione ecclesiae. Superstes adhuc 1248. et persecutionem Tartaricam passus. (Knauz, Monum. Strig. I. 372)

Omaszta Franciscus, Gabriel. Kovarczensis e cottu Nitr. e semin. gen. 1678. baccal. 1679. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. terminavit et 21. Mart. 1681. ordinatus est. 2. Nov. 1699. investitus parochus in Lancsár, ubi 17. Jul. 1700. Emericus Pongrácz peregit visitationem; qui de parocho, quod sit annor. 48. in cura animarum annis 22. hic uno. Incepit 1703. matricam scribere. Hinc 4. Apr. 1704. investitus in Pöstyén, ubi usque 1706. operatus est.

✓ **Ondreák Joannes.** Theologiam cum quinto a. cursu practico in semin. arcis Posoniensis 1791. terminavit. Cooperatorem egit in Krakován, ubi 25. Nov. 1800. etiam parochus nominatus est. †. 9. Apr. 1823. Ibidem.

Ondrejecz Andreas, Antonius. Theologiam qua casista in semin. s. Stephani terminavit. 7. Apr. 1690. ordinatus est. Mense Mart. 1693. accepit parochiam Prassitz, ubi m. Jun. 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho notavit, quod sit annor. 34. sacerdotii 7. hic 4. annis. Convertit 20. acatholicos. 1700. altera per eundem ibidem peracta fuit visitatio, in qua de illo, quod ibi sit 6. annis. Illi injunctum, ne accipiat denarium a poenitentibus, sed siquid ad altare ponatur, per aedituum mendicis distribuatur. Administrans simul Závada, operatus est usque 1703.

Ondrejkovics Alexius. Natus 11. Jul. 1781. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1811. absolvit. 21. Jul. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Modrae, ab 1813. in Vág-Ujhely, demum Bazinii. 1816. factus parochus in Tótgurab. Hinc 1839. transivit ad Mária-Völgy, usque 1860. operatus. Tunc inter emeritos numeratus Posonii victitavit. † 11. Jul. ejusd. a. Ibidem.

Ondrejkovics Georgius. Jókaisensis. Qua alumnus semin. Mariani 1747. baccalaureus, 1748. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1751. terminavit. 1. Maji e. a.

investitus parochus Littavae, ibi 1766. Emericus Foglár conscriptionem peregit. Hinc 4. Maji 1774. transivit ad Szenográd. † 26. Mart. 1780.

Ondrejkovics Ignatius. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1807. terminavit. Cooperatorem egit in Kosztolán, ab 1810. in Vág-Ujhely. 1821. factus administrator in Suránka. † 5. Febr. 1822. ibidem.

Ondrejkovics Joannes. Natus 14. Mart. 1814. in Znio-Váralja in cottu Turócz. Philosophiam qua Piarista Vacii, theologiam qua talis inchoavit Nitriae, terminavit Tirnaviae. 28. Oct. 1836. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ipoly-Födemes medio a. in Aranyos-Maróth uno a. in Kisapáthi uno a. in Bozók aequo uno a. et in Szent-Benedek. 5. annis. 24. Apr. 1846. nominatus parochus in Dömös. Hinc 18. Febr. 1848. transivit ad Tölgyes, inito cambio cum Paulo Prisztics. A. 1880. accepit Szent-Benedek. De activitate illius literaria vide Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 372.

Ondrejkovics Nicolaus. Fuit ab 1686. usque 1688. parochus in Dejte.

Ondrejkovics Valentinus, Joannes, Augustinus. Fuit 1657. parochus in Nagy-Rippény, ubi eodem a. Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de parocho notavit, quod sit vir exemplaris. 13. Apr. 1663. investitus parochus in Nagy-Súr. In libro investiturarum dicitur de illo, quod sit bonus vir. Hinc 19. Apr. 1665. in Morva-Szent-János. Ibi incepit scribere matricas. 5. Jan. 1682. investitus in Nagy-Lévárd, quam per cambium cum Georgio Szeniglovicz accepit. Exhinc 2. Jun. 1699. investitus in Haszprunka, ubi † 25. Nov. 1705. Fuit sacerdos jubilaris.

Ondrey Martinus. 3. Sept. 1745. missus pro cooperatore Scepusium. Subin factus parochus in Lechnicz, ubi † 6. Jun. 1762.

Opatovszky Joannes. Schemnicziensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1751. baccalaureus, 1752. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1755. terminavit et 29. Jun. e. a. missus pro capellano sacelli montis Klak ad Felső-Hámor. 3. Maji 1758. investitus parochus in Vizoka. Hinc 22. Jul. 1760. in Szent-Antal in cottu Hont. 27. Apr. e. a. Joannes Nep. comes Koháry notificat officio dioecetano suam intentionem capellam in honorem s. patroni sui erigendi. Inde 17. Jan. 1767. in Polonka. Eodem a. capella s. Vendelini ibidem erecta et

dotata. Una cum parochia 1776. incorporatus neo-
erectae dioecesi Rosnaviensi.

Opecska Georgius. Natus 27. Febr. 1795.
Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani
1818. terminavit. 12. Aug. e. a. ordinatus est.
1819. applicationem exspectavit in Nagy-Tapol-
csán. Cooperatorem egit in Vindschacht. 20. Aug.
1826. investitus parochus in Kormossó. Hinc 26.
Sept. 1833. in Alsó-Badin. Inde 21. Febr. 1838.
in Litava, ubi 1853. VADiac. districtus Bozók
factus. † 28. Jan. 1862.

Orányi Laurentius. 1689. m. Oct. missus
ad cottum Gömör. accomodandus per VADnum.
4. Jul. 1692. investitus parochus in Pohorella.

Oravay Lucas. Occurrit 1559. plebanus in
Zetrebe, id est Jasztraba. De quo Joannes Deres-
key in visitatione hoc a. peracta sic: »Senex
ordinatus per Rdum D. Dominicum, omnia sacra-
menta habet, et est sine uxore.»

Oravec Martinus. Natus 30. Sept. 1790.
Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani
1816. terminavit. 17. Aug. e. a. ordinatus. Co-
operatorem egit in Nagy-Surány, ab 1820. in
Chropó, ubi simul admin. in spir. et temp. Ab
1821. iterum cooperatorem, etquidem in Sasvár.
1822. admin. mox parochus in Czerova. Hinc
19. Maji 1845. transivit ad Rarbach, inito cum
Emerico Jedlicska cambio. 1860. veteri ecclesia,
vix centum homines capaci diruta, novam spe-
ciosam in honorem B. M. V. Assumptae extruxit.
† 12. Jan. 1863. ex marasmo senili. Sepultus in
coemeterio infra crucem majorem. Fuit vita
exemplaris, in laboribus indefessus, ardens in
charitate pro Dei honore et gloria.

Orbán de Petér Mathias, Aloysius. A 25.
Maji 1711. parochus in Vásárút teste matricula
a se scribi cepta, cujus inscriptio sic sonat:
«Protocolum, seu rerum gestarum ecclesiarum
oppidi Vásárút et filialium ejusdem annexarum
Vámosfalu, Kürt et utriusque Nyárasd. Ab adm.
rdo excellenti ac doctissimo domino Matthia
Aloysio Orbán de Petér AA. LL. et philo-
sophiae magistro ss. theologiae et sacrorum can-
onum baccalaureo formato pro tempore oppidi
Vásárút plebano baptisati sunt.» Successorem
1712. nactus.

Orbán Valentinus. Philosophiam ab 1670.
usque 1673. in Pázmáneó, theologiam Romae ab-
solvit. 25. Jun. 1676. investitus parochus in Nagy-
Kér. Hinc 7. Jun. 1683. transivit ad Felbár.

ubi tantum m. Jun. 1689. investitus est, sed jam
7. Aug. 1686. installatus canonicus Strigon. 1.
Mart. 1688. ADiac. Comar. Qua parochus usque
1690. activus erat. † 18. Febr. 1694.

Ordódy de Eadem et Rozsonmiticz Augustinus. Natus 5. Aug. 1815. Bagotae in cottu Co-
mar. Philosophiam et theologiam Tirnaviae ab-
solvit. 29. Sept. 1838. ordinatus. Capellanum egit
familiae Ordodyanae in Bagota. 1839. cooperatorem
interimale in Nagy-Maros. Eodem a. coopera-
tor in Kemencze. 1845. admin. in Szalka. Eodem
adhuc a. ad Kéménd transpositus pro coopera-
tore. 9. Dec. 1851. constitutus adm. in Ujbars.
1853. in filiali Kis-Koszmály pro catholicis pro-
prium erexit scholam. Ad eccl. parochialem tur-
riculam ligneam posuit. Decursu septem annor.
29. incendia in ambitu parochiae supervixit, quo-
rum aliquod etiam aedibus parochialibus damna
causarunt. Mense Jun. 1861. transivit ad Egegh.
Erigi curavit ante portam ecclesiae crucem mar-
moream. † 24. Mart. 1877.

Ordódy Georgius. Natus in Nyitra-Vicsap.
Qua alumnus semin. Mariani, 1725. baccalaureus,
1726. magister philosophiae. Theologiam cum
cursu speculativo terminavit. 1. Sept. 1729. mis-
sus ad praebendariatum Poseniense. 13. Maji
1730. investitus parochus in Csúz. 1731. ibidem
visitatio peracta, per Paulum Forgách, qui pa-
rochum ob suam diligentiam laudat. Hinc 5. Mart.
1733. investitus in Szémő. Inde 4. Nov. ejusd. a.
in Gúta, ubi † 14. Apr. 1737.

Ordódy Ignatius. Lieszkóviensi e cottu Tren-
csén. Qua alumnus semin. gener. 1749. baccalau-
reus, 1750. magister philosophiae. Theologiam
cum. a. quarto 1754. terminavit. 8. Maji e. a.
constitutus praebendatus capit. Strig. 7. Jul. e.
a. factus cooperatorem Tirnaviensi. 16. Sept. 1755.
investitus parochus in Sopornya. 1758. ecclesia in
filiali Pata restaurata. † 2. Dec. 1776. Tirnaviae.

Ordódy Paulus. Lieszkóviensis e cottu Tren-
csén. Qua alumnus coll. gen. 1737. baccalaureus,
1738. magister philosophiae. 2. Febr. 1753. in-
vestitus parochus in Úzbégh. Circa 1755. erige-
batur crypta familiae Nagy, item congregatio
cordigerorum. Mense Jun. 1772. factus canonicus
Scepusiensis. Adeptus est abbatiam s. Jacobi
de insula Danubii. In capitulo ascendit usque
lectoratum. Fuit protonot. apost. et ss. theologiae
doctor ac s. sedis consist. assessor.

Ordódy de Eadem et Alsó-Leszkó Theodorus.

Natus 14. Sept. 1801. in Bagota. Philosophiam et theologiam in semin. s. Stephani 1824. terminavit. 1825. in instituto presbyterorum transigit. 26. Mart. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Kér. 1828. in Tardoskedd. 1832. in Bajóth. 12. Dec. ejusd. a. nominatus parochus in Bajtha. Hinc 12. Apr. 1837. in Kövesd, ubi ab 1848. VADiac. surr. distr. Hont. Danubialis. Inde 19. Jan. 1850. in Drégely-Palánk, ubi simul VADiac. ord. distr. Drégelyensis. 30. Maji 1854. installatus canonicus Strig. 1856. post consecrationem Basilicae primus parochus cathedralis ac rector altariae B. M. V. Annunt. 1859. abbas s. Aegydi de Kaproncza. 31. Dec. 1862. resignavit parochiam ob deficientes vires corporis. Praesentiens vicinam mortem 1863. tumbam sibi fieri curavit. † 30. Martii 1864. ex morbo calculi. Fuit vir integritate vitae, animi pietate, zeli pastoralis ardore, summae modestiae ac iudicii maturitate eminens.

Orel Carolus. Natus 28. Dec. 1853. Theologiam Strigonii 1877. terminavit et 1. Jul. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Mocs, ubi 1878. int. admin. 1880. in Majthény, 28. Jul. 1885. administrator, dein investitus parochus in Kossúth.

Oreskovics Daniel. Nobilis croata ex Perussich oriundus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani, 1803. terminavit. Cooperatorem egit in Ó-Bars. 16. Jan. 1806. nominatus parochus in Vámos-Ladány, ubi † 13. Apr. 1827.

Orfandl Franciscus. Natus 23. Dec. 1760. Tyrnaviae. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. 1785. terminavit. Cooperatorem egit in Selmeczánya. 1791. factus parochus in Csejkő, ubi † 2. Jun. 1805.

Orgler Josephus. Natus 1772. Ujbányae. Philosophiam et theologiam in semin. AEppali Posonii 1795. terminavit, eodem a. et ordinatus. Cooperatorem egit Levae, ab 1796. Samariae. 1798. factus concionator Posonii ad ss. Salvatorem. Ab 1802. regii gymn. ibidem exhortator, 1807. praefectus herulor. Vincentii com. Sándor 1811. professor theologiae past. catech. et eloquentiae in universitate Pest. 1817. ss. theol. doctor graduatus. Fuit et s. sedis Strig. assessor. 1823. canonicus Posoniensis factus. 6. Apr. 1824. supremus studior. director in distr. Posoniensi ac consiliarius regius. 1825. parochus cittis Posoniensis. 6. Apr. 1829. stud. directoratum re-

signavit. Fuit et abbas B. M. V. de Madocsa. † 6. Sept. 1829. Fuit celebrer orator latinus. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 374.)

Orgonás Antonius. Natus 9. Apr. 1833. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1853. absolvit. 13. Dec. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in l. r. citte Strig., ab 1857. in Ó-Bars. 20. Sept. 1859. factus admin. in Szkiczó, ubi † 27. Apr. 1860.

Orgonista Paulus. Fuit parochus in Lopassó, qui cum Paulo Mossóczy identicus esse videtur et adhuc 1613. operabatur.

Orliczky Franciscus. Natus 15. Jan. 1852. Theologiam Strigonii 1876. terminavit. 16. Jul. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vedrőd, 1878. in Nagy-Tapolcsány. 1889. admin. in Závada. ubi eodem a. parochus factus.

Orlik Martinus. Terényensis. Qua alumnus semin. Mariani 1748. baccal. 1749. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1752. terminavit. 10. Aug. 1753. missus est pro conventuali et capellano ad Szent-Benedek. 7. Oct. e. a. ibidem parochus investitus, quam 1755. resignavit et seminario deficientium adscriptus recessit Tirnaviam, ubi † 10. Apr. 1769.

Orlovics Paulus. Vittenczensis. 3. Nov. 1737. susceptus in alumnatum Budensem. Qua alumnus semin. s. Stephani. 1741. defendit universam philosophiam. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1743. terminavit. 16. Dec. 1745. missus est pro capellano ad Andream Szörényi. 22. Febr. 1746. investitus parochus in Kis-Gyarmat, ubi † m. Febr. 1752.

Oróczy Christophorus, vide **Ozoróczy.**

Orosz de Balásfalva Alexander. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1828. terminavit. Cooperatorem egit in Vajka. Initio a. 1831. missus ad Egyház-Gelle. 1834. factus parochus in Dercsika. Hinc 1838. transivit ad Baka, ubi † 20. Dec. 1844. Aetatis 49. Fuit sedis de Vajka et Érseklél tab. jud. assessor.

Oroszi Georgius. Occurrit 1561. parochus in Vág-Szerdahely. De quo visitator hujus a. sic: «Venerabilis senex, ordinatus Strigonii per AEppum Thomam, habet quandam servitricem non uxorem, bonae famae. Mulierem propter necessitatem domus et senectutis fomentum. Una cum suis est fidelis Romanus.»

Oroszi Stephanus. Occurrit 1647. licentiat. in Bart. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Országh Martinus. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 1631. accepit parochiam Bazin. 1634. ibidem Georgius Dráskovics peregit visitationem, qui de parochia sic: «Huc impositus absque mea introductione. A me hoc anno VADiaconus sub montibus est constitutus. Annorum circiter 30. Profecit aliquantulum in literis. Concionator commodus. Bonis moribus praeditus.»

Osókó Ladislaus. Occurrit circa 1559. plebanus in Liptó-Szent-Mária, una et vicegerens.

Ossekovics Michael, vide **Oszikovics.**

Ostroskay Michael. Theologiam cum tertio a. cursu speculativo in Pázmáneó terminavit. Cooperatorem egit Teplae in Liptó tribus annis. 1. Dec. 1749. missus in pari qualitate ad Verbó. 15. Jun. 1750. investitus parochus in Hosszufalu, ubi 1755. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochia: «Annor. 36. Vitae exemplaris. Catecheses pomeridianas jussus reassumere.» † 27. Nov. 1757. ibidem.

Ostrovinus, vel Otzovinus Martinus. Occurrit 1647. plebanus in Turócz-Szent-Márton. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc a. confecto. Eodem a. et Mathias Schlegel ibidem visitationem peregit, qui similiter illum nominat.

Osvald Christianus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1813. terminavit. Cooperatorem egit in Koross. 8. Oct. 1831. obtinuit parochiam Nadlány. Hinc 30. Jan. 1836. translatus est ad Koross, quam 1845. resignavit et Posonium recessit, ubi † 20. Oct. 1846. Aetatis 58.

Osvald Mathias. Occurrit licentiatius in Zsély. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. 7. Jun. 1668. investitus qua talis in Patak et Dejtár. Hinc 20. Mart. 1680. in Ebeczk et Szklabonya, ubi usque 1697. activus erat.

Osvald Michael. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 12. Maji 1696. investitus parochus in aliqua indeterminata parochia cottus Tornensis. 18. Aug. 1697. in Barka et Lucska. 1. Jun. 1702. in Nagy- et Kis-Hind. Hinc 22. Mart. in Ó-Bars, sed inde jam 3. Apr. 1710. iterum reversus, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de illo: «In cura animarum 18. annis. Punctis se conformat.» 11. Apr. 1725. investitus in Zámoly. Exhinc in Komjáth. Operatus est usque 1731.

Osvald Richardus. Natus 30. Oct. 1845. Hodrusbányae. Theologiam in semin. s. Stephani 1869. absolvit. 25. Jul. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Ó-Bars, 1870. in Drégely-Pa-

lánk, 1872. in Verebély. Dein valetudinem curans. Ab 1876. in Majthény. 1879. int. adm. in Bohunicz, hinc eodem a. reversus ad Majthény. Ab 12. Mart. 1880. admin. mox parochus in Tepla, nunc Lenge. Est bibliothecarius distr., membrum hon. distr. Bars-Szent-Kereszt. Fasciculorum «Kazatelna» et «Literarne Listy», redactor. Est zelusus literator slavonicus. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 376.)

Osvald, vide et **Oszvald.**

Osvaldóczy Paulus. Theologiae in collegio gen. studuit. 5. Jun. 1694. ordinatus est. 30. Apr. 1699. investitus parochus in Szelec, ubi usque 1700. activus erat. 15. Aug. 1711. investitus in Rózsahegy, ubi 17. Febr. 1713. investitura iterata fuit. 16. Jun. e. a. visitationem peregit Thomas Petróczy. 30. Jul. 1727. fundatio Piaristarum per Lövenburgum effectui mandata. Subin VADnus distr. Liptóviensis. Ibi 23. Aug. 1732. visitatio Ujvendéghyana peracta, in qua de parochia: «Conversi ab 1713. animae 373. apostatae 5. tempore Rákóczianae revolutionis.» 1734. et 1740. ibi conscriptiones parochiae peractae. Munus VADiaconi resignavit. † 16. Sept. 1747. Ibidem.

Osvaldus. Fuit 1548. parochus in Ocsova, cui eodem a. agrum exstirpatitium per Christophorum a Turri et Cruce, nomine Mariae reginae donatum, Volfgangus Puchaim comes Zoliensis confirmavit, accedente 1552. assensu regio Ferdinandi I. Scriptores protestantici illum, qua reformatorem hujus regionis, sibi vindicant.

Osvaldy Martinus. Natus in Pernek. 11. Mart. 1724. diaconus, mox presbyter ordinatus. 14. Mart. 1727. investitus parochus in Széleskút, sed mox transivit ad Jakabfalva, ubi † 7. Jul. 1732.

Oszczithy Mathias. Natus 12. Mart. 1813. in Felső-Diós. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Jul. 1839. ordinatus. Cooperatorem egit Moravankae, ab 1840. in Nagy-Lévärd, ab 1842. in Pereszlény, ab 1847. Szakolczae, ubi parochiam quoque administravit. 3. Aug. 1848. parochus factus in Nyitrapereszlény. 1861. VADiac. distr. Radosna. † 26. Jul. 1880. ibidem.

Oszikovics, vel Oszekovics Michael. 12. Maji 1740. investitus in Nagy-Szelezsény. Hinc 19. Sept. 1749. in Berzencze et Némethi in cottu Bars, ubi † 23. Nov. 1762.

Osztraticzky Georgius. Ab 1738. parochus in Alsó-Palojta. Hinc 8. Jan. 1742. investitus parochus in Csal, sed mox reversus ad priorem

stationem. 3. Maji 1748. inquisitio de statu ecclesiae peracta. † 8. Mart. ejusd. a. ibidem.

Osztroluczky Balthasar. Occurrit 1669. parochus in Ternye, qui in filiali Budicska, decimam jure dominiū terrestres occupavit. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 219.)

Osztröticzky Michael. 1637. baccalaureus philosophiae in universitate Tirnaviensi creatus. 1647. occurrit parochus in Hradiska, una cum filiali Ositha. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Osztröticzky Stephanus. Occurrit 1630. parochus in Velsicz. Interfuit synodo per Petrum Pázmány 4. et 5. Oct. e. a. Tirnaviae celebratae. 1647. fuit parochus in Jókò, nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Osztrovszky Emericus. Natus 29. Aug. 1783. in Vittencz. Theologiae in semin. Mariano studuit. 15. Aug. 1806. ordinatus. Cooperatorem egit in Stomfa. 1812. factus parochus in Pernek. Hinc 1. Nov. 1826. nominatus in Malaczka, ubi eodem a. factus VADiac. distr. cognominis. † 30. Nov. 1837. Fecit plures fundationes.

Osztrovszky Nicolaus, Robertus. 1677. factus parochus in Verbócz. Introducto pastore, catholicus curio cedere debuit et Verbócz filia ad Szobotist facta. Georgio Ambrosi pastori, vero occasione visitationis 1731. exercitium functionis, prout in loco non articulato, inhibitum fuit.

Oszúszkay Josephus. Ex aliquo cassato religioso ordine. 1787. primus factus capellanus localis in Bucsán, ubi activus usque mortem. † 14. Aug. 1795. Tirnaviae.

Oszvald, antea Hurban Joannes Nep. Natus 29. Apr. 1838. in Egbell. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 25. Febr. 1866. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ipolyság, in Nádass cottu Hont. 1. Maji e. a. factus admin. in Bakabánya. Hinc a 10. Dec. 1868. iterum cooperator et quidem in Ó-Bars, ab 1869. in Selmezbánya. 1873. accepit parochiam Ó-Lehota. Sub illo 1875. commassatio terreni facta. 1878. nova schola aedificata, 1879. capella in filiali Uj-Lehota erecta. 12. Sept. 1881. transivit ad Vág-Szentkereszt.

Oszvald Ludovicus. Natus 17. Jul. 1851. Theologiam Strigonii 1874. absolvit. 26. Jul. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Lédecz. 19. Mart. 1882. nominatus parochus in Velsicz.

Oszychka Laurentius. Occurrit 1616. parochus in Thaszár. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Otocska Carolus. Natus 28. Oct. 1818. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1841. terminavit. Jam tunc AA. LL. et philos. doctor. in universitate Pestana graduatus. 23. Jul. 1842. ordinatus, qua alumnus instituti presbyterorum Strigonii. Cooperatorem egit in Cseklész, ab 1844. in Majthény, demum Konyhae. 1846. administravit Apaj, usque 9. Aug. e. a. 1847. factus parochus in Pernek. † 13. Jun. 1852.

Otsovinus Martinus, vide **Ostrovinus.**

Ott Adamus. Natus 24. Dec. 1843. Pestini. Theologiam Viennae absolvit. 28. Jul. 1867. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Salló, ab 1869. in Udvard et eodem adhuc a. in Nagyczétény, ab 1871. in Patak. Subin praefectus herulorum comitis Berchthold in Nagy-Oroszi. 1874. cooperator Budapestini ad s. Annam, post breve tempus ibi ad s. Josephum. 1890. obtinuit parochiam in Budaajlak. Est doctor ss. canonum. Literaria merita recenset Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 378.

Ottocarus. Occurrit. 1271. plebanus in Szent-György. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Ovcsarovics Joannes. 13. Apr. 1671. accepit investituram pro aliqua parochia in districtu Bozókensi. Mense Maji 1676. investitus parochus in Báth ad Lévam, ubi 22. Jun. 1677. investituram iterate accepit. 28. Dec. 1682. posteaquam rebelles Tökölíani saepius quaesivissent parochum ad necem, occiso etiam famulo ejusdem et in absentia res parochiae iterato exspoliassent, tandem et ipse captus et pro lytro extorquendo diu raptus et vexatus donec per turcicum praesidem, dum 75. imperiales dependeret, liberatus. Ecclesia ipsius occupata, suae sectae hominem imposuerunt Joannem Joannides, alias Janossik et ab 1683. in usu fuerunt sex annis.

Ozbelics, vel Ozbelicz Petrus. 21. Jun. 1674. investitus parochus in Palást. Hinc transivit ad Horváth-Gurab. Inde m. Apr. 1689. in Gimes, Lédecz et Kosztolán. 1694. vel initio 1695. accepit Báhony, ubi usque 1701. activus erat.

Ozoróczy vel Oróczy Christophorus, Occurrit parochus in Krakován. 4. et 5. Oct. 1630. interfuit synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. 1632. accepit Lancsár, ubi 1634. Joanes Solnensis peregit visitationem, qui de parochia sic: «Duobus jam annis hic. Exiguos proventus habet. Oeconomus non malus. Nihil mali de illo audivi.»

Örmezey Joannes, vide **Eörmezey.**

Öröm Michael, vide **Erem.**

P.

Paál Josephus. Karancskeszziensis. Theologiam in collegio rubrorum ab 1722. incipiendo cum quarto a. 1725. absolvit. Qua talis ordinatus et 15. Maji ejusd. a. baccalaureus theologiae. Mox parochus in Sajó-Püspöki. Tunc 1727. doctor ss. theologiae promotus. 9. Aug. ejusd. a. investitus parochus in Bást. Ibi 1733. visitatio Illyésiana peracta. 20. Jan. 1742. in Soóshartyán, sed hinc 4. Apr. ejusd. a. reversus est ad Bást, ubi factus VADiac. distr. Gömör. † 16. Sept. 1753. Ibidem.

Paár Thomas. Leucsóviensis e Scepusio Qua alumnus semin. Mariani, 1733. baccalaureus, 1734. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. 1736. terminavit. Subin diutius parochus in Tussina, ubi etiam † 24. Mart. 1772. Versatus concionator. (Zelliger. Eszt. Egyhm. Irók. 379.)

Pachmann Antonius. Natus 14. Oct. 1818. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1844. terminavit. 1845. in presbyterorum instituto transegit, ubi 3. Apr. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Magyar, ab 1847. Konyhae. Hinc 12. Sept. 1855. nominatus parochus in Szent-István, ubi † 6. Jan. 1867. Praeter non quotidianas animi dotes, laudantur ipsius corporis vires, ita ut duos saccos frumenti plenos, 200 libras insimul ponderantes, singula manu levare potuerit.

Pachmann Florianus. Natus 23. Apr. 1835. Theologiam Strigonii absolvit. 24. Oct. 1857. ordinatus. Cooperatorem egit Gutae, Schemniczii, in Pöstyén et Szuhae. A m. Dec. 1862. admin. 10. Febr. 1863. investitus parochus in Oszuszkó. Hinc 8. Mart. 1866. transivit ad Egyházfalva, ubi non fuit investitus, ideo admin. mansit. Inde 1. Mart. 1871. electus parochus in Modor, ubi † 2. Jul. 1889.

Pachmann Ignatius. Natus 9. Mart. 1840. Podolae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 28. Febr. 1864. ordinatus. Cooperatorem egit in Thaszár, ab 1866. in Lédecz. et ab 1867. in Nagy-Tapolcsán. Hinc 1. Dec. 1871. nominatus parochus in Nyitra-Pásztó.

Pachmayer Thomas de Posonio. Occurrit 1526. canonicus et plebanus ecclesiae s. Martini Posonii, item altarista corporis Christi. 1542. condidit testamentum. (Rimely, Capit. Poson. 263.)

Pachtovics Petrus, vide **Bachtovics.**

Padzirovsky Mathias, vide **Pagyerovsky.**

Pagyerovsky Mathias. E cottu Posoniensi. Qua alumnus semin. gen. 1663. baccalaureus philosophiae. 26. Maji 1668. investitus parochus in Hradist. Hinc 1680. in Gajar, ubi usque 1685. activus erat.

Paiduch Josephus. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo absolvit. Cooperatorem egit in Kéménd, ab 1776. in Nagy-Paka, ab 1777. Pestini in citte inter. 1781. factus admin. in Keökeszi, ubi † 1. Jan. 1785.

Pajakovics Joannes. 1. Nov. 1715. investitus licentiatu in Felső- et Alsó-Zelle, ubi usque 1716. activus erat.

Pajer Georgius. Nobilis de Szaránk e cottu Heves. Qua alumnus semin. Mariani 1755. baccalaureus, 1756. magister philosophiae. 23. Dec. 1758. missus pro capellano ad baronem Malonyay in Kis-Vicsap. Inde a 1. Maji 1760. cooperatorem egit in Szebény. 25. Nov. ejusd. a. investitus parochus in Bozók. Hinc 6. Jul. 1762. in Pécs-várad, ubi † 6. Apr. 1775. Aetatis 45. Sepultus in antiqua ecclesia penes fratrem Josephum in parochia praedecessorem suum. (Brüsztle, Recensio etc. II. 331. IV. 177.)

Pajer Josephus. Nobilis de Szaránk in cottu Heves. Qua alumnus semin. s. Stephani 1748. baccalaureus, 1749. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1752. terminavit. 21. Aug. 1753. investitus parochus in Pécs-Várad, ubi † 30. Jan. 1762. Sepultus in antiqua ecclesia OO. SS. ante aram majorem. (Brüsztle, Recensio etc. IV. 177.)

Pajer Michael. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit, hinc 4. Jul. 1709. investitus parochus in Tussina. 28. Oct. ejusd. a. ordinatus cum dispensatione 5. mensium. Investitura illi 5. Dec. ejusd. a. reiterata. 26. Nov. 1713. investitus in Janólehota. Hinc 25. Nov. 1717. in Bőrsöny. 1720. interfuit congregationi VADiac. in Hont. Successorem m. Jan. 1724. nactus.

Pajericz Georgius, Ambrosius. Ab 1718. parochus in Janó-Lehota. Hinc 24. Oct. 1731. investitus parochus in Dévényujfalu. Inde 4. Jul. 1734. in Lucska, sed post 25. ejusd. m. illam iterum recepit, ibi etiam † 10. Maji 1739.

Pakay, vel Bakay Franciscus, Ladislaus. Occurrit 1673. parochus in Püspöki, ibi hoc a. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. 22. Apr. 1674. installatus canonicus Posoniensis. † 1676.

Palaczka Joannes. Occurrit 1570. parochus in Szakolcza. Habuit controversiam cum rectore scholae Joanne Beles propter vas vini coram s. Sedem Strig. tractatam.

Palánky Matthaeus. 5. Dec. 1690. investitus licentiatu in Bajóth. Hinc 12. Sept. 1693. in Tölgyes, ubi usque 1701. operatus est.

Palánky Michael. 12. Apr. 1679. investitus parochus in Visk, ubi usque 1686. operatus est.

Palánky Valentinus. Fuit 1662. parochus in Szalka, teste aliquo libro, qui olim in sua possessione fuit, nunc in bibliotheca E. M. Strig. repositus existit. (E notis Georgii Palkovics.)

Palányi Stephanus. Theologiam cum quarto a. in collegio Pázmániano 1725. absolvit et baccalaureus creatus. 14. Mart. e. a. investitus parochus in Tornócz, cum filiabus Szelöcze, Hoszszúfalu, Jattó et Vágvecse. In matre eodem a. Stephanus Hunyady incepit ecclesiam aedificare. Matricae item inchoatae. 1732. ibidem Franciscus Zichy peregit visitationem. † 18. Jun. 1741. ibidem.

Palárik Joannes. Natus 17. Apr. 1822. in Rakova in cottu Trencsén. Philosophiam et theologiam in semin. Mariano Tirnaviae 1846. terminavit. 15. Jan. 1847. ordinatus. Cooperatorem egit in Ó-Bars, ab 1849. Siglisbergae, a 16. Jan. 1851. Selmezbányae et a 6. Dec. 1852. Pestini ad s. Theresiam. 23. Nov. 1862. nominatus parochus in Majtény, ubi † 7. Dec. 1870. Fuit zelosus et aestimatus literator slavicus. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 380.)

Palásthy Benedictus. 25. Apr. 1698. investitus parochus in Visk. 1700. renovari fecit cum aliquibus aliis contribuentibus ecclesiam, prout inscriptio testantur. (Magyar Sion. 1864. 510.) 4. Mart. 1702. una investitus in Szete, ubi usque 1705. operatus est. In Visk vero usque 1713.

Palásthy Joannes. 1671. accessit e semin. nigror. ad audiendam theologiam in univ. Tirnaviensi. Post illam, in semin. s. Stephani absolutam, 17. Mart. 1673. ordinatus. 27. Mart. e. a. investitus in Felső-Túr. Successorem 1693. nactus.

Palásthy Martinus. Palásthensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1680. baccalaureus, 1681. magister philosophiae. In eodem semin. et in

Pázmáneo theologiae studuit. 24. Apr. 1688. investitus parochus in Gyerk. Hinc m. Apr. 1689. in Csicsó. A 23. Mart. 1690. una in Vámos et Zámoly, ubi usque 1694. activus erat. 1697. peregit in Csicsó Adamus Nigrini visitationem, qui parochum aetatis 39. annor. et hic 9. annis esse dicit. 16. Nov. 1705. investitus in Nagy-Bajcs. 18. Mart. 1706. iterum in Csicsó cum filiabus et catholicis ibidem circa circum, tum in comitatu Comar. quam et Jauriensi commorantibus, plane usque Comaromium, ubi parochias et ecclesias haeretici occuparunt. 4. Apr. 1710. una et in Vámos, quam etiam nunc altera vice accepit. Csicsó diutius vacantem relinquens transivit 16. Maji 1714. ad Vásárút, ubi eodem a. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho, quod sit 66. annor. in cura animarum 37. Eodem a. Paulus Olasz in Csicsó et Nagy-Megyer etiam peregit visitationem, in qua dicit, quod de ecclesiis his ille rationes dare tenetur. Inde 1. Aug. 1716. investitus in Nagy-Megyer. Exhinc demum 1719. iterum in Csicsó, ubi † m. Aug. 1724. Sepultus in ecclesia.

Palásthy Valentinus. 18. Mart. 1676. investitus licentiatu in Házás-Nénye et Bátorfalva. 1684. nominat se parochum in Keszihócz. (Palásthyak, III. 22.) 16. Apr. 1693. ibidem, in Nénye, Bátorfalva et Gáb investitus est licentiatu, quae investitura 13. Maji 1695. iterata. 2. Maji 1697. iterum in Keszihócz, nunc filia ad Csáb.

Palcssek Thomas. 13. Apr. 1761. missus pro cooperatore Scepusium. In Gölnicz qua talis activus erat usque 1765. tunc parochus factus in Mindszent, qua cum parochia incorporatus est 1776. neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Pálfalvai, vel Pálfalusi Joannes. Natus circa 1600. Pálfalvae in Transilvania. 21. Jan. 1626. ad Pázmáneum, recens fundatum, missus. Duodecim annis concionatorem egit Tirnaviae. 1634. parochi munus obivit in Szered, tunc ibidem visitationem peregit Georgius Draskovich, qui de ipso sic: «Amatus a comite Thurzó et a civibus, quamvis illi omnes haeresi inquinati religionem oderunt.» Jam 1. Mart. 1632. canonicus creatus. Plures gradus capitulares ascendens, 15. Sept. 1637. surr. vicarius et praepositus s. Georgii. 1638. synodo subscripsit. Tunc praeposituram s. Stephani de Promontorio Varadiensi possidebat et ADnus Cathedralis fuit. 1638. custos, 1639. munus parochi cittis Tirnaviensi in se assumpsit

et usque 1642. executus est. Hinc translatus ad praeposituram Agriensem. 15. Sept. 1642. lector, quam 23. Jan. 1644. resignavit, trasiens ad praeposituram Váradiensem in Jászó, inde 1647. rediit et 9. Jun. 1648. iterum lector capituli Strig. factus. Eodem a. altera vice subscripsit synodo. (Péterffy Conc. II. 375. 385.) 12. Aug. 1653. praepositus Leleszensis et eppus Transilvaniaensis. 1654. praepositus Scepusiensis. 3. Febr. 1656. eppus Váradiensis Fuit etiam abbas s. Petri de Tapolcza. † 23. Apr. 1663. Scepusii. (Sieb. Quart. I. 1790. 366. Wagner, Anal. Scep. III. 111.)

Palia Mathias. Occurrit 1630. parochus in Istvánfalva. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae.

Palics Carolus. Neosoliensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1754. baccalaureus, 1755. magister philosophiam. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1758. terminavit. 10. Maji ejusd. a. missus pro cooperatore ad montem Klák. Hinc 15. Sept. 1760. investitus parochus in Vízoka. Inde 12. Febr. 1763. in Nádás, in cottu Hont. Ibi 1766. per Emericum Foglár conscriptio parochiae peracta. Exhinc 5. Aug. 1767. in Zsarnócza. 20. Dec. 1772. nominatus parochus Zolios-Lipcsensis, quae jam septem mensibus vacabat. Factus 1775. una VADiac. distr. super. Zoliosensis. 1776. incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensis.

Pálik Martinus. E cooperatore Rosenbergensis 30. Sept. 1711. investitus est in aliqua non nominata parochia in cottu Liptó. Subin factus parochus in Liptó-Szent-Kereszt, ubi 1732. visitatio Ujvendéghyana peracta, in qua de parochia, quod sit 46. annor. aetatis.

Palka Franciscus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1794. terminavit. Cooperatorem egit in Kis-Apáthi, ab 1797. in Garam-Szent-Benedek, ubi una conventualis conventus de juxta Grón. 29. Dec. 1803. accepit parochiam Némethi in cottu Bars. Hinc 29. Apr. 1806. transiit ad Garamszöllös, ubi morbi pestilentiae simillimi tantopere saeviebant, ut infra semestre ferme decima pars fidelis populi funeribus elata fuerit. Zeli sui pastoralis victima factus † 27. Apr. 1810.

Palkovics Andreas. Natus in Bars-Szent-Kereszt. Qua saecularis in univ. Tirnaviensi 1695. baccalaureus, 1696. magister philosophia. Theologiam cum cursu morali absolvit. 20. Febr. 1704.

investitus parochus in Nagy- et Kis-Jeszenciz et mox 26. ejusd. m. in Aranyos-Maróth, ubi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui illum 40. annor. esse dicit. Ab 1720. exstant matricae per ipsum scriptae. † 6. Sept. 1741. Ibidem.

Palkovics Antonius. Theologiam cum cursu speculativo et tertio a. in semin. s. Stephani terminavit. Hinc 1. Jul. 1740. investitus parochus in Bogdány. 1755. ibidem Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochia: «Annor 40. In cura animarum hic semper, annis 16. Diligenter exequitur officium suum. Matricas habet ab 1740. Catecheses pomeridianas reassumere jussus.» † 21. Febr. 1761. Ibidem.

Palkovics Carolus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1804. absolvit. Cooperatorem egit in Magyarbél. 30. Apr. 1805. nominatus parochus in Köbölkút. Fuit cottus Strig. tab. jud. assessor. † 5. Maji 1841. Ibidem.

Palkovics Franciscus. Poseniensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1695. baccalaureus, 1696. magister philosophiae. 21. Sept. 1698. ordinatus. 5. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Mocs. Hinc e. a. transiit ad Kéménd, ubi 1701. Franciscus Jezerniczky peregit visitationem, qui de parochia: «Annor. 27. hic uno et medio a. Major pietas et diligentia in ipso requiretetur.» 1721. qua VADiac. distr. cottus Strig. inquisitionem peregit ad instantiam fiscalis consist. Strig. in cottu cognominis. † 1731. Ibidem.

Palkovics Joannes. Natus 4. Maji. 1813. in Kúti. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Maji 1841. ordinatus. Cooperatorem egit Stomfae et in Divény cottu Poson. insimul a. sex. 11. Jul. 1847. ex admin. nominatus parochus in Hideg-kút. 1857. ob praesumptivam falsificationem testamenti inique delatus, ad sex a. gravem carcerem damnatus exstitit. 16. Jun. 1859. ex arce Leopoldiensi eliberatus et ab infamiae sorde purgatus 1. Oct. e. a. ad Selmeczbánya pro cooperatore missus. 1861. administrator in Köpösd factus. Hinc 7. Jan. 1862. investitus parochus oppidi Szent-György. 21. Jul. 1883. instituto s. Adalberti ingremiatus. † 27. Jan. 1890. in Szent-György.

Palkovics Josephus. Natus 16. Nov. 1806. in Lekér. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 30. Sept. 1830. ordinatus. Cooperatorem egit in Ujlak, ubi 1837. parochus factus est. Ex

notario districtuali 1869. ad VADiac. distr. cognominis promotus. † 1. Maji 1871. Ibidem.

Palkovics Lucas. Natus in Bars-Szent-Kereszt. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1695. baccalaureus, 1696. magister philosophiae. Theologiam in semin. s. Stephani qua casista novitius absolvit. 28. Apr. 1699. ordinatus. 28. Aug. ejusd. a. investitus parochus in Alsó-Merasicz. Ibi 1700. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui illum 26. annorum esse dicit. Hinc 29. Apr. 1702. investitus in Széplak. Inde 19. Mart. 1704. in Szlaszka et Lutila. Ibi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui parochum 36. annor. esse dicit. Hoc anno desinit operari.

Palkovics Stephanus. Natus 4. Aug. 1849. Theologiam in semin. gener. Pestini 1867. absolvit. 26. Sept. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Bazinii, ab 1868. Posonii in Virágvölgy et ab 1871. ad s. Martinum. 19. Febr. 1876. nominatus parochus Bazinii.

Palkovich Victor. Natus 17. Oct. 1850. Strigonii. Philosophiam et theologiam ibidem 1873. absolvit. 24. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Egegh, 1875. in Vadkert, 1876. int. adm. in Patak. 1877. cooperator in Balassa-Gyarmat et 1881. in Ipolyságh. Eodem a. obtinuit parochiam Strigonii in Szent-Györgymező. Hinc 1886. transivit ad Gúta, ubi ab 1892. VADiac. distr. Komáromiensis. Habet merita in litteratura circa paedagogiam. (Zelliger, Eszt. Egyhm. írók. 383.)

Paller Mathias, vide Peller.

Palma Joannes. Fuit S. J. adscriptus. Cassatio illum in missione Basiniensi invenit, ubi concionatorem slavonicum et catechetam germanicum egit. Postea applicationem Basinii expectavit. 11. Jul. 1778. nominatus parochus in Ujvároska. Ibi 21. Aug. 1788. visitatio Batthyanyiana peracta. † 4. Mart. 1792. Ibidem, Sepultus in coemeterio.

Palotai Abraham. Occurrit 1630. parochus in Palást. Interfuit 4. et 5. Oct. ejusd. a. synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae.

Palovics Antonius. Natus 12. Jan. 1771. Tirnaviae. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1792. absolvit. 1793. in domo neo-presbyterorum Tirnaviae transegit et 17. Jan. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Szeniczii, 1794. in Nagy-Sáró, 1795. Posonii ad ss. Salvatorem, ab 1798. Tirnaviae. 11. Dec. 1801. nomi-

natus parochus in Szob. Ex ejus diligentia adest in parochia protocollum rerum memorabilium. 15. Nov. 1817. in Szent-Benedek, ubi ab 1825. VADiac. distr. Kis-Tapolcsány. Ab 1831. una b. nominatus canon. senior Tirnaviensis 1836. factus spiritualis Pázmáni. 20. Dec. e. a. installatus canonicus Posoniensis. Rector semin. s. Emerici ibidem. In capitulo usque ad lectoratum ascendit. 1841. abbas de Valle Honesta et 17. Febr. 1854. eques ord. Francisci Josephi. † 3. Febr. 1864. qua nestor ADioeceseos. Meritus literator slavonicus. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 384.)

Palovics Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1814. terminavit. Cooperatorem egit in Bozók, ab 1815. in Nagy-Lévárd, ab 1816. Pestini ad s. Josephum, ab 1817. in Marczal et ab 1818. in Windschacht. 17. Jan. 1822. admin. subin parochus in Kolpach. 13. Jun. 1824. transivit ad Nagy-Kereskény. Hinc 5. Sept. 1830. admin. in Felső-Szöllös, ubi usque 30. Jun. 1831. operatus, dein missus pro cooperatore Comaromium. Inde 4. Sept. e. a. admin. in Nagy-Bajcs, ubi usque 1833. activus erat. Subin cooperator in Ó-Tura. Fuit una cottus Bars et sed. praed. de Verebély et Szent-György, tab. jud. assessor. Postea qua emeritus presbyter Tirnaviae degit et qua talis 10. Nov. 1835. fit admin. in Uny, sed hinc mox recessit et transivit ad Für, ubi jam † 24. Nov. ejusd. a.

Palovics Martinus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1764. terminavit. Hinc praebendatus fuit E. M. Strig. 9. Apr. 1765. investitus parochus in Tiszolcz. Inde 5. Mart. 1766. in Nagy-Bresztován, 1783. ad VADiac. distr. Szomolánensis. Eodem a. parochia restaurata. Hinc 25. Jan. 1807. nominatus parochus in Nagy-Tapolcsán, una VADiac. distr. Tapolcsán. 5. Jun. 1811. installatus canonicus Posoniensis, ubi † 6. Sept. 1814.

Paludai Franciscus. Occurrit 1634. licentiatius in Alsó-Merasicz. Nominatur in visitatione ibidem eodem a. per Joannem Solnai peracta.

Paludai. 1634. factus parochus in Szolczán, filius junior Francisci licentiatii Alsó-Merasiczensis.

Palugyay Georgius, Antonius. Palugyensis e cottu Liptó. E collegio gener. 1675. baccalaureus, 1676. magister philosophiae. 16. Mart. 1680. investitus parochus in Liptó-Szent-Kereszt, Bodafalva et Kis-Palugya. Hinc 9. Jan. 1681. in Bohunicz, ubi usque m. Jul. 1684. operatus.

Palugyay Joannes. A. 27. Oct. 1729. in collegio Apollinari Romae theologiae et juris canon. magna cum laude operam dedit, prout Franciscus Martini S. J. rector 4. Maji 1732. testatur. 5. Aug. ejusd. a. investitus in Turócz-Szent-Péter. Hinc 2. Febr. 1735. in Grinád. Inde 4. Febr. 1736. in Ottóvölgy. Exhinc 30. Jun. 1739. in Galgócz, ubi † 23. Aug. ejusd. a. in obsequio pestiferorum.

Palugyay de Eadem et Bodafalva Joannes. Natus 20. Dec. 1823. in Bogdány. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 16. Apr. 1847. ordinatus. Cooperatorem egit Korompae duobus et medio a. subin in Szered. Hinc mense Febr. 1850. admin. in Kis-Báb, ubi 2. Sept. 1853. parochus investitus. 1855. parochiam resignavit et inter emeritos parochos numeratus, vivit Tirnaviae.

Palugyay Josephus. Kis-Palugyensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1747. baccalaureus, 1748. magister philosophiae. In eodem semin. theologiam absolvit. 15. Dec. 1751. missus pro cooperatore ad Ó-Bars. 16. Jul. 1755. investitus in Cseke. Tenues proventus parochi auxit comparata propriis sumptibus vinea. Hinc 3. Aug. 1760. in Zsemlér. Inde 27. Mart. 1765. in Zseliz, ubi † 27. Mart. ejusd. a.

Palugyai Thomas. Natus 21. Apr. 1781. Theologiae quartum a. in semin. Mariano absolvens 21. Dec. 1804. ordinatus. Cooperatorem egit in Windschacht, 1806. Pestini ad s. Josephum, ab 1807. Korompae, ab 1808. in Cseklész, ab 1809. in Holics, ab 1810. Csasztae, ab 1811. in Nádas in cottu Hont. 1814. factus admin. dein parochus in Felső-Attrak. Hinc 1815. transivit ad Drahócz. Inde m. Maji 1821. accepit Felső-Zelle, ubi † 26. Dec. 1853.

Palumbini Mathias, Tobias. Kvacánensis ex cottu Liptó. 14. Nov. 1722. susceptus in alumn. Budensem. 23. Sept. 1724. ordinatus. 23. Apr. 1725. investitus parochus in loco natali. Hinc 13. Mart. 1737. in Alsó-Lelőcz. Inde 10. Jul. 1738. in Felső-Kamenicz. Exhinc 9. Jun. 1741. Libetbányae, quam 1743. resignavit et ad Bucsán recessit, ubi † 1. Apr. 1744.

Pamár Franciscus, Antonius. Nobilis Modrensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1703. baccalaureus, 1704. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. terminavit. 26. Oct. 1706. ordinatus. 14. Aug. 1709. investitus paro-

chus in Alsó-Lelőcz. Hinc 1. Dec. ejusd. a. in Nagy-Ugrócz. Inde 12. Febr. 1712. in Bogdány. Exhinc 19. Jul. 1713. in Sándorf. Inde 17. Oct. 1715. in Szárazpatak, ubi jam a 1. Aug. e. a. activus fuit et matricas scripsit. Hinc 7. Oct. 1717. investituram accepit in Alsó-Ludány. Demum exhinc 19. Sept. 1718. in Vieszka, ubi usque 1729. operatus est.

Pamhaki Franciscus Xav. Natus 13. Apr. 1732. Strigonii in Aquatica. Patre Michaelie iudice nobilium cottus Comar. dein provisore AEppali Strigonii sub Christiano Augusto. Qua alumnus semin. s. Stephani 1751. baccalaureus, 1752. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1755. terminavit. 2. Ott. ejusdem a. primus investitus parochus in Révfalu a matre Zámoly avulsa, ubi matricam incepit scribere. 27. Febr. 1763. investituram accepit pro Hédervár, ubi 1775. factus VADnus districtus cognominis. 1779. sub sequestro constitutus. 18. Sept. 1780. ibidem visitatio Batthyanyiana peracta. In qua de parochia: «Annor. 47. obesus, praeceps et phlegmaticus, prout circumstantiae exigunt. Ob infirmitates et tenues proventus tenetur ecclesiae.» † 12. Mart. 1782. Ibidem.

Pamhaki Georgius. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó absolvit. Ab 1710. in vinea domini ab 1714. in Ottóvölgye cum conjuncta Istvánfalva. Hic eodem a. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit 31. annor. Sacerdotii vero in quartum. In Istvánfalva acquisivit duas vineas pro parochia antea desertas. Hic usque 1715. operatus est. Ex Ottóvölgy 23. Mart. 1718. investitus in Majtény, ubi † 31. Dec. 1719.

Pándy Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1802. terminavit. Cooperatorem egit in Gúta. Hinc 29. Jun. 1810. investitus parochus in Pereszlény. Sub illo aedificata et consummata ecclesia. Occasione inaquationis calcis, unum perdidit oculum. 1819. et 1820. Pereszlény a Gyerk penitus independens facta et fundis parochialibus provisa. † 13. Apr. 1826. Ibidem.

Pantl Franciscus. Natus 5. Oct. 1804. in Lévárd. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1829. absolvit. 19. Dec. ejusd. a. ordinatus est. 1830. in instituto presbyterorum transivit. Cooperatorem egit in Nagy-Ölved, ab 1831. in Vittencz, ab 1832. in Sasvár, ab 1835. in

Holics et ab 1838. curatus conv. anab. in Szobotist. 1841. factus admin. in Oszuszkó. Hinc 1844. instituti emer. parochorum adscriptus. † 20. Sept. 1845. Szakolczae.

Pantl Josephus. Natus 19. Febr. 1794. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1816. absolvit. 21. Febr. 1817. ordinatus. Prius praebendatum, dein succentorem egit chori metr. eccl. 5. Dec. 1823. nominatus parochus in Bozók, sed mox, nempe † 18. Dec. e. a. extinctus Strigonii: Sepultus ad cryptam s. Ignatii. Versatus fuit in poesi. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 385.)

Pántocsek Josephus. Natus 29. Febr. 1804. in Vogyerád. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 21. Aug. 1827. ordinatus. Subsidiarii et cooperatoris munus gessit in Mogyorós, Kóspallag, Börzsöny, Bakabányae, et Vágújhely annis decem. 1837. factus parochus in Bori. 1844. applicatus spiritualis in Pázmáneó, hinc 21. Apr. 1861. installatus canonicus Poson. una rector seminarii s. Emerici ibidem. Subin praepositus B. M. V. de Schlaugenmund. In capitulo ascendit usque custodiatum. Secunditias solemniter celebravit Strigonii manu ductore Joanne card. Simor. † 20. Maji 1884. Habet merita et in literatura. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 385.)

Pantsovic Stephanus, vide **Fancovics.**

Papanek Franciscus, Josephus. Theologiam cum cursu morali terminavit. 22. Jan. 1707. investitus parochus in Kis-Báb. Hinc 1709. transivit ad Keresztúr. Inde 19. Sept. 1710. in Bajna, in cottu Nitr. Ibi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochio notavit: «Sacerdos decem, in cura animarum 6. annis. Zelosus», 1720. ecclesiae in filiali Bellesz canonicus Michael Mérey calicem donavit. 1721. matrica incepta, quae adhuc exstat. 11. Nov. 1731. visitatio peracta per Franciscum Zichy, qui de parochio, quod sit annor. 28. presbyter, hic in 22. annum. Ibi † 2. Dec. 1733.

Papanek Ignatius. 10. Dec. 1741. investitus parochus in Liptó-Szent-Iván, ubi usque 1758. operatus est. Subin parochus in Teplicska. Hinc 13. Dec. 1765. transivit ad Dovalov, ubi 1766. conscriptio peracta. 1776. ingremiatus una cum parochia hac, neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Papanek Joannes. Kukloviensis. Qua alumnus collegii gener. 1702. baccalaureus. 1703. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1707. terminavit. Jam 17.

Jan. 1706. ordinatus. 30. Apr. 1708. investitus parochus in Ujlak. Praedicans pulsus ac 23. Sept. ejusd. a. ecclesia et parochia revindicata. Hinc 7. Apr. 1710. investitus in Morva-Szent-János, ubi vero eodem a. desinit operari.

Papánek Marcus. Natus 22. Apr. 1823. in Szomolánka. Philosophiam et theologiam absolvit Tirnaviae. 15. Jan. 1847. ordinatus. Cooperatorum egit in Komjáth, ubi et int. admin. in summa per tres annos. 1849. in Aranyos-Maróth, ab 1850. in Vittencz, et ab 1853. in Pöstyén. 10. Mart. 1854. missus pro adm. ad Szkiczó. Hinc 28. Jul. 1855. investitus parochus in Alsó-Várad. Inde 1858. accepit Nagy-Abony. Exhinc 21. Sept. 1880. nominatus et 28. e. a. investitus in Alsó-Nyárasd.

Pápay Paulus. 1503. in universitate Viennensi studuit. (Frankl, Hazai és külföldi iskolázás 221.) Fuit usque 1538. parochus Tirnaviensis. Hoc a. factus canonicus Strigon. ADiac. Nitr. subseque 1555. cantor et vicarius gener. Dicitur fuisse etiam eodem a. praepositus Alba-Regalensis. 1561. adhuc vixit.

Papp Andreas. Fuit ab 1713. usque 1717. admin. in Varbó.

Papp Franciscus Xav. Fuit S. J. adscriptus. Cassatio illum Quinque-Ecclesiis invenit concionatorem, praefectum spirit. fratrum et operarium. Post cassationem ADioec adscriptus, obtinuit 18. Dec. 1773. investituram parochiae Harkács, ubi † 1775.

Papp Franciscus. Fuit ordini s. Pauli primi erem. adscriptus. Dum 2. Jul. 1787. in Lócz parochia erigeretur, primus illuc constitutus admin. quam 31. Jul. 1799. resignavit. † 23. Jan. 1812. Pestini.

Papp Franciscus. Natus 26. Dec. 1797. Theologiam in gen. semin. Pestini 1819. absolvit. 1820. et 1821. in neo-erecto instituto presbyterorum transegit Strigonii. 14. Jan. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Buda-Eörs. Ab 1822. in sublim. educ. instituto Viennae. 1825. missus pro cooperatore Pestinum ad B. M. V. Ass. 1830. factus director studiorum et oeconomiae in instituto presbyterorum Strig. 1831. notarius metr. s. sedis una cottus Strig. tabulae jud. assessor. 1832. parochus in Varbó, una VADiac. distr. Kékköbensis. Hinc 18. Oct. 1853. nominatus parochus in Párkány, sed vix hic ingressus, non nisi decem hebdomadis rexit parochiam. † 10

Dec. ejusd. a. Fuit aestimatus concionator hungarus. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 386.)

Papp Franciscus. Natus 18. Sept. 1807. Pestini. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1829. absolvit. 1830. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. Cooperatorem egit in Nyerges-Ujfalu. 28. Febr. 1832. missus pro admin. ad Héreg. Hinc 24. Mart. ejusd. a. iterum reversus ad pristinam stationem. Ab 1834. cooperatur Pestini ad s. Josephum. 1836. transivit ad s. Theresiam, una sed. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor. 21. Oct. 1850. factus admin. in Békásmegyér. 1852. in pari qualitate transivit ad Úny. Hinc 1853. ad deficientiam migravit. Ab 1855. cooperatur Samariae. 2. Sept. 1857. admin. in Kiliti. Hinc 5. Mart. 1863. transivit in pari qualitate ad Illésháza, ubi † 16. Sept. 1872.

Papp Joannes. Occurrit 1604. parochus in Naszvad. Paulus Almásy vicarius gen. 24. Jan. ejusd. a. per illum citavit cives Comaromienses, quod et regi Mathiae II. significavit. 1627. qua parochus in Muzsla, in aliquo scripto laudavit certum subditum capituli. (Ex notis Georgii Palkovics.) 1630. interfuit synodo 4. et 5. Oct. Tirnaviae per Petrum Pázmány celebratae, solus ex toto ADiactu Strigoniensi.

Papp Joannes. Natus 1808. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1831. terminavit. 1832. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. Cooperatorem egit in Szent-Péter. 1834. accepit parochiam Darnó administrandam. Fuit una cottus Moson. et Strigon. item sed. praed. de Bácsa tab. jud. assessor. † 6. Aug. 1843. ibidem. Aetatis 35.

Papp Stephanus. Nagykérens. 7. Nov. 1729. susceptus in alumnatum Budensem. 1734. applicatus parochus in Ipoly-Szécsényke. Hinc 7. Maji 1737. investitus in Ipoly-Ságh, ubi 1766. Emericus Foglár peregit conscriptionem parochiae † 27. Apr. 1770. Ibidem.

Papp Thomas. Occurrit 1543. parochus in Patak, una cantor capituli Scepus. qui occulte significavit capitulo, quod praepositus Joannes Horváth oppidum Liszka, ad ecclesiam s. Martini spectans, vendere intenderet. Huic venditioni sic canonici resistere potuerunt. (Wagner, Anal. Scepus. II. 244.)

Paraky Albertus. 3. Dec. 1686. investitus parochus in Nagy-Surány, ubi usque 1687. operatus est.

Paraschini Josephus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1813. terminavit. Ab initio 1814. cooperatur in Sasvár. Eodem a. Bajnam in cottu Nitr. missus. 1823. parochus in Ujvároska. Hinc 1824. transivit ad Ó-Tura. Inde 21. Apr. 1827. in Pöstyén. Exhinc 1829. in Galgócz, ubi † 12. Apr. 1834. Vir a scientia theologica notus, a zelo pastoralis, ab arte oratoria adhuc in pia memoria apud fideles vivit.

Parbusz Josephus. Theologiam cum quinto a. et cursu practico in semin. arcis Poson. 1791. terminavit. Cooperatorem egit in Kosztolán. Ab 1792. absque officio degit Tirnaviae. 1793. cooperatur in Závod et ab 1797. in Morva-Szent-János. 1799. obtinuit parochiam in Bori, ubi † 25. Maji 1823.

Parlachin Abrahamus. Tirnensis. Occurrit 1588. plebanus in Bars-Szent-Kereszt. Quem uxorem et proles habuisse refert protocollum judicium oppidi Szent-Kereszt. (Schemat. hist. Neosol. 355.)

Paronczay, vel Palonczay Georgius, Emericus. Theologiam cum cursu morali in collegio Cassoviensi terminavit. 17. Aug. 1704. ordinatus, 16. Maji 1707. investitus parochus in Vág-Szent-Kereszt. A 28. Apr. 1709. una in Vág-Szerdahely usque 1717. Ibi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, in qua de illo dicit, quod in cura animarum in nono anno sit: «Habet facultatem duas missas celebrandi. Perficit omnia absque defectu. Nulla querela contra illum audita, nisi quod suum petat ab inobedientibus.» Operatus est usque † m. Aug. 1728.

Parthelyi Petrus. 2. Apr. 1663. investitus parochus in Sándorf, ubi usque 1667. operatus est.

Pascale Venceslaus. Occurrit 1483. plebanus in Sasvár, qui hoc a. introduxit Sigismundum plebanum in Strazsa. (Magy. Sion. 1866. 884.)

Paschovius, vide Paskovi.

Paskovi, vel Paschovius Ambrosius, Joannes. Fuit ab 1663. parochus in Závod. Hinc 30. Apr. 1665. investitus parochus in Zólyom. Inde ad Scepusium migrare debuit. 1677. obtinuit parochias Pribilina et Dovalló. Ibi illum milites pedites hungari numero 20. die 9. Aug. e. a. visitarunt, et ab eo extorserunt victualia. Illo capto in silvas Szent-Iványiensis regressi sunt. 13. Aug. vero non procul a Szent-Ivány trucidarunt et cadaver ejus relinquerunt. 14. Aug. in parochiam Szent-Ivány cadaver inportatum est. Inde 16. Nicopo-

lium translatus, ubi in praesentia multorum sacerdotum, concomitantibus praesidiariis germanis, militari pompa die 17. ejusdem mensis, tempore fori, in templo sepultus est.

Pasnanus. Occurrit inter 1332. et 1337. parochus in Vremere, (Ürmény), in ADtu Nitriensi. Qui suum beneficium non aestimavit plus quam marcam et dimidium valere. Solvit octo grossos cum medio. (Mon. Vat. S. I. T. I. 225.)

Passarovics Adamus. Jabloniczensis. Qua alumnus semin. Mariani 1738. baccalaureus, 1739. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1741. terminavit. 15. Mart. 1743. missus pro cooperatore Oravkam. 31. Maji 1748. investitus parochus in Rákos in cottu Gömör, ubi 9. Oct. 1753. successorem nactus.

Passarovics Andreas. Jabloniczensis. Qua alumnus semin. Mariani 1726. defendit universam philosophiam. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1728. terminavit. 10. Aug. 1730. investitus parochus in Nagy-Megyér et jam 12. Aug. e. a. etiam una in Tótmegyér. 1731. ibi Paulus Forgách peregit visitationem. † 4. Oct. 1732.

Paszerini Jacobus. Theologiam moralem in semin. s. Emerici Posonii absolvit. Cooperatorem egit Lokcsae aliquot mensibus. Dein capellanus apud Petrum com. Berényi uno anno. 23. Sept. 1724. ordinatus. 27. Apr. 1728. investitus parochus in Moravanka. Ibi 18. Nov. 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui illum presbyterum esse dicit sex annis, hic 4. annis. Hinc 26. Nov. 1748. investitus in Széleskút, ibi † 4. Nov. 1755. Sepultus in crypta ex parte cathedrae.

Paszerini Martinus. Theologiam cum secundo a. in seminario Széchényiano Budae 1766. terminavit. 24. Maji ejusd. a. factus cooperatore in Nagy-Tapolcsán. 9. Sept. 1770. investitus parochus in Tiszolcz, quacum 1776. incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Paszerovszky Mathias, vide **Pagyrovszky.**

Passovius Joannes, vide **Paskovi Ambrosius.**

Paszt Joannes. 7. Apr. 1748. missus pro cooperatore ad Buda-Vetus. 28. Jul. 1749. investitus parochus in Nagy-Oroszi. 1767. conscriptio jussu suae Mttis peracta. Ab 1771. VADiac. distr. Széchény. 1777. assessor consistorii, Strig. † 15. Aug. 1785.

Pászthy Nicolaus. Natus 21. Oct. 1814. Levae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae ab-

solvit. 29. Sept. 1838. ordinatus est. Cooperatorem egit in Koros, duobus annis. In Holics a. 9. Ab 1849. admin. in Szomolánka, ubi 1851. parochus factus. Hinc 1. Maji 1855. in Kukló, ubi † 2. Jul. 1881.

Pásztor Joannes. Natus 14. Nov. 1846. Theologiam cum tertio anno in semin. s. Stephani 1871. terminavit. 31. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Gúta. 29. Jul. 1881. admin. 25. Nov. investitus parochus in Keszegfalva.

Pásztor Antonius. 31. Dec. 1757. missus pro cooperatore ad Püspöki, ab 28. Oct. 1758. in Somorja. 18. Jul. 1761. investitus in Tölgyes, ubi usque 1764. operatus est. 4. Jan. 1765. factus iterum cooperatore in Nagy-Magyar, ubi † 31. Maji 1767.

Pásztory Joannes. Natus 12. Mart. 1797. in Soók in cottu Nitr. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 17. Mart. 1822. ordinatus. Supplementem cooperatorem egit in Szelöcze, mox in Drégelypalánk. Ab 1823. cooperatore in Galántha, ab 1824. in Hidas-Kürth et ab 1829. in Vágszerdahely, unde post 7 annos et 10 menses 10. Jul. 1837. nominatus parochus in Palást, quam 1868. resignavit et ad Magyarsók recessit, ubi † 19. Maji 1869.

Pásztvay Michael. 21. Dec. 1752. missus pro cooperatore ad Bajmócz. 9. Maji 1754. investitus parochus in Brezán, ubi domum parochialem ad alterum tractam elevavit. 1776. ingremiatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi. In hac parochia usque 1785. activus erat.

Patak Joannes Nep. Natus 16. Nov. 1819. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 3. Apr. 1845. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Surány, Garamujfalu, Siglisbergae et Kis-Tapolcsán, unde 14. Sept. 1849. media nocte captus et Posonium deductus. Ex hac captivitate 12. Dec. e. a. eliberatus et suae stationi redditus. 24. Maji 1853. constitutus admin. in Hrussó. Hinc 27. Jul. 1863. nominatus parochus in Alsó-Badin, sed hinc jam 10. Aug. 1863. translatus ad Szklabonya, ubi ex spirit. distr. ab 1878. VADiac. distr. Kékköensis.

Pataky Adalbertus. 13. Apr. 1674. investitus licentiatus in Zsély et Óvár. 31. Mart. 1691. in Óhaj, m. Jul. 1694. in Udvard. 20. Maji 1701. in Bagota, nunc filia ad Ó-Gyalla. 6. Aug. 1702. in Terbegez, Nagy-Csalomja et Kökeszi, ubi usque 1703. activus erat.

Pataky Michael. Theologiam cum a. quarto in semin. AEppali Tirnaviae 1810. terminavit. Cooperatorem egit in Zeliz, ab 1813. in Nagy-Salló et ab 1814. in Érsekujvár. 1822. factus parochus in Dercsike. † 26. Jun. 1823. Posonii apud FF. Misericordiae.

Patay Andreas. Pataensis ex comitatu Heves, 20. Maji 1712. susceptus ad seminarium Budense. Initio Dec. 1715. Tirnaviae ordinatus, missus est ad Földvár. 14. Febr. 1716. ibidem investitus parochus. 10. Jun. 1719. in Hárskút. Hinc eodem a. clero Quinque-Ecclesiensi ingremiatus, parochiam in Szent-Király regendam suscepit, inde m. Jun. 1723. ad Kövágó-Szöllös translatus, ubi 1745. VADiac. in distr. Szigethano factus. † 10. Oct. 1754. Aetatis 65. Sepultus in antiqua ecclesia. (Brüstle, Recensio. II. 653. III. 129. et IV. 622.)

Pathanek Joannes, vide **Petanek.**

Pathó Ambrosius. Natus 7. Dec. 1817. Muzs-lae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Jul. 1842. ordinatus. Cooperatorem egit in Tölgyes m. 7. Fuit. vices gerens parochi lumine oculorum orbatu tribus annis. Subin cooperatorem in Nagy-Kér, ab 1849. in Kemencze. 1854. factus admin. in Kajal, hinc m. Jun. 1861. admin. in Uj-Bars. Sub illo commassatio agrorum feliciter finita. Competentia ligni a dominio ordinata. Parochia iterum flammis devastata. † 28. Jan. 1880. post diutiorem infirmitatem. Libenter occupavit se opificio scrinari.

Patizz Martinus. Kisutcza-Ujhelyiensis in cottu Trencsén. 1756. ex Emericano ad alumnum Budensem missus. 15. Aug. 1759. ordinatus et 2. Nov. e. a. factus cooperatorem in Nyerges-Ujfalu. 16. Maji. 1760. missus ad Csejthe, hinc 26. Sept. 1762. ad Trsztena. 28. Mart. 1764. investitus parochus in Turócz-Szent-Márton. Hinc 1. Maji 1765. in Rózsavölgy, ubi † 30. Dec. 1766.

Patky Franciscus, Fuit ab 1674. usque 1676. parochus in Egbell.

Patrik Joannes. Fuit sacerdos dioecesis Transilvaniensis. 28. Mart. 1767. ad ADioec. receptus. 15. Sept. ejusd. a. investitus parochus in neo-erecta parochia Jalna, ex filiali ad Bars-Szent-Kereszt erecta, cum qua 1776. neo-erectae dioecesi Neosoliensi ingremiatus.

Patrovics Stephanus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1797. terminavit. Cooperatorem egit in Nadas in cottu Hont. 10.

Nov. 1801. nominatus capellanus localis in Alsó-Badin, ubi † 4. Febr. 1805.

Pauchner Vitus, Joannes Nep. Szászensis. 1731. alumnus semin. Budensis. ubi theologiam cum cursu morali terminavit. Cooperatorem egit Galgóczii uno anno. Dein 21. Mart. 1734. missus Posonium pro cooperatore germanico. 20. Maji 1735. investitus parochus in Lancsár. Parochiae agrum, filiali eccl. Kocsin vineam, donavit. 25. Jun. 1746. in Verbócz, ubi usque 1749. operatus. Inde 24. Sept. 1750. investitus in Bodafalva. Hinc 24. Oct. 1753. in Valaszka. Ibi 1756. Josephus com. a. Batthyán peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit bonorum morum, in obsequiis exactus. † 17. Maji 1765. ibidem.

Pauer Joannes Nep. Jabloniczensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1744. baccalaureus, 1745. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1749. terminavit. 19. Mart. e. a. missus pro cooperatore ad Verbó. 18. Nov. 1749. investitus parochus in Verbócz. Hinc 6. Sept. 1751. in Istvánfalva. Inde jam 7. Nov. ejusd. a. in Grinád. 1754. mediante cons. reg. Ltli fundi parochiales excidebantur et regulabantur. Inde 10. Maji 1764. in Modor. 1765., 1767., et 1768. in abusus praepediciosos acatholicorum, per parochum detectos, se consil. reg. Ltli ingerit. (Religion. XXII. 30.) 1778. parochiam hanc resignavit et Tirnaviam se recepit, ubi vice-prae-fectus semin. s. Emerici deficientium constitutus. † 22. Febr. 1778. ibidem.

Paukovits Georgius. Fuit ab 1722. usque 1723. admin. in Csiffár.

Paukovics Nicolaus. 7. Maji 1655. parochus in Nagy-Senkvicz, ubi 1673. ecclesia per Hiacynthum Mocripodáry consecrata. Ibi operatus est usque 1682.

Paukovics Joannes, Paulus. Studuit Tirnaviae. 9. Apr. 1752. missus pro cooperatore ad Czetény, duos annos qua talis Kalnae transegit. Hinc 20. Febr. 1754. investitus parochus in Kraszna-Horka-Váralja, ubi 1761. conscriptio peracta, in cujus instrumento de parochia sic: «Annorum 33. capellanus 2. hic 7. annis. Bonorum morum. Conciones dicit semper, sed nunquam scribit. Libris satis provisus.» † 18. Apr. 1763. Ibidem.

Paulecz Georgius. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1702. terminavit. 10. Jun. e. a. ordinatus. 10. Nov. 1703. investitus parochus in Nyitra-Sárfő. Hinc 5. Jul. 1706. in Szent-

Mihály-Ur. Ibi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parcho notavit: «Sacerdos 10. ann. hic loci 8. ann. Aptus ad quaevis munia ecclesiastica. Praedicans, qui adest, hactenus parochum non impedivit in functionibus.» 20. Mart. 1714. investitus in Nagy-Surány, ubi usque 1729. activus erat.

Paulecz Martinus. Mosteneczensis e cottu Trencsén. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1718. defendit universam philosophiam. Theologiam cum secundo a. in semin. Mariano 1721. terminavit. 19. Dec. 1722. ordinatus. 12. Jun. 1723. investitus in Nagy-Emöke, quam resignavit, propter gravissimam infirmitatem, jam prope tres annos toleratam. † 23. Aug. 1723. Aetatis 33. Sepultus in crypta Franciscanorum Nitriae.

Paulesicz Josephus, Michael. Modrensis. 20. Aug. 1714. susceptus pro alumnatu Budensi. 24. Apr. 1716. investitus et 12. Maji ejusd. a. expeditus pro parochia Visegrád et Nagymaros. Ibi omnibus zelosissime peractis 9. Dec. 1719. transpositus est ad dioecesim et capitulum Vacienne, ubi † 1737.

Pauli Josephus. Manigensis. Susceptus 1758. ex poesi. Philosophiam Tirnaviae, theologiam cum tertio a. in semin. Széchényiano Budae terminavit. 19. Mart. 1766. missus pro administratore ad Nádas in cottu Poson., ubi 16. Apr. 1773. investitus. Hinc 22. Oct. 1776. in Szobotist. 1781. post incendium nova aedes parochialis structa. 18. Sept. 1788. ibidem visitatio Batthyaniana peracta. 23. Nov. ejusd. a. institit Theresia baronissa Horeczky, nata Nyáry pro licentia erigendi privatum oratorium. † 21. Oct. 1802.

Pauli, vide et **Pauly.**

Paulik Gabriel. Natus 1. Jan. 1818. in Tiszovnik penes Locz. Juxta alios in Kékkő in cottu Neográd. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini terminavit. 28. Jul. 1842. ordinatus. Cooperatorum egit in Nádas, in cottu Hont. Hinc post semi alterum a. missus ad Komjáth. Post, exactis duobus mensibus, 1844. nominatus parochus in Tótmegyer, † 26. Maji 1882. ibidem. Fuit versatus praeco verbi divini slavorum. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 387.)

Paulikovics Andreas. Natus Jaurini 23. Jun. 1722. investitus parochus in Felső-Thúr et 27. Jun. 1724. simul in Ipoly-Ságh. 1727. transivit ad Drégely-Palánk. Hinc 28. Mart. 1736. installatus canonicus Strigon. 22. Jun. 1740. ADIAC.

Thorn. Per 14. annos toleratis diversi generis morbis mors finem posuit † 16. Febr. 1754. Tirnaviae.

Paulikovics Georgius, Pudmericzensis. In universitate Tirnaviensi 1659. baccalaureus, 1660. magister philosophiae. 24. Jun. 1697. investitus parochus in Felső-Zsembér. Operatus est hic usque 1699.

Paulikovics Mathias. Scepusiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1691. baccalaureus, 1692. magister philosophiae. Theologiam in Pázmáneo absolvit. 6. Apr. 1695. investitus parochus in Vág-Szerdahely et Vág-Szent-Kereszt. 7. Maji 1696. investitus in Veszle, ubi 1697. visitationem Emericus Pongrácz peregit, qui de parcho: «Annor. 27. in cura animarum 2. Licet essent incolae Lutherani, tamen festa decretalia servant. Parochiam habet sepibus, ex toto destitutam.» Hinc transivit Scepusium, ubi 1700. occurrit parochus in Svabócz. Eodem a. ibidem Joannes Sigray peregit visitationem. Subin factus parochus Batisfalvensis, ubi † 23. Jul. 1739.

Paulini Andreas. Trubinensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1678. baccalaureus, 1679. magister philosophiae. Theologiam in semin. gener. absolvit. 20. Apr. 1685. ordinatus est. 27. Mart. 1687. investitus parochus in Nagy-Szalattya. Hinc m. Apr. 1689. in Ocsova. Inde vero 30. Apr. 1706. in Trubin, ubi usque 1707. operatus est.

Paulini Emericus. 24. Aug. 1762. missus ad Szerdahely. 6. Maji 1763. ad Bagota. Hinc 1. Oct. 1764. investitus parochus in Salgó-Tarján, 1767. conscriptio jussu Mattis fuit peracta. Operatus est usque 1773.

Paulis Georgius, vide **Pullis.**

Paulosovics Michael, Josephus. Fuit diutius parochus in Méhi, ubi et † 11. Jun. 1742.

Paulovics Franciscus. Natus 4. Oct. 1814. in Csiffár. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 11. Febr. 1840. ordinatus. Cooperatorem egit in Szent-Mihályfalva. 1841. Modrae, 1842. Galánthae et 1843. Bazinii. 1844. Tirnaviam pro praebendato missus. 1845. ad munus succentoris promotus. Fuit una professor gymn. ac concionator, cooperatoremque eccl. paroch. Tirnaviae. 1852. admin. 14. Maji 1853. vero parochus in Pusztafödémés, quod beneficium ab turbatam mentem per administratorem manuteneri et 1855. penitus cedere debuit. Prius Viennae,

dein Budae apud FF. Misericordiae curae medicae subjectus. † 14. Febr. 1884. Ibidem.

Paulovics Georgius. Navajóczensis e cottu Nitr. Qua saecularis 1682. baccalaureus, 1683. magister philosophiae. Theologiam in semin. gener. absolvit. Ad titulum praepositi Bajmóczensis 26. Mart. 1687. ordinatus. 10. Jun. 1690. investitus parochus Kosztolnae. Hinc 16. Maji 1691. in Kis-Vendég, ubi tantum e. a. operatus est.

Paulovics Joannes. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo absolvit. 10. Dec. 1685. investitus in indifferentem parochiam in cottu Bars. Mense Maji 1689. in Valaszka. Hinc 12. Apr. 1690. in Szelec. Inde 22. Apr. 1692. in Szent-Ilona in cottu Torna. Eodem a. adhuc in Ternye occurrit. 8. Jun. 1693. investitus in Koros. Ubi 1697. Emericus Pongrácz peregrit visitationem, qui de parcho refert: «Annor. 38. Parochus 14. hic 4. annis. Monitus ut scribat conciones suas. Piger in renovatione ecclesiae. Reperitur et alia ecclesia murata, magnifice constructa licet tecto carens, quae antiquitus spectabat ad templarios. In ea praeteritis temporibus effossa sunt certa corpora alicujus Francisci Kálnay consortisque ejusdem in tumbis stanneis. Pretium ex iis divenditis convertitur in tectum ecclesiae. Item inventi sex annuli, aurea catena, cingulus argenteus. Omnia prae manibus Francisci Berényi.» Operatus est usque 1698.

Paulovics Joannes. 23. Sept. 1701. investitus parochus in Dorog, Csév, Csolnok, Kesztlöcz, Táth et Tokod. 1709. in Csév et Kesztlöcz parochi sunt constituti, in ceteris operatus est usque m. Oct. 1714.

Paulovics Josephus. Natus 11. Mart. 1853. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1876. absolvit. 16. Jul. eodem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Szent-Antal, mox Siglisbergae. 1885. in Selmeczbánya, 1889. administravit Viszoka, ubi 1890. parochus factus. Eodem a. accepit parochiam Hodrusbánya. Est numismate bellico decoratus.

Paulovics Michael. E seminario Széchényiano Budensi, 18. Oct. 1767. missus pro cooperatore Stomfam. 15. Febr. 1769. investitus parochus in Lozorno. † 28. Mart. 1786. Posonii apud Franciscanos.

Paulovics Paulus. Natus 25. Jun. 1854. — 29. Jun. 1881. ordinatus. Cooperatorem egit in Ved-röd. 1884. Sopornya. A 29. Sept. ejusd. a. int. admin. in Hosszufalva, usque 1. Maji 1885. Dein

iterum cooperator in Nagy-Surány. Sed. jam m. Sept. ejusd. a. in Kisbáb, usque m. Maji 1886. tunc admin. in Alsó-Récsény.

Paulovics Stephanus, vide **Fancovics.** 12. Apr. 1701. investitus in Ternye, ubi usque 1710. operatus est.

Paulus. Occurrit 1245. plebanus de Pápa. Capellanus domini regis Belae IV. semper fidelissimus, mediam partem terrae Halász obtinuit. (Fejér, C. D. IV. 1. 377.) 1250. fuit procurator domini regis. (C. D. Arpad. cont. II. 217.)

Paulus. Fuit 1296. Aug. 1. plebanus de Vrs, (Buda-Eörs). Tunc exaraverunt eppus et capitulum Vesprimiense documentum, in quo agnoverunt exemptionem hujus parochiae a dioecesi Vesprimiensi. (Knauz, Mon. Strig. II. 390.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Semeret, (Alsó-Szemeréd), in ADtu Vntensi. Qui juratus dixit, suum beneficium non valere ultra unam marcam et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 222.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Checce (Cseszte) in ADtu Nitriensi, de ultra Voc (Vág). Qui juratus dixit, quod suum beneficium non valerit ultra duas marcas et mediam. Solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 230.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos Sancti Johannis de Chifar, (Csiffár), qui dixit suum beneficium valere mediam marcam et solvit tres grossos collectoribus census papalis. (Mon. Vat. S. I. T. I. 189.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos de Dyosec, (Diószegh), qui juratus dixit, suum beneficium non valere per annum ultra marcam et mediam. Solvit octo grossos cum medio. (Mon. Vat. S. I. T. I. 201.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Guerencher (Gerencsér), ADiac. Nitriens ultra Vac (Vág). Juratus, seu Henricus ejus nomine, aestimavit suum beneficium ad marcam et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 230.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Annat, (Armati,) id est Kőhidgyarmat, in ADtu Sti Georgii (Cathedralis.) Qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra marcam et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 232.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos de Moytech (Majthény), qui juratus aestimavit suum beneficium ad quinque fertones, et solvit septem grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 202.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos ecclesiae B. Virginis de Malas in ADtu Borsensi, (nunc Nagy-Málas, filia ad Nagy-Salló), juratus dixit beneficium suum valere marcam, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 191.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Sáp (Sárisáp) in ADtu Budensi, dioec. Vesprimiensi, solvit duos grossos pro censu papali. (Mon. Vat. S. I. T. I. 373.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus sanctorum Cosmae et Damiani de Strigonio, qui juratus dixit, per annum non valere ultra tres marcas suum beneficium. Solvit collectoribus sedecim grossos, et debet unum. (Mon. Vat. T. I. S. I. 224.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Sancto Andrea, Budensis ADtus et Vesprimiensis episcopatus, qui aestimavit suum beneficium ad tres marcas et solvit decimam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 183.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus Sancti Andreae de Liptovia, juratus aestimavit suum beneficium non valere ultra tres marcas, solvit 18 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 198.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos ecclesiae s. Crucis de Seplok, (Széplak), qui juratus dixit non credere suum beneficium valere ultra unam marcam et fertonem, ac solvit septem grossos et medium. (Mon. Vat. S. I. T. I. 184.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Prauna, (Tót-Próna), qui juratus dixit, suum beneficium non valere ultra marcam, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 222.) Forsitam idem Paulus qui 1360. hic occurrit. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 273.)

Paulus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos de Visquelt (nunc Vizkelet filia ad Hidas-kürt), qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra duas marcas cum media, solvit fertonem. (Mon. Vat. S. I. T. I. 201.)

Paulus. Occurrit 1343. sacerdos ecclesiae de Scechen, (Szecsén), quem Chanadinus AEppus Strig. in causa injuriae, contra praepositum de Garab patratae, ad jus vocat. (C. D. Andeg. IV. 370.)

Paulus. Occurrit 1359. rector eccl. de Bors, nunc Ó-Bars. (Fejér C. D. IX. III. 113.)

Paulus. Occurrit 1359. rector eccl. in Warad in cottu Bors nunc Alsó-Várad. (Fejér C. D. IX. III. 113.)

Paulus. Occurrit 1360. plebanus de Váralja, nunc Znyóváralja. (Schem. hist. Neosol. 1876. 278.)

Paulus. Occurrit 1360. plebanus S. Andreae, nunc Turócz-Szent-András. (Schem. hist. Neosol. 1876. 234.)

Paulus. Occurrit. 1382. plebanus et canonicus ecclesiae s. Martini Posonii. (Rimely, Capit. Poson. 353.)

Paulus. Occurrit 1400. plebanus de Messen, nunc Misérd, qui ex commissione capituli Posoniensis citationem peregit. (Fejér, C. D. X. II. 815.)

Paulus. Qui post 1430. occurrit parochus in Turócz-Szent-Márton. Cujus successor 1441. nominatur. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 244.)

Paulus. Occurrit 1441. plebanus ecclesiae s. Petri de suburbio Budensi, qui nominatur in processu parochorum Budensium respectu metarum parochiarum, perdurans in tertium saeculum. (ADioec. Arch. Vetus. 46.)

Paulus. Occurrit ab 1458. usque 1463. parochus Posonii, ad s. Martinum simul canonicus ibidem. Nominatur adhuc 1470. (Rimely, Capit. Poson. 257.)

Paulus. Occurrit 1458. plebanus ecclesiae parochialis in vico latinorum Strig. ad s. Nicolaum conf. Qui hoc a. testem egit pro capitulo. 1460. vero citavit capitulum nomine AEppi. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Paulus. Occurrit. 1460. plebanus eccl. b. Mariae Magdalenae de Buda. Officians in aliquo negotio monialium s. Clarae Vetero-Budensium. (Mon. V. Bud. f. 35. n. 12.) 1478. contradixit stationi Joannis de Zenthmaria et fratrum. (Schier, Buda Sacra 52.)

Paulus. Occurrit 1469. ecclesiae de Sancto Petro, (Illésháza), parochus. Nominatur in actis familiae Olgyay. (Fasc. 7. n. 78. Ex notis Sigism. Kisfaludy.)

Paulus. Occurrit 1469. plebanus de Madijar, nunc Nagy-Magyar. In actis familiae Olgyay. (Fasc. 7. n. 78. Ex notis Sig. Kisfaludy.)

Paulus. E Korpona 1518. tranlatus in Bábaszék. Ibi verosimiliter catholicorum ultimus. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 177.)

Paulus, Felix. 1559. factus parochus in Koós, ubi 1560. Michael Szegedy peregit visitationem, qui de parocho notavit: «Nobilis genere, matrem domini Rafaelis rectoris Xenodochii Cremniciensis duxit in uxorem, vetulam. Ecclesiam bene ornata tenet. Sacramentis privatam et ceremoniis,

baptisterium habet, sacros liquores, aquam benedictam minime. Communicat sub specie utraque.»

Paulus. Occurrit 1560. plebanus in Alsó-Matyasócz, de quo Michael Szegedy visitator notavit: «Senex sine uxore, catholicae Religionis amator. Omnia Sacramenta tenet more antiquo.»

Paulus. Occurrit 1560. parochus in Brezán, ubi hoc a. Michael Szegedy peregrinavit visitationem, qui de parcho: «Decrepitus, bonus, Romanae fidei professor cum ecclesia, cemeterio, sacramentis et ceremoniis consuetis, hoc unico dempto, quod uxoris amplexibus seniles consuetus est fovere artus.»

Paulus de Malunta. Occurrit 1561. parochus in Verebély, de quo visitator hujus a. sic refert: «VADiac. ejusdem districtus. Ordinatus a R. D. episcopo Brixiensi. Formatam habet. Dominicas orationes non legit, tamen cives concionem ejus laudant. Barbam non deposuit. Uxorem et filios habet. Confessionem auriculatam facit et omnia sacramenta administrat secundum ritum s. matris ecclesiae, tamen sub utraque specie communicat.»

Paulus. Occurrit 1580. plebanus in Szielnicz. De quo notatur, quod confessioni montanarum cittum subscriptus comparet. (Schemat. hist. Neosol. 1776. 95.)

Pauly Venceslaus. Natus 25. Dec. 1801. in Bori in cottu Nitr. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 21. Aug. 1827. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Jác a. uno, dein Stomfae annis tribus. 2. Nov. 1831. parochus nominatus in Lozornó. Hinc 1. Maji 1873. adscriptus instituto s. Adalberti. 5. Febr. 1874. e parochia recessit et Posonium se recepit. † 28. Maji 1880.

Paunáz Mathias. Medio-Pulensis, ex cottu Sopron. 10. Nov. 1740. susceptus in alumnatum Budensem. 21. Dec. 1743. ordinatus. Cooperatorem egit in Érsekujvár semi altero a. 22. Apr. 1745. investitus parochus in Torna, ubi usque 1749. activus erat. 7. Jul. 1755. investitus in Kürth. 1756. AEppus Nicolaus Csáky ecclesiam parochialem noviter erigi fecit, ad quam 1763. horologium communitas procuravit. † 10. Aug. 1776. ibidem.

Paunáz Michael. Natus 25. Sept. 1793. in Csicsó. Philosophiam et primi a. theologiam Tirnaviae, reliquum Viennae absolvit. 18. Aug. 1816. ordinatus est. Cooperatorem egit Komáromii. 20. Mart. 1821. factus parochus in Csicsó, ubi notarius et ab 1852. VADiac. distr. Komár. Hinc

28. Jul. 1853. praesentatus et 5. Aug. e. a. investitus parochus Komáromii. Mox cruce aurea pro meritis cum corona decoratus. 1857. praepositus s. crucis de Aszód. Ecclesia parochialis ad s. Andream, quae 17. Sept. 1848. combusta fuit, reaedificata ac festo ss. Simonis et Judae AA. 1860. per Joannem card. Scitovszky consecrata. Durante restaurationes, ecclesia calvariae ad s. Rosaliam frequentabatur. Magnificum organum festo Ascensionis, D. N. J. Ch. 1865. similiter idem cardinalis benedixit. 4. Jan. 1866. canonicus Strigoniensis, 4. Nov. 1871. ADiac. Sasváriensis installatus. † 11. Sept. 1877.

Pavelka Georgius. Krakovanensis in cottu Nitr. 7. Nov. 1725. susceptus in alumnatum Budensem. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 28. Apr. 1731. investitus parochus in Liptó-Szent-András. Ibi 1732. visitatio Ujvendéghyana peracta, in qua parochus 27 annor. dicitur. 19. Jan. 1735. investitus in Nagy-Bresztován, ubi usque 1740. activus erat. Tunc intravit semin. deficientium Tirnaviae, ubi † 21. Aug. 1741.

Pavelka Joannes. Natus 4. Nov. 1807. in Mnessicz, alias Révfulu, filia ad Vágújhely. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1829. terminavit. 1830. in instituto presbyterorum transegit. 5. Nov. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Szakolczae, ab 30. Sept. 1835. in Sasvár. 7. Febr. 1845. factus int. admin. in Nagy-Kovaló, usque 8. Apr. ejusd. a. Hinc obtinuit parochiam Szomolánka. Inde 10. Jan. 1847. nominatus in Kukló. Exhinc 15. Apr. 1855. transivit ad Dojcs. Demum 12. Sept. 1876. obtinuit Péterfalva. Ex notario 8. Oct. ejusd. a. VADiac. distr. Sasvárensis. † 23. Mart. 1878. sepultus in coemeterio parochiali. Fuit vir doctus, sacerdos pius, scriptor et pictor ecclesiasticus. Edocuit parochianos cantum ecclesiasticum pulcherrimum. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 387.)

Pavlovszky Carolus. Natus 20. Sept. 1812. Vittencii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 30. Sept. 1835. ordinatus. Cooperatorem egit in Pereszlény, dein Bazinii. 1845. nominatus parochus in Kápolna. A. 1893. in quietem se recepit.

Pazsitni Joannes. Gurabiensis. 1668. baccalaureus, 1669. magister philosophiae. 13. Nov. 1674. investitus in Széplak, Hinc 20. Jun. 1675. in Lakács. Inde 1677. transivit ad Ürméncz, ubi usque 1680. activus erat. 6. Apr. 1690. investitus

Miavae. «Qui tamen a perfidis haereticis admissus non fuit», sic in actis. 21. Apr. 1691. investitus in Kolos. Demum 24. Apr. 1692. in Haj, ubi usque 1693. operatus est.

Pazsitny Paulus. Natus 4. Jul. 1850. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1874. terminavit. 26. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorum egit in Vágszerdahely, ab 1887. admin. in Bucsán.

Pázmány Adolphus. Natus. 10. Jun. 1847. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1870. terminavit. 2. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Stomfae et in Cseszte. Ab 1879. int. adm. in Báhony, mox in Horvát-Gurab, ubi eodem a. parochus factus. Hinc 17. Jul. 1886. in Csütörtök.

Pázmány (Verla) Carolus. Natus 31. Jan. 1845. Theologiam in Pázmáneó 1867. absolvit. 28. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Szokolcae. Ab 1868. praebendatus et cooperator Posonii. 1874. factus parochus in Szent-Mihályúr. Hinc 12. Jul. 1880. obtinuit Féll.

Pázmány Petrus. Natus in Jan. 1758. in Szilas in cottu Komár. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. Posoniensi 1786. terminavit. 1787. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Nagy-Magyar, apud suum cognatum Stephanum Pázmány, cum quo sedecim annis operatus in vinea Domini. Post ejus mortem 1803. ipsius successor. Ibi peracta visitatio Zimonyiana sic de illo refert: «Aptus vir functionibus parochialibus. In Nagy-Magyar 26. annis, et quidem 16 cooperantis munere, 10 vero parochiali fungitur.» Ibi † 9. Aug. 1828. Sepultus in coemeterio.

Pázmány Stephanus. Natus in Szilas in cottu Komár. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1778. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Magyar. 13. Nov. 1781. nominatus parochus ibidem. Juxta visitationem Batthyanyianam ipsius antenatus fuit Petrus Pázmány card. et AEppus Strig. prout documenta familiae docent. 25. Apr. 1797. pro equis intertenendis illi 16 flni resolutur. † 1803. Ibidem. Sepultus in coemeterio.

Pecha Martinus. Natus 5. Apr. 1780. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1808. absolvit. 22. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Cszaztae, ab 1811. Suchae. Eodem a. admin. in spir. et temp. in Felső-Dió, ubi 8. Jan. 1813. parochus nominatus. Ecclesiae decorem auxit contributis fidelium obulis. 24. Mart. 1852. ad

VADictum surr. mox ord. dist. Szomolány promotus. † 30. Apr. 1855.

Pechovics Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1806. terminavit. Praebendatum, ab 1809. vero succentorem egit chori eccl. metr. Strig. 10. Oct. 1813. missus pro admin. ad Üzbégh, ubi usque 19. Jul. 1814. activus erat. Tunc reversus ad pristinum officium. Mortuus tamen † 24. Sept. 1815. in Üzbégh.

Pechy Andreas. Occurrit 1634. parochus in Egerszegh. De quo Joannes Solnensis visitator sic notavit: «Alias diligens, sed semel in coena coram me, cum plus bibisset quam solitus erat, apparuit laetior quibusdam nobilibus, mane fuit humilior factus.»

Péchy Franciscus. 30. Sept. 1733. investitus parochus in Felső-Balogh. Hinc 5. Apr. 1836. in Kéménd. Inde 1742. transivit ad Deáki, ubi usque 1747. operatus est.

Péchy, de Pécsujfalu Franciscus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1806. absolvit. Notarius s. sedis, ab 1814. secretarius officii vicarialis Strig. consist. et cottus Strig. tab. jud. assessor. 21. Maj. 1816. nominatus parochus in Buda-Vetus. Subin abbas B. M. V. de Széplak. † 11. Aug. 1848. Aetatis 66. Pestini.

Péchy Joannes. Szováthiensis e cottu Sopron. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1730. baccalaureus, 1731. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1732. terminavit. 22. Apr. 1741. investitus parochus in Nagy-Sáró. Hinc 24. Mart. 1744. in Medve. Inde 1. Mart. 1748. in Ásvány. † 2. Maji 1762. in Szováth.

Péchy Josephus. 21. Sept. 1697. investitus parochus in Köbölkút, ubi usque 1699. operatus est.

Peczkó Antonius. Natus 15. Mart. 1885. Theologiam in semin. generali 1878. absolvit. 21. Jun. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Tótmegyer, ab 1879. Tirnaviae, 1888. factus parochus in Nagy-Bresztován.

Pehátsek Arthurus. Natus 4. Jul. 1850. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1872. absolvit. 2. Jan. 1873. ordinatus. Cooperatorem egit in Maria-Nostra, ab 1873. in Komjáth. 1887. obtinuit parochiam Litava. 1892. in VADnum surr. distr. Bozók promotus.

Pekárik Josephus. Theologiam cum. a. quarto in semin. Mariano 1815. absolvit. 15. Aug. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nemcsény, ab 1817. Konyhae, ab 1818. in Komjáth et ab

1819. in Szklabonya. 13. Maj. 1823. nominatus parochus in Keszegfalva. Jam m. Jun. ejusd. a. praesentatus fuit pro Hadikfalva in Bukovina, ast deprecatus est. † 9. Jun. 1826. Keszegfalvae.

Pekárik Stephanus. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. 1770. absolvit. 25. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Úzbég. Hinc Spáczam, ubi a. 13. Jul. 1776. usque m. Sept. ejusd. a. admin. dein iterum cooperator. 1777. coop. et admin. in spir. et temp. in Tornócz. Ab 1784. coop. in Bozók, 1786. factus admin. in Alsó-Várad. 14. Jun. 1787. ad Ordinariatum planum ecclesiae submittit. 1803. pro structura domus parochialis 1388 fl. e fundo religionis resolutos accepit. Quae summa 9. Jun. 1805. aucta 257 flnis. † 6. Sept. 1818.

Pekárovics Joannes. Natus 2. Aug. 1807. in Bori. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 30. Sept. 1830. ordinatus est. Cooperatorem egit in Egbell annis novem et medio, in Sasvár a. 3. m. 3. Hinc 1. Sept. 1843. missus pro admin. ad Kukló. Hinc ab 8. Oct. ejusd. a. parochus in Szomolánka. Inde 28. Mart. 1844. in Kukló. Exhinc 20. Dec. 1846. investitus in Stepanó. 1. Dec. 1863. factus VADiac. distr. Sasvár. Inde 21. Febr. 1867. transivit ad Péterfalva. † 28. Apr. 1876. Mane apoplexia pulmonum tactus inventus, paulo post expiravit. Fuit vir praeclarae indolis, pius, pacificus, sacerdos secundum cor Domini.

Pelczer Leopoldus. Natus 21. Mart. 1851. Theologiam Strigonii 1874. absolvit et 26. Jul. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Perbete, ab 1875. praebendatus metr. eccl. Strig. 1882. factus parochus in Bessenyo, hinc 1889. transivit ad Dorog. A. m. Sept. 1893. VADiac. surr. distr. Strig.

Pelczmann Joannes. Natus 11. Maji 1828. Szakolczae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 27. Jul. 1851. ordinatus est. Cooperatorem egit in Pobodim. 1853. professor factus in AEppali gymnasio Tirnaviae. 1860. obtinuit parochiam Szomolán, ubi mente turbatus † 2. Jul. 1875.

Pelikán Ferdinandus. Natus 25. Maji 1814. Szakolczae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 22. Sept. 1837. ordinatus. Praefectum herul. egit opud Josephum I. b. Mednyánszky in Beczkó. Ab 1838. cooperator in Nagy-Jác, ab 1840. Posonii ad s. Salvatorem. 5. Aug. 1844. nominatus professor in lyceo AEppali Tirnaviensi, pro studiis biblicis, quae, translata facultate theo-

logicae Strigonium, ibidem tradere continuavit. 26. Nov. 1859. parochus Kemenczensis nominatus. Jam tunc capellanus secretus Summi Pontificis. † 29. Maji 1864.

Peller Joannes. Natus 8. Dec. 1803. in Nagy-Levárd. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 25. Oct. 1828. ordinatus. Cooperatorem egit Szeniczii semi altero anno. 1830. factus est parochus in Rohov. Hinc 1837. translatus ad Verbócz. Inde 1847. accepit Detrekő-Csütörtök. Exhinc 1857. obtinuit Gajar, ubi † 30. Apr. 1868.

Peller Mathias. Theologiam absolvit in S. J. 12. Aug. 1730. investitus parochus in Velkopole. Hinc 12. Mart. 1731. in Ceszte, ubi simul usque 1739. in Istvánfalva. 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parochio notavit: «Annor. 34. in cura animarum 2 annis, hic 3 mensibus. Parochiani nullam querelam contra illum deposuerunt.» Operatus est usque 1740.

Pellet Josephus. Natus 2. Maji 1823. Vetero-Budae. 1841. ad clerum ADioec. susceptus, philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 4. Aug. 1847. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Oroszi. 1849. in Kemencze, unde post aliquot septimanas redivit ad Nagy-Oroszi. Hinc a 22. Febr. 1850. usque 5. Apr. e. a. int. adm. in Ipolyszécsényke. 1851. missus pro coop. Budam ad s. Annam, 1855. nominatus una in suppl. professorem doctr. rel. et exhortatorem super. classium reg. gymnasii Budensis. Eodem a. in pari qualitate ibidem ad Assumpt. translatus. Mense Jul. 1859. per communitatem Budensem director scholar. el. civitatensium electus, item et Vetero-Budae. Initio a. scholaris 1860. linguam hung. in scholis suis qua studium obligatum introduxit. 1865. Summi Pontificis capellanus ad hon. creatus. 1868. consociationem sodalium cath. Budae crexit. 1870. scholis cathol. in communales conversis, muneri directoris valedixit, et per AEppum in directorem omnium scholarum Budapestiensium cath., confessionalium, item praeparandiarum, una professorem nominatus. 1873. retentis his muneribus vice-rector seminarii gen. ejatis constitutus. 1878. canon. hon. Strig. 1879. ordinis coronae ferrae III. cl. eques. 1882. canonicus Strigon. 1886. abbas s. Michaelis arch. de insula B. M. V. juxta Budam. 1889. ADiac. Comarom. Auctor est aliquorum poematum latinor. occasionalium.

Pelsőczy Michael. Nadabulensis ex cottu Gömör. 26. Nov. 1744. susceptus in alumnatum Budensem. Theologiae Tirnaviae studuit. 23. Febr. 1749. missus pro cooperatore ad Galántha, ubi 13. mensibus operatus est. 9. Apr. 1750. investitus parochus in Várgede. Ibi 1761. conscriptio peracta in qua de parcho: «Annor. 40. Vitae exemplaris, concionatores adhibet: Fabrum, Pind, Delanimez.» † 1. Jun. 1769.

Pély Joannes Matthaeus. 29. Apr. 1737. investitus parochus in Nagy-Bárkány. Hinc 25. Mart. 1743. in Kis-Terenye, ubi usque 1746. operatus est.

Pence. Occurrit 1262. sacerdos de Chalan in ADtu Neogr. Csalár, nunc filia ad Bussa. Qui testem egit, quod villa Beren ab antiquo esset parochia ecclesiae OO. SS. de Beren. (Knauz, Mon. Strig. I. 481.)

Pentuk. Occurrit 12. Maji 1291. presbyter ecclesiae de Scyud, ADtus Hont, qui hac die ad praesentiam capituli Strig. accedens de testamentaria voluntate comitis Stephani de genere Hunt-Paznan proposuit testimonium. (Knauz, Mon. Strig. II. 285.)

Penyáska Paulus. Theologiam in semin. Mariano 1822. terminavit. 1823. transegit in instituto presbyterorum Strigonii. Cooperatorem egit Korompae, ab 1826. in Egbel, ab 1828. in Búr-Szent-Miklós. 3. Nov. 1831. nominatus parochus iu Bikszárd. Hinc 28. Aug. 1840. transivit ad Maniga, ubi † 4. Mart. 1847. Aetatis 49.

Pénzessy Joannes, Cornelius. Ex-Trinitarius. Dum in Darnó 20. Sept. 1787. capellania localis erecta fuisset, 1788. ille primus illuc praesentatus. 1793. aedis reparatio et campanilis transpositio effectuata. Hinc 1800. in pari qualitate transpositus ad Hosszufalva, ubi usque 1802. activus erat.

Peőcz de Magyarbél Sigismundus. Natus 11. Febr. 1811. in Kajász-Szent-Péter cottu Albensi. Philosophiam et theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1834. terminavit. 28. Aug. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Hedervár annis 3. Comaromii medio a. 19. Maji 1838. nominatus parochus in Zámoly. 1851. surr. VADiac. distr. Hedervár. Hinc. 17. Oct. 1864. nominatus parochus in Hedervár, una ord. VADiac. 1889. parochiam resignavit et pensione donatus Viennae resedit. A 3. Jul. 1891. membrum instit. s. Adalberti † 10. Aug. ejusd. a.

Perényi de Perén L. B. Carolus. Natus 1. Nov. 1762. Tirnaviae. Ab 1780. alumnus Pázmáni. Post coalitionem seminariorum, quintum a. theologiae in semin. gen. Posonii. 1785. terminavit. Post ordinationem studiorum praefectus et spirit. in semin. generali Posoniensi. Hinc per breve tempus aulicum capellanum Josephi card. a Batthyán agens, 1. Maji 1788. obtinuit parochiam Gúta. Inde 12. Nov. 1790. installatus canonicus Strig. 1. Mart. 1807. ADiac. Neogr. 9. Mart. 1811. praepositus s. Georgii et ADiac. cathedr. 4. Ang. 1818. custos. — 1808. consecratus eppus Tiberiadensis in Palaestina et suffraganeus per distr. Strig. — Jam prius titulo abbatis B. M. V. de valle Paradisi et electi eppi Bosonensis usus est. Fuit ad Tabulam Septemviralem assessor. † 15. Mart. 1819. Pestini.

Perényi L. B. Emericus. Natus 1746. in Szöllös in cottu Ugocsa. Studia in seminario s. Stephani, in Pázmáneo et in collegio Apollinari terminavit. 1770. caeremoniarius suffraganei Antonii de Réva, 28. Apr. ejusdem anni parochus in Galántha investitus. 1774. canonicus Scepusiensis, 1776. vero Strigoniensis. 1778. Pázmáni praefectus. 24. Apr. 1779. nominatus et usque mortem parochus Tirnaviensis. 1782. suppressio ord. s. Clarae et 1783. translatio 5. corporum sacramentorum ex earum sacristia. 1786. conanima erant circa dismembrationem parochiae, quae suppressa. 1787. turris eccl. s. Nicolai reparata. Catechetam in schola normali constituit. 1789. eccl. s. Michaelis pro annona applicatur. 1796. pro bello gallico ipse 400 fnos, e parte ecclesiae 36 lothos argenti offert. 1801. capellanum in Lazaretho illocari curat. 1803. eccl. quondam Paulinorum restaurata. 15. Jan. 1787. lector capituli, tunc jam et eppus Bacensis. 23. Jan. 1806. praepositus major. Ab 1809. usque 1820. vicarius generalis capitularis. † 26. Jan. 1823. Tirnaviae. Capitulo 1820. Strigonium transmigrante ille porro quoque Tirnaviae remansit. Summis laudibus extollitur ejus paternus in omnes affectus et promptum egentibus succurrendi studium. Habet etiam merita oratoria et literaria. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók 395.)

Pereszlényi Emericus. E cottu Nitriensi. Qua alumnus coll. gener. 1679. baccal. 1680. magister philosophiae. 5. Dec. 1683. investitus in Divék-Ujfalva, ubi ab haeticis non fuit admissus. Hinc 10. Jan. 1687. in Bodófalva cum

filia Szelec, ubi 15. Sept. ejusd. a. etiam specialiter investitus. Operatus neque 1689.

Pereszlényi Josephus. Theologiam in Pázmáneó absolvit. Hinc 2. Maji 1769. missus pro cooperatore Tirnaviam. 16. Mart. 1773. investitus parochus in Zsarnócza, quacum 1776. incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi. 1781. ad ADioec. reversus, applicatus pro cooperatore in Vittencz, inde 16. Aug. 1782. nominatus ad parochiam Ottóvölgy, ubi † 8. Jun. 1786.

Pereszlényi Stephanus. Natus 13. Nov. 1798. Eperjesini. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Mart. 1825. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Surány. 1827. in Gerencsér, eodem a. coop. in Soponya. 1829. adm. et sequestri curator parochi in Majthény. 1830. accepit parochiam Suránka. Hinc jam 1831. translatus ad Alsó-Récsény. Inde 1. Oct. 1835. nominatus in Nagy-Rippény. 1844. una VADiac. distr. Radosnensis. Mense Jan. 1862. honore capellani Pontificii secr. ad hon. ornatus. † 28. Jul. 1872.

Peresztheyi Michael, Martinus. Occurrit parochus in Lédecz. Subin occurrit 1622. et 1625. in Püspöki. Anno priori citatur coram vicario Losy, ratione dehonestationis Stephani Eteky. Fuit una praepositus de Zsámbék.

Perger Ignatius. Jaurinensis. Theologiam cum quarto a. in sermin. gener. 1725. absolvit. Eodem a. baccalaureus theologiae creatus. 21. Dec. 1726. presbyter ordinatus. 3. Jun. 1746. investitus parochus l. r. cittis Lőcse, ubi † 8. Oct. 1749.

Perger Ludovicus. Natus 3. Jan. 1853. in Szemeréd. Philosophiam et theologiam Strigonii 1876., absolvit. 16. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Varbó, 1880. in Mocs et Gúta, ab 1885. Strig. in reg. citte. 1886. factus parochus ibidem ad s. Georgium. Est literator. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 396.)

Pergő Josephus. Natus 7. Jan. 1833. Strigonii. Ordinem s. Francisci ingressus, philosophiam Nitriae, theologiam ibidem et Posonii absolvit. 1. Apr. 1861. ordinatus est. Qua religiosus in dioecesi Veszprimiensi, Sabariensi et Strigoniensi, signanter Szent-Mihályfalvae subsidiarium egit. 1862. saecularisatus et ADioec. adscriptus, remanens in praegesta statione. 29. Sept. 1868. factus admin. Vajkae, hinc 6. Nov. 1881. installatus parochus in Nagy-Paka, ubi 1882. tectum eccl. restauratum. Ab 1883. usque 1885. domus

parochialis reaedificata ex munificentia Leopoldi, Ferdinandi com. Pálffy.

Pergyoch Joannes. Natus 19. Dec. 1846. Theologiam in Pázmáneó usque 1871. studuit. 31. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádas, a m. Mart. 1877. usque m. Jun. ejusd. a. int. adm. in Egbell, dein rediit ad pristinam stationem cooperaturalem, ab 1879. in Krakovan, ubi † 20. Febr. 1884.

Pericza Paulus. Theologiae in Pázmáneó studuit. A 3. Jan. 1710. admin. dein parochus in Széleskút, ubi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de Parocho: «Annor. 36. in cura animar. 11. annis.» Ibidem † 11. Febr. 1727. circa horam meridianam in morbo contagioso. Sepultus in crypta ecclesiae.

Perina Ladislaus. Occurrit 1559. parochus in Znyó-Váralja. In visitatione eodem a. peracta de illo notatum: «Sine uxore, juvenis. Ecclesiam tenet omnibus sacramentis et ornamentis exornatam.»

Perinay (Perina) Paulus, Joannes. Natus 24. Jan. 1843. Strigonii in oppido Szent-Tamás. Theologiam Viennae 1865. absolvit. 23. Jul. ejusd. a. ordinatus, Cooperatorem egit in Karancságh. 30. Sept. 1872. obtinuit parochiam Felső-Thúr. Hinc 1888. transiit ad Megyer.

Periszlói Joannes, vide **Peristeri.**

Peristeri Joannes. Ex aliquo ordine ad obsequia ADioec. susceptus 21. Mart. 1663. investitus parochus in Felső-Vesztenicz, ubi tantum eodem a. occupatus fuit. 14. Oct. 1665. investitus Miavae. Hinc 17. Jun. 1669. in Istvánfalva. Inde 22. Febr. 1673. in Lakács, ubi usque 1675. operatus est.

Perkinkó Antonius. Natus 8. Sept. 1816. Tirnaviae. Philosophiam in loco nativo, theologiam Viennae absolvit. 7. Maji 1840. ordinatus. Brevi tempore adm. Kirvae, mox coop. interim. in Ipolyszakállos et Balassa-Gyarmath. 24. Maji 1845. nominatus parochus in Zsély. 24. Nov. 1853. VADiac. distr. Kékköensis. 17. Aug. 1863. magnum incendium fere integrum pagum devastavit, post quod multi acatholici hic consederunt. 1. Dec. 1877. mane, quasi ad infirmum in filiali vocatus, absque ministro egressus, sed nunquam reversus. Diu quaesitus et tandem inventus in aliquo cellario trajecto corde.

Perky Joannes. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. Poson, 1788. terminavit. Coopera-

torem egit in Vásárút, ab 1789. in Tardoskedd. 2. Apr. 1793. nominatus parochus in Nagy-Bajcs. Hinc 1794. transpositus pro admin. ad Alistál, ubi 4. Apr. ejusd. a. parochiam obtinuit. † 3. Oct. 1816. Ibidem.

Perneszi Josephus, Mathias. 13. Jun. 1744. missus pro cooperatore Bazinium. 23. Aug. 1748. investitus parochus in Püspöki. Protonotarius apostolicus. Qui nec citatus, nec delatus, nec convictus tamen 1753. parochia hac privatus est. 7. Maji 1754. investitus in Vilke. 21. Oct. 1755. investituram accepit pro parochia post combustionem neo-erecta in Losoncz. Jam 1756. illam resignavit et semin. deficientium ingremiatus, ubi † 29. Mart. 1759. Tirnaviae.

Perovszky Ignatius, Antonius. Szakolcensis. Qua alumnus semin. Mariani 1740. baccalaureus, 1741. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. 1745. terminavit. 27. Mart. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Surány. Subin Tirnaviam. 14. Mart. 1747. investitus parochus in Udvarnok. 7. Sept. 1749. petiit ab Ordinariatu, ut possit reconciliare coemeterium in Salgó, pollutum per sepulturam infantis invalide per obstetricem, vitiata forma baptisati, item aliud novum benedicendi, veteri cadaveribus pleno. 1754. petiit induci congregationem. Ibidem 2. Maji 1755. Antonius de Réva peregit visitationem, tunc jam parochus absens fuit, nam. 22. Mart. 1755. petiit, ut cum reculis suis Szakolczam ad parentes se transferre possit, ubi † 10. Maji ejusd. a.

Perovszky Venceslaus, vide Porovszky.

Pertlinus. Occurrit 1335. plebanus ecclesiae s. Laurentii Posenii, item canonicus eccl. ad s. Martinum. (Tudományos Értekezõ 137. Rimely, Capit. Poson. 252.)

Perzerovszky Franciscus. Manigaensis, 1769. susceptus ad alumnatum Budensem. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1776. terminavit. Cooperatorem egit in Balassa-Gyarmat. Ab 1779. in Udvarnok, ubi etiam administrator fuit, 24. Apr. 1781. investitus parochus in Felső-Zelle. Hinc 1783. transivit ad Garam-Ujfalú. 14. Oct. 1788. injunctum illi, ut solvat cooperatorem. Sub hoc parocho per familiam Szombathelyi omnia latifundia, agri, mola et reliqua tenuta et aliqui subditi coloni, vocati sunt in discrimen, sed auctoritate AEppi imminens periculum aversum. Ab 1806. VADiac. distr. Levensis. † 27. Jul. 1814. ibidem.

Peskó de Pechova Joannes, Marianus, David. Vistukensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1695. baccalaureus, 1696. magister philosophiae. Theologiam cum cursu morali terminavit. 5. Jan. 1698. ordinatus. Eodem a. applicatus parochus in Misérd. Hinc 1699. in Báhony, ubi Joannes com. Volkra visitationem peregit, in qua de illo: Annorum 27. sacerdotii unius et medii, in Báhony 4 mensibus. Slavonicae et croaticae linguae gnarus. Bonae hucusque famae et vitae. Libris sufficienter instructus. Breviarium et habet et dicit, operatus est usque m. Aug. 1705.

Pesthi Franciscus. Inter studentes universitatis Viennensis occurrit 1505. quidam Franciscus de Pesth. (Frankl, Hazai és külföldi iskolázás 221.) Qua parochus Pestiensis prima vestigia ejus occurrunt 1537. in aliquo documento in quo se sic intitulat: «Eppus Epiphanensis et plebanus eccl. parochialis civitatis Pestiensis, suffraganeus et canonicus eccl. Quinqueecclesiensis, necnon canonicus ac vicarius in spiritualibus, generalis auditor causarum in ecclesia sanctissimae Trinitatis in suburbio civitatis Budensis ad thermas superiores fundata.» 13, 14 et 25. Mart. 1539. ordinationes peregit in propria ecclesia, inter quos Mathias de Podostó. 1537. socios presbyteros habuit: Barnabam, Gratianum, Lucam, Petrum sacristanum, Michaellem et Blasium Kis. Dum 1541. incolae Pestienses in fuga salutem quaesiverunt et ille abire coactus. Posenii conседit, munus suffr. eppi exercens, ordinavit presbyteros, inter quos fuere: Michael Jác, Georgius Kameny, Melchior, Blasius Melek, Georgius Oczkó et Martinus Pongrácz. (Pesti főtemplom tört. I. 99.)

Pesthy Antonius. Nitriensis. Qua alumnus semin. gener. 1702. baccalaureus, 1703. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit. 17. Jan. 1705. ordinatus. 17. Jan. 1706. investitus parochus in Duna-Szerdahely. Hinc 1710. administrandam accepit Házasnénye, quam 3. Maji 1711. alii tradendo, ipse 6. Maji e. a. investitus parochus in Nagy-Czéthény, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parocho sic: «Sacerdos 9. annor., in cura 7. hic duobus. Vir optimae doctrinae. Commendatur de sedulitate ab omnibus, de probitate et diligentia in divinis. Aedem habet angustam, insanam, etenim plurimi antecessores una cum familia sunt emortui. Inpositum, ut ea aliorum transferatur.» 14.

Dec. 1714. investitus in Vizkelet. Inde 14. Oct. 1719. in Csütörtök. Exhinc 22. Oct. 1720. in Nagy-Magyar, ubi usque 1724. operatus est.

Pesthy Petrus. Theologiam in semin. Mariano absolvit. 18. Dec. 1707. ordinatus ad titulum AEppi. 1. Febr. 1710. investitus parochus in Visegrád cum circumferentia in cottu Pilis. Jam 13. Apr. e. a. fungitur qua parochus in Duna-Szérdahely, ubi usque 1711. activus erat.

Pesthy Stephanus. Ex dioecesi Csanadiensis ad ADioec. venit et a 19. Apr. 1716. in Vámos qua parochus activus fuit usque finem anni 1717.

Peszánszky Josephus. Natus 17. Mart. 1818. in Nyitravicsap. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 23. Jul. 1842. ordinatus. Cooperatorem egit Bajnae, ab 1846. in Kövesd et ab 1850. in Magyar-Szölygén, 5. Mart. 1852. nominatus parochus in Sárísáp. † 7. Nov. 1890. ibidem.

Petánek Joannes. Tirnaviensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1675. baccalaureus, 1676. magister philosophiae. Theologiae in semin. Mariano studuit. 18. Sept. 1677. ordinatus. 14. Nov. ejusd. a. investitus in Koross. Inde 1. Jan. 1679. in Lieszkó. Hinc 27. Nov. 1683. in Alsó-Diós. Inde 24. Nov. 1684. in Nagy-Kosztolán. Exhinc 15. Maji 1685. accepit indifferentem parochiam in cottu Hont. 23. Febr. 1686. in Zsdány, ubi tantum eodem a. mansit. Mense Apr. 1689. investitus in Egegh, Szemeréd et Szalatnya, ubi 19. Aug. 1692. successorem nactus. 8. Sept. 1696. ibidem iteratam accepit investituram.

Petanik Mathias. Tirnaviensis. Studia cum syntaxi terminavit. Occurrit 1657. licentiatus in Mellek, ubi Andreas Szily peregit visitationem, qui de illo: Aetatis 30. Commodus concionator. Libros habet hos: «Opera Diez, Granatensem, Agricolam.»

Petényi Georgius. Theologiam in coll. gener. absolvit. Hinc 11. Jun. 1761. missus pro praefecto herulorum Joannis Erdödy Posonium. 12. Febr. 1764. investitus parochus in Szémő. Sub illo erecta capella s. Vendelini in Gúgh. 19. Aug. 1776. investitus in Párkány, quam 6. Dec. 1782. resignavit. Hinc inter deficientes numeratus, ab 1784. cooperatorem in Nagy-Ölved, ab 1786. in Nagy-Salló. 1790. obtinuit admin. in Egyházkarcsa. Repentina morte extinctus † 3. Maji 1795. Aetatis 59. Ibidem.

Petényi Stephanus, vide Csetényi.

Pethényi Stephanus. Nádszegiensis juxta aliam connotationem Duna-Szérdahelyiensis e cottu Poson. 1769. susceptus in alumnatum Budensem pro theologia. Qua absoluta 24. Maji missus est pro cooperatore ad Vámos-Ladány, ubi 13. Apr. 1774. investitus parochus. Ibi 18. Sept. 1779. visitatio Batthyianiana peracta, in qua de illo, quod sit aetatis 32. Reliquit successoribus vineam 16. fossorum pro sacris. Hinc 10. Apr. 1788. per cambium cum Josepho Mészáros transivit ad Szent-Mihályfa, ubi † 13. Jan. 1806.

Peterecz Augustinus. Presbyter suppressii ordinis Camaldulensium. 3. Mart. 1790. investitus capellanus localis in Hrussó, ubi tantum usque m. Dec. 1791. deserviebat.

Péterffy Andreas. Nobilis genere, ex Sellye ortus. Fuit alumnus collegii generalis. 1657. baccalaureus, 1658. magister philosophiae creatus. 6. Maji 1666. canonicus Posoniensis et parochus in Csütörtök. 17. Apr. 1668. canonicus M. E. Strig. 1674. ADiac. Bars., 22. Apr. 1676. Gömör., 29. Mart. 1676. abbas s. Salvatoris de Sexard. Mense Sept. 1679. praepositus s. Thomae et 21. Apr. 1691. praepositus major Strig. factus. Rexit parochiam Tirnaviensem ab 1680. usque 1687. Sub illo 1683. templa catholicis resignantur. 1685. incendium civitatem devanans, quo permulti periverunt. Altarista ss. Corporis Christi, in cujus domo † 15. Sept. 1593. Sepultus in crypta eccl. s. Nicolai.

Péterffy Georgius. Theologiam in collegio Romano Apollinari absolvit. Reversus 1687. applicatus est parochus in Jabloncza, ubi per tumultantes Tökölyanos P. Kiss occisus. Hinc 13. Jul. 1688. investitus in Hradist, quae investitura 26. Apr. 1694. iterata. Ibi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia, quod sit 35. annor. Ibidem 1700. Emericus Pongrácz alteram peregit visitationem, tunc jam ibi in undecimum a. parochus. Operatus est usque 1707.

Péterffy de Somoskeő L. B. Franciscus. Ab 1706. alumnus coll. Pazmaniani. Theologiam Romae 1709. terminavit et doctor creatus. 29. Mart. 1713. investitus parochus in Cseklész. Sub eo 1714. Josephus com. Eszterházy castellum aedificavit. Hinc 26. Febr. 1715. installatus canonicus Posoniensis. Fuit una protonot. ap. praef-

positus s. Lamberti de Hay ac beneficiatus Soproniensis. 20. Apr. 1720. installatus canonicus Strig. 15. Apr. 1723. ADiac. Bars. Subin el. eppus Pharensis. Diutius munus praefecti semin. s. Stephani gessit. Pluribus ab annis ex apoplexia miser et variis morbis oppressus † 15. Jan. 1736. Sepultus in sacello s. Joannis Bapt. ad quod et missas fundavit. Opera literaria vide: Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 397.

Petes Andreas. 27. Febr. 1690. investitus licentiatus in Zámoly, ubi eodem tantum a. activus erat.

Petes Stephanus. 1. Febr. 1719. investitus parochus in Tardoskedd. Hinc 8. Mart. 1721. in Bást, ubi usque 1727. operatus est.

Petesházy Joannes. Sellyensis. Fuit 1653. alumnus semin. s. Stephani. 24. Mart. 1665. investitus parochus oppidi Szered. 26. Oct. 1666. in Szempcz. Hinc 23. Maji 1668. in Pápa. 9. Mart. 1676. notificat Ordinatum, in residentia abbatis Zirczensis adesse capellam privatam, in ea aram s. Josephi, in qua saepius celebratur. Eodem a. promotus ad canonicatum Strigon. † 4. Jun. 1682.

Petheő Franciscus. 20. Maji 1695. dispositionem accepit pro capellanatu Strigoniensi. 24. Jun. 1696. investitus parochus in Szalka. Hinc 20. Aug. 1704. in Nagy-Czétény. Inde 22. Jul. 1705. in Köhidgyarmat. 15. Nov. ejusdem a. in Muzsla, ubi usque 1706. operatus est.

Petheő Ladislaus, Joannes. Occurrit 1635. parochus in Érsekújvár. Hoc a. quaerebantur acatholici ejates se ad ceremonias catholicorum stringi. Postea parochum egit in Püspöki, inde 1668. transivit ad Somorja. Hinc 1669. factus religiosus ordinis s. Benedicti.

Petheő Joannes. Natus 28. Nov. 1792. in Gelse in cottu Szatmár. Studia philosophica cum theologicis in collegio reformatorem Debrecinii absolvit. Theologiae studuit in presbyterio Strigonii. 22. Febr. 1824. ordinatus, 1825. missus pro cooperatore Gútam. 1836. ejusdem parochiae admin. constitutus. 22. Mart. 1837. nominatus parochus in Kis-Oroszi, ubi † 1. Dec. 1867.

Petra Joannes. Theologiam tertium in a. in semin. generali Posonii studens 1772. ordinatus et 13. Dec. ejusd. a. pro praefecto comitelli Emerici Csaky ibidem constitutus. 16. Maji 1773. applicatus est praebendatus capituli coll. eccl. ejatis. Subin cooperatore in Jászfalu, ubi 18. Jun. 1774. obtinuit parochiam. 1781. habuit litem

coram Ordinariatu cum aliquo capitaneo Naszvady. 10. Jan. 1787. petiit beneficii permutationem. † 18. Jun. 1798. Ibidem.

Petrás Franciscus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani absolvit. Hinc praebendatum egit. 21. Maji 1745. missus pro cooperatore ad Verbócz, ubi subim et admin. 31. Dec. ejusd. a. investitus parochus ibidem. 20. Jul. 1747. in Alsó-Dombó, ubi 1755. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochia: «Annor. 35. In cura animar. 11. in hac quidem 9. in praebendaria et in Verbócz, donec parochus factus. Diligenter exequitur officium suum. 1762. ecclesia in filia Radossócz erecta, honori s. Annae.» † 1764. Oct. 14.

Petrás Georgius. Natus 1757. Apr. 16. in Szomolánka. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. 1785. absolvit. Cooperatorem egit in Vittencz, ab 1789. in Kis-Apáthi. Hinc 31. Dec. 1793. nominatus parochus in Kesztlöcz. Sub illo aedes parochiales et ecclesia erecta. Inde 15. Oct. 1800. transivit ad Szob. Ab adventu suo continuo infirmans † 2. Dec. 1801. ibidem.

Petrás Joannes. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1824. absolvit. Cooperatorem egit Szokolcaez, ab 1830. in Pudmericz. 1837. obtinuit parochiam Dubova. Hinc 5. Jan. 1841. in Laáb. Inde 1848. post fugam Caesaris L. B. Mednyanszky ex Zohor, transivit illuc, ubi † 31. Aug. 1849. ex cholera. Aetatis 45.

Petrás Josephus. Natus 13. Mart. 1865. Theologiam Pestini 1888. absolvit. 8. Jun. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Kis-Tapolcsány ab 1892. in Garam-Szent-Benedek. 30. Nov. 1893. investitus parochus in Dömös.

Petrás Michael. Theologiam cum. a. tertio et cursu speculativo in Pázmáneo absolvit. 5. Apr. 1691. investitus parochus in Nagy-Modró, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia refert: Aetatis 31. in parochia 7. Durante ipsa visitatione 11. Jun. investitus et installatus in Kisvendég, ubi de illo idem visitor refert, quod recte hac hora, nempe sui adventus, sit installatus. Inde 15. Mart. 1698. in Kovarcz. Exhinc 11. Apr. 1709. in Bossan, ubi 1712. terras ecclesiae Szadék revindicavit. † 16. Apr. 1737.

Petraskó Andreas. Rajczensis e cottu Trencsén. Qua alumnus semin. s. Stephani 1756. baccalaureus, 1757. magister philosophiae. Theo-

logiam cum secundo a. in eodem semin. 1759. terminavit. 27. Mart. ejusd. a. missus est pro cooperatore Prividiam. Hinc 10. Jul. 1765. investitus parochus in Széplak. Inde 8. Jul. 1767. in Novák, ubi † 1. Mart. 1776.

Petresics Joannes. Comaromiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1742. baccalaureus, 1743. magister philosophiae. Theologiae quartum a. in eodem semin. absolvens, 14. Dec. 1746. pro capellano Levam missus est. 29. Mart. 1748. investitus parochus in Medve. Hinc 18. Febr. 1750. in Nagy-Megyér, ibi 1754. Georgius Molnár peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod sit 33. annor. 1758. conquestus contra nobiles helv. conf. qui praestationes parochio competentes denegant. 1761. agebatur de translatione coemeterii ecclesiae contiguo. Jam ante 1763. VADiac. distr. Hedervár. † 30. Oct. 1775.

Petricz Gabriel. 14. Febr. 1674. investitus parochus in Nagy-Ugrócz, ubi eodem a. Andreas Péterfy peregit visitationem, qui dicit, quod ecclesia recenter sit recuperata. Operatus est hic usque sequentem a. 1675.

Petricz, alias Petriczius Georgius, Ignatius. 10. Mart. 1678. investitus parochus in Divény in cottu Poson. Hinc transivit ad Nagysenkviz, ubi 9. Maji 1681. contra illum inquisitio mota, quia percussit praedecessorem suum Michaellem Pucherics. Tardius venit pro cura animarum Samariam, ubi ex peste obiit.

Petricz, alias Petriczius Michael, Ignatius. 15. Mart. 1673. investitus parochus in Nagy-Paka. Hinc 21. Maji 1676. in Sárköz, ubi 1677. contra illum inquisitio mota. 10. Sept. 1678. in Várkony. Subin iterum reversus ad Nagy-Paka, ubi † 26. Dec. 1681.

Petricza Thomas. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1800. absolvit. 1801. absque officio Tirnaviae transegit. Eodem a. applicatus cooperatore in Szered. Hinc 1810. factus parochus in Sempte. Ibi 1811. Adalbertus Tarkó peregit visitationem, in cujus instrumento de parochio notatur, quod habet libros sufficientes. † 6. Mart. 1819. Ibidem.

Petrik Franciscus. Natus 10. Jan. 1855. Theologiam Strigonii 1878. absolvit. 21. Jun. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Csejtha. 21. Nov. 1881. admin. et ab 8. Sept. 1882. parochus in Hosszufalu. (Longovilla.)

Petrikovics Georgius. Occurrit. 1673. parochus in Horvátgurab.

Petróczy Jacobus. 14. Maji 1712. investitus parochus in Alsó-Rakoncza. Hinc 18. Maji 1715. in Prencsfalu. † 1720. Reliquit testamentum.

Petróczy Paulus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1824. absolvit. 1825. et 1826. in presbiterio transegit. Cooperatorem egit Comaromii, ab 1830. in Nagy-Kér et ab 1832. in Érsekujvár. Jam tunc sed. praed. de Vereb. et Szent-György tab. jud. assessor. 10. Apr. 1834. nominatus parochus in Kőkeszi, ubi munus notarii distr. Hont medii gessit. † 7. Jan. 1849. Aetatis 58.

Petróczy Thomas. Natus in Némethi in cottu Hont. Philosophiam in semin. s. Stephani, theologiam cum cursu morali in Pazmaneo 1669. terminavit. 7. Maji ejusd. a. investitus parochus in Nádas in cottu Hont. Hinc ante Maj. 1677. in Bakabánya. Inde 10. Apr. 1679. in Némethi in cottu Hont. 1684. ex odio religionis in sua parochia captus, ligatus, verberatus, in capite duobus locis laesus, omnimoda substantia spoliatus, per devia montium raptatus, diu detentus, tandem misericordia ducis Turcae liberatus, cui pro honorario lytro septuaginta quinque imperiales mendicando conquirere debuit. Mense Jun. 1689. investituram accepit pro Polonka. A 24. Oct. 1689. iterum operatus est in Nádas cottu Hont. Ab 1692. una VADiac. Hinc 16. Apr. ejusd. a. reinvestitus in Némethi in cottu Hont. cum Szebeléb, 1699. exmissus pro inquisitione laesae jurisdictionis parochi Schemniciensis. 1704. qua abbas s. Michaelis de insula B. M. V. juxta Budam, VADiac. distr. Hont, conventualis s. Benedicti de juxta Gron, scripsit opus: «Politia parochorum.» 8. Oct. 1710. installatus canon. Strig. 8. Dec. ejusd. a. ADiac. Hont. Fuit altarista ss. Trinitatis 1713. visitavit suum ADiatum. † 1714. Viennae.

Petrónszky Georgius. 4. Nov. 1751. missus pro cooperatore Papam. 21. Aug. 1753. investitus parochus in Csütörtök, ubi † 22. Jan. 1757.

Petrónszky Joannes. Közép-Pulensis ex cottu Soproniensi, 4. Nov. 1737. susceptus in alumnatum Budensem. 10. Jun. 1741. investitus parochus in Féli. Hinc 3. Oct. 1742. in Csütörtök. Inde 15. Dec. 1743. in Püspöki. Sub illo renovata ecclesia ac ejus horologium. † 17. Jul. 1748.

Petrovics Adamus. 22. Apr. 1686. invest. parochus in Kis-Appony, ubi usque 1706. operatus est.

Petrovics Joannes. Occurrit 1634. plebanus in Keresztúr. De quo visitator Georgius Draskovics sic refert: «Quatuor minoribus dumtaxat

initiatus ordinibus. Alumnus nuper collegii Pazmaniani, slavus, 28. annos natus. Ob immensam oculorum imbecillitatem sacerdotio initiari non potuit, eo enim deventum, ut vix modicum legere possit. Satis curatus Viennae, nam ingenii acie ac bonis moribus praeditus meliori conditione dignus habitus est. A concionibus etiam hac valetudine laudem meretur. Diebus festis ad auditores verba profundere gravabatur, facturus in posterum, si opere preetium videbitur. Verum quidquid agat, gratiam apud populum colligere non poterit, eo, quod sacerdotii expers, sacrificium facere, confessionem peccatorum excipere, sacra Eucharistia reficere valeat neminem.»

Petrovics Joannes. E dioecesi Csanadiensis a suo episcopo dimissus ad ADioecesim 1750. susceptus. 27. Maji ejusd. a. investitus parochus in Szkleno, quacum 1776. incorporatus est neorectae dioecesi Neosoliensi.

Petrovics Joannes. Theologiam cum quarto a. in arce regia Posoniensi 1791. terminavit. 1792. applicationem expectavit Tirnaviae. Subin cooperatorem egit in Varbó, semi altero anno. Ab 1794. praebendatus eccl. metr. novem m. Ab 1795. denuo cooperatorem et quidem Bajnae in cottu Strig. uno a. 6. Dec. ejusd. a. investitus capellanus localis in Farnad. Hinc 7. Jul. 1802. nominatus parochus in Tardos. Inde 27. Jan. 1819. in Mocs, ubi † 13. Mart. 1830.

Petrovics Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1837. terminavit. 26. Oct. e. a. ordinatus. Ex instituto presbyterorum missus est pro cooperatore ad Ujlak. Hinc 1841. ad Vallem Mariae. Brevi tempore curatus anabaptistarum in Szobotist. 15. Jul. 1842. nominatus et 22. ejusd. m. et a. investitus parochus in Turóluka, ubi † 13. Febr. 1843. Aetatis 29.

Petrovics Ludovicus. Natus 16. Nov. 1816. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani terminans 4. Aug. 1847. ordinatus. Cooperatorem egit Miavae, ab 1849. in Valle Mariae, ab 1855. in Szered. 1859. factus parochus in Apaj, ubi † 27. Jan. 1861.

Petrovics Stephanus, vide **Patrovics.**

Petrovszky Georgius, vide **Petronszky.**

Petrovszky Adamus. In Felső-Zsdány incolis paulatim ad sinum eccl. cath. redeuntibus 1686. primus cath. parochus introductus, matrices scribere cepit. Hinc 24. Apr. 1687. investitus in Nagy-Lovcsa, ubi tantum hoc anno operatus

est. Mense Jun. 1689. investitus in Zsarnócza. De illo annotavit anonymus relator: «Bonus et recto corde, cum timeat Deum. Nihil adverti, quod esset dignum adnotatione, nec circa ecclesiam, nec circa parochiam, facit omnia quae sui officii sunt.» Ibi usque 1698. activus erat.

Petrovszky Joannes, vide **Petronszky.**

Petrovszky Venceslaus. Occurrit 1647. plebanus in Sándorf. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Petrozsini Jonas. 8. Mart. 1680. investitus licentiatum oppidi Alsó-Kubin, ubi illo tantum a. operatus est.

Petruka Christianus, vide **Psztruha.**

Petrus. Occurrit 1292. magister plebanus de Zolum, (Zólyom) canon. Váciensis, qui in causa testamenti Emerici de Vrus per capitulum Vaciense exmissus. (Fejér, C. D. VI. I. 229.)

Petrus. Occurrit 1295. sacerdos de Farnad, (Farnad), a quo Ladislaus et Lampertus sex boves et unum equum receperunt in suum damnum. (Knauz, Mon, Strig. II. 366.)

Petrus plebanus ecclesiae b. Nicolai de civitate Strigon. 6. Julii 1298. testimonium edidit desuper, quod hac die ex mandato Jacobi abbatis de Zircz, qua apost. sedis delegati, magistrum et fratres domus hospitalis s. Regis de prope Strigonio, quia ecclesiam b. Andreae de Obu, (Obaz) in dioecesi Vespr. funditus destruxerunt et propter alias injurias et occupationes jurium episcopaliū eccl. Vespr. sententiam excommunicationis inmodare, et in omnibus divinis et festivis diebus denuntiari debeat donec satisfaciant; hanc sententiam in ecclesia sua publice denunciavit et promulgavit. (C. D. Patruus. V. 86. Knauz. Mon. Strig. II. 453.)

Petrus. Occurrit inter 1318. et 1337. plebanus de Buda, Vesprimiensis dioecesis, quae hoc tempore semel vacavit et cujus fructus ascendebant in universo ad 48. marcas argenti. Rufinus collector census papalis elegit pro domino suo medietatem, videlicet 24. marchas, quas dictus plebanus 1318. die 20. Maji promisit solvere, medietatem infra festum OO. SS. et residuam infra festum resurr. Domini (8. Apr. 1319.) Revera vero solvit 18. Jan. 1319.; 14. marcas, 11. Febr. 1320. 10. marcas. Ille idem inter 1332. et 1337. qua plebanus ecclesiae Budensis majoris, aestimavit suum beneficium ad centum viginti marcas et solvit in octavis s. Jacobi sex

marcas, promisit alias sex marcas pro festo OO. SS. (Mon. Vat. S. I. T. I. 21, 195.)

Petrus. Occurrit 1328. rector ecclesiae de Leeg, idest Nagy-Légh. (C. D. Patrius. III. 92.)

Petrus. Occurrit 1331. canonicus et plebanus ecclesiae s. Martini Posenii. (Rimely, Capit. Posen. 251.)

Petrus, Paulus. Occurrit inter 1331. et 1337. plebanus in Gerut (Alsógyöröd.) in adtu Bors. qui suum beneficium ad unam marcam aestimavit et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 223.)

Petrus. Occurrit. 1332. inter et 1337. sacerdos s. Martini de Vossan, nunc Bossán. Qui juratus dixit non valere suum beneficium ultra marcam et (fertone minus) duobus grossis, solvit 8 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 184.)

Petrus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Bersan, (Börzsöny) dioecesis Strig. qui aestimavit suam plebaniam ad duas marcas cum dimidia et solvit totam decimam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 220.)

Petrus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus sancti Gerardi de Buda, cujus nomine solvit magister Guraldus (Guilelmus) ratione suae vicarialis ecclesiae quinque marcas, alias item quinque, sic solvit totum. (Mon. Vat. S. I. T. I. 217.)

Petrus. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos de Chaquana (Chognaria,) nunc Csukárd, filia ad Bazin, dixit juratus decimam integram esse medium fertone, quem solvit. (Mon. Vat. S. I. T. I. 202.)

Petrus. Occurrit inter 1332. et 1337. VADiaconus de Eguec, (Egeg) in ADtu Vntensi, qui juratus dixit, suum beneficium non valere ultra ducentos grossos et solvit viginti. (Mon. Vat. S. I. T. I. 222.)

Petrus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus S. Martini de Gelenek, (Geletnek), qui juratus dixit, suum beneficium non valere ultra duas marcas, solvit 12 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 188.)

Petrus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Guerequi, (Gyerk) ADtu Vntensi, qui juratus non credit suum beneficium valere ultra 70 grossos et solvit 7 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 223.)

Petrus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Guan, nunc Ivánkafalva, qui juratus dixit suum beneficium non valere per annum ultra marcam, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 222.)

Petrus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Báb, nunc Kisbáb, qui juratus dixit, non credere, quod suum beneficium ultra quinque fertones valeret, solvit decimam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 230.)

Petrus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Corus (Koross), in ADtu Nitriens, qui aestimavit suum beneficium non ultra duas marcas et solvit 12 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 224.)

Petrus. Occurrit inter 1332. et 1337. parochus in Luque (Luce) nunc Lócz, qui juratus dixit, suum beneficium valere unam marcam, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 228.)
Ultero quoque occurrit 1343. sacerdos ecclesiae de Loch, qui, per Chanadinum AEpum Strig. propter injuriam contra praepositum de Garab patratam in causam tractus. (C. D. Adeg. IV. 370.)

Petrus. Occurrit. 1332. inter et 1337. plebanus de Mesquesen, Nitr. ADnatus (nunc Mezõ-Keszi, filia ad Ürmény), existimavit suum beneficium ad tres marcas. Solvit 17 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 222)

Petrus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Magerdorf (nunc Nagy-Magyar, Grosz-Magendorf) solvit sex marcas ratione suae ecclesiae. (Mon. Vat. S. I. T. I. 217.)

Petrus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus in Meger (Nagy-Megyér), qui juratus aestimavit suum beneficium ad unam marcam et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 225.)

Petrus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Pesti, quae est exempta plebania et sub episcopatu Vacienti, juratus de credulitate aestimavit suam plebaniam non ultra 40 marcas valere et solvit quatuor marcas. (Mon. Vat. S. I. T. I. 409.)

Petrus. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos s. Regis de Poschan (Petschan), id est Pöstyén, qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra duas marcas cum fertone, solvit 13 grossos et 4 denarios. (Mon. Vat. S. I. T. I. 187.)

Petrus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Sancto Benedicto de Borsa (Bars), qui juratus aestimavit suum beneficium non valere ultra marcam et solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 231.)

Petrus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos sancti Petri in ADtu Nigrad, qui juratus

dixit non valere suum beneficium ultra marcam, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 188.)

Petrus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Teliki (Telki filia ad Jenő) in ADtu Budensi Vesprim dioec. solvit quinque grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 373.)

Petrus. Occurrit 9. Maji 1332. presbyter, ecclesiae de Mijser (Misérd), qui testis auriculatus fuit ultimae voluntatis comitis Andreae de Churle. (Magy. Sion. 1865. 376.) Occurrit ibidem etiam 1358. (Fejér, C. D. IX. II. 693.)

Petrus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Udvar, Udvard, qui juratus dixit plebaniam suam non valere ultra duas marcas, solvit 12 grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 197.)

Petrus. Occurrit 1345. plebanus in Nagy-Maros, ad hujus et civium petitionem Ludovicus rex, confirmavit in Visegrád privilegia civitatis Nagy-Maros de 1324. (Századok. 1868. 404.)

Petrus. Occurrit 1349. plebanus et rector ecclesiae s. Nicolai de Püspöki. Hoc anno Chanadinus AEppus piscationem in Danubio donat parochi. 1351. hoc jus ad altare B. M. V. oblatum, per Nicolaum AEppum confirmari curavit. Occurrit adhuc 1359. qua rector ecclesiae villae episcopi. (Fejér, C. D. IX. III. 99.)

Petrus. Occurrit 1360. plebanus in Neczpál. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 231.)

Petrus. Occurrit 1381. plebanus in Breznóbánya. (Fejér, C. D. IX. V. 462.)

Petrus. Occurrit 1400. plebanus in Iskes (Iszkász) dioec. Strig. qui beneficium suum resignavit. (Mon. Vat. S. I. T. IV. 235.)

Petrus de septem Tiliis. 1400. per Eperjensienses praesentatus pro ecclesia beati Nicolai, defuncto Henrico plebano. Confirmationem a Sigismundo rege accepit. Antea plebanus de Palocha (Polonka).

Petrus. Occurrit 1401. Sacerdos eccl. S. Martini de Bojmocz, nunc Bajmócz. (Fejér, C. D. X. IV. 81.)

Petrus. Occurrit 1408. plebanus in Csejthe, qui hoc a. impetravit molendinam. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Petrus. Fuit ab 1414. usque 1419. primus praep. curatus in Vágújhely. Origine Polonus et cognatus Stybori fundatoris praepositurae. Sub illo 1419. Stephanus eppus Vaciensis consecravit ecclesiam filiam in Lieszkó Moravorum. (Jedlicska, Kiskárp. Eml. II. 570.)

Petrus. Occurrit 1418. plebanus in Turócz-Szent-Mihály. (Schem. hist. Neosol. 1876. 248.)

Petrus. Occurrit 1430. plebanus in Turócz-Szent-Márton, qui nominatur in decreto Laurentii palatini de Hedervára. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 244.)

Petrus. Occurrit 1440. plebanus in Turócz-Szent-Mihály. Memorat illum diplomatarium familiae Vladár. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 248.)

Petrus. Occurrit 1464. plebanus in Némets-Próna, qui ob censum filiationis de Bajmocz cum ejati plebano in actione erat. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 396.)

Petrus. Occurrit 1494. presbyter de Samaria. (Arch. capit. Poson. Capsa VII. F. 9. N. 176.)

Petrus plebanus de Bajmócz, vide Poleczi.

Petrus. Ineunte saec. XV. plebanum egit in Bajmócz. 1401. illum Gregorius filius et Helena conthoralis Leustachii de Ilsva, olim regni Hung. palatini, ob amissam filialem Prónam Theutonicealem in juribus antecessorum confirmant. (Fejér, C. D. X. IV. 81.)

Petrus. Occurrit 1516. plebanus Pestiensis, qui epistolare commertium fovit cum Emerico Gönczi rectore scholae Cassoviensis. (Pesti főtemplom tört. 99.)

Petrus. 1519. plebanus in Daman, in distr. inf. Hernád. solvit decimas papales 2 f. 12. (Wagner, Anal. Scep. II. 195.)

Petrus. 1519. plebanus in Fridman solvit decimas papales 2 f. 13. (Wagner, Anal. Scep. II. 196.)

Petrus. 1519. plebanus de Novo-Liblo, in distr. Liblo, solvit decimas papales 2 f. 10. (Wagner, Anal. Scep. II. 195.)

Petrus. 1519. plebanus in Villa Matthaei, (Mátyásfalva) solvit decimas papales 4 f. 20. d. (Wagner, Anal. Scep. II. 197.)

Petrus. Occurrit 1525. presbyter de Alsó-Endréd, nunc Nagy-Endröd. Habuit causam coram s. sede spiritali Strig.

Petrus. Occurrit 1550. plebanus in Neczpál. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 231.)

Petrus. Occurrit 1559. parochus in Eger-Zegh (Egerszegh), De quo visitator: «Senex, totus catholicus et verus Christi minister.»

Petrus. Occurrit 1560. parochus in Kowarcz, (Kovarcz, Distr. Tapolcz.) Anno praeterlapso praedecessorem habuit. Nunc vero visitator de illo sic ajit: «Senex sine uxore, cum tonsura.

Bonus totus et fidelis. Resignavit parochiam, Stepheus enim Aponi terras arabiles, unde victum quotidianum haberet parochus, occupavit.»

Petrus. Occurrit 1559. parochus in Sisoy (Sissó.) De quo visitator: «Juvenis, sine uxore, totus catholicus.» Ille vero de 1560. jam ipsius successorem nominat.

Petrus. Occurrit 1560. plebanus in Bobrócz, de quo visitator ejusd. a. «Antiquus, sine uxore, fidelis Christi minister una cum suis subditis, in nihilo aberrantes ab antiqua consuetudine.»

Petrus. Occurrit 1560. VADiac et plebanus in Tót-Próna, de quo visitator Michael Szegedy sic refert: «Videtur mihi esse bonus, cum ecclesiam ipsius videam bene omnibus Sacramentis, ceremoniis et aliis ornamentis dispositam. Sed, ut nonnulli asserunt palliotenus tantum est Romanus. Nec iste est sine uxore. In moribus ab omnibus laudatur. Noviter dictum est, quod sacra celebrat sine indumento consveto, tantum in cappa. 29. Oct. 1561. citationem peregit.

Petrus. Occurrit 1562. parochus in Rosindol, italus. De quo visitator notavit, quod sit catholicus ipse et populos.

Petrus. Occurrit 1647. parochus in Tóth-Aisgrub (Gurab.) Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc a. confecto.

Petrus, Martinus. Occurrit 1647. parochus in Zohor, cum filiabus Láb et Lozorno. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Petrus Valentinus. 4. Apr. 1663. investitus parochus in Kis-Tapolcsány. Jam 30. Apr. e. a. in Radossócz, ubi 3. Febr. 1669. successorem nactus, ipse vero 16. Apr. 1670. investitus in Ótura. Hinc demum 25. Sept. 1673. in Szobotist, ubi usque 1675. activus erat.

Petruszi Martinus. 7. Maji 1673. investitus parochus in Nagy-Surány, cum Kis-Várad, ubi usque 1680. occupatus fuit.

Petykó Dániel. Felső-Driethomaensis, ex cottu Trencsén. 1751. susceptus ad alumnum Budensem. 28. Oct. 1753. ordinatus. 22. Maji 1754. missus pro capellano aulico ad Paulum Batta in possessione Nagyfalú in cottu Neograd. 9. Aug. 1756. investitus parochus in Felső-Tiszovnik. Hinc 14. Maji 1758. in Liptó-Szent-Iván, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Petykó Joannes. 2. Nov. 1724. investitus

parochus in Nagy-Herestyén, ubi † 24. Apr. 1738. Reliquit testamentum.

Petykó Josephus. 18. Maji 1740. investitus parochus in Vieszka, ubi usque 1746. operatus est.

Pety Bartholomaeus. Jam ante 1559. parochus in Szent-Antal in cottu Hont. Ibi 1561. Joannes Derecskey peregit visitationem, qui de parochia sic refert: «Ordinatus Tirnaviae per R. D. Zondinum. Habet literas, habet et uxorem. 1559. effectus est lutheranus.» Visitator illum citavit ad synodum.

Petyó Stephanus. 22. Apr. 1691. investitus parochus in Sávoly.

Petzler Josephus. Natus Claudiopoli. 1752. ad S. J. susceptus. Novitium absolvit triennio Trencsinii. Philosophiam biennio Cassoviae audivit et propugnavit. Docuit Sopronii parvam et poesim. Tirnaviae poesim et rhetoricam. Theologiam Graecii et Tirnaviae quadriennio audivit eamque defendit. Postea egit praefectum in convictu AEppali Tirnaviae. Cassatio illum qua talem invenit, quo munus etiam post illam continuavit et universim per 12 annos gessit. 4. Febr. 1777. praesentatus parochus in Kiliti, ubi 13. Sept. ejusd. a. ingressus. Ibidem 21. Sept. 1780. peracta visitatio Batthyanyiana, in qua de parochia: «Annor. 46. staturae mediocris, obesus, temperamenti phlegmatici, non praecipitis aut elati, sed modesti.» † 9. Maji 1800. ibidem.

Peuce, vide Pence.

Peverelly Hieronymus. Nobilis Cremnicensis, qua alumnus collegii gener. 1715. baccalaureus, anno sequenti magister philosophiae. Theologiae quatuor a. in eodem seminario studuit. 24. Jul. 1720. investitus parochus in Perg (Jánoshegy) in cottu Bars. 1721. filia Konossó avulsa et distincta parochia constituta est. Hinc 17. Jul. 1722. transivit ad Dorogh, exhinc vero 21. Julii 1725. investitus in AEppalem civitatem Strigon. ubi 1732. Nicolaus Kellio peregit visitationem. 10. Febr. 1734. canonicus Strigon. 22. Dec. 1737. ADnus Comar. 9. Jan. 1743. praepositus s. Georgii et ADnus Cathedralis. 12. Sept. ejusdem anni lector installatus est. † 23. Mart. 1751. Fundavit missas perpetuas per parochos districtus Levensis legendas.

Peverelly Marcus, Antonius. Nobilis Cremnicensis. Qua alumnus coll. gener. 1715. baccal. 1716. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1719. terminavit. 31.

Maji 1722. investitus parochus in Hodrusbánya. Hinc 28. Maji 1728. investitus in Visegrád, quorsum 9. Jun. e. a. transivit. Inde 26. Mart 1734. in Dorogh. 23. Mart. 1739. illum Josephus Landgravius Hassiae, praepositus Földváriensis illuc praesentavit parochum, sed jam † 1. Mart. ejusd. a. in Dorogh.

Pexa Joannes. Ujfalvensis e cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Stephani 1736. baccalaureus, 1737. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1739. terminavit. Hinc cooperatorem et admin. egit Neovillae. 11. Jan. 1741. investitus parochus in Récse, ubi 24. Maji 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochu, quod sit 42 annorum. Diligens, exemplaris. Catecheses jussus reasumere. † 21. Jan. 1767. ibidem. Aetatis 53.

Pexa Josephus. Theologiam cum quinto a. cursu practico in semin. gen. in arce Poson. 1789. terminavit, 1790. in domo presbyterorum transiegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Somorja, ab 1795. Pestini ad s. Theresiam. 23. Dec. 1803. investitus parochus in Börzsöny, ubi † 24. Jul. 1828. Aetatis 63.

Peykovics Stanislaus. 1526. parochus Popradensis electus in seniore fraternitatis. † 28. Sept. 1528. (Wagner, Anal. Scepus. II. 200.)

Pfingsztl Michael. Theologiam cum quinto a. in Pázmáneó 1782. absolvit. Cooperatorem egit Vetro-Budae. 8. Oct. 1783. investitus in Visegrád. Hinc 12. Jun. 1790. Pestini ad s. Josephum. Inde 22. Jan. 1798. ibidem ad s. Theresiam. Exhinc 20. Apr. 1809. nominatus ad civitatem inter. seu ad B. M. V. Assumt. una abbas s. Georgii de Csanád. † 12. Jan. 1819. Fuit et consist. Strig. assessor.

Pflegger Michael. Natus 25. Sept. 1837. Tirnaviae. Theologiae Pestini studuit, ubi e studio biblico rigorosum examen subivit. 1859. qua subdiaconus applicatus est professor in AEpalli gymnasio Tirnaviae. 27. Jan. 1860. ordinatus. Transactis viginti annis in professoratu 1879. factus parochus in Kürth.

Pfunspinner Jacobus. Occurrit 1382. plebanus Posonii ad s. Laurentium, una canonicus eccl. s. Martini. 1384. plebanus hujus ecclesiae novitus deobligatus est censum annum capitulo solve. (Tudományos Értekez. I. 138.)

Pfusterschmid Cajetanus. Fuit S. J. adscriptus. Cassatio illum invenit in collegio Budensi, ubi concionator festivus, catecheta germanicus,

praeses congregationis agoniae, curator montis Calvariae, item scholae trivialis, necnon militiae ac carcerum militarium exhortator. Post cassationem concionatorem germanicum egit in arce. 7. Dec. 1780, electus in parochum Buda-Ujlakensem, ubi † 6. Sept. 1785.

Pfütznér Leopoldus. Natus 29. Jul. 1806. Pestini. Philosophiam Pestini, theologiam Tirnaviae absolvit. Ord. 7. Aug. 1829. Cooperatorem egit in Balassa-Gyarmat mense uno, in Rimócz mensibus sex, in Varbó a. 3. in Patak a. 5. Gutae mensibus 10. Comaromii m. tribus. A 6. Nov. 1838. admin. in Nagy-Bajcs. Hinc 21. Aug. 1846. parochus in Ekecs, quam 19. Maji 1864. resignavit, pensione donatus, habitans in Derecske, ubi † 16. Jul. 1888.

Philadelphus Antonius. Cibiniensis antea, ab 1532. Neosoliesis parochus. Ibi multum a novae doctrinae sectatoribus pati debuit, quamvis uxoratus fuisse dicitur. Nihilominus et ibi et hic novatoribus diu obstitit. Aliquis vagus praedicans ex Moravia, Andreas Vischer, qui pro more novatorum disputationes de fide publicas provocavit, illum ad tales deduxit augustias, ut ad AEpum Paulum Várdai confugerit, qui inculcavit civitati. «Ut religio in ordine pristino et consuetudine conservetur, evangelium clare absque fuco praedicetur.» Quum commissarii e mandato regio exmissi, urgebant ne uxorati, vel haeretici sacerdotes eligerentur sive tolerentur, et illi res non satis tuto posita videretur, idcirco 1538. parochiae valedixit. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 141.)

Philippovics Joannes. 14. Oct. 1666. investitus in Polonka, successorem 1684. nactus. Asseritur 1695. parochum fuisse in Némethi in cottu Hont.

Philippovics Mathias. 18. Mart. 1717. investitus licentiatu in Hrádek.

Philippus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus s. Nicolai de Solio (Neo-Solium), pro sua plebania in primo termino solvit duas marcas, dein Michael ejus nomine solvit ratione vacantis ecclesiae duas marcas. In registro census papalis pluries apparet inscriptus. Secunda vice dum pro vacante plebania duas marcas solveret, cum adnotatione: plebania non fuit taxata, imo plus valet longe. Tertia vice dum iterum duas marcas solvit, additur, quod ratione vacantis plebaniae quatuor marcas solvisset. Fuit una et

magister canonicus Strigon. et solvit ratione canonice viginti grossos, juratus dixit, non plus valere. (Mon. Vat. S. I. T. I. 216, 217, 218, 219 et 234. Schemat. hist. Neosol. 1876. 137.)

Philippus de Pruck. Occurrit 1517. plebanus ecclesie s. Laurentii Posenii. 1518. Thomas Bakocs indulgentias contulit illis, qui hanc ecclesiam visitaverint, vel ad ejus structuram, aut instructionem aliquid contulerint. 1519. alter comparet plebanus, sed 1520. iterum ille nominatur in actis. (Tudom. Ért. I. 148.)

Philippus. Occurrit 1561. plebanus in Majtény, ubi eodem a. visitatio peracta in cujus instrumento de parcho sic notatum: «Homo catholicas et bonae vitae. Sacramenta administrat secundum ritum Romanae ecclesiae.» Idem asseritur de illo in visitatione a. 1562. Una et parochum in Diószeg egit.

Philippus. Occurrit 1613. parochus in Maniga de quo visitator hujus a. refert, quod sit Bohemus.

Phischeri Andreas, vide **Fischer**.

Piacsek Antonius. 15. Jun. 1716. nominatus admin. in Széplak. Hinc 16. Dec. 1717. investitus parochus in Báth, ubi 1719. conflagravit ecclesia, parochia et schola. 5. Jun. 1722. in Némethi in cottu Bars. Inde 11. Aug. 1727. in Prividia, ubi usque 1728. operatus.

Piacsek Emericus. Natus in Klobusic. Qua alumnus semin. s. Stephani 1748. baccalaureus, 1749. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1751. terminavit. 3. Aug. 1753. missus est pro cooperatore ad Vágújhely. 22. Jun. 1754. investitus parochus in Kis-Krstyene. Hinc 6. Jul. 1759. in Prividia, ubi † 5. Maji 1765.

Piacsek Joannes. Vág-Beszterczensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1746. baccalaureus, 1747. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. in quartum a. absolvens 10. Dec. 1750. pro cooperatore Prividiam missus. 25. Sept. 1751. investitus parochus in Neczpál. Hinc 13. Nov. 1752. in Turócz-Szent-György. Ubi una VADiac. Turóczyensis. Inde 13. Nov. 1763. in Turócz-Szent-Márton. Exhinc 24. Jul. 1773. in Alsó-Ludány, ubi † m. Oct. 1774.

Piacsek Joannes. Vág-Beszterczensis in cottu Trencsén. 1761. susceptus in alumnatum Budensem. 30. Nov. 1762. ordinatus et 2. Dec. ejusdem a. missus pro coop. ad Nádas. 22. Febr. 1763. vero ad Vetus-Zolium. 1. Jul. e. a. investitus parochus

in Ternye, ubi 1767. conscriptio peracta. Hinc 1773. transivit ad Valaszka-Béla, quacum 1776. incorporatus est dioecesi Nitriensi.

Piacsek Joannes. Vág-Beszterczensis. Qua alumnus semin. gener. 1768. baccalaureus, 1769. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo 1773. terminavit. 16. Mart. ejusd. a. missus pro cooperatore Zolium. 1775. in Vágújhely. 1778. accepit parochiam Alsó-Bottfalva. Hinc 11. Apr. 1779. nominatus ad Pobedim, ubi 3. Sept. 1788. peracta fuit visitatio Batthyana. Eodem a. 250 finis novum organum comparatum. 1803. promotus ad capitulum Poseniense. Hinc transpositus ad capitulum Strig. ibique 24. Nov. 1808. installatus. † 31. Dec. 1809. Posenii in residentia praepositi Poseniensis, quorsum valetudinem curaturus diverterat.

Piacsek Josephus, Joannes. Natus 9. Mart. 1782. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1809. absolvit. 10. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Negyed, ubi donec parochus Joannes Sárficzky capellanum castrensem nobilium insurgentium ageret int. administrator fuit. Ab 1811. cooperator in Hidaskürth. 24. Dec. 1815. obtinuit parochiam Szempcz, ubi † 21. Mart 1856.

Piacsek Michael. 23. Apr. 1709. investitus parochus oppidi Szent-Benedek, ubi 1713. Joannes Bublolics peregit visitationem, qui de parcho notavit, quod sit conventualis. Annor. aetatis 33. hic 5. Hinc 6. Sept. 1718. investituram accepit pro Privigye, ubi usque 1727. activus erat.

Pichel Joannes Fridericus. Theologiam cum doctoratu Romae apud Sapientiam absolvit. Tum in Austria in cura-animarum occupatus. 17. Jul. 1712. investitus parochus in Divény cottu Poson. ubi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parcho notavit, quod sit aetatis 49. anno. Activus erat hic usque 1719.

Pierics Paulus. Croata, Franzdorfensis e cottu Sopron. 12. Oct. 1713. susceptus pro seminario Budensi. 5. Mart. 1717. expeditus in curam animarum ad montanas regiones. 31. Mart. e. a. investitus parochus in Kaproncza. Hinc 12. Dec. 1733, Cremnicii, quam 1739. resignavit. Inter emeritos parochos numeratus, 1750. inter admin. Szkleno. † 5. Mart. 1754. Cremnicii.

Piersch, rectius Piertsch Samuel. 7. Jul. 1697. investitus parochus in Aranyos-Maróth, qui usque m. Aug. ejusd. a. ibi operatus est. 27.

Apr. 1698. investituram, accepit pro Istvánfalva, ubi usque 1702. activus erat.

Pierschits Paulus, vide **Pierics**.

Pierstl Andreas. Natus in Szebeléb. Theologiam in Pázmáneo terminavit. 5. Mart. 1727. investitus parochus in Némethi, in cottu Hont, ibi 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parochia, quod sit annor. 30. Hinc 1. Apr. 1743. in Szebeléb una VADiac. distr. Hont sup. † 27. Jun. 1768. ibidem.

Pievrics, vel **Pieszkovics Mathias**, Laurentius. 20. Jan. 1675. investitus in aliqua non notata parochia in cottu Turócz. 25. Maji 1688. in Nagy-Suúr, ubi jam m. Jul. ejusd. a. successorem nactus.

Pigethy Joannes. 7. Jun. 1754. missus est pro cooperatore in Misérd, dein in Dénesd. 22. Oct. 1755. investitus parochus in Egyházfalva. Hinc 2. Febr. 1762. in Turócz-Szent-Péter, ubi usque 1764. activus erat. Hinc post octo dierum exercitia 30. Oct. e. a. applicatus cooperatore Stomfae. Inde 22. Jan. 1766. ad Scepusium missus.

Pilarik Georgius. 2. Maji 1693. accepit investituram pro aliqua licentiatu in cottu Hont.

Pilarik Hieronymus. Qua alumnus Illmi D. Kollonics e semin. s. Adalberti 24. Sept. 1678. ordinatus. 16. Jul. 1680. investitus in Kormossó et Lucska, ubi 10. Oct. e. a. successorem nactus.

Pilarik Joannes. Ex ordine s. Francisci saecularisatus et ADioecesi adscriptus, cooperatorem egit in Tavarnok. 1. Oct. 1794. investitus parochus in Nagy-Tapolcsány. Fuit una protonot. apost. Beneficium suum 20. Dec. 1807. resignavit, inter emeritos parochos numeratus. † 2. Apr. 1835. Posonii.

Pilarik Michael. 23. Jan. 1681. investitus licentiatu in Radvány, hinc 11. Aug. 1688. in Bábaszék, ubi usque 1691. activus erat.

Pilissy Georgius. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1800. terminavit. 1801. absque officio transegit Tirnaviae. Subin coop. in Szölgyény, imo 1805. ibidem et admin. 1806. investitus parochus in Füzesgyarmat. 16. Mart. 1809. accepit Marczal per cambium cum Andrea Kovács. Fuit una cottum Neográd et Hont. tab. jud. assesor. Beneficium Marczal 1842. resignavit et inter emeritos parochos numeratus. † 9. Apr. 1843. in Ilény. Aetatis 68.

Pilkó Joannes. 1688. illocatus primus parochus in Turócz-Szent-Márton, pulsus pastoribus, sed sub turbis Rakoczyanis 1701. et ipse pulsus. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 244.)

Pilliár Stephanus. Natus 13. Jul. 1808. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1831. terminavit. 17. Aug. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont, ab 1833. Levae, ubi una sed. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor. 1843. obtinuit parochiam Vámos-Mikola, ubi † 22. Jun. 1854.

Pilnik Joannes Petrus. Trubinensis ex cottu Bars. 10. Nov. 1740. susc. in alumnatum Budensem. 15. Apr. 1742. ordinatus. 21. Mart. 1744. investitus parochus in Kraszna-Horka-Hosszúrét. Sub illo 1758. Stephanus Koháry ecclesiam in filia Murányalja a manibus acatholicorum eripuit. Operatus est usque 1759.

Pinczet Michael. 30. Maji 1695. investitus licentiatu in Ipoly-Damásd.

Pinka Ignatius. Nobilis Tirnaviensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1737. baccalaureus, 1738. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1742. terminavit. Post ordin. praebendatus E. M. Strig. Tirnaviae, qua talis eodem a. baccalaureus ss. theologiae graduatus. 1. Oct. 1744. investitus parochus in Neczpál. Hinc 19. Febr. 1749. in Szenograd, ubi 1766. Emericus Foglár conscriptionem peregit. † 7. Mart. 1774.

Pintér Antonius. Natus 29. Sept. 1782. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1806. terminavit et 22. Aug. ejusd. a. ordinatus ad tit. dioec. Castrensis, sed cooperatore applicatus Vetero-Budae. 13. Sept. 1814. investitus parochus in Maria-Nostra. 1. Maji 1860. resignavit parochiam. 20. Nov. 1861. ingremiatus instituto s. Adalberti. Degit ultro quoque ibidem. † 31. Oct. 1862.

Pintér Michael. Natus 11. Sept. 1825. in Nyitra-Ivánka. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 12. Dec. 1848. ordinatus est. AA. LL. et phil. doctor promotus. Cooperatorem egit Bakabányae decem et medio anno, tum in Bozók. 1851. in Selmezbánya. 1858. factus parochus in Prencsfalu. Hinc 11. Febr. 1864. nominatus, 10. Mart. e. a. investitus parochus in Füss. † 11. Nov. 1878. Sepultus in coemeterio parochiali.

Pinterics Andreas, Adamus. Fuit S. J. ad-

scriptus. Cassatio illum invenit in domo missionis in Liptó-Szent-Miklós, professorem syntact. et gram. exhortatorem et catechistam. 1775. obtinuit parochiam in Tepla, quacum incorporatus est neo erectae dioecesi Scepusiensi.

Pipa Joannes. Occurrit 1647. parochus in Nagy-Súr. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Pipa Martinus. A. m. Mart. 1650. parochus in Tótgurab, ubi 9. Aug. e. a. solemniter introductus. Operatus est ibi usque 1652.

Pirehner Gabriel. Poseniensis. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1752. terminans 7. Mart. missus est pro praebandato. M. E. St. 12. Febr. 1753. pro cooperatore Vetero-Budam. 21. Aug. e. a. investitus parochus in Szebény, qui ad requisitionem abbatis de Pécs-várad cum quinque sociis pro occupandis parochiis exemptis ad patronatum hujus abbatis spectantibus exmissus fuit. Qua talis 30. Aug. 1753. doctor ss. theologiae creatus. Sub illo 6. Juli 1755. filia Bozsok in parochiam elevata. (Brüsztle, Recensio IV. 580.) Hinc 22. Dec. 1757. investituram accepit in Gyerk, ubi † 15. Jul. 1761.

Pireschitz Paulus, vide **Pierics.**

Pirk, serius **Peredi Josephus.** Natus 27. Dec. 1849. Theologiam cum quarto a. in seminario s. Stephani 1872. terminavit. 19. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ipolynyék. 1879. admin. in Házasnénye, ubi 1880. parochus factus. † 14. Aug. 1885. ibidem. Ex tuberculosis.

Pirstl Andreas, vide **Pierstl.**

Pisnecz Sigismundus. Qui 9. Juni 1591. qua Doycensis (Dojcs) parochus nec non Pontificius et Imperialis notarius, uti se scribit, honoribus Michaelis Bakits de Lak l. b. de Holics patroni et maecenatis sui, dedicavit historiam cladis Bicinensis. (Kovachich. Scriptores Rerum Hung. Minor. I. 158.)

Pisuch Andreas. 22. Sept. 1729. investitus parochus in Szebeléb. Hinc 1. Apr. 1743. in Báth. 1754. processum habuit cum incolis, quod sepes propriis expensis curatas diruerint. 1762. discessit ad semin. patrum deficientium, ibique † 14. Apr. 1768.

Pisztecz Thobias. Theologus Romanus. 10. Aug. 1627. ordinatus. 28. Nov. 1634. installatus parochus Vittenczensis occasione visitationis per Joannem Fohnensem asservata. 30. Jun. 1637. retulit vicario attestaciones contra parochum Dej-

thensem, ob dehonestationem in popina factam. Hoc a. desinit operari.

Pisztl Carolus. Natus 10. Jun. 1843. in Ondróhov in cottu Nitr. Philosophiam Tirnaviae, theologiam in Pázmáneo absolvit. 28. Jul. 1867. ordinatus. Cooperatorem egit Szeniczii, 1869. in Nagy-Súr et Nagy-Tapolcsány, 1870. in Radosna, 1876. int. admin. in Vágszentkereszt, item 1877. in Bori, ubi 1878. parochus factus. 31. Jan. 1881. transivit ad Nyitra-Sárfő.

Pitthord Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1804. absolvit. Cooperatorem egit in Ujlak. 1813. admin. in Nyitra-Pásztó. Hinc m. Mart. 1827. transivit in pari qualitate ad Oszuszkó. Inde 1841. recessit, adlectusque institut. emer. parochorum. † 28. Apr. 1842. Galgóczii. Aetatis 61.

Pitthord Ladislaus. Natus 23. Nov. 1858. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1879. absolvit. 1880. qua absolutus theologus transegit et 17. Oct. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagylévárd et Pöstyén, 1890. in Korompa, 1891. in Majthény. 1892. admin. in Cseklész. A. m. Nov. 1893. parochus in Detrekő-Szent-Miklós.

Pittroff Stephanus. Natus 22. Maji 1826. Tirnaviae. Philosophiam Tirnaviae absolvit, ubi et theologiam inchoavit, quam Strigonii terminavit. 27. Jul. 1851. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vág-Szerdahely, dein Podolae, subin 1856. admin. Brezovae. 1859. obtinuit parochiam Alsó-Diós. Hinc 1868. transpositus ad parochiam Vistuk, ubi rigore suo in ecclesiam exemplarem ordinem introduxit. † 3. Dec. 1884. ibidem.

Pivák Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali 1793. absolvit. Cooperatorem egit in Koross, ab 1799. in Malaczka. 1805. obtinuit parochiam Divény-Ujfalu, quam 6. Maji 1827. resignavit. Instituto emeritorum parochorum adnumeratus. † 25. Jun. 1830.

Pivonka Joannes. Natus in Unin. Theologiam cum quarto a. in AEppali semin. Poson. 1794. absolvit. Cooperatorem egit in Pobedim, ab 1797. in Vág-Ujhely. 18. Maji 1802. obtinuit parochiam Zavar, ubi in diuturno processu parochiae contra familiam Majthényi victor evasit. Beneficium hoc 6. Febr. 1847. resignavit, instituto emeritorum parochorum ingremiatus, habitavit in loco natali, ubi et † 27. Apr. 1849. Aetatis 80.

Pixiades Georgius. Ab 1676. parochus in Hradek, ubi 1684. successorem nactus.

Placzkó Jacobus. Occurrit 1561. concionator slavorum Neosolii. Qui tempore visitationis per Blasium Zathay peractae parochialia cum duobus sociis concionatoribus peregit, qui omnes habuerunt uxores filios et filias. Quidnam respectu fidei illorum expertus est visitator publicavit Schemat. hist. Neosol. 1876. 146.

Planitz Maximilian, Joannes. Theologiae in semin. Mariano studuit. Hinc 21. Apr. 1745. Scepusium missus, ubi 1760. occurrit parochus in Ruszkinócz, ibique † 30. Aug. 1770.

Planiczky Joannes. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 1. Jul. 1729. investitus parochus in Dévény-Ujfalu, ubi 1731. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod sit annor. 27. in cura animar. 3. Hinc 27. Nov. e. a. investituram accepit in Bélaház. Inde 10. Maji 1741. in Bohunicz. Exhinc 23. Oct. 1748. in Nadlán. Jam. 10. Nov. e. a. in Kis-Báb. Ibidem 3. Maji 1755. Antonius Révay peregit visitationem. 1761. resignavit beneficium. † 20. Sept. 1763. Tirnaviae.

Plassek Franciscus. Moravus ad ADioecesim susceptus et 6. Dec. 1713. investitus parochus in Divék-Ujfalu. Hinc. 18. Maji in Bélabánya. Inde 22. Jun. 1728. in Dojcs, ubi † 4. Maji 1749.

Plathy Adamus. 25. Febr. 1760. missus pro cooperatore ad Verbó. 29. Dec. 1761. investitus in Radván. Inde 28. Febr. 1766. in Dobrona, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Neosol.

Platner Antonius. Occurrit parochus Leutschoviensis, qui 23. Nov. 1572. factus senior fraternitatis XXIV. regalium. (Wagner, Anal. Scepus. II. 262.)

Platner Joannes, Antonius. 24. Oct. 1665. investitus parochus in Koloss, ubi usque 1675. operatus est.

Plaveczech Nicolaus. 6. Febr. 1716. investitus in Turócz-Szent-Péter. Hinc 26. Apr. 1725. in Turócz-Szent-Márton. Inde 17. Jul. 1730. in Turócz-Szent-György. Exhinc 24. Sept. 1733. in Mosócz. Inde 25. Sept. 1744. in Libet-Bánya, ubi † 3. Nov. 1755.

Plaveczechy Thomas. 1763. vicarium parochialem egit in Leibnicz. Subin parochus in Bussócz, ubi † 7. Jun. 1768.

Plechló Josephus. Natus in Felső-Diós. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1750. baccalaureus, 1751. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1755. absolvit. 8. Jul.

e. a. missus pro cooperatore ad Kisbáb. 20. Jan. 1756. obtinuit parochiam Ottóvölgy. † 3. Maji 1762. Reliquit testamentum.

Plechs Schmidt Ignatius. Natus 9. Jan. 1791. in Holics. Theologiam in Pázmáneó 1813. terminavit. 3. Sept. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Holics. Subin brevi tempore admin. in Broczkó. Hinc m. Apr. 1820. factus admin. in Csári, ubi usque 4. Oct. e. a. applicatus fuit, tunc transivit ad Szomolánka, ubi 1821. parochus factus. Hinc 1830. obtinuit Dojcs. Inde 6. Maji 1840. transivit ad Péterfalva. Ab 1854. VADiac. distr. Sasvárensis. Hinc 1855. translatus est Holicsium, quam 1861. resignavit. 1. Maji e. a. ingremiatus instituto s. Adalberti. Habitavit Holicsii. ubi et † 30. Nov. 1868.

Plinkovics Daniel. Occurrit 1647. parochus in Rohov. Nominatur in catalogo cleri hoc a. jussu Georgii Lippay confecto. 1657. ibidem Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de parochio refert, quod de illo nihil mali audivit.

Plonics Antonius. 15. Maji 1755. missus pro cooperatore ad Szerdahely. 7. Nov. e. a. factus admin. penes parochum Michaellem Takács, in Egyházkarcsa. 23. Aug. 1758. investitus parochus in Baka. † 20. Nov. 1795. Ibidem.

Plöchl Antonius. Natus 27. Apr. 1851. Theologiam in gener. semin. Budapestini 1876. absolvit. 16. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szomor, 1877. in Dorogh, 1880. Budapestini ad B. M. V. Visit. 1884. Vetero-Budae. 1888. admin. 1889. parochus in Békásmegyér.

Plucinszky Adamus. Fuit admin. Jurgoviensis, ibi † 7. Febr. 1749.

Pobreczky Joannes. Occurrit 1700. parochus in Stirba (Stilbach). Ibi eodem a. Joannes Sigray peregit visitationem, qui parochum nominat.

Pocsuch Adamus. Szomolánensis. 13. Sept. 1759. missus pro cooperatore Galantham. 3. Apr. 1761. obtinuit parochiam Hosszúfalu, ubi † 13. Apr. 1773.

Podaczky Martinus. Trachembergensis. Occurrit m. Oct. 1601. parochus in Verbó. (Jedlicska, Kiskárpáti Eml. II. 397.)

Podhoránszky Georgius. Mense Jun. 1674. investitus parochus in Liptó-Szent-Miklós, ubi usque 1677. activus erat.

Podhoránszky Mathias, Franciscus. Ex possessione Nagy-Selmecz in cottu Liptóviensi, 9.

Nov. 1742. susceptus in alumnatum Budensem. 7. Febr. 1745. ordinatus. 10. Maji e. a. missus pro cooperatore ad Érsekújvár. 9. Oct. e. a. investitus parochus in Tótmegyer. Tunc ibidem ecclesia ornatissima aedificata e munificentia patroni Francisci Károlyi. 1754. Georgius Molnár peregit visitationem, qui parochum annor. 52 esse notat. † 20. Aug. 1755.

Podhorszky Josephus. Benicensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1755. baccalaureus, 1756. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1758. terminavit. 19. Jun. ejusd. a. missus pro capellano ad Tóth-Kelecsény ad Josephum Baross. 6. Febr. 1760. investitus parochus in Turócz-Szent-Péter, ubi † 4. Mart. ejusd. a.

Podhorszky Paulus. Absolutus philosophus. 16. Apr. 1711. investitus licentiatus in Bócza, filia ad Maluzsina in cottu. Liptó.

Podhrádczky Andreas. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1806. terminavit. Hinc praebendatum egit eccl. metr. 1810. cooperatore factus in Bajóth. 1811. obtinuit parochiam Sárísáp, ubi † 19. Jun. 1819.

Podhragyay de Eadem Paulus. Natus 6. Jan. 1843. Prencsfalvae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 25. Febr. 1866. ordinatus. Cooperatorem egit in Aranyos-Maróth, ubi una confess. sororum Misericordiae de s. Cruce, item spiritualis captivorum. 18. Jul. 1874. investitus parochus in Óhaj. Hinc 10. Nov. 1881. investitus in Garamszöllös. Inde 1892. electus parochus in Selmezbánya. Mense Apr. e. a. praepositus B. M. V. de Thurócz. Est una soror. Charit. conf. extraord. penes gymn. cath. et acath. comiss. AEppalis, conventus s. Benedicti de juxta Grón conventualis.

Podivinszky Paulus. 8. Mart. 1710. presbyter ordinatus. Pro cooperatore Znyóváráljam missus, ubi per Rákóczyános captus et 59. fl. lytro redemptus. 12. Maji e. a. investitus parochus in Turócz-Szent-Mária. 6. Oct. 1733. in Turócz-Szent-György, quam 1743. resignavit et se ad Znyóvárálja recepit, ubi † 30. Dec. 1749.

Podlusányi vel Polosányi Martinus. Theologiam in semin. Mariano terminavit. 22. Mart. 1704. presbyter ordinatus. 30. Jun. e. a. investitus parochus in Ó-Bars, ubi † 17. Mart. 1709.

Podlusányi de Balás Sigismundus. S. J. nomen dedit. Docuit in universitate Tirnaviensi.

Strigonii hung. Cassoviae slav. concionator fuit, ibidem per triennium et philosophiam proposuit, ethicam vero Agriae. 1719. ad saecularem clerum transivit. In Agriensi dioecesi parochiam Liszka obtinuit. Ad ADioec. Strig. assumtus, 8. Maji 1725. investitus parochus in Csév. Hinc 1726. obtinuit parochiam lib. reg. cittis Korpona, primus post aug. ministros per civitatem praesentatus. Novas aedes parochiales, maxime aere suo extruxit per Paulum Olasz autumno 1727. benedictas. Subin ecclesiam ipsam restauravit. Ibi 1754. Josephus Batthyány peregit visitationem. Fuit protonotarius apost. † 20. Jan. 1758. Ibidem. Literariam illius activitatem habet Zelliger, Eszt. Egyh. Irók. 400.

Podolányi, vel Podolay Joannes. 12. Mart. 1720. investitus parochus in Brezán. Hinc 19. Apr. 1735. in Privigye, ubi 19. Aug. 1753. Paulus Révay epps suffr. ecclesiam Piaristarum in hon. sss. Trinitatis et B. M. V. Assumtae consecravit, cujus sarta tecta conservare rector documento promisit. † 16. Jun. 1755. Ibidem. Posthuma substantia ansam dedit diuturni processus.

Podolineczky Martinus. Occurrit 1700. plebanus in Vidernik. Ubi eodem a Joannes Sigray peregit visitationem, cui parochus conquestus, quod illi praestationes in frumentis in falsis et valde parvis manipulis praebeantur, ut vix percipiat medietatem competentiae.

Podolszky Andreas. Occurrit 1700. parochus in Leibitz. Ubi eodem a Joannes Sigray peregit visitationem, qui de parocho sic refert; «Ecclesiae Premisliensis scholasticus, qui praeter parochiam Leibicziensem habet alias etiam sequentes quatuor (Villae-Durandi, Villae-Menardi, Sztrazsa et Majerki), quas in duodecim annis non visitavit, neque vicariorum ullam curam habuit, sed praelatus debuit esse sollicitus de illis, itaque dictus parochus non est verus et legitimus, debet tamen tolerari propter dominium Polonicum, non sine magna animarum ruina.» Decimas in Leibicz vendit singulis annis imperialibus 1200.

Podolszky Josephus. Richvaldensis ex cottu Scepus, 1757. ex Emericano ad colleg. Budense missus. Hinc pro theologia ad semin. generale transpositus, ex quo 8. Apr. 1765. pro cura animar. Scepusium missus. 1766. factus parochus in Lechnitz, quacum 1776. incorporatus est dioecesi Scepusiensi.

Podszklanszky Stanislaus, Joannes. 14. Febr. 1679. investitus parochus in Thurrossin. Hinc 4. Mart. 1680. in Trsztena. Inde vero 2. Apr. in Alsó-Kubin, ubi usque 1694. activus erat.

Poeck Josephus. Natus 18. Jun. 1823. Tirnaviae. Philosophiam et theologiam ibidem absolvit. 15. Jan. 1847. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Lévárd duobus et medio annis. Concionatorem Posonii ad ss. Salvatorem. 4. m. 6. Febr. 1857. nominatus parochus in Virágvölgy ubi magnificam aedificavit ecclesiam. 1888. promotus ad capitulum Posoniense.

Poeck Rudolphus. Natus 2. Apr. 1837. Tirnaviae. Theologiam in semin. gener. Pestini 1860. terminavit. 29. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Virágvölgy. 1865. applicatus educator herulor. apud Ernestum com. Eszterházy. 1867. accepit parochiam Nyitra-Sárfő. Hinc m. Nov. 1880. translatus ad Nyitra-Pereszlény. Merita literaria vide Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 401.

Pogány de Cséb Andreas. Natus 5. Aug. 1793. in Vajka. Theologiae in Pazmaneo studuit. 15. Aug. 1818. ordinatus. Cooperatorem egit Samariae. 1820. in Lekér. 1827. in Barth. Eodem a. admin. 20. Mart. parochus factus in Érseklél. Hinc 6. Aug. 1830. in Alistál. Inde 21. Febr. 1845. in Endrefalva, ubi † 7. Jul. 1872.

Pogátfalvay Joannes. Occurrit 1647. parochus in Kraszna-Horka-Váralja. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc a. confecto.

Pogrányi Franciscus. 18. Jul. 1665. investitus licentiatus in Felső-Ludány.

Pogonesics Mathias, vide **Rogonesics.**

Pogyorovszky Mathias, vide **Pagyerovszky.**

Pohl Joannes. Natus 1. Maji 1854. Theologiam cum quarto a. Strigonii. 1879. absolvit. 20. Jun. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont. 1884. admin., mox parochus in Hrussó, nunc Magas-Majthény. Mense Jun. 1893. paroch. Egegh.

Pojákovics, vide **Polákovics,** vel **Polyákovics.**

Póka Stephanus, Aloysius. 5. Apr. 1680. investitus parochus in Tökés-Ujfalu. Ab hoc a. usque 1688. etiam in Nagy-Jác notatus habetur parochus. 16. Oct. ejusd. a. investituram accepit in Divék-Ujfalu. 24. in Felső-Attrak, ubi 22. Apr. 1694. successorem nactus.

Pokorny Adolphus. Natus 4. Jun. 1839. in Uj-Bánya. Theologiam Strigonii 1862. absolvit.

27. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Vedród. 1868. admin. dein parochus in Boldogfalva. Est notar. distr.

Pokorny Augustinus. Natus 18. Mart. 1798. Theologiam cum quarto a. in seminario Mariano 1821. terminavit. 1822. in instituto presbyterorum transegit. 17. Mart. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit Posonii ad ss. Salvatorem. 1826. factus parochus in Zohor. Mense Maji 1848. inter deficientes numeratus. 1851. admin. Lazarethi civici Poson. 5. Aug. 1853. admin. in Alsó-Badin. Ab 1855. una in Csabrág usque 1856. † 7. Jun. 1863. in Alsó-Badin.

Pokorni Franciscus Xav. Tirnaviensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1758. baccalaureus, 1759. magister philosophiae. Theologiae duobus a. in eodem seminario tertio a. in s. Stephani 1762. studuit. 16. Jan. e. a. missus est pro cooperatore ad Oszlány. 8. Jun. 1764. investitus parochus in Szöllös. 23. Maji 1777. beneficio privatus. Hinc cooperator in Zsember. 1782. admin. factus in Alsó-Esztergály. 1796. per cambium cum Georgio Balluch accepit Szemere, ubi parochus factus. † 5. Mart. 1798. ibidem.

Pokorny Joannes. Natus 7. Apr. 1794. Ordini Cisterciarum sub nomine Placidi adscriptus, theologiam in gener. semin. Pestini 1818. terminavit. 31. Aug. ejusd. a. ordinatus. 1827. ad ADioecesim susceptus et applicatus educator apud dom. Bory. Cooperatorem egit 1829. in Déménd, 1831. in Karancsságh. 14. Maji 1835. nominatus parochus in Megyer, quam m. Maji 1846. resignavit. Budae apud Capucinos degit. † 29. Jul. 1864. Ibidem in suburbio Aquatica.

Pokorsky Bernardus. Ex ordine Cisterciensium ad obsequia ADioecesana susceptus, a 1657. usque 1660. parochum egit in Magasfalva.

Polák, vide **Pollák.**

Polátsek Ernestus. Natus 6. Jan. 1853. Theologiam Strigonii 1876. absolvit. 16. Jul. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szered, ubi 1881. parochus factus.

Polákovics Antonius. Natus 11. Maji 1799. in Egbell. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 15. Aug. 1823. ordinatus. Cooperatorem egit Szakolczae 5. a. in Gajar 3. a. 11. Sept. 1831. nominatus parochus in Kis-Lévárd. 1860. VADnus distr. Malaczkensis. 1866. canon. honor. E. M. Strig. 1883. canon. coll. eccl. ad s. Nicolaum. † 30. Jul. 1885. Ibidem.

Polákovic Franciscus. Strazsens. Qua alumnus semin. Mariani 1729. baccalaureus, 1730. magister philosophiae. Theologiae in eodem semin. studuit. 30. Nov. 1732. investitus parochus. Lieszkófalvensis. Hinc 30. Maji 1733. in Péterfalva. Inde 2. Aug. 1743. in Unin per cambium cum Martino Markovics. Indé 7. Febr. 1744. in Radossócz, iterum per cambium cum Martino Bárczay. 10. Maji 1753. Franciscus I. dotem ecclesiae assignavit. 1764. communitas dote providit etiam capellam. 1775. filialis Chropov avulsa. Sub illo ecclesia ampliata ad sanctuarium. Ibi † 20. Febr. 1777.

Polákovic Ignatius. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1798. absolvit. Cooperatorem egit in Majthény. 1801. transpositus ad Holics. Ab 1804. praebandatus E. M. Strig. 1806. cooperator in Vágújhely. 1810. accepit parochiam Pobedim, quam 3. Febr. 1844. resignavit. Pensione donatus recessit Posonium, ubi † 17. Jul. ejusd. a.

Polákovic Jacobus. Csoriensis e cottu Nitr. Qua alumnus seminarii Mariani 1740. baccalaureus, 1741. magister philosophiae. Theologiam cum a. tertio in eodem semin. 1742. terminavit. 7. Sept. 1743. missus pro cooperatore ad Szenicz. 20. Jan. 1748. investitus parochus in Kis-Báb, 9. Nov. ejusd. a. in Nadlán. † 18. Jul. 1750.

Polákovic Joannes. 14. Maji 1714. investitus licentiatu in Felső-Zelle.

Polákovic Joannes. Szuhensis. Qua alumnus semin. gen. 1708. baccalaureus philosophiae. 2. Jan. 1712. missus pro administratore ad Rózsavölgy. Hinc 10. Aug. ejusd. a. investitus parochus in Vistuk. Hinc 4. Jun. 1814. in Szárazpatak, ubi usque 21. Jul. 1715. operatus est.

Polákovic Joannes. Theologiam cum tertio a. cursu speculativo in Pázmáneó absolvit. 16. Jul. 1729. investitus parochus in Pernek, ubi 1731. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parochia, quod sit 27. annor. in cura animar. a. 3. Contra quem parochiani nullam querelam deposuerunt. 1. Maji 1732. in Konyha. 20. Jan. 1748. investitus in Kisbáb, quam non diu tenuit. Ultroquoque in Konyha remanens, ibi 1755. per Joannem Galgóczy visitatio peracta, in cujus instrumento de parochia sic: «Annorum 51. in cura 26. hic quidem 23. annis. De probis moribus bonum habet parochianorum testimonium. Catecheses pomeridianas jussus reassumere.

Onus prandiorum incumbit communitati.» 22. Oct. 1764. tractatus cum Ordinariatu respectu lapidis sacri Konyhensis. † Nov. 1774. Ibidem.

Polákovic Mathias. Manigensis. 1763. susceptus. Theologiam in semin. s. Stephani duobus a., Budaeque tempore, quo primum ibi theologia speculativa introducta, audivit. E seminario Szechenyiano Budensi 26. Maji 1767. factus est cooperator in Ó-Tura. 7. Jan. 1772. investitus parochus in Alsó-Bottfalva. 1778. Transivit ad Lancsár, ubi 26. Aug. 1788. visitatio Batthanyiana peracta, in qua de parochia sic: «Sanitate et viribus mediocriter praeditus, officio suo satisfacit.» Ibidem † 26. Mart. 1789. Aetatis 48.

Polákovic Paulus. Natus in Búr-Szent-Péter. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. 1776. absolvit et ordinatus. Cooperatorem egit in Búr-Szent-Miklós et Sárvár. 1778. cooper. et admin. in Holics penes parochum Josephum Mozsár. 27. Sept. 1780. nominatus parochus in Unin. † 18. Aug. 1809. Ibidem.

Polákovic Simon. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. Budae 1779. absolvit. Cooperatorem egit ibidem in Arce. 4. Aug. 1780. investitus parochus in oppido s. Andreae. † 26. Febr. 1812. Ibidem.

Poláky Paulus. Ex dioecesi Agriensi circiter 1747. ad ADioec. susceptus, in pluribus locis cooperatorem egit. 6. Apr. 1754. investitus parochus in Szent-Ilona, quam jam sequenti a. 1755. resignavit. † 2. Febr. 1756. in Füss.

Polányi Stephanus. Tarnóczensis. Qua alumnus semin. Mariani 1746. baccalaureus, 1747. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. 1750. terminavit. 30. Aug. ejusd. a. missus pro capellano ad Gabrielem Etre. 29. Jan. 1752. investitus parochus in Sávoly. 1757. filialistae Guszonenses et Hegymegienses petierunt avelli a parochia Sávoly. † 28. Maji 1764. Ibidem.

Polányi, vide et **Palányi.**

Poléczy Petrus. Filius Simonis Poleczy de Bajmócz. Occurrit 1483. plebanus de Oszlány et ab 1485. altariae de Bajmócz rector. 1488. illum Mathias rex ad plebaniam de Bajmócz virtute juris patronatus regalis nominavit et praesentavit Thomae de Ibaffalva ADiac. cath. et vicario g. investiendum. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 369.)

Polenovicz Michael, vide **Gelenovics.**

Polentari Franciscus. Nagy-Sárosensis. Qua

alumnus semin. s. Adalberti Koháryanus, theologiam cum tertio a. 1720. terminavit. 20. Febr. 1720. investitus parochus in Sempte. Hinc 3. Apr. 1723. in Szempcz, ubi usque 1727. operatus est.

Poliakovics Ignatius. Natus 28. Dec. 1842. Strigonii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 31. Dec. 1865. ordinatus. Cooperatorem egit in Szemere, Udvard et Taszár. 1. Aug. 1871. accepit parochiam Dágh. Hinc 7. Dec. 1874. in Szob. Sub illo ecclesia parochialis splendide restaurata et oratorio aucta. Est conv. s. Benedicti de juxta Grón conventualis, sororum charit. conf. ord. Spirit. distr.

Poliakovics Joannes. Natus 1. Febr. 1836. Strigonii. Theologiam Pestini absolvit. 8. Febr. 1859. ordinatus. Cooperatorem egit in Selmezbánya. Erupto bello Italico-Gallico 2. Maji e. a. missus pro capellano castrensi ad nosocomium militare nro 4. Hinc in decembri redux applicatus fuit cooperatur Strigonii in l. r. citte. 4. Jul. 1864. nominatus et 13. e. a. et m. investitus parochus in Csesztve. 8. Febr. 1869. investituram accepit pro Bozok. Notarius distr. Cruce aurea cum corona pro meritis et numismate bellico decoratus.

Pollák Franciscus. Natus 5. Dec. 1847. Theologiam in Soc. Jesu absolvit. 28. Jul. 1878. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szenográd. 1883. Budapestini ad s. Josephum. 1888. admin. in Nagymodró.

Pollák Josephus. Radossóviensis. 1774. susceptus pro rhetore Posonium, inde Budam pro philosophia et theologia missus, quam cum tertio a. ibi in gener. semin. 1780. terminavit. Cooperatorem egit in Sasvár. 17. Maji nominatus parochus in Dojcs. Ibi 4. Oct. 1788. peracta visitatio Batthyanyiana. Eodem a. ara major ex propriis ecclesiae structa. 1818. VADiac. distr. Sasvárensis. † 11. Oct. 1829. in Dojcs.

Pollák Stephanus. Turólukensis. Theologiam cum quinto a. et cursu practico in arce Posoniensi 1791. terminavit. Cooperatorem egit in Holics. Ab 1793. admin. penes parochum Stephanum Hajdin in Búr-Szent-György. 1. Nov. 1797. parochus factus in Turóluka. 1824. VADiac. distr. Miavensis promotus. † 15. Jul. 1842.

Pollák Stephanus. Natus 20. Dec. 1855. Theologiam in semin. gener. Budapestini 1879. terminavit. 20. Jun. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Dorogh et Balassa-Gyarmath.

Ab 8. Dec. 1885. admin. in Loócz, ubi 1889. parochus factus.

Pollák Thomas. Natus 21. Dec. 1841. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1868. terminavit. 2. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Szenográd, 1869. in Nádas, 1871. in Thaszár, 1873. in Ujvároska et 1875. in Selmezbánya. A 1. Jul. 1882. admin. in Helemba. Sub illo domus parochialis majori ex parte renovata. 13. Nov. 1883. factus parochus in Gyerk.

Poloni Georgius. 26. Apr. 1663. investitus parochus in Kis-Apony, ubi usque 1668. operatus est. 16. Maji 1676. investituram accepit pro Vág-Szent-Kereszt, ibi usque 1677. activus erat.

Poloni Ignatius. Prividiensis. 1767. susceptus in alumnatum Budensem, pro secundo anno theol. 30. Jul. 1768. factus cooperatur in Kosztolna. 25. Febr. 1770. missus ad Dévény in cottu Poson. Hinc 14. Mart. 1771. ad Stomfa. Inde 1773. parochus factus in Szklenó-Fürdő, quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Poloni Joannes. 5. Maji 1677. investitus parochus in Radosna. Sub turbis Tökölyanis 1682. operatus est qua parochius in Pernek, 1684. ad Radosna reversus, ubi † eodem. a.

Poloni Joannes, Venceslaus. Theologiam ab 1679. cum tertio a. in Pázmáneo absolvit. 1. Aug. 1684. investitus parochus in Bohunicz 16. Maji 1686. successorem nactus. 17. Sept. 1687. investitus in Pöstyén. 7. Jan. 1690. in Kvacván et Mattyófalva. 10. Mart. 1694. in Szárazpatak, ubi eodem a. Stephanus Illésházy peregit visitationem, qui de illo sic: «Aetatis 37. sacerdotii 14. parochiae hujus primo. Musicus bonus. Conqueritur de humida, ob id minus sana habitatione. Magna cum consolatione — dicit visitator — divinis interfui, populum cum organo cantare audiens.» 2. Apr. 1696. investitus in Pernek et Almás. Mense Febr. 1697. occurrit qua reverendissimus et protonot. apost. Sub illo in ecclesia facta sunt nova altaria, cathedra, chorus et organum. 3. Jul. 1699. in Nagy-Lévárd. 1703. accepit parochiam Holics, ubi abbatis B. M. V. de regali loco dignitatem gessit. 20. Nov. 1706. investitus parochus Vallis Dominorum, tunc dicitur fuisse praepositus s. Michaelis. Hic usque 1709. in Holics vero usque 1711. operatus est.

Poludovics Joannes, vide **Bludovics.**

Poludvornyi Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. gen. Budensi 1782. termina-

vit. Cooperatorem egit in Koross. Ab 1787. absque officio degit in Bölgyén. 1791. factus parochus in Alsó-Ludány, ubi † 21. Mart. 1808.

Poluzsányi, vide **Podluzsányi**.

Polyánkay Martinus. Ab 1698. parochus in Wilbach, nunc Velbach in Scepusio, ubi 1700. Stephanus Sigray peregit visitationem, qui parochum nominat.

Pomikal Joannes. Natus 20. Oct. 1842. Theologiam in Pázmáneó 1867. absolvit. 28. Jul. 1867. ordinatus est. Cooperatorem egit Posonii in Virágvölgy. 1868. succentor et cooperator ad s. Martinum Posonii. 11. Jul. 1877. admin. in Nagy-Lapás.

Pomsár Joannes. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó terminavit. 16. Maji 1702. investitus parochus in Verebély, ubi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui de parocho: «Annor. 41. parochus 15. hic 12. annis.» Fuit VADiac. in distr. cognominis. † 1733. ibidem.

Pongrácz de Szent-Miklós et Óvár Adolphus. Theologiam cum quarto a. in seminario s. Stephani 1823. absolvit. 1824. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. Cooperatorem egit in Szent-Benedek, una conv. s. Benedicti de juxta Grón conventualis. 8. Febr. 1829. investitus parochus in Aranyos-Maróth. Ab 1837. VADiac. distr. Kis-Tapolcsány. Fuit compl. cottum, prout sed praed. de Verebély et Szent-György tab. judic. assessor. † 25. Oct. 1846. Aetatis 47. in Kemencze.

Pongrácz de Szent-Miklós et Óvár comes Adolphus. Natus 15. Jul. 1837. in Krasznaya. Theologiam Strigonii absolvit. 18. Oct. 1859. ordinatus. Cooperatorem egit in Udvard. 12. Maji 1862. evocatus ad aulam card. Scitovszky, protocollista. A 20. Jul. 1863. archivarius et subin. vice-secretarius applicatus fuit. Sub Joanne card. Simor egit ceremonarium. 14. Sept. 1870. nominatus parochus in Nagy-Kér, sed jam. m. Oct. 1871. promotus ad curatam praeposituram in Vágujhely. Ab 1881. districtum Vágujhely in tribus subsequis cyclis qua delegatus dietalis repraesentavit. Conv. Beczkóensis syndicus apost. Ins. ord. ss. Sepulchri eques.

Pongrácz de Szent-Miklós et Óvár Augustinus. Natus 30. Sept. 1806. in arce Hradek in cottu Trencsén. Absoluto cursu academico duobus a. praxi jurid. incubuit, tum tabulae reg. juratum notarium egit. Deposita subin. censura obtentoque diplomate advocationali 1830. statum clericalem

ingressus est et studia theologica Tirnaviae absolvit. 29. Aug. 1834. ordinatus. Cooperatorem egit in Majthény, hinc ad Szered translatus. 21. Maji 1841. nominatus parochus in Negyed. Cruce aurea cum corona decoratus, † 29. Aug. 1871.

Pongrácz de Szent-Miklós et Óvár Casparus. Theologiae in Pazmaneo studuit 7. Oct. 1724. investitus parochus in Csicsó, ubi matricas incepit scribere. Hinc m. Jul. 1726. investituram accepit in exemtam parochiam in Pápa. Quae talis 1727. creatus est doctor ss. theologiae. 26. Nov. ejusd. a. ratione turris ab acatholicis aedificatae, item ratione fundorum altaris B. M. V. per Joannem Zápolya 1510. donatorum, vigore reperti idgenus documenti ad Ordinariatum severtit. 1728. conquestus contra excessus acatholicorum ministrorum. Ibidem 1733. Sigismundus Berényi peregit visitationem, qui de parocho sic: «In cura animarum in nonum annum, in moderna sex. Libris sufficienter provisus et in illis, quae muneris sui sunt optime instructus. Diligens, vitae exemplaris.» 20. Dec. 1733. installatus canonicus Strig. 1734. parochiae valedixit. Abbas s. Andreae de Bisztrica. Subin. praelatura tabulae regiae ornatus. 1740. dum in maniam incideret curae Misericordianorum Posonii, dein Viennae traditus, tandem 1756. ad Antonium Pongrácz agnatum translatus ad Liptó-Szent-Miklós. † 25. Jan. 1766. aetatis 73. Andrásfalvae.

Pongrácz L. B. de Szent-Miklós et Óvár Emericus. Natus 5. Aug. 1654. in Nedecz in Scepusio. Dum Tirnaviae de prophylosophiae laurea disputaret, Franciscus Leonardus Szegedi eppus Agriensis, mira ingenii subtilitate propugnantis captus, eum canonicorum collegio adlegit. Romam profectus studia continuandi causa, ibique primam litavit hostiam, ad s. Mariam Majorem, seu ad Nives, ipso festo et die nativitatis suae. Redux canonicatu sponte deposito, curam animarum expetiit, et obtinuit. 7. Mart. 1681. in Sárff parochus factus, cui adjuncta est et Csataj, quas usque Jun. 1684. simul administravit. 13. Aug. 1679. ex comissione vicariali testes respectu facti legati pro ecclesia Egyházfalvensi examinavit. 15. Apr. 1685. canonicus Posoniensis 19. Dec. ejusd. anni Strigoniensis et ADnus Hontens. factus. In Aug. 1689. ADnus Nitriensis et praepositus s. Joannis Bapt. de Zsámbék installatus. 1695. ADnus Barsiensis. 6. Febr. 1697. eppus Pharensis, 26. Jul. 1700. ADnus Zolensis, 30. Oct. 1711. cantor,

13. Apr. 1715. lector, demum 1719. praepositus Scepusiensis promotus est. † 1725. Saepius auditus dicere, clariorem sibi vitae partem non effluxisse, quam quatuor illos annos, quibus parochum agebat.

Pongrácz de Felső-Eőr Franciscus. Natus 22. Maji 1833. Theologiam Pestini absolvit. 26. Jul. 1856. ordinatus. Cooperatorem egit in Köhidgyarmat. Hinc post annum praebandatus E. M. Strig. 1860. vero succentor nominatus. 24. Jan. 1871. investitus parochus in Iza.

Pongrácz Martinus. Occurrit 1559. parochus in Wyfalw, nunc Garamujfalu, de quo visitator Joannes Derecskey sic notavit: «Ordinatus Posonii per R. D. Franciscum Pesthi. Uxorem habet et filium. Habet et duas ecclesias filiales et illae bene ab eo reguntur.» 1561. Georgius Konyafalvay in visitationis instrumento de illo notavit: «In vita et moribus laudabilis. Ecclesiam optime et omnia in locis suis servat, tamen uxorem habet. Citatus est ad comparandum cum formata in sacro sancto synodo.»

Pongrácz Martinus. Occurrit 1672. plebanus in Alsó-Kubin. 8. Mart. 1680. successorem nactus.

Pongrácz Melchior. 3. Nov. 1674. investitus parochus in Turócz-Szent-János. 2. Jul. 1675. investituram accepit pro Tepla. 12. Jun. ejusd. a. praefixerat Georgio Letvényi, scholae Szent-Iványensis lutheranorum rectori, historiographo hujus temporis, terminum suae conversionis, aut desertionis sui officii, qui protectus per patronos neutrum fecit. (Ex notis Georgii Letvényi.) 1676. in filiali Thurik crudeliter interfectus est Gabriel Thuránszky de Thurik, s. caes. reg. Mattis arcis Likava bonorum fiscalium in cottu Liptó praefectus, qui 22. Dec. 1671. ecclesiam Teplensem, 13. Mart. 1672. Rosenbergensensem, 14. Mart. ejusd. a. Teutó-Lipsensem, circa festum Mathiae 1673. Boriensem, 15. Maj. ejusd. a. Liptó-Szent-Mihályensem Lutheranis eripuit. Inter 8. et 9. Mart. 1676. nocte in domo nobilitari propria, per satellites obtruncatus, misere exspiravit. (Ex matrica Igloviensi.)

Pónicz Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1820. terminavit. 1821. in instituto presbyterorum Strigonii transegit. Cooperatorem egit in Karancsságh, ab 1822. in Barth. 11. Apr. 1826. investitus parochus in Keszegfalva. Hinc 29. Dec. 1830. nominatus in Ipolyszécsényke. Fuit una cottus Hont. tab. jud. assessor. † 31. Mart. 1843. aetatis 46.

Ponner Joannes Nep. Natus 14. Maji 1820. in Igló. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jul. 1844. ordinatus. Cooperatorem egit in Komjáth. Adhuc eodem a. applicatus praebendatus M. E. Strig. Hinc ad proprias preces pro cooperatore Szakolczam missus. Qua talis 1849. admin. in Nádas in cottu Hont. 2. Oct. 1850. investitus parochus. 1859. VADnus surr. dein ord. distr. Báthensis. 1867. transivit Csejtham, qua emer. VADiac. Ab 1879. ord. VADiac. districtus Csejthensis, ubi † 21. Nov. 1884.

Ponos Martinus. 27. Jun. 1680. investitus licentiatuus in Nagy-Oroszi, ubi usque 1689. operatus est.

Poór Alexander. Natus 5. Dec. 1831. in Szempcz. Theologiam absolvit Strigonii. 7. Dec. 1854. ordinatus. Cooperatorem egit in Karancsságh, Kemencze, et Nagy-Súr. 27. Dec. 1862. constitutus admin. in Illésháza. 24. Febr. 1863. nominatus parochus in Kiliti.

Poór a Paár Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1804. terminavit. Cooperatorem egit Levae. 9. Jun. 1812. obtinuit parochiam Ó-Bars. Fuit et compl. cottum, sedium item praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor ac conv. s. Benedicti de juxta Grón conventualis. † 4. Jun. 1845. Ibidem. Aetatis 61.

Pór Antonius. Natus Strigonii in Arce 18. Oct. 1834. Theologiam absolvit Viennae, 20. Oct. 1857. ordinatus. Jam 3. Aug. ejusdem a. applicatus professor in AEppali gymnasio Tirnaviae. 30. Dec. 1871. electus parochus l. r. cittis Strig. 3. Jul. 1874. summi pontificis cappellanus secretus ad honores. 1875. VADiac. distr. Strig. 24. Maji 1872. corr. 5. Maji 1892. ord. membr. Acad. scient. hung. In comitiis regnicol. ab 1875. usque 1881. ablegatus Strigon. 15. Jun. 1880. canonicus Poson. 1886. abbas s. Henrici. et 12. Oct. 1893. Strigoniensis nominatus, Literariam ejus activitatem publicat Zelliger, Egyhm. Irók, 404.

Popelka Georgius. Natus 12. Jun. 1799. in Köpösd. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1822. terminavit. 1823. in instituto presbyterorum transegit. 15. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Marczal, ab 1824. in Cziffer, ab 1825. in Moravánka, ab 1826. in Podola. 1834. obtinuit parochiam Vagyócz. Hinc 8. Apr.

1836. installatus parochus in Lancsár. † 26. Sept. 1850. Ibidem.

Poroleczky Stephanus, Theologiam cum tertio a. in semin. gener. 1769. terminavit. 2. Mart. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Rapp. 8. Dec. 1770. translatus ad Vadkert. 28. Maji 1771. investitus parochus Vilkensis, cum qua parochia 1776. incorporatus est dioecesi Rosnaviensi.

Porpáczy Adamus. Papensis ex cottu Vesprimiensi. 1762. susceptus in alumnatum Budensem. Mense Oct. 1765. missus pro cooperatore ad Vásárhely, hinc 16. Aug. 1766. ad Várgede, ubi 14. Jul. 1769. parochus investitus. † 1774. ibidem.

Portelki (Porteller) Theodorus. Natus 3. Febr. 1870. Theologiam in Pázmáneo 1873. terminavit. 25. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szomor, ubi mox a 2. Dec. ejusd. a. usque m. Mart. 1874. int. admin. Eodem a. translatus pro cooperatore ad Buda-Eörs, ubi etiam a 1. Jan. 1877. usque 15. Jul. e. a. int. administravit. 22. Oct. 1879. missus ad Visegrád pro admin. usque 18. Jan. 1880, tunc parochus factus in Kis-Oroszi. 1888. accepit parochiam Visegrád.

Portitoris Georgius. Occurrit 1644. parochus in Háj, qui hoc a. per protestantes captus, crudeliter tractatus ac tandem trucidatus tres menses in loco caedis inhumatus relictus fuit. (Kazy, Hist. H. II. p. 85.)

Porubszky Joannes. Theologiam cum secundo a. in Pázmáneo terminavit. 1684. factus parochus in Bélaház. Hinc initio a. 1689. transivit ad Dejte, ubi 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parcho sic: «Aetatis 39. sacerdotii 12. parochiae hujus 6. Schola erigitur. Sunt ibi 8. anabaptistae, eorum conversi 20. Sed et illos nondum conversos inclinatiores reperi quam nuper Kosztolnenses.» 1700. Josephus Pongrácz peregit visitationem, qui dicit, quod ecclesia superior sub reparatione sit. Operatus est usque 1713.

Porubszky Josephus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1807. terminavit. Cooperatorem egit in Majthény, ab 1808. in Hind, ab 1809. in Udvard. 8. Jun. 1824. investitus parochus in Nagy-Sáró, ubi † 21. Jan. 1849. Aetatis 66.

Porubszky Stephanus. Natus 16. Aug. 1768. Bazinii. Theologiam cum cursu practico a. quinto

in semin. gen. 1790. terminavit. 1791. in domo neo-presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Alsó-Ludány, ab 1792. in Aranyos-Maróth, ab 1793. in Nagy-Súr, ab 1794. in Levárd, 1802. in Nagy-Kosztolán, 1804. Tirnaviae absque officio transegit. Eodem a. missus pro cooperatore ad Majthény, ab 1808. in Hind et demum ab 1809. in Mánya. 3. Jun. 1810. factus admin. in Felső-Szóllós, ubi † 11. Sept. 1811.

Pósch Samuel. Natus 26. Maji 1817. in Vichnye. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 15. Jul. 1844. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Surány, ab 1846. in Hodrusbánya. 1849. in Garam-Szent-Benedek, una conv. s. Benedicti de juxta Grón conventualis, ab 1851. in Selmezbánya, sed eodem a. ad Szent-Benedek reversus. 1. Nov. 1856. investitus parochus in Csesztve. Hinc 13. Mart. 1862. nominatus et 9. Jul. e. a. investitus in Litava. Ab 1876. VADiac. distr. Bozók. Hinc 2. Jun. 1879. transivit ad Szenográd. 1884. introduxit confraternitatem Rosarii B. M. V.

Posegenus Stephanus. 1561. vel 1562. obtinuit parochiam Vistuk, ubi 1562. visitatio peracta in cujus instrumento parochus notatur.

Posgay Joannes. Tirnaviensis. 1586. festo conversionis s. Pauli ingressus seminarium capituli Strigoniensis. 1590. Viennam ad studia promotus. 1594. ordinatus et factus capellanus Tirnaviensis. 1597. suscepit illum eppus Naprady pro capellano suo, cum quo eodem anno Pragam cum principe Transilvaniae, Sigismundo Báthory pro aurei veleris susceptione profectus est, inde Transilvaniam, ubi duobus annis ad latus hujus eppi mansit. 1599. rediit Tirnaviam, inde Posonium, ubi eum AEppus Strig. Joannes Kutassy amanter suscepit et 5. Apr. ejusdem a. Strig. misit pro parcho. Ubi annum complevit. 18. Sept. 1600. canonicus Strig. et altarista defunctorum factus. 17. Sept. 1601. AEppo morienti extremam unctionem administravit. 1602. ADnus Comaromiensis, et missus Érsekujvárium pro parcho. 1608. reversus, ad cantoratum promotus. 9. Sept. 1611. praepositus Orodienensis. Fuit praeffectus seminarii iteratis vicibus. 1623. el. eppus Bosnensis, 1629. praepositus Felhévizensis. † 25. Nov. 1630. Tyrnaviae. Sepultus in crypta ante altare Ssmae Trinitatis.

Posgay Joannes. Occurrit 1630. parochus in Kis-Tapolcsány, interfuit synodo eodem a. 4.

et 5. Oct. Tirnaviae per Petrum Pázmány celebratae. 1634. occurrit parochus Galgócziensis. Visitator Joannes Solnensis dicit illum et canonicum Strig. quem vero in catalogo illorum non invenimus. Ab 1647. parochus in Modor, ubi usque 1651. activus erat.

Pósmann Stephanus. Theologiam cum cursu morali terminavit. Ab 1704. parochus in Perg, ubi 1713. Joannes Bublovics visitationem peregit, qui de parocho notavit, quod sit 44. annor. parochus 16. annis. Una etiam Konosso administrabat. 19. Dec. 1716. investitus in Handlova, qui 1720. novum calicem «pro ablutione communicantium» procuravit, 1725. vero novum organum 50 flnis a Martino Zorkovszky Cremnicii emit. Initio a. 1728. mortuus, relicto testamento.

Pösthényi Georgius. Occurrit 1647. licentiatu in Köbölkút. Nominatur in catalogo jussu Georgii Lippay confecto.

Pösthényi Georgius, Ladislaus. Nobilis Fülekiensis in cottu Neogr. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1720. baccalaureus, 1721. magister philosophiae. Theologiam cum a secundo in eodem semin. 1723. terminavit. 23. Maji ejusd. a. investitus parochus in Sávoly. Hinc 8. Apr. 1726. in Füleki-Püspöki. 1767. ibi conscriptio fuit peracta. Hoc eodem a. resignavit parochiam. Ultro quoque in loco degens † 13. Jun. 1769. ibidem.

Pothurnay Adamus. 10. Jan. 1735. investitus parochus in Haj, ubi usque 1745. operatus est. 21. Febr. 1746. missus pro capellano ad Joannem l. b. Tolvay. 15. Jun. 1762. factus est admin. in Karva et 1763. in Lucsvina, qua cum ingremiatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Potkányi Joannes. Natus 20. Jul. 1822. Rosenbergae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 19. Jul. 1847. ordinatus. Cooperatorem egit in Kis-Apáthi, ab 1851. in Verebély, ab 1852. in Selmeczbánya, ab 1854. in Köhidgyarmat et adhuc eodem a. Budae Christipoli, ab 1855. Pestini ad s. Rochum. 1860. applicatus catecheta in orphanotrophio civico Pestini. 1861. valetudinem curavit Strigonii. Ab 1862. cooperator in Laksárujfalu, ubi 1. Maji 1864. parochus factus † 6. Mart. 1884.

Potmann vel Pottmár Franciscus. 16. Jun. 1702. investitus parochus in Nagy-Maros cum adjuncta Visegrád. Hic usque 1710. ibi usque 1716. operatus est.

Potmann Stephanus, vide **Posmann.**

Potyondy Ladislaus. 11. Apr. 1701. investitus parochus in Rapp. Hinc 18. Maji 1706. in Litke. Inde 23. Jan. 1714. in exemta parochia Pápa, ubi usque 1726. operatus est.

Pozrany Franciscus. 17. Jul. 1665. investitus licentiatu in Felső-Ludány.

Praitenhan Joannes, Carolus, Ludovicus. Fuit ab 1646. usque 1647. parochus in Ottóvölgy.

Praun Chrisostomus. Occurrit 1644. licentiatu in Handlovia.

Pravoticzky Carolus. Novakensis. Qua secundi a. philosophus in semin. s. Stephani 1768. baccalaureus, 1769. magister philosophiae. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 27. Oct. 1772. missus pro cooperatore in Szalka, hinc ad Drégely-Palánk. 14. Aug. 1779. investitus parochus in Csall. 22. Apr. 1782. obtinuit Egegh per cambium cum Mathia Hirt, ubi † 30. Mart. 1803.

Praznovszky Josephus. Natus 10. Mart. 1842. Galgóczii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 24. Jul. 1866. ordinatus. Cooperatorem egit in Radossócz, ab 1867. in Pöstyén. Ab initio a. 1873. admin. in Drahóc. 9. Jul. 1877. nominatus parochus in Pöstyén. Notar. distr.

Praznovszky Michael. Natus 23. Sept. 1829. Galgóczii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 14. Mart. 1855. ordinatus. Cooperatorem egit Bakabányae, a m. Sept. 1856. Tirnaviae. 3. Sept. 1862. electus est parochus l. r. cittis Modor. Hinc 17. Jan. 1871. transivit ad Nadlány. Inde 20. Jul. 1877. accepit Drahóc, quam jam ab 1871. administrabat 1877. nominatus VADnus surr. distr. Nagy-Kosztolány, quam post annum infirmiae valetudinis causa resignavit. Literariam ejus activitatem publicat: Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 408.

Prebenics Joannes. Fuit ab 1659. usque 1665. parochus in Horvátgurab.

Predmerszky Martinus. Civis Comaromiensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1737. extraordinarie magister philosophiae. Eodem a. ad clerum susceptus, primum a. in semin. s. Stephani, ceteros Olomucii expensis Clementis XII. absolvit et baccalaureus theologiae creatus. 1740. reversus cooperatorem egit Tirnaviae duobus et medio a. 5. Maji 1743. investitus parochus in Nagy-Salló. Recte tunc ab 1742. ecclesia e munificentia Emerici Eszterházy AEppi Strig.

aedificata. Ab 1762. VADiac. Levensis. Hinc 15. Jun. 1764. parochus in Érsekujvár. 1775. VADiac. distr. cognominis. 1778. scholam capitalem erexit cum quatuor magistris. 16. Oct. 1779. visitatio Batthyanyiana peracta, in qua de illo: «Annor. 66. Ad regendum seminarium vel convictum habilis censetur. In capitulo etiam Strig. consistorialis munere fungi posset. Est hydropota.» Mense Febr. 1781. promotus ad capit. Poson. ubi usque custodiatum elevatus. † 9. Oct. 1799. Legata pia parochianis olim suis reliquit. Merita ejus literaria recenset: Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 414.

Prenkovics Daniel vide **Plinkovics**.

Préthy Joannes. Chinoranensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1717. magister, 1718. baccalaureus philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1720. terminavit. 18. Jan. 1721. investitus parochus in Óhaj. 29. Nov. 1737. in Zámoly. 1742. ob metum Prussi duo millia flor. numeravit capitulo pro sacris per neomistas in semin. s. Stephani celebrandis. 14. Jul. 1745. investituram accepit in Endrefalva, quam 1749. resignavit et qua coecus in domo deficientium degit Tirnaviae. 22. Jun. 1756. Stephanitis iterum legavit et quidem 3000 fnos. † 5. Jan. 1757. ibidem.

Prevraticz Vitus. 12. Apr. 1681. investitus parochus in Dévény-Ujfalu, ubi 16. Dec. 1687. successorem nactus. 27. Jun. 1692. investitus in Horváth-Gurab, ubi usque 1699. activus erat.

Pribék Stanislaus. Ex aliquo abolito ordine religioso ad obsequia ADioec. susceptus. A m. Nov. 1787. primum capellanum localem egit in Nagy-Légh, ubi † 19. Jan. 1792.

Pribisch Antonius. Ordinatus Tirnaviae per Telegdyum. Ab 1560. parochus in Tepla. 1575. procuratum sigillum fraternitati. 1580. successorem nactus. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Pribyla Josephus. Natus 6. Aug. 1787. Vindschachtæ. Philosophiam et duos finales annos theologiae in semin. s. Stephani, cetera in Pázmáneó absolvit. 10. Sept. 1810. ordinatus. Concionatorem egit ad ss. Salvatorem Posonii. 1814. admin. ibidem. 1826. promotus ad canonicatum Posoniensem. 1829. parochus eccl. s. Martini ibidem. 1830. abbas s. Margaritæ de Béla. 1837. resignavit parochiam. 20. Apr. 1841. installatus canon. Strigon. Ab 1845. usque 1850. rector Pazmanei. Rectoratu resignato eod. a. ADiac.

Sasvárensis. 1857. praepositus s. Stephani. † 31. Oct. 1860. Viennæ, quo curandæ valetudinis causa migravit. Sepultus in catacombis Basilicæ.

Pricz Martinus. Natus 25. Dec. 1758. in Uj-Bars. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. Budensi 1784. terminavit. Cooperatorem egit in Tornócz. Ab 1785. admin. in Thaszár penes parochum Mathiam Bernolák. 2. Sept. 1787. investitus parochus in Nagy-Herestyén, ubi collatentem ecclesiam invenit. Zelo indefesso novam ecclesiam struere coepit ex collectis obolis, ad quos card. Batthiany mille, capit. Strig. circa duo millia florenorum dedit, ceterum nobiles in circulo parochiae habitantes contulerunt, in summa 5271. florenos. Aram majorem Joannes l. b. Malonyay strui curavit. Lapidem fundamentalem 1795. posuit, consummata 1804. fuit. Hinc 30. Maji ejusd. a. nominatus parochus in Kis-Tapolcsány per cambium cum Joanne Szörényi. † 10. Oct. 1817. sepultus in coemeterio.

Priczel, vide **Pritzel**.

Pridavka Antonius. Natus 9. Febr. 1777. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1800. terminavit, 19. Sept. ejusd. a. ordinatus, 1801. dispositionem expectavit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Sellye. 1. Nov. 1808. admin. capellaniae localis in Boldogfalva, ubi subin capellanus localis factus et 14. Aug. 1809. in neo-erecta parochia primus parochus, 9. Jan. 1810. investitus. Hinc 1828. transivit ad Pered, quam vero 7. Oct. 1850. senectute gravatus resignavit ac pensione donatus est. Fuit cruce aurea pro piis meritis decoratus. † 30. Dec. 1850. Posonii.

Prieszol Josephus. 17. Jan. 1761. missus pro cooperatore ad Gajar. 21. Dec. 1762. investitus parochus in Pernek, ubi hortum parochialem ampliavit. Hinc 8. Jan. 1771. in Detrekő-Szent-Miklós, ubi † 16. Oct. 1780.

Prihel Josephus. Natus 7. Febr. 1793. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1813. terminavit. Applicatus est praebendatus eccl. metr. 15. Maji 1814. ordinatus. Ab 1816. cooperator in Szomolány, ab 1821. in Mánya, ab 1822. in Selmezbánya. 27. Jun. 1824. nominatus parochus in Csejkő. Hinc 3. Sept. 1833. transivit ad Máriavölgy per cambium cum Aloysio Gardner. Inde 1838. accepit Tótgurab, aequè per cambium cum Andrea Ondrejkovics. 1841. parochiam resignavit et inter deficientes numeratus.

1849. applicatus est pro subsidiario in Moravanka. 28. Febr. 1851. admin. in Csabrág. Hinc in pari qualitate translatus ad Modertárna, inde m. Dec. 1857. rediit ad deficientiam Tirnaviam, ubi † 27. Nov. 1858.

Prihoda Paulus. Natus 10. Oct. 1840. Szakolczae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigoniæ absolvit. 28. Febr. 1864. ordinatus. Cooperatorem egit in Egbell. Hinc 1877. Szakolczae int. administrabat. Mense Mart. 1878. in pari qualitate in Péterfalva applicatus, usque 22. Mart. 1879. Hinc transiit ad Stepanó. 16. Maji ejusd. a. factus parochus in Szomolánka. Inde 27. Jul. 1882. nominatus in Stepanó. Exhinc vero transiit 1888. ad Búr-Szent-Miklós. Est notarius distr.

Prikkel Josephus, vide **Prihel.**

Prikkel, vel Prükkel Joannes. Natus 1. Aug. 1763. in Kolta, cottu Comar. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. Poson. 1788. terminavit. Cooperatorem egit Tirnaviae. 28. Apr. 1791. investitus parochus in Köhidgyarmat. 4. Febr. 1798. VADiac. distr. Cis-Danubiani factus una subinde assessor tum s. sedis, tum tabulae iudiciariae cottus Strig. Mense Oct. 1808. canonicus Strig. promotus. In capitulo promotus usque cantorum. Fuit et praefectus bonorum capituli. † 2. Sept. 1824. in Garam-Szent-Benedek.

Prileszky Joannes. Nobilis Ujfalvensis e cottu Trencsin. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi. 1677. baccalaureus, 1678. magister philosophiae. Theologiam in semin. s. Stephani et Mariano terminavit. 15. Mart. 1680. ordinatus. 16. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Pecsénicz.

Primosics Petrus, Paulus. Theologiam quae casista terminavit. Mense Maji 1689. investitus parochus in Nagy-Senkvicz, ubi 1699. Joannes com. Volkra peregrinavit visitationem in qua de illo: «Aetatis 38. sacerdotii 12. Hic 10 annos parochus. Bonae vitae et famae. Sufficientes libros habet et breviarium, quod dicit. Sua munia cum solatio suorum obit, et sacramenta, ut decet, administrat.» Usque 1708. activus erat.

Prinner Bernardus. Occurrit 1700. parochus in Polyanócz, (Polyanka, Polyanovecz.) in cottu Scepus. Ubi hoc a. Joannes Sigray visitationem peregrinavit, qui illum nominat.

Prinner Joannes. Fuit parochus in Zsakócz in Scepusio, ubi † 1749.

Pristyák Neitus. Natus 8. Dec. 1837. in Jakabvásár in cottu Sáros. Theologiam Strigoniæ absolvit. 10. Apr. 1860. ordinatus est. Missus pro cooperatore ad Selmezbánya. 27. Apr. 1864. investitus parochus in Hradek. Hinc 23. Jan. 1866. transiit ad Verebély, ubi ab 1872. notarius et bibliothecarius distr. Ab 1874. surr. dein ord. VADiac. distr. cognominis. Ab 1892. canonicus hon. Strig. Est nepos Joannis card. Scitovszky.

Prisztics Paulus. Natus 6. Jul. 1802. Theologiam in semin. Mariano 1828. terminavit. 25. Oct. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Ölved, ab 1830. in Nádas in cottu Hont. ab 1831. in Kis-Tapolcsány, ab 1833. in Nyék. 9. Jul. 1836. nominatus parochus in Felső-Thúr. Hinc 24. Maji 1837. transiit ad Helemba per cambium cum Josepho Csizmanczay. Inde 24. Apr. 1838. abtinet Dömös. Exhinc 1846. transiit ad Tölgyes. Inde veto per cambium cum Joanne Ondrejkovics recepit iterum Dömös, ubi † 31. Dec. 1853.

Pritzel Franciscus. Natus 12. Mart. 1821. in Majthény. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 30. Jun. 1845. ordinatus est. Cooperatorem egit in Egyházgelle. 1855. factus admin. in Uny. Post sex menses obtinuit parochiam Felső-Diós, quam 5. Jul. e. a. occupavit. Hinc 22. Febr. 1859. transiit ad Csataj, ubi † 29. Sept. 1885. Reliquit in Csataj successoribus quinque domos inquilinas.

Pritzel Martinus. Natus 27. Oct. 1802. in Cziffer. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 13. Mart. 1826. ordinatus. Cooperatorem egit in Süttő. Admin. int. ibidem et a. m. Aug. 1827. in Kirva. Dehinc cooperatorem quatuor mensibus in Nagy-Kér, in Bart uno a. inde 1829. pro praebendato Strigon. applicatus. 1831. succentor promotus. 14. Dec. ejusd. a. nominatus parochus in Dömös. Hinc 24. Apr. 1838. in Szob, ubi † 6. Jul. 1874.

Privigyei, vel Privigiensis Laurentius. Occurrit 1560. parochus in Nagy-Tapolcsány, de quo visitator Michael Szegedy sic: «Juvenis sacerdos, ordinatus Tyrnaviae, per Zakolinczi 1556. Est bonae doctrinae et vitae vir, omnibus sacramentis, ornamentis et ceremoniis aedem tenet sacram, hoc unum est, quod uxore non caret.»

Priviczter Stephanus. 1510. adhuc in juvenili aetate unam parochiam in Selmezbánya adeptus. (Kachelmann, III. 143.)

Prix Franciscus. Natus 2. Oct. 1811. Pestini. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 22. Nov. 1834. ordinatus. Cooperatorem egit in Mocs, Pestini, in Ipolyság, ab 1838. in Nyerges-Ujfalu et ab 1839. in Buda-Eörs. 8. Sept. 1843. constitutus admin. in Darnó, ubi subin 1854. parochus. 1. Sept. 1875. instituti s. Adalberti membrum factus. 1. Maji 1876. a parochia recessit Jaurinum, ubi † 5. Dec. 1882.

Probszt Dionysius. Natus 25. Sept. 1840. in Nagy-Bossány. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 12. Febr. 1863. ordinatus. Cooperatorem egit in Tardoskedd, dein Pestini ad s. Theresiam, subin Budae Christinopoli. 1864. semet in capellanum castrensem nominari petiit, et ad caes. reg. 70. legionem pedestrem applicatus fuit. Ex quo munere proximi a. 1. Oct. relevatus et pro cooperatore missus ad Garam-Ujfalu, dein ad Udvarnok et Búr-Szent-György. 1. Jan. 1867. accepit administrandam Köpösd. 25. Maji 1880. ord. ss. Sepulchri eques. Praestationes ejus literarias aestimat Zelliger, Eszt. Egyházm. Irók. 414.

Probszt Julius. Natus 25. Nov. in Nagy-Bossány. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 25. Febr. 1866. ordinatus. Cooperatorem egit in Lédecz et Thaszár. 1. Maji 1869. subsidiarius in Nagy-Herestyén, usque 1. Sept. e. a. tunc reversus ad pristinam stationem. Eodem adhuc a. in Kis-Apáthi, ab 1872. in Tölgyes. 9. Dec. 1874. obtinuit parochiam Dágh, ubi † 31. Jan. 1877.

Prohászka Joannes. Szokolcensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1763. magister, 1764. baccalaureus philosophiae. Theologiae primos duos annos in eodem semin. 1766. terminavit, ceteros in Pázmáneó. 2. Maji 1768. missus pro cooperatore ad Lakács, hinc 20. Mart. 1770. ad Nagy-Lévárd. 5. Nov. 1772. investitus parochus in Almás. Hinc 1796. transivit ad Malaczka, una VADiac. distr. cognominis. 16. Dec. 1808. installatus canon. Poseniensis, ubi usque cantorum elevatus. † 7. Nov. 1829. Ibidem.

Prohászka Mathias, vide Révházi.

Prohászka Stephanus. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1828. absolvit. 25. Oct. ejusd. a. ordinatus. 1829. in instit. presbyt. Strig. transegit. Cooperatorem egit Posenii in Blumenthal, ab 1830. in Láb, ubi 1831. parochus factus. Hinc 5. Jan. 1841. transivit ad Dubova via cambii

cum Joanne Petrás. Inde 1843. obtinuit Ottó-völgy, ubi † 14. Nov. 1848. Aetatis 43.

Prohoczky Georgius. Ujbányaensis. Ex Adalberto 1749. baccalaureus, 1750. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1752. terminavit. 25. Jul. 1753. missus pro cooperatore ad l. r. cittem Szent-György, hinc 20. Maji 1754. ad Felső-Hámor. 22. Jun. 1755. investitus parochus in Zsarnócza. Inde 8. Jul. 1758. in Felső-Hámor. Exhinc 24. Maji 1771. in Lopaj, cum qua incorporatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Prokop Adalbertus. 16. Jan. 1762. missus pro cooperatore ad Verbó. 10. Dec. 1766. applicatus vice-praefectus in semin. gener. Mense Aug. 1768. obtinuit parochiam Némethi in Hont. 1781. VADiac. surr. distr. super. Hont. una cons. Strig. Assessor. † 13. Sept. 1809. Ibidem.

Prokopovics Antonius. Lublóensis. Ab 1758. in seminario s. Adalberti, 1761. ad alumnum Budensem missus. 4. Mart. 1763. expeditus qua diaconus Scepusium, ubi usque 1766. Leutschoviae praestolabatur accomodationem. Tunc factus cooperatore Markusfalvae. 1771. obtinuit parochiam Ruszkinócz, quacum 1776. ingremiatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Prokopovszky Daniel. Natus 3. Jan. 1816. in Ladány. Philosophiae et theologiae Tirnaviae, juri Pestini studuit, ubi rigorosum ex jure canonico et naturae subivit. 14. Jan. 1840. ordinatus. Cooperatorem egit in Diószeg quinque mensibus, Samariae semialtero a. Dum se Strigonii pro rigoroso praepararet munus catechetae in Aquatica obivit. Subin cooperatore in Garam-Ujfalu medio a., in Hédervár a. quinque. Ab 1848. parochus in Ásvány.

Prónay Alexander. Natus 12. Sept. 1823. in Kis-Rippény. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 4. Aug. 1847. ordinatus. Cooperatorem egit in Lédecz, 1849. in Nagyölvéd, 1854. Strig. in l. r. citte. 1855. admin. in spir. et temp. in Garam-Szölös, unde ad pristinam stationem redux. Mense Jan. 1856. in Magyarbél. 31. Jul. 1873. translatus ad Csúz, ubi † 23. Jan. 1874.

Prónay Andreas. Studia philosophica et theologiam qua casista terminavit. 1646. obtinuit parochiam Nemcsény, ubi 1647. Mathias Schlegel peregit visitationem, qui de parochio notavit: «Annor. circiter 29. sacerdos trium annor. Re-

sidens in parochia unum a. Habens praeter librum baptisatorum omnes requisitos. Templum ruinosum et publicum conclave, seu conservatorium pro laridibus, frumento et sordibus.» Visitator a. 1657. Andreas Szily illum defunctum esse dicit. † 1656. ibidem.

Prossy Ambrosius. Occurrit 1599. parochus in Szucsán. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 254.)

Pruker Georgius, Franciscus. Baziniensis. Ex Mariano 1723. baccalaureus, 1724. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1727. terminavit. Qua tatis 5. Jun. eodem a. baccalaureus theologiae. 12. Jun. 1728. investitus parochus in neo-erecta parochia Kápolna. Ibidem 1729. defunctus Georgius Kisa, qui sacellum s. Emerici fieri curavit et vineam parochis legavit. Hinc 24. Jan. 1729. in Récse investitus, ubi 1731. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parcho sic: «Annor. 28. in cura animar 2. Commendatur a suis, quod ex asse officio suo, seu quoad vitam exemplarem, seu quoad doctrinam spiritus, seu quoad sacramentorum administrationem, ceteramque curam ecclesiae et animarum satisficiat.» Ibidem 1732. magnum grassabatur incendium. Hinc 5. Jan. 1741. investituram accepit pro Stomfa. Ibidem statio cooperantis stabilita. Fuit una VADiac. distr. Malaczkaensis. † 13. Mov. 1752.

Prúnyi Jacobus. Natus 28. Apr. 1790. Theologiam in Pázmáneó 1813. terminavit. 15. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nyerges-Ujfalu, ab 1814. in Patak, ab 1815. in Nagy-Salló et ab 1817. in Nemcsény. 1820. obtinuit parochiam in Csejkd. Hinc 2. Jun. 1824. in Garamszőlős, quam 21. Sept. 1852. resignavit, 1. Nov. ejusdem a. pensione donatus, recessit Tirnaviam, ubi † 8. Jul. 1854.

Pruzsinszky Emericus. Nagy-Terenyensis ex cottu Neograd. 3. Nov. 1742. susceptus in alumnatum Budensem. Eodem a. in universitate Tirnaviensi baccalaureus philosophiae. 15. Aug. 1747. investitus parochus in Csetnek. Ibi 1748. inquisitio respectu ecclesiae peracta. 1755. Georgius Gyöngyössy canon. Magno-Varadiensis, pro ecclesia Csetnekiensi 6000 finor. fundationem fecit. Hinc 6. Febr. 1760. in Baczur. Inde 16. Oct. 1763. in Pojnik. Exhinc 1. Jul. 1768. in Liptó-Szent-Kereszt, quam 1772. resignare debuit et inter deficientes numeratus. † 23. Dec. 1785.

Pruzsinszky Michael. Natus 21. Oct. 1788. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1812. absolvit. 26. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Bajnae in cottu Strig. ab 1813. in Nyerges-Ujfalu, ab 1814. in Tallos, ab 1815. Galantae, ab 1816. in Cseklész, ab 1818. in Nagy-Salló, ab 1820. Gútae. 1825. factus admin. in Uny. 16. Jan. 1827. nominatus parochus in Leányvár, quam 1. Nov. 1863. resignavit et pensione donatus Strigonium resedit, ubi † 17. Febr. 1864.

Prückel, vide **Prikkel.**

Prybila, vel **Prybyla Josephus,** vide **Pribyla.**

Przerovszky Franciscus, vide **Perzerovszky.**

Przin Andreas. 14. Jul. 1688. investitus parochus in Nagy-Súr, ubi usque 1691. activus erat.

Psarics Franciscus. 18. Apr. 1698. investitus licentiatus in Kicsind, ubi tantum usque 23. Apr. ejusd. a. activus erat.

Pschorner Joannes. Natus 4. Maji 1817. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1839. terminavit. 1840. in instituto presbyterorum Strigonii transegit. 27. Jun. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Felső-Ludány, ab 1841. in Rimócz, ab 1842. in Ipoly-Ságh. 1845. obtinuit parochiam Visk, ubi † 24. Aug. 1857.

Psenkó Josephus. Natus 7. Mart. 1858. Theologiam Strigonii 1881. absolvit et 29. Jun. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Szent-Mihályfa, ab 1884. in Hidaskürth, ab 1885. iterum in Szent-Mihályfa. 1887. factus admin. in Kajal.

Pszurnovszky Martinus. Psurnoviensis ex cottu Trencsin. 10. Oct. 1740. susceptus in alumnatum Budensem 15. Apr. 1742. ordinatus. Eodem a. missus pro cooperatore ad Radosócz. 8. Jul. 1746. investitus parochus in Lancsár. Hinc 13. Nov. 1749. in Lopasó. Inde 29. Apr. 1751. in Felső-Diós, ubi 23. Aug. 1752. noctu vorago ignis devastavit parochiam, scholam et 13 domos. 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parcho sic: «Annor. 38. Diligens, vitae exemplaris.» Exhinc 2. Jan. 1758. in Szomolány, ubi † 18. Oct. 1774. Sepultus ante introitum ad ecclesiam.

Psztruha Christianus. Szakolczensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1720. baccalaureus, 1721. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in semin. Mariano 1724. terminavit.

11. Mart. e. a. diaconus, subin presbyter ordinatus. 3. Febr. 1744. investitus parochus in Jolsva, una VADiac. distr. sup. Gömör. † 23. Febr. 1775. ibidem.

Ptacher, aut Ptachelius Laurentius, Petrus. Ex Bohemia, aut Moravia oriundus. Ab 1677. parochus in Libetbánya. Vir valde zelusus et laudatae vitae, qui alias persecutionem Tököliam evadere poterat in ipso festo s. Laurentii in victimam fidei decapitatus est. † 10. Aug. 1678.

Puchala Jacobus. Fuit parochus in Szlatvin, ubi † 1. Mart 1739.

Puchericz Michael. 13. Maji 1680. investitus parochus in Nagy-Senkvicz, ubi investitura iterata 29. Jun. 1681. et 27. Apr. 1682. ibi usque 1686. operatus est.

Puchkovics Andreas. 9. Apr. 1698. investitus parochus in Liptó-Szent-Endre. Successorem 7. Jun. 1709. nactus.

Puchovszky Stephanus. Natus 6. Aug. 1853. Theologiam in semin. gen. 1878. terminavit. 21. Jun. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Sellye. 1884. obtinuit parochiam Vágkirályfa.

Pucs Martinus, vide Putsch.

Pucz Antonius, vide Putz.

Puczek Nicolaus. Occurrit 1630. parochus in Üzbégh, nominatur in visitatione hoc a. per Wolfgangum Érsekujvári peracta. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. 1634. ibidem Joannes Solnensis peregit visitationem, qui de illo sic: Senex, concubiniarius. Templum in meo ADiaconatu sordidius nullum inveni. Altare totum erat oppletum (honeste loquendo) stercoribus murium. Sanctuarium similiter. Dicebat mihi, quod sint muscae quae ex fornice cecidissent. Aedituo serio mandavi, ut muscipulas ad minimum quatuor curaret fieri. Venerabile sacramentum pro infirmis in scatula asservat et hostiae multae erant. Apparet illum raro, vel nunquam celebrare, licet ipse aliter referat. Vidi, quod parochiales illum parvipendant et pietas ibi omnino exulet. Rectorem agit filius, similis patri. Certe inutilis omnino parochus, est plagis magis, quam muneribus dignus.»

Pudmay Mathias, Benjamin. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó absolvit. 7. Jan. 1682. investitus parochus in Szöllös. Hinc m. Apr. 1684. in Dubova, sed inde mox abivit et ad Vetus-

Zolium se recepit, ubi qua parochus activus erat usque 1686. Subin 9. Mart. 1687. investitus in Ternye, ubi usque 1689. operatus est. 12. Apr. 1690. denuo investituram accepit pro Dubova. Hinc 7. Apr. 1693. in Kolos, sed inde jam 16. Maji ejusd. a. in Nagy-Szalatnya. Exhinc vero 1694. transivit ad Alsó-Dióš. Ibi eodem a. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parochia sic: «Aetatis 41. sacerdotii 14., primi hujus parochiae anno.» Sub illo capella ss. Trinitatis aedificata Ibidem 1713. Emericus Pongrácz similiter peregit visitationem, qui parochum annor. 58. esse dicit. Successorem 1718. nactus. Tunc ibidem pestis grassabatur.

Pudmericzky, vel Pudmericzay Paulus. Occurrit 1657. parochus in Pöstyén, ubi eodem a. Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de parochia sic: «Exemplaris. Miser sine domo parochiali in inquillinatu saepe manere debet. Sine ludimagistro. Quando aliquis moritur debet ipse scholares conducere. Vivit ex gratia domini terrestris. Ex quo venit sunt conversi 45, ceteri haeretici pessimi, stabiliuntur in errore per praedicantes, qui templo desolato, in horreo concionantur.» 13. Apr. 1663. successorem nactus. 25. Sept. 1666. investitus in Garam-Szent-Benedek. 1674. ecclesia noviter tecta. Eodem a. Andreas Péterffy peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit simul conventualis et in claustris resideat, ac quod simul Némethi administret. Hinc 22. Maji 1675. investituram accepit in Bakabánya. Inde m. Apr. 1677. in Kis-Krsztyene. Exhinc 12. Oct. 1679. in Lopasó, ubi usque 1682. activus erat.

Puff Nicolaus. 16. Apr. 1762. missus pro cooperatore Pestinum. Hinc 25. Apr. 1764. ad Kopcsány, inde 3. Jun. ejusd. a. ad orphanotrophium in Tallos, denique 28. Apr. 1766. Tirnaviam. 12. Febr. 1769. investitus parochus in Zavar. † 18. Oct. 1776. Aetatis 38.

Pugrics, vel Pagrics Georgius. 4. Jul. 1734. investitus parochus in Lucska, nunc Konossó, ubi jam 25. ejusd. m. et a. successorem nactus.

Pukancsay Joannes. 17. Jan. 1712. nominatus parochus in Szent-Simon, ubi usque 1724. activus erat.

Pukancsik Stephanus. Natus 20. Aug. 1851. Theologiam Strigonii 1877. absolvit. 1. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperator in Petrovilla et Egbell, ab 1876. in Valle-Mariae, ab 1880. in Unin et 20. Dec. 1886. int. adm. parochiam Nagy-Kováld.

1887. parochus ibidem. Hinc 1892. transivit ad Kuti.

Pullas Joannes. Theologiam in Pázmáneo absolvit. Teste inscriptione infra imaginem arae e regione portae sitae, fuit jam 1662. parochus in Récse. Ibi activus erat usque 1665. 20. Nov. 1666. investitus parochus in Kiliti, ubi 1673. Ferdinandus Pálfy peregit visitationem. 1695. vero Stephanus Illyés, qui de parochia sic: «Aetatis 64. sacerdotii 37. parochiae hujus 36.» Operatus est usque 1706.

Pullis Georgius. Lodomeriensis. E semin. gen. 1687. magister philosophiae. 27. Mart. 1691. investitus parochus in Zólyom-Szent-András. 16. Apr. 1692. in Ternye. Eodem a. adhuc in Szielnicz. Hinc 8. Apr. 1695. in Lutilla et a 28. Jan. 1698. una in Szlaszka. Anonymus referens sic de illo retulit: «In bonis principiis servit alternis vicibus; sed non sunt contenti parochiani respectu similium servitiorum et medietatem solutionum dare nolunt. Indigeret facultate bis celebrandi diebus dominicis et festis, tunc illi terras omnes excolere et obedientes esse vellent.» Inde 29. Apr. 1704. investituram accepit in Széplak. Exhinc demum 8. Maji 1708. in Neczpál, ubi usque 1710. activus erat.

Pulmann Andreas. Natus 30. Aug. 1842. in Szobotist. Theologiae quaotur a. in semin. s. Stepani absolvens 25. Febr. 1867. ordinatus. Cooperatorem egit in Ó-Tura. Ab 1873. administravit Hrachovistye usque m. Maji 1874. tunc redivit ad suam cooperaturam. 1878. admin. in Vagyócz. 1887. accepit parochiam Radosna.

Pulmann Josephus. Natus 24. Jan. 1808. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1832. absolvit. 11. Sept. 1833. ordinatus. Cooperatorem egit in Divény in cottu Poson. † 24. Jul. 1863. ibidem.

Pulosányi, vide Podlusányi.

Purgalider Thomas. Occurrit 1559. plebanus in Janolehota, ubi eodem a. Joannes Derecskey peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Ordinatus Strigonii per R. D. Damianum.»

Puskás Stephanus. Theologiam cum quarto a. terminavit. 30. Mart. 1722. investitus parochus in Komárom-Szent-Péter. Hinc 15. Sept. 1730. in Gúta, ubi eodem a. Paulus Forgách peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit sacerdos 13. parochus 10. annis. Inde 1. Nov. 1733. investituram accepit pro Érsekújvár, ubi

munus VADiac. distr. cognominis gessit. † 28. Maji 1738. Ibidem.

Puskás Georgius, vide Manigai.

Pusztai (Pusztovnik) Mathias. Natus 17. Aug. 1833. Pestini. Theologiam Strigonii absolvit. 29. Jul. 1860. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nyerges-Ujfalu, subin suburbii s. Christinae Budapestini. 17. Mart. 1882. factus admin. in Jenő.

Putakovics Franciscus, vide Janicskovics.

Putanicz Joannes, Bapt. Natus Trencsinii. Qua alumnus semin. gener. 1675. baccalaureus, 1676. magister primus inter 30. Theologiae in eodem semin. studuit. 3. Apr. 1678. ordinatus. 15. Maji 1680. investitus parochus in Nyitra-Pereszlyény. 1682. festo Ascensionis D. N. J. Ch. quia pestis cessavit, — qua die et hodieum votiva devotio recolitur, — venit pro adiutorio parochi P. Hieronymus Poláček ord. s. Francisci, qui tam concionem dixit, quam confessionem exaudivit, ille per Turcas Ujvarino huc excurrentes captus et decollatus est. (Ubi nunc crux trabalis extat.) Cadaver sepultum in crypta infra aram. (Juxta Necrol. Galgócziensium, in communi coemeterio.) Tunc ablatum ciborium, quod 1686. capta Buda, ibi inventum et 1692. ecclesiae per Godofridum Henisch supr. vigil. praef. restitutum. (Magy. Sion. 1863. 229.) Activitatem suam etiam ad Egerszeg extendit, quorsum reapse transmigravit. 11. Sept. 1689. installatus canón. Strig. una 5. Apr. 1690. investitus parochus Pestiensis. (Pesti főtemplom Tört. I. 165—168.) Ab 1694. ADiac. Neográdensi. 1695. parochiam resignavit et factus praefectus s. Benedicti. 25. Sept. 1698. praepositus s. Sigismundi de Buda. (Uj Magy. Sion. 1882. 739—742.) † 3. Jan. 1720. Tirnaviae Literaria ejus merita recenset Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 419.

Puslicius Georgius. Szeniczensis. Ex collegio gen. 1651. baccal. 1652. magister philosophiae. 20. Sept. 1654. ordinatus. 8. Jun. 1665. investitus parochus in Kis-Vendég, ubi usque 1684. activus erat.

Putsch Martinus. Rózsavölgyensis ex cottu Poson. Ex semin. Mariano 1715. baccalaureus, 1716. magister phil. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1720. terminavit. Qua cooperatore Tirnaviensis 10. Maji ejusd. a. baccalaureus theologiae graduatus. 20. Aug. e. a. investitus parochus in Bozók. Hinc 28. Apr. 1725. in Jabloncza, 1727. ss. theologiae doctor creatus.

11. Maji 1728. adfiliata est Hluboka, pro meliori subsistentia parochi. 19. Jun. 1729. positus est primus lapis ecclesiae, quae sumtibus Ladislai Korlátköi aedificabatur ac 21. Nov. 1736. consummata, per Adamum l. b. Majthényi benedicta. Jam 25. Jan. ejusd. a. installatus canonicus Strig. 22. Dec. 1737. ADiac. Nitr. † 22. Jan. 1741. Tirnaviae.

Putsek Jacobus. Theologiam cum quarto a. in arce Posoniensi 1791. absolvit. 1792. in presbyterorum instituto transigens, hinc 20. Nov. e. a. missus est pro cooperatore ad Bozók. Ab 1793. in Alsó-Pál. 3. Oct. 1798. investitus capellanus localis, ab 1809. vero parochus in Nagy-Lóth, ubi † 7. Maji 1812.

Putz Antonius. Theologiam cum quinto a. et cursu practico in semin. arcis Poson. 1791. terminavit. Subin praefectum egit Francisci com. Amade Szeniczii. 1792. missus pro cooperatore Vetus-Budam. 14. Oct. 1794. nominatus capellanus localis in Érseklél. Hinc 1798. factus parochus in Nagy-Bajcs. Inde vero 23. Jul. 1812. in Ballony, ubi eodem a. Adalbertus Tarkó peregit visitationem. 1823. fusa praeparatio ad visitationem conscripta. Ab 1830. VADiac. distr. Hédervár. † 9. Mart. 1831.

Putz Michael. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1817. terminavit. Cooperatorem egit Budae ad s. Annam. 1823. missus ad Kis-Tapolcsány. 5. Aug. ejusd. a. nominatus parochus in Fenyő-Kosztolány. 20. Febr. 1829. resignavit parochiam et se ad nosocomium Misericordianorum Budae recepit. Subin brevi tempore Strigonii, dein Posonii praebendatum egit. Instituto emer. parochorum adnumeratus † 4. Aug. 1849. in Detrekő-Szent-Miklós. Aetatis 55.

Püspöky Franciscus, Martinus. 22. Apr. 1687. investitus parochus in Velsicz, a 26. Jun. 1692. una in Kis-Tapolcsány. Hinc 3. Mart. 1694. in Garam-Szent-Benedek et Kovácsi.

Püspöky Stephanus. 7. Oct. 1686. investitus parochus in Ternye, primus post recuperatam parochiam. Ibi usque 1687. activus erat. 1689. factus parochus in Geletnek. Hinc 17. Jun. 1695. investituram accepit in Bars-Szent-Kereszt. De illo anonymus relator sic refert: «Diligens in omnibus tam circa ecclesiam, quam parochiam, nec est querela ulla contra eundem; quia tamen habet sibi applicatam parochiam Viskensem, esto nihil negligat in utraque parochia,

conqueritur tamen de magnis suis laboribus, vellet si aliquis alter parochus ad praefatam Viskensem disponderetur, quod et Sancto-Crucenses et Viskenses vellent.» Rákócziáni illum 1705. ad carceres in Gács abstulerunt, ubi mortuus.

Püsthényi, vide Pöstényi.

Pyber de Györkény Joannes. Tirnaviensis. Alumnus capituli Strigon. 1587. ordinatus. Capellanus Tirnaviae mox simul praebendarius. 1589. concionator ibidem germanus. 11. Oct. 1592. canonicus Strig. unā ADiac. Tornensis. 1601. ADiac. Sasvárensis et praefectus bonorum semin. in Széplak. Ab 1604. usque 1632. parochus Tirnaviensis. 1608. usque 1611. praepositus Felhévizensis, ad quam 24. Aug. 1608. benedictus. 15. Jul. 1611. nominatus eppus Quinque-Eccles. 1612. consiliarius regius. 6. Jul. 1614. consecratus eppus per Franciscum Forgách AEppum Strig. 1618. in comitiis palatino assistere jussus. 22. Apr. 1619. praepositus major capituli Strig. 28. Mart. e. a. Varadiensis, eppus electus. 1621. coronam a Gabriele Bethlen reduxit. (Quem eventum, per ipsum descriptum vide Pray, Specimen etc. II. 190—199) Ab 1623. altarista Corporis Christi. 25. Dec. 1625. Agriensis electus, a sede Romana necdum confirmatus moritur Tirnaviae. † 1633.

Pyber de Györkény Ladislaus. Theologiae in collegio Apollinari studuit. 1676. parochus Samariae. 1678. vero in Szered. 18. Oct. 1679. installatus canonicus Strigon. 18. Dec. 1685. ADiac. Zoliensis, jam abbas ss. Salvatoris de Lekér. 1687. parochus Tirnaviensis, quod munus usque mortem retinuit. 1689. praepositus s. Georgii, qua consiliarius regius, tabulae regiae praelatus. 4. Oct. 1693. praepositus s. Thomae. Mense Apr. 1696. eppus Almisiensis. A 16. Oct. 1705. vicarius Strigoniensis, in consistorio electus, sed remansit Tirnaviae † 5. Mart. 1719. Aetatis 70. Sepultus in crypta familiae Pyberianae.

Pyber de Györkény Paulus. Philosophiam in Pázmáneo 1700. absolvit. Ab 1706. usque 1707. parochum egit in Cseklész. Ab 1708. vero in Somorja. Qui ex commissione vicarii Ladislai Pyber res argenteas ecclesiae parochialis Vajkensis accepit. 10. Maji 1713. installatus canonicus Strig. 17. Apr. 1715. ADiac. Bars. 15. Apr. 1723. Nitriensis. 5. Jan. 1713. praepositus s. Georgii et ADiac. cathedr. † 25. Jun. 1731. Sepultus in ecl. cath. Tirnaviae.

Q.

Quenzer Mathias. Ab 1804. cooperator Comaromii. 6. Febr. 1807. factus capellanus localis in Ekecs. Ab 1810. parochus primus ibidem. † 11. Mart. 1815. e convulsione pedum et doloribus laterum.

Quirini Emericus. 11. Oct. 1690. investitus licentiatus in Gajar, ubi usque 1691. occupatus fuit.

Quirini Michael, Emericus. Theologiam cum a. tertio, et cursu morali terminavit. 12. Jul. 1681. investitus parochus in Hradist. Hinc 8. Jul. 1688. in Detrekő-Szent-Miklós. Inde 19. Nov. 1690. in Récse. 1699. mense Junio Joannes comes Volkra ibi visitationem peregit, qui de parochia sic:

Aetatis 52, sacerdotii 19, totidemque annis parochus. Bonae famae et vitae. Sua munia et sacramentorum administrationem sine querela subditorum aut periculo seu damno animarum accurate persolvens. Sufficientes habens libros, habet et dicit breviarium. Operatus est usque 1710.

Quirinus. Fuit 1519. plebanus de Krem-pach, solvit 2 f. 32 d. decimas papales. (Wagner, Anal. Scep. II. 196.)

Quirinus. Fuit 1519. plebanus de Villa Michaelis, distr. sup. Poprád, solvit decimas papales 5 f. 32 d. (Wagner, Anal. Scep. II. 197.)

R.

Raab Martinus. Kapronczensis. E coll. gen. 1713. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1715. terminavit. 20. Mart. 1718. investitus parochus in Cseszte. Hinc 27. Apr. 1724. in Velkopole, ubi usque 1726. activus erat.

Rábai Jacobus. Theologiam cum a. secundo in collegio gen. 1709. absolvit. 11. Jun. 1710. diaconus, subin presbyter ordinatus. 14. Sept. 1711. investitus parochus in Nameszto, ubi usque 1713. activus erat.

Rabcsánszky Joannes. Vetro-Rabcsensis. E semin. s. Stephani. 1738. baccalaureus 1739. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1741. terminavit. Cooperatorem egit Szakolczae. 27. Sept. 1742. investitus parochus in Sándorf. 1750. partim per communitatem, partim liberalitate Ladislai Korlátkőy ecclesia erecta et 3. Oct. 1756. per Antonium Révay consecrata. Hinc 20. Mart. 1755. investituram accepit pro Búr-Szent-György. † 22. Apr. 1762. ibidem.

Rabcssek Andreas. Natus 7. Oct. 1712. in Vág-Besztercze. 30. Oct. 1734. ad clerum susceptus et pro theologia ad Pázmáneum missus. Ex qua doctor creatus. 23. Maji 1739. ordinatus. Cooperatorem egit in Érsekujvár octo m. 16. Maji 1741: investitus parochus in Nagy-Emőke. Ibi ecclesiam amplificavit et domum parochialem ex propriis restauravit. 1749. confraternitatem s.

Julii et Annae introduxit, cujus membrum et ipsa regina Maria Theresia fuit, quae pretiosum calicem huic sodalitati donavit. Post abolitionem ejus, calicem parochus redemit et ecclesiae procuravit. 1753. VADiac. distr. Érsekujvár. 23. Jul. 1755. ibidem Antonius com. Révay peregit visitationem. 1757. ad canoniam Scepusiensem promotus, quam 1772. resignavit et se in maxima penuria ad Kis-Czéthény recepit, ubi † 27. Apr. 1792.

Rabcssek Stephanus. Nobilis Vágbeszterczensis, ex cottu Trencsén. 8. Dec. 1738. in alumnatum Budensem susceptus. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1740. baccalaureus, 1741. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1744. terminavit. 4. Mart. 1745. investitus parochus in Putnok. Hinc 22. Sept. 1755. in Divény, ubi † 30. Mart. 1758.

Rabsitz Marcus. 18. Mart. 1734. missus est pro capellano ad com. Berényi. 28. Sept. ejusd. investitus parochus in Liptó-Szent-András, ubi usque 1735. activus erat.

Rácsay, vel Recsányi Joannes. Theologiam in collegio Pázmániano 1678. absolvit. 17. Dec. 1679. ordinatus. 24. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Szent-Ilona, ubi usque 1680. activus erat. 4. Dec. 1683. in Vagyócz, ubi usque 1687. operatus est. Ab 1695. canonicus Nitriensis. In capitulo elevatus usque ad lectoratum. Fuit et abbas Benedictionis Dei. El. eppus Prisztinensis ac vicarius.

Rácz Andreas, vide Rátz.

Rácz Antonius. Natus 16. Jun. 1844. Theologiam Strigonii 1868. absolvit. 2. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Laksárujfalú, ab 1870. in Búr-Szent-György, ab 1874. in Vittencz, ab 1875. in Szomolány. 1878. int. adm. in Bole-ráz, sed adhuc eodem a. reversus ad pristinam cooperaturam. Eodem adhuc. a. admin. in Alsó-Diós et 1879. in Nahács, ubi eodem a. parochus factus.

Rácz Franciscus. 16. Jun. 1749. applicatus capellanus et herulorum praefectus apud l. baronem Babocsay in Gyula. 8. Jun. 1750. investitus parochus in Magyarbél. Hinc 2. Nov. 1753. in Ivány, ubi usque 1755. operatus est. 29. Jan. 1759. investituram accepit in Tölgyes, ubi usque 1761. activus erat. Subin intravit semin. deficientium Tirnaviae, ubi † 25. Maji ejusd. a.

Raczkó Joannes. Fuit 1647. parochus in Gerencsér, cum filiabus Szilincs et Moderdorf. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Raczkó Martinus. Occurrit 1660. parochus in Kvacván, de quo visitatio eodem a. peracta sic loquitur: «Contentiosus et totus in popinis. Valde consultum esset ipsius animae si prope Tirnaviam collocaretur, alias vereor ne vel saltans in habitu saeculari occidatur, vel furibundus partes Lutheri sequatur.»

Radi Paulus. 1. Jul. 1729. investitus parochus in Tóth-Próna, ubi usque 1762. activus erat.

Radics Antonius. Natus 12. Nov. 1726. in Keserü, in cottu Bihar. 1746. S. J. adscriptus, quatuor vota professus, philosophiae et theologiae doctor. Tirnaviae mathesim, Budae philosophiam biennalem, Tirnaviae rursus historiam sacram et profanam. et controversias docuit ad annum usque 1769. quo Societatem deseruit. 4. Jan. 1770. investitus parochus in Cseklész, ubi 1772. cooperatoris statio stabilita. † 15. Sept. 1773. ibidem.

Radics Christophorus. 5. Apr. 1752. investitus parochus in Torna, ubi una VADnus districtus cognominis ac protonot. apost. 1776. cum suo beneficio incorporatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Radics Georgius. Theologiam qua casista in Pázmáneó terminavit. 1. Maji 1696. investitus parochus in Leszkó, ubi 24. Mart. 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de illo

Series Paroch.

notavit, quod sit 26. annor. ac novitius in hac parochia. 28. Aug. 1699. investituram accepit in Kolos, inde 17. Maji 1702. in Nagy-Modró, ubi usque m. Aug. ejusd. a. operatus est.

Radics Stephanus. Praenobilis e cottu Sáros. E collegio generali 1729. baccalaureus 1730. magister philosophiae. Subin parochus exemtae ecclesiae Jaszóviensis, ubi † 5. Oct. 1756.

Radics Stephanus. Mense Junio 1674. investitus parochus in Pusztá-Födemes, ubi 27. Apr. 1690. successorem nactus.

Radiczky Mathias. Theologiam cum cursu morali terminavit. Ad titulum l. b. Francisci Reithin Tirnaviae diaconus, Viennae presbyter ordinatus. Ex ratione disturbiorum in Hung. tunc vigentium, cooperatorem Hradistii Moravorum egit. Subin factus parochus in Turán tribus annis. 22. Febr. 1713. investitus parochus in Paraszt-Dubova. 1721. sub Emerico Zichy inquisitio de ecclesia contra acatholicos mota. Hinc 6. Maji 1724. in Alsó-Récsény, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. † 30. Dec. 1739.

Radijovics, vel Radinics Mathias. Occurrit 14. Maji 1636. parochus in Radossócz, hac die conquestus coram Ordinariatu de abalienatione filiali Oreszko, per Joannem Missek quondam parochum in Lancsár facta. Incolarum in Oreszko praedecessores fuisse Hussitas, sub specie catholicorum. 1647. nominatur in catalogo jussu Georgii Lippay confecto. † 18. Maji 1648. Aetatis 42.

Radik Aloysius. 31. Maji 1675. investitus parochus in Hodrusbánya, ubi usque 1677. activus erat.

Radiskovics Georgius. Ginsiensis. Fuit S. J. adscriptus. Theologiam in secundum a. Tirnaviae audivit dum cassatio accidit. Per vicarium Galgóczy in numerum cleri relatus, Posonii syntaxim docuit. 30. Nov. 1775. investitus parochus in Nagy-Megyer. 9. Sept. 1780. visitatio Batthyányiana peracta, in qua de parocho: «Amatur et metuitur a suis. Cum dominio bene convenit.» † 24. Nov. 1806. ibidem.

Radistyay, vel Hradistyay Georgius. Theologiam in semin. s. Adalberti terminavit. 18. Sept. 1693. ordinatus. 14. Jan. 1694. investitus parochus in Divék-Ujfalú, ubi usque 1697. activus erat.

Raditsits Aloysius. Natus 16. Jun. 1837. Theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1863. ordinatus. Cooperatorem egit in Sellye, Tallós, Szent-

Endre, Tardoskedd, Ekecs et Varbó. 1873. factus est administrator in Mohora, ubi sub illo 1877. campanile, 1879. aedes parochiales, 1882. tectum ecclesiae in Haláp, 1885. ipsa parochialis ecclesia restaurata.

Radlinszky Andreas. Natus 8. Jul. 1817. in Alsó-Kubin. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. Doctor philosophiae et AA LL. creatus. 2. Apr. 1841. ordinatus. Cooperatorem egit Budae Christinopoli, in Steffoltó, in Aranyos-Maróth et in Selmeczbánya. 1849. Viennae penes redactionem politicarum ephemeridum slavicarum applicatus fuit. 1856. redactor textus slavici codicis civilis factus Budae. 1861. accepit parochiam Kúti, ubi † 26. Apr. 1879. Zelosissimus slavicus literator. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 421.)

Radocsányi Paulus. Radóssóviensis. Qua alumnus seminarii Mariani 1736. baccalaureus philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1738. terminavit. Capellanum castrensem uno a. Cooperatorem vero in Köpösd medio a. egit. 1740. factus parochus in Verbócz. 28. Oct. 1745. missus capellanus ad Radvány, ad Joannem l. b. Tolvay. 21. Febr. 1746. investitus parochus in Valaszka-Béla, ubi 14. Jun. 1755. Antonius com. de Réva peregit visitationem, qui illum aptitudinis et doctrinae pro hoc loco sufficientis esse dicit. † 5. Apr. 1766. Ibidem.

Radocsányi Paulus. Radossoviensis in cottu Nitr. 1761. susceptus in alumnum Budensem pro theol. morali. 30. Nov. 1762. ordinatus. 2. Dec. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Dévény prope Posonium. 20. Febr. 1767. investitus parochus in Récse. 22. Oct. 1778. contra illum Carolus com. Pálffy conqueritur coram Ordinariatu. † 12. Apr. 1781. ibidem. Aetatis 43.

Radóczy Stephanus. 11. Maji 1672. investitus parochus in Karancsságh, ubi usque 1678. operatus est.

Radolffy Paulus, Jacobus. Szelczienensis in cottu Bars. 1. Nov. 1735. susceptus in alumnum Budensem. 30. Mart. 1740. investitus parochus in Nagy-Lovcsa, ubi usque 1750. operatus. Hinc extra beneficium constitutus † 13. Apr. 1751. ibidem.

Radonay Andreas. 1672. occurrit parochus in Fél. (Ex notis Sigism. Kisfaludy.)

Radosay, vel Radosnay et Radosy Joannes. 19. Apr. 1671. investitus parochus in Szöllös, ubi

jam 22. ejusd. m. et a. successorem nactus. 16. Jun. 1673. in Maniga. Hinc 7. Maji 1675. in Jókö. Inde 23. Mart. 1680. in Nahács. Exhinc 21. Apr. 1686. in Nagy-Kosztolány. Inde demum 12. Febr. 1688. in Rózsavölgy, ubi usque 1693. operatus est.

Radosinszky Sigismundus. Theologiae in Pázmáneo studuit. 28. Maji 1740. investitus parochus in Krajna (Hrachovistye). 1. Maji 1747. in Felső-Zelle, ubi † 31. Oct. 1750.

Radosnay, vel Radosini, aut Radosovics Nicolaus. Occurrit 1634. parochus in Radosna. Ibi eodem a. Joannes Solnensis peregit visitationem. 1636. contra illum inquisitio peracta, in qua injuriosa prolata. In hac causa parochi Martinus Szkacsányi de Galgócz et Joannes Capricorni de Sárffő aequae partem habuerunt.

Radossényi Martinus. Philosophiae primum a. 1625. in Pázmáneo absolvit. Ab 1642. parochus Szokolcae et simul decanus. 30. Mart. 1645. installatus canonicus Strigon. In stallo usque 1653. sedit.

Radosseni, vel Leey, alias Mateicska Michael, Leopoldus. Radosnensis. 1662. baccalaureus, 1663. magister philosophiae. Theologiae in collegio gen. studuit. 18. Dec. 1666. ordinatus. Subin presbyter et conventualis praepositurae B. M. V. de Túrócz. 1668. ad baccalaureatum ss. theologiae promotus. 4. Maji 1672. investitus parochus in Turócz-Szent-György. Ad quam 2. Jul. 1673. conjuncta filia Abrahamfalu et Olaszfalu una cum ecclesia ss. Cosmae et Damiani. 15. Maji 1676. investitus in Morva-Lieszkó, Alsó-Bottfalva et Srnye. Hinc 23. Maji 1680. Miavae, ubi 1690. successorem nactus.

Radossényi Nicolaus. Studia qua rhetor et casista 1629. terminavit. 3. Jun. 1637. investitus parochus in Pernek, ubi usque 1645. activus erat. 1647. accepit Némethi in cottu Bars cum Berzencze, ibi eodem a. Mathias Schlegel peregit visitationem, qui de parochi notavit: «Conventualis ad S. Benedictum. Vir vegetus. Aetatis suae circiter 45. sacerdos 18. annor. Residens in hac parochia medium a. Nullum quidem habet haereticum, auditores tamen valde inobedientes.» Eodem a. in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto occurrit qua parochus in Némethy et qua conventualis Sancti-Benedicti. Hinc accepit parochiam S. Benedicti, inde vero 10. Apr. 1656. installatus canon. Strigon. et statim prae-

positus S. Benedicti de juxta Grón. † 22. Apr. 1660.

Radoványi Franciscus, vide **Radványi**.

Radovszky Josephus. 16. Maji 1758. missus pro cooperatore ad Stomfa. 11. Febr. 1759. investitus parochus in Besztercze, ubi † 4. Apr. 1781.

Radványi, vel **Radoványi Franciscus Petrus**. Theologiam in semin. s. Stephani terminavit. 21. Dec. 1691. ordinatus. 11. Apr. 1692. investitus parochus in Köbölkut. Hinc 9. Nov. ejusd. a. in Szalka. Inde 1693. in Somorja. Exhinc 5. Maji ejusd. a. in Ürmény. Propriis sumptibus posuit altare s. Stephani in parochiali ecclesia. Inde 28. Apr. 1697. in Vizkelet. Hinc 16. Apr. 1706. in Tölgyes. Sed jam 15. Maji ejusd. a. in Vajka, quam hactenus Franciscani administrabant, ob defectum parochorum. Ibi usque 1712. activus erat.

Radványi Joannes. Mense Apr. 1689. investitus licentiatus in Egyházfalva, ubi usque 1690. activus erat.

Rády Josephus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani terminavit. 17. Jun. 1765. missus pro cooperatore et admin. in Liptó-Szent-Márton. 1767. accepit parochiam Csorba, quam incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Raffanides Ladislaus. Kispalugyensis. Ex collegio gen. 1733. baccalaureus, 1734. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1735. terminavit. 19. Mart. 1741. investitus parochus in Lieszkófalva. Hinc 14. Jun. 1743. in Német-Lipcse cum qua parochia 1776. ingremiatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Ragyiczky Mathias, vide **Radiczky**.

Rahay Joannes. Ante 1694. parochus in Turán martyr evasit. (Magyar Sion. 1868. 761.)

Rahoczay Joannes, Ferdinandus, 1560. abbas et parochus in Ludány, de quo visitator Michael Szegedi sic refert: «Bene et juxta suam conditionem ecclesiam et domum juxta ecclesiam cepit aedificare et ornare. Laudatur ab omnibus tum in moribus cum in religione.»

Raidmer, vel **Raindl Franciscus**. 3. Febr. 1679. investitus parochus in Handlova, sub quo lutherani ecclesiam reoccuparunt et medium per annum possiderunt. Operatus usque 1691.

Raindl Franciscus, vide **Raidmer**.

Raisz Georgius. Földvárensis in cottu Tolna.

Ex semin. s. Stephani 1764. baccalaureus, 1765. magister philosophiae. Theologiae in Pázmáneo studuit. 30. Jun. 1769. missus pro cooperatore ad Bolgh, 26. Apr. 1771. vero ad Rapp. 28. Maji ejusd. a. investitus parochus in Bast, ubi † 13. Jan. 1775.

Rajezy Joannes. De Zsitva-Gyarmat. Theologiae tertium a. in Pázmáneo terminans 7. Dec. 1770. missus pro cooperatore ad Bazin. 2. Aug. 1772. investitus parochus in Sárffő. Hinc 1782. transivit ad Kis-Tapolcsány. Ab 1785. VADiac. distr. cognominis, qua talis ab Ordinariatu in impedimentis matrimonii dispensandi potestate fuit provisus pro districtu suo. Vir eruditus, defensor jurium parochialium, ob quam causam discessit. Inde 31. Jan. 1789. investituram in Thaszár accepit, ubi 1796. consecrata ecclesia per Nicolaum Kondé eppum Belgrad. et suffr. 1789. lapidem primarium ecclesiae posuit in Zsitva-Ujfalu. In filiali Kisfalu e fundamentis 1790. educi cepit ecclesiam novam et amplam honori s. Georgii. † 9. Nov. 1825. Opera illius literaria habentur apud. Zelliger, Eszt. Egyházm. Irók. 424.

Rajezy Josephus. Theologiam cum secundo a. in semin. Budensi 1778. terminavit. Missus pro cooperatore ad Dévény in Cottu Poson. 1787. obtinuit primus capellaniam localem in Tepla. 1792. mente captus et ad Misericordianos Posonium translatus, ubi † 20. Jul. 1794.

Rajeczi Paulus. 1527. investitus parochus in Némethi in cottu Hont. investitus in locum defuncti Joannis Rosenberger. Occurrit usque 1561. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Rajeczky Joannes. 12. Apr. 1710. ordinatus. 13. Maji ejusd. a. investitus parochus in Divék. Hinc 22. Oct. 1713. in Turán. Inde 28. Mart. 1719. in Radvány, ubi 30. Apr. 1729. successorem nactus. † 2. Jun. 1738.

Rajeczky Joannes, Josephus. Moskócziensis, ex dioec. Strig. fuit 1725. alumnus semin. Budensis. 29. Mart. 1727. ordinatus. 12. Nov. expeditus pro cura animarum. 21. Nov. ejusd. a. investitus parochus in Baczúr. Hinc 3. Jun. 1729. in Alsó-Lelócz. Inde 2. Febr. 1731. in Felső-Kamencz. Exhinc 26. Apr. 1736. in Bábaszék, ubi † 14. Jun. 1750.

Rajner Joannes, vide **Reiner**.

Rákóczy Adamus, Emericus. De eadem, ex cottu Zoliensi. Ex semin. Mariano 1714. baccalau-

reus, 1715. magister philosophiae. Theologiae a. primum 1715. et 1716. frequentavit. 15. Maji 1717. investitus parochus in Kökeszi, ibi inceptit matricam scribere. Operatus est usque 1720.

Rákóczy Emericus. Fuit S. J. adscriptus. Cassatio illum invenit praefectum et professorem linguae hung. in convictu reg. AEppali. Ad ADioecesim susceptus ultro quoque praefectus mansit. 1778. factus cooperatore Strig. in citte reg. 4. Mart. 1781. accepit parochiam in Bozók, quam 23. Jul. 1786. resignavit et se ad Rákócz receptit, ubi † 14. Oct. 1787..

Rákóczy Joannes Nep. Theologiam in collegio Romano terminavit, inde cum mala recommendatione reversus. 20. Aug. 1769. missus pro cooperatore ad Felső-Hámore. 20. Febr. 1772. investitus parochus in Illésháza. 27. Sept. 1782. in Gyerk. Hinc 25. Mart. 1784. in Ipoly-Nyék, ubi † 12. Maji 1797.

Rákóczy, vel Rákóczky Stanislaus. Occurrit 1560. plebanus in Liptó-Szent-Mária. De quo visitator Michael Szegedi sic: «Senex sine uxore, Est vicegerens. Cum omnibus ecclesiasticis ceremoniis ornamentis et sacramentis, est verus Romanus. Verum unam villam et curiam nobilitariam ab ecclesia parochiali abalienasse fertur et sub jurisdictione Rákóczky tradidisse, assignasseque. Est enim affinis ipsius, unde lis inter patronos orta. Nam Joannes Porizovszky abstulit calices duos, monstrantiam bonam, ac nonnulla ecclesiae privilegia. Foenetum ad colonos ecclesiae pertinens occupavit et decimam parochio dare recusat.» Subin petit Ordinariatum pro interventione quum «Rákóczky eruditionem, eloquentiae copiam, ardorem animi, praesertim in tali causa habeat.»

Rakonovics Michael. Ab 1645. licentiatius in Nagy-Salló, ubi 1647. Mathias Schlegel peregit visitationem, qui de illo: Principista. Annor. circiter 50. licentiatius 16. annos. Residens in hoc loco a. duobus. Sine proventu. Fortis, habens librum baptisatorum et nimis tritum rituale. In oppidum introductus novitus praedicans templum et parochiam nihilominus tenet licentiatius. Praedicantis praesentia jam nonnullos infecit et pervertit. Licentiatum tribulat, proventum ejus exinanivit, denique exosum reddit.»

Rakovszky de Nagy-Rákó Aloysius. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1805. terminavit. Cooperatorem egit in Komárom-Szent-

Péter, 1812. accepit parochiam Szemere. Hinc 26. Sept. 1815. in Szent-Péter. Inde 12. Nov. 1820. in Kövesd. Exhinc 6. Sept. 1829. in Barth, ubi † 26. Dec. 1846. Aetatis 65. Fuit cottum Hont. Strigon. et Thurócz tabulae judicariae assessor.

Raksányi Paulus. Ab 1709. parochus in Szent-Ilona. Hoc a. pepulerant catholici sub turbis Rakocianis intrusum pastorem, et parochum nacti sunt, qui tamen tantum 7. Jul. 1729. investitus est. Eodem a. etiam desinit operari.

Ralbovsky Andreas. Natus 1. Dec. 1857. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1882. absolvit. 19. Mart. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Lédecz. 1887. factus adm. in Szkiczó.

Ramsovics Ignatius. 14. Jul. 1759. missus pro cooperatore ad Verebély. 12. Nov. 1761. investitus parochus in Dömös, ubi † 13. Sept. 1776.

Rankó Stephanus. Natus 6. Maji 1856. Theologiam Strigonii 1878. terminavit. 18. Jul. ejusd. a. ordinatus. Subsidiarium egit Miavae. Ab 1880. cooperatore Sopornyae, subin in Búr-Szent-György. 1887. admin. in Závod. 1889. accepit parochiam in Lancsár. 1891. transivit ad Szőlös, ubi † 8. Jul. 1892.

Raphael. Occurrit 1560. parochus in Verbó qui ecclesiae legavit libros. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Raphael Joannes. Ab 1647. parochus in Lédecz, ubi eodem a. Mathias Schlegel peregit visitationem, qui de parochio sic: «Magister philosophiae. Theologus sat fortis. Aetatis suae circiter 30. annor. Sacerdos medii anni, quem in hac parochia egit.» Nominatur etiam in catalogo cleri, hoc a. jussu Georgii Lippay confecto. Subin praefectus herulorum in castello Morva-Szent-János, ubi 20. Mart. 1653. parochiam loci adeptus est, et usque 1661. activus erat.

Raphaelis Andreas. Pruszkensis in cottu Trencsén. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1692. baccalaureus, 1693. magister philosophiae. Theologiam in collegio generali rubrorum terminavit et qua quartiannita 26. Apr. 1697. ss. theologiae baccalaureus promotus. Jam 25. Dec. 1696. ordinatus. 20. Febr. 1704. investitus parochus in Pucho. Subin parochum egit in Predmir.

Rapsitz Marcus, vide **Rabsitz.**

Raskovics Andreas, Josephus. Theologiam

in semin. Mariano terminavit et 24. Mart. 1708. ordinatus. 15. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Bucsán. Hinc 15. Dec. 1709. in Lieszkó. Inde 5. Maji 1714. in Alsó-Merasicz, ubi usque m. Maji 1715. activus erat. Mense Dec. 1716. accepit parochiam Felső-Attrak, ubi matricam scribere incepit. Exhinc 2. Apr. 1719. iterum investituram accepit in Lieszkó.

Raspassani Thomas. Ex Novobardo. 31. Dec. 1701. constitutus ad dies vitae vicarius S. J. qua parochi generali Budensi, pro suburbio Aquaticae et eadem die per rectorem collegii Paulum Treffinger installatus. Capucini vero pro exercendis parochialibus functionibus templum suum, jam ad perfectionem deductum, 10. Jan. 1702. concedunt. (Acta S. J. Coll. Bud. 11, 29.) Munus suum magno cum zelo peregit. Speciali cultu erga s. Annam ductus, magnae suae substantiae haeredem illam perscripsit. † 30. Maji 1718. ex dissenteria. Aetatis 70 Sepultus in crypta Capucinatorum. (Acta in archivo cittis Budapest.)

Rassovszky Josephus. Natus in Rassov in cottu Trencsén. Qua alumnus semin. Mariani 1750. baccalaureus. 1751. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. terminans 3. Febr. 1755. pro coop. ad Lédecz missus. 23. Maji ejusd. a. ad Kürth. 19. Aug. adhuc e. a. ad Szenicz. 1757. constitutus parochus in Hradist, ubi † 18. Nov. 1767.

Rassovszky Paulus. Theologiae in semin. Mariano studuit. 28. Oct. 1746. missus pro cooperatore Vetero-Zolium. 2. Aug. 1747. investitus parochus in Radvány. Hinc 8. Mart. 1748. in Pojnik. Inde 10. Apr. 1750. in Hajnik, ubi 1755. Josephus Batthyány peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod sit bonorum morum. Cum suo beneficio 1776. ingremiatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Rasticza Theodorus, vide **Rhasticza.**

Rasziczky Mathias, vide **Radiczky.**

Ráth Josephus, Antonius. Natus 27. Mart. 1817. in Kis-Venyém in cottu Albareg. Philosophiae Jaurini, theologiae Tirnaviae studuit. 1841. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 23. Maji ejusd. a. ordinatus. Praebendatum egit Strigonii duobus et ultra annis. Abhinc semi-altero a. adjunctum egit ad redactionem «Religio és Nevelés.» Subin cooperatore Pestini ad s. Leopoldum. 1854. ibidem parochus. Sub illo structura

magnificae ecclesiae usque ad cupolae concamerationem progressa, quae pro dolor 22. Jan. 1868. corruit, parochus vero † 5. Febr. ejusdem a. ictu apoplectico exstinctus in domo amici sui Michaelis Schwendtner. Fuit vir praeclaris et animae et corporis dotibus abundans.

Ráth Josephus, Philippus. Natus. 9. Jan. 1818. Budae in suburbio Taban. Philosophiam Tirnaviae, theologiam in Pázmáneo 1840. terminavit. 1841. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 8. Aug. jusd. a. ordinatus. Cooperatorem supplementem egit Pestini ad s. Theresiam. Eodem adhuc a. et Budae supplens ad s. Annam, ubi 1842. actualis cooperatore factus. Qua talis notarius districtualis. 1849. occasione oppugnationis arcis Budensis matricas cum discrimine vitae custodivit. 1861. ibidem parochus electus. Ecclesiam parochialem intus restaurari curavit. 5. Nov. 1867. ad arcem promotus, ubi 1. Apr. 1868. abbas s. Margaritae de Béla. Mox VADnus distr. Budapest. Commissarius AEppalis in gymnasio et schola sup. reali. E dispositione Suae Regiae Mattis de 25. Nov. 1873. restauratio ecclesiae parochialis incepta. Fatigiosi labores, qui durante sua activitatis acciderunt, illius agilitatem totam exhausserunt. In meritorum recognitionem ordinis ferreae coronae tertiae classis eques creatus. 6. Nov. 1881. ad capitulum Poseniense promotus, parochiam usque 28. Jan. 1882. administravit. Tunc Posenium transivit, ubi jam † 8. Nov. ejusd. a. (Pester-Lloyd, 1882. 317.)

Ratimorszky Martinus. Natus 15. Sept. 1857. Theologiam Strigonii 1880. absolvit. 30. Jun. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Diószeg, 1884. in Tótmegyer, 1890. Nagysurány. 1891. parochus factus in Nagy-Mánya.

Rátz Andreas. Natus 19. Nov. 1789. in Érsekujvár. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Nitriae, Pestini. Alba-Regiae didicit ac Tirnaviae 1811. terminavit. Subin Posenii juri studuit et herulorum Rudolphi com. Pálffy praefectum egit duobus annis. Cooperatore fuit in Drégelypalánk quinque annis, Strigon. in citte regia similiter quinque annis; ubi ab 11. Mart. 1820. etiam parochiam administravit. 8. Apr. 1825. nominatus, 13. ejusd. investitus parochus in Füzesgyarmath. 14. Maji 1831. illam resignavit et factus spiritualis in semin. gen. Pestini, a quo munere in sequelam libelli, contra episcopatum et capitula directi, relevatus, Budae apud

Capucinos ex pensione degit. Subin hinc se ad privatam domum recepit. † 20. Jan. 1864. Fuit doctor ss. theologiae et scriptor ecclesiasticus. (Uj Magyar Sion 1876. 17.)

Raubovics Georgius, vide **Raukovics**.

Raukay Georgius, Joannes. Sancto-Crucensis e cottu Bars. E collegio gen. 1686. baccalaureus, 1687. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1689. terminavit. 7. Apr. 1690. ordinatus. 22. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Ürmény. Hinc 9. Apr. 1693. in Nyitra-Pereszlyény. Ob fatalem casum hic discedere debuit et 2. Sept. 1695. investitus est ad non nominatam parochiam in cottu Neogr. 25. Jul. 1704. investituram accepit in Kis-Terenye cum Nagy-Bárkány, ubi † 9. Mart. 1714.

Raukay Mathias. Sancto-Crucensis e cottu Bars. Ex collegio gener. 1695. baccal. 1696. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1698. terminavit. 4. Apr. 1699. ad titulum praepositi Bajmócz ordinatus. 28. Maji ejusd. a. investitus parochus in Janólehota. 20. Apr. 1702. in Kaproncza, 10. Jan. 1704. iterum in Janólehota, ubi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui de parocho, quod sit annor. 40. hic 15. annis. Hinc 22. Nov. ejusd. a. in Felső-Apáthi et una in Szklenó-Fürdő. Inde 26. Nov. 1718. in Predajna, ubi usque 1722. activus erat.

Raukay Stephanus. Brevi sub tempore accepit tres parochias, 5. Jul. 1675. Koross, jam 10. Jul. Bohunicz et 16. ejusdem m. et a. Ürméncz. In Bohunicz usque 12. Maji 1676. in duabus aliis usque 1677. operatus est. Ex libris ejus diu extitit in bibliotheca parochiae: Nierenbergii theopoliticus. 10. Jan. 1686. accepit Szlécs et Schavnik, ubi usque 1689. activus erat.

Raukay Stephanus, Ignatius. E cottu Posoniensi. Qua alumnus semin. s. Stephani 1680. baccalaureus, 1681. magister philosophiae. Theologiam in Pázmáneó terminavit ex qua et baccalaureus creatus. Ab 1690. parochus in Turócz-Szent-György. 14. Aug. 1692. investitus parochus in Kosztolna, inde jam 16. Sept. ejusd. a. in Podolin, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho asserit, quod sit annor. 36. parochus 8. hic 4. annis. Ab 1698. in Detva. 6. Jul. 1699. investitus in Verbó, ubi incepit matricas scribere, et ubi 1700. Josephus Pongrácz peregit visitationem. Tunc Lutherani, nisi confessi fuerint, non sepeliebantur cum pul-

su. Hinc 13. Apr. 1703. in Oszlány. Inde 27. Maji 1706. administrator praepositorialis capellae in Vágújhely, 20. Febr. 1709. investitus in Nyitra-Sárfő, ubi usque 1710. activus erat. 5. Mart. 1712. in Velsicz, ad quam 5. Apr. 1713. conjunctas accepit filias: Szent-Márton, Gesztőcz et utramque Szelezsény. Nagy-Szelezsény usque 1717. retinuit. Ex Velsicz 23. Jun. 1723. accepit investituram pro Moravanka. Demum exhinc 22. Apr. 1728. in Pobedin, ubi usque m. Apr. 1729. activus erat.

Raukovics Georgius. 20. Jun. 1723. investitus parochus in Kraszna-Horka-Hosszú-Réth. Hinc 9. Maji 1728. in Valaszka-Béla. Inde 4. Maji 1729. in Hradek. Exhinc 30. Jan. 1732. in Kicsind, nunc filia ad Kövesd. Inde demum in Köbölkút, ubi 6. Sept. 1733. et munus VADiac. gessit. † 7. Nov. 1744.

Raukovics Josephus. 30. Mart. 1751. investitus parochus in Méhi. Hinc 3. Aug. 1764. factus admin. mox parochus in Nagy-Abony, ubi eodem adhuc a. successorem nactus, sed usque 1768. mansit, tunc inquisitio contra illum mota, et ipse amotus desinit operari. 10. Jun. 1771. applicatus admin. in Sós-Hartyán, usque 21. Aug. 1779. tunc inter deficientes positus. 1781. admin. neo-erectae parochiae Kajal, usque 1785. postea iterum inter deficientes. † 14. Oct. 1801. in Gáts.

Rautenberger Ignatius. 1. Oct. 1717. investitus parochus in reg. oppido Szepes-Olaszi, erga praesentationem principis Theodori Lubomirszky.

Ravasz Andreas. Nobilis Kopcsányensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1724. baccal. 1725. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in semin. s. Stephani 1727. terminavit. A mense Apr. 1728. usque m. Jun. ejusd. a. admin. in Dojcs. 2. Jan. 1730. investitus parochus in Nemcsény, ubi 1731. Paulus Kubovics peregit visitationem. Hinc 31. Mart. 1738. in Csejkő et Garam-Szöllős, ubi † 24. Jun. 1744. hemiplexia tactus. Res ejus directae per cognatos et parochianos.

Ravasz Stephanus. Kopcsányensis. Qua secundi a. theologus in semin. s. Stephani 1717. magister philosophiae. 9. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Almás et Görgő.

Ravasz, alias Novácz Stephanus. 21. Maji 1687. investitus parochus in Nádszeg, ubi usque 1688. operatus est.

Raycheth Michael. Fuit adscriptus ordini s. Pauli primi erem. Qua talis professorem egit gymnasii in Szabolcs. Subin philosophiam docuit Budae. Suppresso ordine 1787. applicatus admin. in Máriavölgy. Hinc m. Mart. 1792. nominatus parochus in Stomfa, ubi 1812. Ignatius Zimányi peregit visitationem; qui de parcho: «Vir praeclarus, mitis et exemplaris vitae. In cura animarum accuratus. Procuravit ex ecclesia Vallis-Mariae pro ecclesia sua spetiosam monstrantiam et calicem, pro parochiali bibliotheca vero librum manuscriptum. Liber vitae et mortis ordinis s. Pauli, etc. ab 1696.» Ibidem † 8. Nov. 1826. Aetatis 75. Sepultus in coemeterio.

Raynaldus, Regnaldus, vel Renaldus. Occurrit 1254. parochus in Selmeczbánya. Fuit unus procuratorum Benedicti II. AEppi Strig. cui Innocentius PP. II. 20. Febr. e. a. concessit mutuum contrahendi. (Knauz, Mon. Strig. I. 415, 538.) Idem Papa 5. Mart. e. a. debitum 3500 marcarum per procuratores a mercatoribus mutuatarum, sub onere excommunicationis exolvi jubet. (L. c. 416, 541.) Eodem a. Papa per Raynaldum et socium, nuncios suos, Benedicto AEppo pallium misit. (L. c. 417, 542.) Item Renaldus 1275. tunc jam magister, praepositus ecl. s. Thomae montis de Strigonio ibique canonicus et adhuc plebanus de Wana capellam s. Nicolai et locum ejusdem capellae ad magnam petitionem parochianorum suorum ordini fratrum praedicatorum concessit, quam donationem Benedictus electus Strig. confirmavit. (In tabul. cittis.) Occurrit adhuc 1279. (Memoria Basilicae, 121.)

Reber, Reberius Mathias. 16. Oct. 1688. investitus licentiatu in Bocza, nunc filia ad Maluzsina.

Rebkay Joannes. Occurrit 1681. parochus in Turócz-Szent-Péter, de quo Georgius Szepchényi in sua informatione dicit, quod quidem manus iniquorum effugerit, in bonis tamen damnificatus. (Magy. Sion, 1868. 761.)

Rechperger Vitus. 26. Febr. 1667. investitus parochus in Dívény, in cottu Poson. ubi 14. Sept. 1673. per Ferdinandum com. Pálffy visitatio instituta. 25. Apr. 1676. successorem nactus.

Rechwaldy Georgius, vide **Richwaldy.**

Recsányi Joannes, vide **Rácsay.**

Reczkó Joannes. Occurrit 1657. parochus in Velsicz, ubi eodem a. Andreas Szily peregit visitationem, usque 1665. activus erat.

Rederer Joannes. Leutschoviensis. 1760. in alumnatum Budensem pro theologia susceptus. 1762. cooperator in Szomolnok, 1763. vicarius in Felka. 1775. factus parochus in Majerk, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepus.

Regius Isaacus, Franciscus. 19. Maji 1667. investitus parochus Modrensis. Hinc 22. Maji in Szent-György. 26. Jul. 1673. in Némét- et Tót-Próna, ubi usque 1675. activus erat.

Regnaldus, vide **Raynaldus.**

Regner Salamon. Eperjesiensis. 1556. parochus in Leibitz, factus senior, cui a fratribus nihil traditum quam marsupium vacuum et sigillum minus, quia omnia mobilia unacum privilegiis 13. Martii ejusdem anni in oppido Meinhardi igne consumpta sunt. (Wagner, Anal. Scep. II. 257.)

Reguli Abrahamus, Stephanus. Nobilis Némét-Pelsőczensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1676. baccalaureus, 1677. magister philosophiae. Studuit ultro et in eodem semin. et in Pázmáneo. 17. Oct. 1679. investitus parochus in Hainik. Hinc 26. Jul. 1684. in Szebeléb. Inde 25. Jul. 1687. in Valaszka-Béla. 1. Nov. 1688. in Turócz-Szent-Márton, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parcho sic: Annor. 41. sacerdos 18. hic 9. annis. Labore suo convertit cum mortuis 300. animas. 24. Apr. 1701. in Bakabánya. 26. Jan. 1710. investituram accepit in Ujbánya. 1711. accepit parochiam Szent-Kereszt, ubi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui de parcho: «Annor. 61. parochus 37. hic 2.» Ubi usque 1718. activus erat.

Reguli Matthaeus. 1674. licentiatu in cottu Turócz. Fuit antea praedicator. 20. Jan. 1680. investitus licentiatu in Bobrócz, ubi usque 1687. activus erat.

Rehák Antonius. Sassinio ortus. 1748. Agrariae inter Nazarenos susceptus, inde ad s. Crucem prope Strigonium, alias Péliföld datus, tum Senogalliae usque 1780. vixit. 20. Sept. 1783. institit pro jurisdictione et facultatibus fori interni. Tunc apud Ladislaum com. Forgách in Ghymes capellanus.

Rehák Joannes. 28. Febr. 1722. investitus parochus in Egbell, ubi † 22. Oct. 1769. Fecit fundationem 200 fnor. pro mendicis.

Rehák Martinus. 11. Mart. 1724. ordinatus. 11. Jun. 1729. investitus parochus in Veszverés. Hinc 21. Jul. 1731. in Péterfalva, ubi matricas incepit scribere. Inde 30. Maji in Broczkó. Sub

illo turris aedificata. 30. Apr. 1750. Josephus Martinkovics, tricesimator Broczkensis fundavit sacra per parochos celebranda, datis mille fnis.

Rehák Mathias. Natus 22. Febr. 1819. in Szomolánka. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 3. Apr. 1845. ordinatus. Cooperatorem egit Szakolczae uno a. Ab 1846. Holiczii. 1859. factus parochus in Szomolánka. Hinc 22. Febr. 1862. in Broczkó. Ab 1875. surr. ab 1878. ord. VADiac. distr. Sasvár. Sub illo turris aedificata et ecclesia ampliata. Inde 21. Jan. 1882. in Egbell. Sub illo parochia a fundamentis exaedificata. † 2. Mart. 1894.

Rehorovszky Georgius. 26. Febr. 1720. investitus parochus in Kolos, ubi † 1732.

Reich Josephus. Natus 27. Mart. 1811. Budae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Mart. 1836. ordinatus. Cooperatorem egit in Selmezbánya. 15. Jun. 1852. obtinuit parochiam Békásmegyer, sed mansit tantum admin. quam 1888. resignavit. Habitat in Kálász.

Reill Sebastianus. Budensis. 1754. susceptus in alumnatum Budensem. 12. Febr. 1760. missus pro cooperatore Vetero-Budam. 1. Aug. 1761. investitus parochus in Buda-Eörs. Hinc 13. Febr. 1764. in Buda-Ujlak. Ab 1776. VADnus distr. Budensis. Fuit et consist. assessor. † 25. Nov. 1780.

Reindl Franciscus, vide **Raidmer.**

Reindl Romanus. Natus 26. Febr. 1852. in Szepes-Váralja. Philosophiam Strigonii, theologiam Viennae absolvit. Ss. theologiae doctor creatus. 1. Jul. 1877. ordinatus. Cooperatorem egit in Garam-Szent-Benedek. Ab 1879. Budapestini ad s. Theresiam. Erecta 1881. parochia ad s. Elisabetham, illuc stranspositus est. 1889. obtinuit parochiam Nagykereskény. Hinc 1894. transivit ad Cseke.

Reiner Joannes. Theologiam cum a. quarto in semin. AEppali Posonii 1798. terminavit. Cooperatorem egit in Rimócz, ab 1800. in Muzsla. 10. Nov. 1801. factus admin. capellaniae localis in Keczfalu. 1. Sept. 1802. vero capellanus localis in Ekecs. Inde 17. Mart. 1806. nominatus parochus in Csicsó, quam 13. Jan. 1821. resignavit pensione donatus, degit Posonii, ubi † 22. Apr. 1833.

Reinchart Ludovicus, vide **Linhardt.**

Reisch Samuel, vide **Pietsch.**

Reiszik Andreas. Fuit parochus et praepositus Novákensis. 22. Sept. 1633. Joannes

Reiszik contra Christophorum Majthényi ratione testamenti illius actionem movit.

Reiter Aloysius. Natus 25. Jul. 1816. Windschachtae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Jul. 1842. ordinatus. Cooperator a. 4. m. 2. in Aranyos-Maróth, ubi post resignationem parochi admin. 12. Nov. 1846. nominatus parochus ibidem.

Reither Josephus. Natus 6. Mart. 1799. Theologiam cum quarto a. in seminar. Mariano 1821. terminavit. 1822. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 27. Jun. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit Budae ad s. Annam, ubi subin etiam admin. in spirit. 8. Apr. 1839. nominatus parochus in Buda-Ujlak. Hinc 15. Nov. 1839. in Aquatica ad s. Annam. 17. Sept. 1843. in arce ad Assumt. 18. Febr. 1847. abbas B. M. V. de Poroszló. Motibus politicis innodatus resignavit et 13. Sept. 1850. obtinuit parochiam Nagymaros, ubi † 14. Jan. 1866.

Relner Casimirus. Ab 1688. parochus in Bussócz, in Scepusio, ubi 1700. Joannes Sigray peregit visitationem, qui dicit, quod sit parochus ab annis 12.

Rembsz Ignatius. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1799. absolvit. 1800. Tirnaviae absque officio transegit. Dein praebendatus ecclesiae metr. 1801. factus cooperator in Windschacht. 3. Oct. 1805. missus pro administratore in Felső-Sipék. Hinc 1807. factus curatus anabaptistarum in Nagy-Lévárd, ubi † 21. Nov. 1829.

Remenka Michael. Maróthensis ex cottu Bars. 4. Maji 1712. susceptus ad seminarium Budense. Fuit primus in isto alumnatu. Qui dum intraret sequentes deposuit vestes seculares: Tunicam de panno viridi, caligas de panno ceruleo, cingulum de zonis rubris, coturnos flavos et pileum. 16. Apr. 1718. investitus parochus in Ujlak. 1721. et 1722. una administrabat et Kis-Báb. 8. Apr. 1728. investitus parochus in Zsdány et Nagy-Lovcsa, ubi usque 1732. activus erat. Hinc ingressus semin. deficientium Tirnaviae, ubi † 18. Jan. 1756.

Renaldus, vide **Raynaldus.**

Renda Franciscus. Natus 7. Dec. 1848. Theologiam cum quarto a. Strigonii absolvit. 19. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Dunaszerdahely. 1876. in Szölgyén. 1885. admin. eodem a. parochus in Szete.

Rendek Josephus. Natus 27. Maji 1810. Tatae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini terminavit. 28. Oct. 1836. ordinatus. Ob defectum stationis cooperaturalis per octo menses subsidiariam operam praestitit in Dorogh, Lekér, Nyer-ges-Ujfalú, Mocs et Drégely-Palánk. Denique 3. Jul. 1837. pro stabili cooperatore ad Lekér missus. Hinc 12. Apr. 1842. ad neo-erectam praeparandiam Strigonii applicatus, ubi munus professoris et catechetæ implevit et ab 1846. concionator in metr. eccl. fuit. 8. Maji nominatus parochus in Gúta, a 6. Nov. 1859. VADnus. distr. Komárom constitus. Hinc 8. Nov. 1861. transivit ad Érsek-Ujvár, ubi una VADnis distr. cognominis. 12. Maji 1869. promotus ad capit. Strig. Abbas B. M. V. de Czikádor. † 25. Mart. 1875.

Reinhard Ludovicus, vide **Linhard.**

Rémay Michael, vide **Rimay.**

Renisz Andreas. Occurrit 1401. sacerdos in Prona-Teutonicali. Illi Georgius, filius Eustachii de Jolsva, quondam palatini Hung. dedit ecclesiam hanc, contra quod Petrus plebanus ecclesiae s. Martinis in Bajmócz conquestus est, quum haec filialis ecclesiae suae sit et quia Andreas illi obedire nollet, insuper illi multa opprobria et contumelia intulerit. Quum nemo Georgium, in hac re informavit, hanc fecit, contra jus parochi, dispositionem, hoc jus tamen tueri vult. (Fejér C. D. X. IV. 81.)

Renkó Georgius. Liptóviensis ex oppido Szent-Miklós. 1769. susceptus in alumnatum Budensem. Theologiam cum secundo a. in Pázmáneó 1774. terminavit. Cooperatorem egit ab 1776. in Gajar. 9. Dec. 1780. obtinuit parochiam Szent-István (Haszprunka.), ubi † 1. Jun. 1834. Vir multis dignus laudibus, quarum plurima reliquit monumenta.

Rényi Jacobus. Nobilis Nagy-Abonyensis e cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Stephani 1756. baccalaureus, 3. Febr. 1760. magister philosophiae. Theologiam cum a. quarto in eodem semin. 1761. terminavit. 8. Mart. ejusd. a. factus primus capellanus localis in Alsó-Jattó. 6. Jun. ejusd. a. investitus parochus in Egyházfalva. Hinc 4. Maji 1765. in Nagy-Födémes, ubi † 9. Febr. 1766.

Répássy Franciscus. Tirnaviensis. Qua alumnus semin. gen. 1764. baccalaureus, 1765. magister philosophiae. Theologiae annum primum

in eodem semin. 1766. ceteros in Pázmáneó absolvit. 17. Jul. 1768. applicatus praebendatus Tirnaviae. Post 22 menses cooperatur in Lé-várd. Post sex menses, id est 21. Dec. 1770. investitus parochus in Prassicz, ubi 3. Jun. 1780. peracta visitatio Batthyániana, in qua de illo: «Annos complevit 34. Staturam corporis praefert bonam, sicut et structuram ac formam. Est sanus, in parochia animabus servire perutilis. Adhuc juvenis, sed ad id officium peridoneus et pro ea exactitudine, prudentia et realitate, quam sub visitatione probavit, valebit paulo post pro VADno.» 1805. hac dignitate pro districtu Nagy-Tapolcsányensi decoratus. † 16. Jul. 1806. Aetatis 62.

Répássy Jacobus, Franciscus. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó 1772. terminavit 17. Oct. ejusd. a. missus pro cooperatore Scepusium, ubi in capitulo applicatus, 1775. accepit parochiam Lethánfalva, quacum ingremiatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Répássy Joannes. Natus 23. Jun. 1803. in Kolos-Néma. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 13. Aug. 1826. ordinatus. Applicatus Karvae, filia ad Mocs, cooperatur una educator. 1827. factus cooperatur in Lekér. 3. Jun. 1828. constitutus educator herul. Nicolai com. Zichy. 19. Maji 1829. hanc applicationem resignavit. Factus int. adm. in Uny, sed mox coop. in Kéménd m. 2, Muzslae m. 10, in Verebély 5. a. in Nagy-Kér m. 3. in Udvard a. 2. ubi etiam admin. fuit m. 7. Demum 5. Sept. 1837. nominatus parochus in Nagy-Hind. Inde 1. Nov. 1855. translatus ad Naszvad, ubi † 14. Aug. 1879.

Repássy Michael. Occurrit 1647. licentiatius in Tölgyes. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Repkay Paulus. Theologiae in Pázmáneó studuit. 14. Apr. 1680. ordinatus. 20. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Szent-András, alias Szoboszló. Sub turbis Tökölianis inter alios ad mortem, vel captivitatem quaesitos et ille in arce Blátnicza asylum quaesivit, donec iis sopitis, non obstante querela in comitiis hujus a. ad parochiam redivisset. 19. Jun. 1691. investituram accepit pro Fenyő-Kosztolán. Hinc 14. Jun. 1692. in Koros, ubi usque 1693. activus erat. Subin factus parochus in Schavnik, ubi mortuus. Hac ex causa haeretici suffecerunt textorem Joannem Szapaczius dictum, rudem quidem literarum,

aptum tamen texendis fraudibus contra catholicos. (Sic Dubniczay.)

Repkovics Josephus. 30. Jan. 1718. investitus parochus in Csall, ubi usque 1707. activus erat.

Repkovics Michael. Occurrit ab 1684. usque 1700. parochus in Szepes-Ó-Falu, cottus Scepus.

Repp Dominicus. Ex ordine minor. conventualis s. Francisci, ad obsequia ADioecesis accomodatus 4. Aug. 1700. investitus parochus in Velkopola. Hinc 13. Apr. 1702. in Janolehota, ubi usque 1704. activus erat.

Requini Carolus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1764. terminavit. Applicatus succentor eccl. metr. item cancellista officii. 9. Maji 1765. investitus parochus in Egyházfalva, ubi inquisitiones contra illum motae. † 11. Maji 1821. ibidem.

Rés Carolus. Natus 19. Jul. 1817. in Pilis-Szent-Kereszt. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1840. absolvit. 1841. et 1842. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 8. Aug. 1841. ordinatus. Cooperatorem egit in Tallós, Vásárut et ab 1844. in Sasvár. 1854. obtinuit parochiam Deménd, ubi † 1. Jan. 1863. ictu apoplectico extinctus.

Résely Michael. Natus 8. Sept. 1813. in Felső-Szeli. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 28. Oct. 1836. ordinatus. Dioecesi Quinque-Ecclesiensi parochus Szent-Lőrinczensi adiutorium praestitit quatuor mensibus cum jurisdictione. Inde reversus cooperatorem egit Vajkae semi altero a. in Dunaszerdahely a. tribus, in Bazin 7. mensibus. 1. Jun. 1842. nominatus parochus in Somorja. E notario distr. 1872. surr. 1880. ord. VADnus distr. Samariensis. † 4. Jul. 1892. Fuit versatus botanicus, herbarium ipsius transivit in possessionem Muzei Nationalis. De activitate ejus litteraria vide Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 433.

Reszek, vel Rezik Ambrosius. Logicus et casista unius a. 17. Apr. 1639. ad titulum mensae eppi Sirmiensis ord. 1641. obtinuit parochiam Garam-Szölös, ubi 1657. Andreas Szily peregit visitationem, qui de parochia sic: «Aetatis 45. in parochia 16. Praeter Tridentinum habet libros necessarios. Vir singularis bonitatis et exemplaris.» Occurrit 1647. parochus etiam in Pecsénitz. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. 1650. dum Joannes Pisky

fuisset AEppus Coloc. praepos. Posen. et abbas Saghienensis, parochus in castro Pecsénitz residentiam habuit et etiam animarum in Báth curam gessit, tunc vineas, ex hujus gratia a decimis et nonis liberas possedit.

Reszka Florianus. Natus 26. Jan. 1797. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1820. terminavit. 1821. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 14. Jan. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont. ubi aliquo tempore et parochiam administravit, quam 15. Mart. 1826. adeptus est. 1845. VADnus districtus Levensis. 22. Nov. 1849. installatus in Garam-Ujfalu, ubi inter praecipuos parochos locum occupat. Sub illo ecclesia parochialis, quae fere centum annis partialiter aedificabatur consummata et turri provisae est. Insuper commasatio tenentorum parochialium feliciter peracta.

Rétény Nicolaus. 25. Maji 1689. investitus parochus in Gúta, ubi usque 1693. operatus est.

Rethzer Georgius. Occurrit 1582. usque 1600. parochus et canonicus ecclesiae s. Martini Posenii. Curavit bursam. 1600. Musici contra eum questi sunt (Rimely, Capit. Posen. 266.)

Rettlich Andreas, Ignatius. Tirnaviensis. Fuit 1720. alumnus semin. Budensis. 4. Apr. 1722. ordinatus. 22. Jun. 1725. investitus parochus in Závada. Hinc 15. Maji 1732. in Alsó-Lelőcz, quam 1736. resignavit means ad seminarium deficientium, ubi † 14. Sept. 1739.

Rettlich Joannes. Rosnaviensis. 1754. susceptus in alumnatum Budensem. 22. Maji 1759. missus pro cooperatore ad Szölgyény. 7. Febr. 1761. investitus parochus in Visegrád. 1767. de statu eccl. et parochiae informatio data. Hinc 5. Jul. 1770. in Nagy-Bárkány. Quoad ecclesiam in filia Sámsonháza ab acatholicis occupatam inquisitio peracta. † 14. Mart. 1775. ibidem.

Reüschel Abraham. Fuit 1587. usque 1592. parochus in Somorja, qui apostata factus, duxit uxorem. (Ex tabulario cittit.)

Réva Antonius. Natus Selmezbányae. Qua alumnus semin. s. Stephani 1752. baccalaureus, 1753. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1756. terminavit. 24. Aug. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Szent-Kereszt. 20. Nov. 1757. ad Szárazpatak. 12. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Hosszufalui ubi † 21. Mart. 1761.

Réva Emericus. Tirnaviensis. Qua alumnus

semin. s. Stephani 1719. baccalaureus. 1720. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1723. terminavit. Succentor eccl. metr. 2. annis et 4 mensibus. 16. Febr. 1726. investitus parochus in Szárazpatak. ubi 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parcho: Annor. 31. in cura animar. 6. Testimonium ei bonum dederunt cum laude et commendatione. Ibidem 1755. Joannes Galgóczy etiam peregit visitationem, qui de parcho sic: »Annor. 56. in cura animar. 31. inclusive continuo in hac parochia. De vita et moribus incorruptis testimonium dederunt.» 1737. Turrim ecclesiae e fundamentis curavit aedificari. Ab 1771. VADiac. distr. Szomolányensis. † 5. Jul. 1772. ibidem. Sepultus in crypta ecclesiae. In refectorio parochiae conservatur imago alicujus clerici in reverenda rubra induti et fertur esse Emerici Réva, qua alumni collegii cleri gen. seu rubrorum. Quum is clericus semin. capitularis s. Stephani, seu nigrorum fuit, de authenticitate imaginis dubitandum est.

Révay L. B. Adalbertus. Qua alumnus coll. gener. 1696. baccalaureus, 1697. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1703. terminavit. 22. Mart. ejusd. a. ordinatus. Ab 1719. praepositus in Vágújhely. 1729. ecclesiam praeposituralem igne vastatam propriis restauravit sumtibus. 9. Oct. 1732. fit consiliarius in Ltli consilio. † 9. Oct. 1733. Posenii.

Révay Comes Antonius. Perpetuus in Szklabina-Blatnicza. Comitatus Turócz perpetuus comes. Natus 1718. in Kis-Selmecz in com. Turócz. Qua convictor collegii gener. 1737. baccalaureus 1738. defendit universam philosophiam. Theologiae in Pázmáneó studuit, ubi 1741. qua clericus factus praepositus de Rátód, quam tenuit usque 1744. dum Vágújhelyiensem accepisset. 22. Jan. 1743. installatus canonicus Poseniensis. Utrumque beneficium retinendi gratia, illi 18. Dec. 1744. papa Benedictus XIV. concessionem elargitus. 29. Jan. 1752. adlectus capitulo Strig. Jam. 6. kal. Mart. 1751. a pontifice accepit facultatem canonicatum Strig. cum praepositura simul possidere posse. 31. Jan. 1752. ADiac. Sasvár. 1747. redemit 1050 flnis cerevisii ac cremati cocturam. 1762. vero molam praepositi 720 flnis, restaurari fecit. Similiter 680 flnis molam in Pobedim. Ecclesiae novum organum et vestimenta procuravit. 1752. el. eppus Corcolensis. 1754. per Nicolaum

Csáky eppus Millevitanus consecratus. 1776. factus primus eppus Rosnaviensis, 1779. vero Nitriensis. 1. Oct. 1780. praeposituram Vágújhely resignavit. † 26. Dec. 1783. in Mocsonok.

Révay L. B. Carolus. E cooperatore Levensi 1693. parochus in Kistapolcsány, ubi usque 1694. activus erat.

Révay Nicolaus. 17. Mart. 1700. investitus licentiatus in Süvete in cottu Gömör.

Révay L. B. Ladislaus. Qua alumnus coll. gen. 1694. baccalaureus, 1695. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1698. terminavit. 23. Maji ejusd. a. ordinatus. 1699. obtinuit parochiam Nagyfödemes, 1700. una et Jóka. Fuit strenuus defensor jurium parochialium, in quibus transigendis succursum connexionem sua hauserat validum. Mense Jul. 1702. ad capitulum Strig. promotus. Vir singularis virtutis et doctrinae et exinde magnis promotionibus dignus; eas tamen ob turbatam fatali casu rationem, consequi non potuit. Resedit in oppido Beczkó, ubi † 31. Mart. 1741.

Révay L. B. Paulus. De Réva. Perpetuus in Szklabina et Blatnicza. Cottus Tárócz comes perpetuus. Ex semin. s. Stephani 1718. baccalaureus, 1719. magister philosophiae, quam universam defendit. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1723. terminavit. 10. Jun. e. a. qua jam presbyter baccalaureus ss. theologiae creatus. 19. Jun. ejusd. a. investitus parochus in Csiffár. Prius promotus ad capitulum Scepusiense, 19. Jul. 1731. vero ad Strigoniense. 1732. praefectus semin. s. Stephani. 23. Jun. 1735. ADiac. Neográd. 1749. ad stallum custodis promotus. 29. Apr. 1753. Tirnaviae eppus Dibonensis in Arabia consecratus et auxiliaris factus. † 1. Febr. 1770. fundum semin. s. Stephani 30,000 auxit ac domo 4000 flnis comparata providit pro divertentibus presbyteris. Bibliothecariis capituli 12,000 flnos stipulavit. Ecclesiae cathedrali statuum et antipendium e puro argento donavit. Aliaque pia legata fecit.

Révay L. B. Stephanus, Franciscus. Qua alumnus semin. gener. 1663. ex philosophia promotus. 1671. in cura animarum activus erat in Szucsán. 1672. nominatur parochus in Püspöki. Hinc translatus in cottum Turóczensem. 17. Apr. 1679. investitus parochus in Hajnik, ubi eodem a. desinit operari.

Révay L. B. Thomas. 6. Aug. 1706. investitus parochus in Kis-Tapolcsány. Hinc. 8. Jan.

1710. investituram accepit in Bars-Szent-Kereszt, ubi usque 1711. operatus est.

Révházy Mathias. Natus 18. Jan. 1801. in Krakován. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 21. Dec. 1825. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádas in Hont dein Siglisbergae. Mense Sept. 1830. admin. in Nagy-Kereskény, ubi ab. 1854. canonicè institutus parochus. † 9. Oct. 1873.

Reviczky de Revisnye Antonius. Natus 12. Jan. 1723. Ujhelyini in cottu Zemplén. Aetatis 15. in S. J. cooptatus, 4 vota professus. Philosophiae et theologiae doctor. Tirnaviae quadriennio omnes successive philosophiae partes et a. uno historiam sacram et profanam docuit. 1760. ob singularem morum candorem Pestinum missus ad causas S. J. apud majora dicasteria agendas. Majorum suorum exspectationi adeo satis fecit, ut 7. Nov. 1770. collegii Budensis rector et ibidem parochus constitutus, una superior militiae c. r. per Hungariam. Sublato ordine ADioecesi ingremiatus mansit parochus. Dignitate protonot. ap. distinctus. 22. Apr. 1776. abbas ss. Salvatoris de Lekér. 21. Oct. 1778. parochiam resignavit constitutus per Hungariam gen. vicarius castrensis. † 15. Dec. 1781. Budae in Arce. Sepultus in crypta eccl. B. M. V. Ass. sub sanctuario. Merita ejus literaria vide Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 434.

Reviczky de Revisnye Bartholomaeus. Natus 24. Aug. 1850. Theologiam Strigonii 1873. terminavit. 24. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Thaszár, ab 1874. in Vágujhely, 1878. int. admin. in Pobedim et 19. Jul. ejusd. a. parochus ibidem. Hinc. 26. Maji 1885. transivit ad Csejthe.

Reviczky Michael. Natus 1790. in Pák, in cottu Strigon. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 1813. ordinatus. Cooperatorem egit a. 1. Oct. ejusd. a. Samariae, a 19. Nov. 1814. Comaromii, a 3. Mart. 1818. Pestini ad Assumt. Hung. officii. Ibique in universitate 1826. linguarum orient. suppl. professor fuit. A. m. Jul. 1831. in instituto presbyterorum Strigonii directorem studiorum et oeconomiae egit. 13. Febr. 1833. nominatus parochus in Nyerges-Ujfalu. 1835. arabico ideomate, transeuntem turcicum ablegatum Ferik Achmet in Dorogh salutavit. Sermonem typis vulgavit. Hinc. 1. Febr. 1837. transivit Gútam, factus una surr. subin. ord. VADnus distr. Comarom. † 27. Mart. 1852. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 436.)

Rezóky Andreas. Krsztenensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1687. magister philosophiae. Theologiae in eodem semin. usque cursum casistae studuit. 3. Jun. 1689. ordinatus. Eodem a. et m. factus parochus in Szent-Péter. 14. Jun. 1692. investitus parochus in Nagy-Jác, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui, de parocho, quod sit annor. 34. in cura animar. 8. convertit 36. animas. Ibidem 1700. idem visitator peregit alteram visitationem, in cujus instrumento de parocho sic: «Annor. 38. in parochia 11. hic 8 annis. Diligens in perficiendis divinis, contra quem nulla querela posita. Data ei facultas ut temulentos, sero vespere comparentes, non copulet, sed sequenti die, ubi sobrii fuerint.» Ibidem usque 1712. operatus est.

Rezynyi, vel Rezónyi Georgius. 1630. philosophiae primum a. in Pázmáneo inchoavit. 1634. occurrit parochus in Nagyker, ubi eodem a. Joannes Solnensis peregit visitationem, qui de parocho: «Bene se gerit. Ecclesia tecta stramine. Parochus conqueritur, quod aliqui parochiani baptisandos infantes ad praedicantes deferunt, ad eosque festis diebus confluunt. Item quod in pago Kér aliquae inhonestae foeminae tolerantur a parochianis. Ex ordinatione AEppi percipit sedecimam ex vineis et promontorio Komjáth, quas ejas parochus exspectat. Est canonicus Poseniensis. 1636. conquestus ob denegationem sabbatali ex molendino, ideo 5. Jul. e. a. vicarius denegantes citari jubet. Occurrit adhuc 1642. in Nagyker. 1645. dicitur abbas B. M. V. de Char. 1647. in conscriptione cleri jussu Georgii Lippay facta, recensetur in capitulo secundo loco, fuit tunc abbas de Lekér, beneficiatus Soproniensis et s. Crucis de juxta Mura, altarista OO. SS. 1648. subscripsit synodo Tirnaviensi. (Péterffy, II. 385.) 1650. vocatur senior. 1653. Posenii ordini s. Francisci capellam curavit restaurari. 500 flos pro piis finibus reliquit. (Rimely, Capit. Posen. 270.)

Rezsny Joannes. Theologiam cum a. quarto in semin. s. Stephani 1824. terminavit. 1825. in instituto presbyt. transegit Strigonii. Eodem a. cooperator in Sopornya, ab 1827. in Cseklész, ubi 1842. parochus factus. † 19. Mart. 1844. ibidem. Aetatis 43.

Rezsny Michael. Theologiam cum a. quarto, cursu practico in gen. semin. in arce Posen. 1790. terminavit. 1791. applicationem exspecta-

vit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Nagy-Súr. 13. Febr. 1893. nominatus capellanus localis in Alsó-Jattó. Hinc m. Maji 1799. transivit ad Sopronya. Ibi 3. Sept. 1811. Adalbertus Tarkó peregit visitationem. † 22. Maji 1834. Ibidem.

Rhasticza Theodorus. Natus 1. Apr. 1836. — 25. Maji 1861. ordinatus. 1. Jan. 1869. factus admin. in Apaj. Hinc 20. Maji e. a. parochus in Szokolócz, ubi nunc una not. distr.

Rhomatka Andreas, vide **Hromadka.** Parochus in Nagybobrócz, † 30. Maji 1756. ibidem.

Rhónyi Joannes. Natus 23. Jun. 1800. Theologiam in Pázmáneó 1824. terminavit. 1825. et 1826. in instituto presbyterorum transegit. 14. Aug. 1825. ordinatus. Cooperatorem egit Samariae, ab 1827. in Hédervár. 18. Sept. 1830. nominatus parochus in Ásvány, ubi 7. Sept. 1856.

Riba Antonius. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. in arce Poson. 1789. terminavit. Cooperatorem egit in Érsekújvár. 26. Aug. 1801. nominatus parochus in Kemencze. Sub illo collapsa ecclesia denuo restaurata. Zelo continuo attamen morbidus activus erat usque † 11. Jan. 1813. Aetatis 48. Sepultus in ecclesia ad aram divi Infantis.

Ribány Emericus. Natus 28. Oct. 1858. Theologiam in Pázmáneó 1881. terminavit. 8. Oct. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Szeredini, ab 1884. Posonii ad s. Martinum. 1891. factus parochus in Tótgurab.

Ribány Franciscus. Nádasiensis. Qua theologus a. secundí e semin. gener. 1690. extraordinario magister philosophiae graduatus. In eodem semin. theologiae ultra studens 1. Maji 1691. ordinatus. 24. Apr. 1692. investitus parochus in Ardanócz. Hinc 25. Febr. 1695. in Nádas in cottu Poson. Inde 7. Apr. 1703. in Verbó, ubi usque 1705. activus erat.

Ribány Georgius. Nádasiensis e cottu Poson. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1689. baccalaureus, 1690. magister philosophiae. Theologiae in gener. semin. studuit. 30. Apr. 1690. ordinatus. Subin parochus Hricsóviensis. «Relinquere debuit cathedram suam profanandam Andreae Matheides, qui in frequentia nobilium Lutheri doctrinam sparsit. Ipse interim ad filialem se recepit curaturus animam suorum, quantum per iniquitatem temporum licebit.» (Dubniczky.)

Ribány Oliverius. Natus 18. Dec. 1848. Tirnaviae. Qua tertii a. theologus seminarii s.

Stephani 31. Jul. 1871. ordinatus. Post brevem inter. administrationem in Negyed, cooperatur Galanthae, ab 1872. Tirnaviae. A 28. Jan. 1879. admin. in Rózsavölgy, ubi 14. Maji ejusd. a. parochus nominatus. Merita literaria refert: Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 436.

Ribár Jacobus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1794. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Kosztolány, ab 1800. in Ó-Tura, ab 1802. in Nádas in cottu Hont. 1804. obtinuit capellaniam localem in Néved, hinc ab 1805. iterum cooperatorem egit et quidem in Krakován. 1807. factus parochus in Ó-Lehota. Hinc 1809. transivit ad Nagy-Modró. Inde 1814. redivit ad Néved pro parochu. Exhinc 1822. accepit Nagy-Fajkürth, ubi usque 1823. operatus est. Inter emeritos parochos numeratus. Mense Jan. 1824. applicatus est admin. in Modertárna, ubi † 19. Jan. 1825.

Ribárszky Joannes. Theologiae cum cursu morali Cracoviae studuit. 2. Apr. 1692. investitus parochus Trsztenae, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochu: «Annor. 53. sacerdotii 25. paroch. 5. Polonus. Convertit plurimos.» Successorem 13. Jun. 1705. nactus.

Ribeczky Franciscus. Natus 11. Nov. 1776. Szakolczae. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1801. terminavit. 27. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Szelezsény. 27. Apr. 1803. nominatus parochus in Besse. Reliquit successoribus suis tres vineas erga tria annua sacra. 21. Dec. 1811. transivit ad Nagy-Kálna. Hinc 12. Sept. 1821. obtinuit parochiam Felső-Pél, nunc filia ad Alsó-Pél, ubi usque 1858. operatus est, nam 21. Jan. ejusd. a. adlectus instituto s. Adalberti. † 5. Maji 1859. in Nagy-Salló.

Ribeczky Joannes. Natus 5. Dec. 1788. Szakolczae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 12. Aug. 1811. ordinatus. Cooperatorem egit Csasztae et in Pudmericz. 1814. factus parochus Dubovae. Hinc 1817. transivit ad Szobotiszt. Inde per cambium cum Joanne Zavodszky 13. Febr. 1829. obtinuit Chropó. Cura illius coemeterium muro cinctum. 17. Dec. 1850. VADnus distr. Szeniczensis constitutus. Senio confectus 1. Maji 1862. beneficium resignavit, quod tamen usque 25. Aug. e. a. adhuc administravit. 15. Jan. 1863. instituto s. Adalberti adscriptus, habitabat Szakolczae, ubi † 21. Sept. 1870.

Ribeczky Stephanus. Natus Szakolczae. Theologiam cum a. quarto in Pázmáneó 1779. absolvit. Cooperatorem egit in Garam-Szóllós. 2. Apr. 1782. investitus parochus in Nemcsény, ubi neglectam parochiam improbo labore ad meliorem statum reduxit, propriis expensis multa aedificia ponendo. 1788. et 1789. consilium Ltle aedificationis ecclesiae curam illi imposuit. 1804. haec omnia praeda flammaram evaserunt. Parochus denuo omnia restituit. Fessus laboribus 1. Febr. 1807. transivit ad Zsemvár. 1814. VADiac. distr. Levensis constitutus. Viribus fractus administratores in spiritualibus penes se habuit. † 31. Aug. 1828. Fuit cottus Bars tab. jud. assessor. Conventus s. Benedicti de juxta Grón conventualis.

Ribeczky Stephanus. Natus 25. Dec. 1758. Szakolczae. Theologiam cum quarto a. jam qua ordinatus presbyter in semin. gener. Budensi 1784. terminavit. Cooperatorem egit in Holics. 1787. factus primus capellanus localis in Alsó-Rakoncza. Sub illo libante jam parvula gothicae structurae ecclesia aedificata est amplissima hodierna ecclesia, quam 5. Oct. 1788. Andreas Szabó benedixit. Circa 14. Febr. 1790. transivit ad Turóluka. 11. Mart. 1796. ad Rohó, ubi † 4. Apr. 1830.

Ribényi Adamus, Josephus. Theologiam in semin. s. Stephani terminavit. 23. Sept. 1702. ordinatus. 28. Nov. 1704. investitus parochus in Kis-Krsztyene. Hinc 5. Jul. 1727. in Bazin, ubi 1730. contraversia cum Capucinis exorta et diu protracta. Fuit una VADiac. distr. cognominis. † 20. Febr. 1731. Sepultus in ecclesia ss. Salvatoris.

Ribényi Georgius. Occurrit 1623. parochus in Nagy-Tapolcsány. Petiit eligi in VADiaconum. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Ribényi Joannes. 1628. qua alumnus Pázmáneó baccalaureus philosophiae promotus. Ab 1631. parochus in Szomolány, ubi 1634. Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de parochia: «Parochiae hujus a triennio moderator. Ab omnibus laudem reportat. In eo solo haud laudandus, quod se a me introduci non curaverit, cum sane vicarii literae investiturae, quando possessionem parochiae adire quis vult expresse jubeant introductionem a praeposito peragendam. Parochos negligere nimime debere, secus enim nec notitia parochi, nec mutatio parochiae constare mihi potest.» 1647. nominatur in catalogo cleri jussu

Georgii Lippay confecto. 1650. parochiam resignavit. 10. Oct. 1652. installatus canonicus Strig. Ob defectum cleri parochiam Modor usque 1653. administrandam suscepit. 1654. adhuc superstes.

Riberics Joannes. Mense Oct. 1712. accepit investituram pro aliqua parochia in cottu Tornensis, cum hac recommendatione: «Vir eximia doctrinae est, et quemlibet locum meretur in Archi-Dioecesi.» Revera in Hárskút operabatur. Hinc 25. Jan. 1714. investituram accepit pro Almás, ubi usque 1717. activus erat.

Ribiánszky Josephus. Natus 10. Mart. 1764. Tatae, in cottu Comar. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. 1788. absolvit. Cooperatorem egit Vetero-Budae. 1791. factus capellanus localis in Kis-Oroszi. Hinc 6. Jul. 1803. investitus parochus in Nagy-Maros. ubi † 3. Aug. 1823.

Ribonics Ladislaus. 28. Oct. 1762. missus pro cooperatore ad Bazin. 16. Aug. 1765. investitus in Sárköz. Hinc 28. Jul. 1772. in Szárazpatak. Multum operabatur in instructione et politione Zingarorum. † 12. Jun. 1791. ibidem.

Ribonics de Vistok Stephanus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1801. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Kosztolán, ab 1802. Csasztae, ab 1803. in Pudmericz. 1812. factus parochus Dubovae. Hinc 1814. transivit ad Ottóvölgy, ubi † 19. Jun. 1843.

Richard Josephus. Fuit S. J. adscriptus. Cassatio illum invenit Budae in residentia civitatis Aqualicae, ubi concionatorem german. exercentem parochialium, curam habentem scholarium trivial. et operarium germ. egit. Post cassationem remansit coop. ab 1774. admin. 23. Aug. 1778. vero parochus ibidem. Voluit parochiam praesidii, Aquaticensi affiliare. (A budavári főtemplom tört. 193.) 19. Jul. 1787. parochia dismembrata et Capucinatorum ad s. Elisabetham erecta. 1. Oct. 1803. parochiam resignavit. † 2. Apr. 1804. Aetatis 72. Sepultus in crypta eccl. s. Annae. Fuit consist. Strig. assessor.

Richter Andreas. Szalkaensis in cottu Nitr. 18. Aug. 1758. susceptus pro alumnatu Budensi 25. Jan. 1761. ordinatus et 26. Mart. ejusd. a. factus coop. in Szomolnok. Circa 1765. obtinuit parochiam Krompach, quacum 1776. incorporatus neoerectae dioecesi Scepusiensi.

Richter Ignatius. Natus 19. Maji 1791. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano

1815. absolvit. 17. Aug. 1816. ordinatus. Cooperatorem egit in Sasvár, ab 1821. in Szenicz. 1824. factus admin. in Ószuszkó. 1825. parochus in Verbócz, mox sine officio. 1826. cooperatur in Pereszlény, 1827. in Pobedim. A. m. Febr. 1832. admin. in Felső-Vásárd, ubi † 11. Sept. ejusdem a.

Richvaldszky Matthaeus. Fuit S. J. adscriptus. Cassatio illum invenit magistrum parvistarum Tirnaviae. Subin ordinatus et praefectus in convictu s. Adalbert ibidem. 1777. cooperatur Strig. in citte reg. Mense. Jul. 1778. nominatus parochus Strig. ad s. Ignatium. Mense Oct. 1779. factus secretarius primatialis Tirnaviae et s. sedis notarius. 1788. pensionatus. Recessit ad Péliföld Szent-Kereszt, ubi † 24. Maji 1791. Aetatis 48.

Rechvaldy Georgius. 1647. occurrit parochus in Ardanócz, nominatus in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Riczik Ambrosius, vide Reszek.

Ridl Franciscus, Leopoldus, Guilielmus. 3. Jan. 1675. investitus parochus in Neo-Stubna, nunc filia ad Haj.

Riener Joannes. Csasztensis. Qua alumnus semin. Mariani 1748. baccalaureus 1749. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in Pázmáne terminavit. 10. Mart. 1752. missus pro cooperatore ad Lévárd. 9. Jan. 1754. investitus parochus in Istvánfalva, ubi 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parocho: «Annor. 27. in cura animarum 2. in hac tantum parochia. Diligens, exemplaris.» Hinc 25. Nov. 1760. in Sárköz. Inde 13. Jun. 1765. in Divény in cottu Poson. 1770. hanc parochiam resignavit. 5. Jun. e. a. missus pro cooperatore ad Misérd. Hinc 14. Nov. ejusdem a. applicatus est admin. in Hradek in cottu Liptó, quacum 1776. ingremiatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi. Denique ad ADioec. reversus ab 1778. usque 1792. admin. Alsó-Merasicz. Tunc inter emeritos receptus degit Tirnaviae, ubi † 5. Dec. 1807.

Rienlin, vel Buelin Joannes. Ex Bavaria, ubi parochum agebat. 1633 in Ottovölgy appulit et parochus factus. 1634. ibidem Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de illo sic: «Me inscio gubernacula parochiae suscepit. Vir, ut videtur probus, nenime adversus eum quidquam proferente, licet satis quaererem. Nondum est quadragenarius. Conciones cum laude peragit.» Adhuc 1638. activus erat.

Rigell Franciscus. Natus 3. Dec. 1839. Galgóczii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 23. Jul. 1865. ordinatus. Cooperatorem egit Galgóczii sex mensibus, inde Csejtham missus. Hinc 22. Aug. 1872. nominatus parochus in Madunicz, ubi † 29. Oct. 1889.

Rigell Joannes. Natus 18. Jul. 1757. in Csejtha. Theologiam cum. a. quinto in gener. semin. Budensi 1784. terminavit. Cooperatorem egit in Verbó, ab 1788. in Windschacht. Ab 1794. absque officio Tirnaviae degit usque 1796. tunc applicatus cooperatur in Vágújhely. 1803. obtinuit parochiam Miava. 1814. munere VADiac. distr. cognominis condecoratus. 1818. transivit ad Udvarnok, una emer. VADiac. Ibi † 8. Jun. 1837.

Rigler Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1800. absolvit. Subin protocollistam egit officii vicar. et s. sedis Strig. 1803. notarius ibidem. 14. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Dorogh. Hinc per cambium cum Francisco Gianone 28. Febr. 1812. transivit ad Nagy-Megyer. Inde 27. Jul. 1824. applicatus est spiritualis cleri junioris in semin. B. M. V. Assum. Tirnaviae, ubi † 6. Jan. 1831. Fuit consistorii Tirnaviensis, item cottuum Strigon. et Comarom. Tabulae jud. assessor.

Rigó Stephanus. Theologiae in Pázmáne studuit. 20. Apr. 1687. investitus parochus in Vizkelet. Matricam scribere parabat, sed scripsit nihil. Hinc 23. Apr. 1690. in Tallós. Inde 19. Apr. 1692. in Nagy-Megyer, cum filiabus Ekecs, Iszap et Apáczaszakállos. Exhinc 24. Jun. 1697. in Gúta, ubi eodem a. visitatio peracta. Demum ob praegravantes rationes 25. Mart. 1707. in Nád-szeg et Kösse, ubi usque 1710. activus erat.

Rikker Josephus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáne 1815. absolvit. Subin concionatorem egit Posonii ad ss. Salvatorem, ab 1816. ad s. Martinum. Ab 1817. educator herul. apud Antonium Kuen-Belásy Posonii. Ab 1819. iterum concionator ad s. Martinum. 12. Nov. 1822. obtinuit parochiam Lamacs. 22. Nov. 1844. resignavit beneficium et Posonium recessit, ubi † 22. Aug. 1846.

Rimaszéchy Martinus. Occurrit 1630. parochus in Karancsság. Interfuit synodo per Petrum Pázmány 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae. In visitatione 1634. per Martinum Apáthi peracta, dicitur parochus in Karancskeszzi, presbyter.

Rimay Michael. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1809. terminavit. 10. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Karancsság, ab 1812. Comaromii, ab 1815. in Föl-Bár, ubi et in spir. et temp. admin. fuit. 1819. obtinuit parochiam Darnó, 1823. ibidem praeparatio ad visitationem peracta. Hinc per cambium cum Francisco Kis 21. Dec. 1830. obtinuit parochiam Szelőcze, ubi † 27. Sept. 1839.

Rimely Carolus. Natus 4. Febr. 1725. Strigonii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 21. Jun. 1848. ordinatus. Mox penes infirmum parochum Dömösensem adjutricem operam praestitit. Eodem a. ad Patak pro cooperatore missus. 1849. idem munus obiit Budae Christianopoli, 1850. praefectus studiorum in Pázmáneo. 1853. obtinuit cathedram historiae juris eccl. Strigonii, qua talis sustinuit munus matrim. defensoris. 1860. nominatus vice-rector Pázmánei. Ibi penes universitatem in examinibus status penes sectionem historico-juridicam commissarium egit. Ab 1865. egit pro-rectorem in Pázmáneo et factus summi Pontificis Camerarius. 16. Mart. 1867. installatus canonicus Posoniensis. Mense Mart. 1868. munere informatoris Archiducis Rudolphi, haereditis coronae condecoratus una Archiducissarum Gizella et Clotildae linguae hung. et literaturae docentem egit. 1870. realis abbas ss. Salvatoris de Lekér. 17. Jan. 1876. eques ordinis Leopoldi imp. 28. Apr. 1889. l. r. cittis Poson. VADiac. et parochus ecclesiae s. Martini. 1892. summi Pontificis praelatus domesticus. Ascendit in capitulo usque cantoratum. 6. Jun. 1893. eppus Neosoliensis nominatus. 27. Aug. e. a. consecratus. Est una ad universitatem Budapest. facult. theol. coll. ad c. r. Vienn. vero honor. membrum. Literaria merita recenset: Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 437.

Ripényi, vel Rípnay, aut Rípnányi Mathias. Ab 1613. parochus in Bogdány. 1630. interfuit 4. et 5. Oct. synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. 1634. Georgius Draskovics peregit visitationem qui de parcho sic refert: «Sat diu moratur hic. Quinquaginta annor, vir probus admodum, ac fervens in suo munere, licet non multarum literarum. Grassante contagione strenuam praestitit operam. Tunc multi frustra usi superstitionibus ad eam depellendam.» Circa 1640. inquisitio facta circa agros parochi, de quibus testes fassi, quod parochus per 19. annos proprio

semine inseminare curavit. 1647. occurrit in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. Filiales habuit Spácza, Selpöcz et Klcsován.

Riskovics Michael, Gabriel et Josephus. 30. Apr. 1718. investitus parochus in Ottóvölgy, ubi usque 1723. activus erat.

Rissák Andreas. Natus 30. Nov. 1789. Várnae in cottu Trencsén. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 17. Aug. 1816. ordinatus. Cooperatorem egit Korompae, ab 1819. Miavae et ab 1820. in Krakovan. 7. Jul. 1823. nominatus parochus in Szokolócz. Hinc jam post quatuor menses, 28. Oct. e. a. in Pusztavogyrád. Inde 7. Jan. 1844. in Radosna, ubi † 19. Sept. 1876. Sub confirmatione, visitatus per Joannem Card. Simor, jam mortuus.

Risskó, alias Huszkó Martinus. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo absolvit. 1755. missus cooperator ad Trubin. Dein per quinque a. Zollio-Lipscensis. 7. Nov. 1749. investitus parochus in Turócz-Szent-Péter. Hinc 17. Maji 1752. in Nahács. Eodem a. domus parochialis ex resolutione Georgii com. Erdődy judicis curiae ex fundamentis noviter erecta prope ecclesiam. Ubi 1755. per Joannem Galgóczy visitatio fuit peracta, in qua de parcho: «Annor. 36. Diligenter exequitur officium suum.» Ibidem † 20. Mart. 1779.

Rivolovics Joannes. Theologiae in Pázmáneo studuit. 22. Mart. 1704. ordinatus. 17. Mart. 1706. investitus parochus in Broczkó. Hinc 5. Maji 1707. in Lancsár. Inde 13. Maji 1709. in Búr-Szent-Miklós et Péter. Exhinc 29. Aug. 1712. Szokolczae, una VADiac. distr. Sasvár. † 5. Sept. 1723. ibidem.

Rivolovics Petrus. 7. Maji 1716. investitus parochus in Felső-Micsine. Hinc 17. Apr. 1723. in Hajnik, una in Szielnicza usque 1727. Illud 1736. resignavit. Subin factus cooperator et conventualis s. Benedicti, ubi † 6. Jan. 1749.

Robertus Gregorius. Fuit ab 1657. usque 1662. parochus in Keresztúr. (E libro rationum ecclesiae.)

Robik Joannes, Aloysius. Stomfensis. Ab 1667. a logica alumnus Pázmánei, quam ibi duobus annis audivit, 1669. physicam 1670. vero metaphysicam. Ibi et theologiae studuit. 26. Apr. 1679. investitus parochus in Pernek. Sub illo Almás separata a matre et in parochiam erecta. Hinc 12. Apr. 1685. investituram accepit pro

Körmöczbánya. 1692. promotus ad canonicatum Poseniensem. Hinc 21. Apr. 1700. canonicus Strig. installatus. Factus subcustos. 1701. curavit propriis expensis. circa 2000 finis altare majus ecclesiae s. Nicolai, quod 9. Oct. e. a. Sigismundus Ordódy el. eppus benedixit. † 22. Dec. ejusd. a. 1701. Aetatis 53.

Robertus. 31. Mart. 1263. illi Urbanus IV. redditus et portiones in ecclesia s. Nicolai de Pispuki in Colloktuz (Püspöki in Csallóköz,) confert, ac eum per anulum suum praesentialiter investit. Fuit is simul magister et subdiaconus pontificis, ADiaconus Quinqueeccl. in Wlko (Valkó), capellanus Stephani Vancsa eppi Praenestini ac cum beneficio Püspökiensi simul canonicatum Strigon. adeptus est. (Knauz, Mon. Strig. I. 499.)

Robitsek de Ugornya Franciscus. Natus 24. Maji 1859. Budapestini. Philosophiam Strigonii, theologiam in Pázmáneo absolvit. 8. Oct. 1882. ordinatus. Cooperatorem egit in Kemencze, ab 1883. Comaromii et ab eod. a. Budapestini ad s. Sigismundum, ubi una doct. relig. professor in gymn. praep. mag. 1886. doctor ss. theologiae creatus. 1889. studiorum praefectus, in semin. generali Budapestini, una ad reg. scient. universitatem ejaem professor suppl. Mense Jul. 1892. Summi Pontificis capellanus ad honores A m. Febr. 1893. parochus in Nagy-Maros. Literariam activitatem recenset: Zelliger, Eszt. Egyházm. Irók. 438.

Rock Antonius. Baziniensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1757. defendit universam philosophiam. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1760. terminavit. 3. Jan. e. a. missus est pro cooperatore Bazinium. 29. Aug. 1761. investitus parochus in Nagy-Senquicz. 21. Sept. ejusd. a. illi inhibitum fuit dare passuales eremicolis. 1770. contra illum parochiani querelas moverunt. 1783. magna exorta controversia ob plagam coemeterii, quam parochus ad proprios usus vindicavit. † 8. Dec. 1784. Ibidem.

Rocsák Andreas. Theologiam cum a. secundo in semin. gen. 1709. absolvit. 16. Mart. 1710. ordinatus. 12. Maji ejusd. a. investitus parochus in Alsó-Palojta. Ibi 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod sit 45. annor. hic 22. annis. † 5. Apr. 1738. ibidem.

Rodek Georgius. Ab 1639. alumnus Pázmánei. Studia inchoando cum primo a. philosophiae. 1.

Jun. 1646. obtinuit parochiam Szokolcza. 1647. nominat illum catalogus cleri jussu Georgii Lippay confectus, qua parochum et decanum Szokolczae. 15. Jul. 1659. installatus canonicus Strig. idcirco 3. Aug. e. a. e parochia recessit, sed 1663. a civitate iterum evocatus parochiam denuo gubernavit usque 5. Jul. 1667. Interim 1. Sept. 1664. ADiac. Nitr. Tirnaviae concionatorem slavorum egit. † 1671.

Röder Alojsius. Natus 4. Sept. 1812. in Kis-Bér. cottu Comar. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini 1835. cum gradu baccalaurei terminavit. 30. Sept. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Budae in praesidio, una 1840/1. semestri primo cathedram professoris doctrinae religionis et oratoris sacri ad reg. universitatem supplevit. 20. Jan. 1842. nominatus parochus in Felső-Ludány. Hinc 23. Sept. 1854. ad cathedram oratoris sacri et professoris doctrinae religionis ad universitatem Pestensem promotus. 13. Dec. 1858. canon. hon. Strig. 1860. usque 1864. facultatis philos. h. t. pro-decanus. 1861. societ. s. Stephani in secundum vice-praesidem electus. Fuit et synodalis examinatus. Ab 1862. usque 1866. penes status gymn. Pest. commissarius AEppalis. Tunc etiam factus censor dioecesanus et ex speciali gratia suae Mattis AA. LL. et phil. doctor. Mense Febr. 1866. in distr. scholari Budapest. agenda regii supremi directoris illi commissa. 1867. rector magnificus universitatis electus. Eodem a. ad canonicam Magno-Varad. promotus. Mox abbas de Széplak. 1869. canonicus a latere eppi sui. 1870. rector semin. Magno-Varad., m. Febr. 1872. vero semin. gen. Budapest. constitutus. Eodem a. electus in vice-praesidem soc. s. Ladislai. 9. Maji 1877. ADiac. distr. Szolnokien-sis medii. † 4. Mart. 1878. Literariam ejus activitatem vide: Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 440.

Rodics Stephanus. Fuit conversus. 1674. accepit licentiam in Német-Gurab, nunc filia ad Csatay.

Rodsienszky Christophorus, vide Rosdinszky.

Rogoncsics Matthaeus. Fuit ab 1652. usque 1659. parochus in Horvátgurab.

Rogovszky Jacobus, vide Rohovszky.

Rohács Laurentius. 26. Oct. 1665. investitus licentiatu in Keszölcz, ubi usque 1695. actus erat, 17. Apr. 1697. in Szent-Péter.

Rohanszky Bartholomaeus. Occurrit 1559. parochus in Udvarnok, ubi eodem a. visitatio

peracta, in cujus instrumento de parcho: «Is servat sacramentum Eucharistiae in calice, more Lutheranico. Alias ceremonias omnes peragit catholice.» Ibidem 1560. Michael Szegedy peregit visitationem, qui de parcho sic: «Sine uxore, ordinatus Tirnaviae per R. D. Zondinum. Is tum in moribus, tum in religione latinam ecclesiam imitatur.»

Rohonczy Stephanus. 1638. synodo Tirnaviensi subscripsit qua abbas s. Adriani de Szalavár. 16. Jan. 1641. canon. Strig., eodem vel sequenti anno ADnus Sasvárensis, tum paulo post Comaromiensis. Ab 1643. usque 1650. parochus Tirnaviensis. 1647. in catalogo Lippayano occurrit qua canonicus cantor, beneficiatus de Hefflany, etc. 1648. iterum subscripsit synodo Tirnaviae, iterum qua abbas de Zalavár. Sub illo 1650. matrica scribi incepta sub titulo: Liber r. l. cittis Tirnav. in quo baptisati infantes describi solent sub parcho Stepho Rohonczy, etc. 1651. promotus ad eppatum Chanadiensem, una praeposituram Poseniensem. † 1653.

Rohovszky Jacobus. 16. Maji 1695. investitus parochus in Zsakócz, ubi usque 1696. operatus est.

Rohovszky Joannes. Natus 10. Mart. 1760. in Rohov. cottu Nitr. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. Poseniensi 1786. terminavit. Cooperatorem egit in Hidaskürt. 1790. obtinuit parochiam Felső-Szeli. Ubi occasione inundationis aquarum ad infirmum magis natando quam meando properans refrigeratus hecticam contraxit, ideo curandae valetudinis causa ad saniores regiones transire cupiens obtinuit Keresztur, ubi † 15. Oct. 1823.

Rohovszky Mathias. Igloviensis. 8. Dec. 1749. susceptus in alumnatum Budensem. Ubi post absolutam moralim 29. Apr. 1753. ordinatus. Cooperator in Eszék. Ubi in inferioris suburbii ecclesia deserviebat. Inde ad Scepusium missus. 29. Aug. 1761. applicatus in pari qualitate in Thaszár. 26. Jun. 1765. nominatus parochus in Velsicz, ubi 2. Oct. 1779. peracta est visitatio Batthyaniana, in qua de illo: «Non facilis ad dissensiones nisi justa de causa, verbi gratia, ob negatam sedecimam.» In sequelam 13. Aug. 1783. per. card. Migazzi, factae relationis quod sit temulentus, beneficium resignare debuit et inter deficientes numeratus. 1785. factus primus capellanus localis in Ó-Gyalla. Hinc in pari qualitate transpositus ad Bagota, quae nunc filia

ad Ó-Gyalla. Ab 1787. iterum deficiens. † 5. Maji 1801. in Felső-Szeli.

Román Josephus. Theologiam cum quinto a. in arce Poseniensi 1791. terminavit. Cooperatorem egit in Komárom-Szent-Péter. 2. Jul. 1796. nominatus parochus in Egyházkarcsa, quam 1842. resignavit et Budam recessit. ubi qua instituti emer. parochorum presbyter † 31. Jul. 1844.

Romani Paulus. Nobilis Egbellensis. Qua alumnus collegii gen. 1705. baccalaureus, 1706. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. terminavit. 24. Mart. 1708. ad tit. mensae cittis Tirnaviensis ordinatus. 27. Mart. 1711. investitus parochus in Drahócz et Madunicz, ubi matricam scribere incepit. Hinc 17. Oct. 1713. admin. 27. Apr. 1714. investitus parochus in Jókő. Inde 16. Apr. 1717. obtinuit Spácza, ubi usque 1718. activus erat. Ex Jókő 1720. capellanus apud comitem Berényi duobus a. 13. Apr. 1723. investitus parochus in Felső-Zelle, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. 1737. resignavit parochiam et assumtus ad semin. deficientium ubi † 18. Jan. 1740.

Romeiser Josephus. Natus 14. Aug. 1839. Budae in Tabán. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 2. Sept. 1862. ordinatus. Cooperatorem egit in Nyerges-Ujfalú, ab 1865. Budae, Christinapoli, ab 1866. Pestini ad Assum. ubi a 25. Nov. 1885. admin. 3. Febr. 1886. nominatus parochus. Jam. m. Apr. 1872. Suae Sanctitatis camerarius. 12. Febr. 1888. praepositus B. M. V. de novo monte Pestiensi. Est una s. Sedis Budapest. assessor, penes gymn. majus aug. et helv. conf. necnon sup. stat. schol. puellarum et instit. regnicol. «Nöképző-Egylet» et duo gymnasia in circulo IV. commissarius AEppalis, item fuit visitator AEppalis Sororum Anglicanarum ibidem. De litteraria ejus activitate habet Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 442.

Ronkovics Josephus, vide Rankovics.

Ronsák Alexander, vide Bocskák.

Rorbeck de Lava Pancratius. Occurrit 1499. Posenii parochus s. Laurentii et Martini. Hic etiam canonicus. † 1513. ut lapis sepulchralis docet. (Rimely, Cap. Posen. 259.)

Rosarius Georgius. Occurrit 1563. parochus Handloviae, qui ex mandato Mathiae Graeci vicarii 19. Mart. e. a. citationem peregit. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Rosdinszky Christophorus, Franciscus. 2.

Jun. 1688. investitus parochus in Nagy-Kosztolány. Per suos invasus 19. Apr. 1689. contra illum inquisitio mota. Hinc. m. Apr. ejusd. a. investitus in Nagysáró. Inde 11. Maji 1691. in Jókó, ubi usque 1693. activus erat.

Rosenbach Victorius, Jacobus. E prosapia libera baronica Rhenana, quae plures dedit viros ecclesiae in clero et s. ordinibus imprimis cruce signatis meritissimos. (Kneschke, Deutsches-Adels-Lexicon. VII. 576.) Ille ordini Trinitariorum adscriptus in claustro Agriensi degit dum 1784. suppressio decreta. Erecta 1786. in Óvár capellania locali 25. Nov. ejusdem a. illuc nominatus, ubi 15. Oct. 1787. fungi incepit. 1. Jan. 1797. beneficium reliquit, ut particeps sit insurrectionis, ex qua 15. Jan. 1798. reversus. Ex Óvár 26. Sept. 1799. investitus parochus in Loócz. 1825. pensione provisus beneficium resignavit et Strigonii in oppido S. Thomae in propria domo habitavit. Pluribus annis ante finem vitae lumine oculorum orbatus. Hanc domum et reliquam substantiam pro schola catholica destinavit. † 22. Mart. 1840. Aetatis 83. Sepultus in antiquo coemeterio oppidi. (Az eszt.-szent-tamási r. k. alapítványi elemi fitanoda vázlatos története.)

Rosenberger Joannes. Fuit parochus in Némethi in cottu Hont. † 1527. (E notis Georgii Palkovics.)

Rosenberth Michael. Occurrit 1561. Parochus in Báth. De quo visitator Joannes Derecskey notavit: Ordinatus Posonii, per Paulum eppum Zagrabensem, uxoratus, est purus haeticus. Et prosequitur ultro: «Idem fuit Viennae apud Vestram R. D. (Nicolaum Oláh) sed insalutato hospite reversus est ad Báth.» Aliquid inferius addit: «Vacillat in responsione. Reddidit inter alia: Dominus Bornemisza Viennae, judicaret me ad comburendum. Nisi fuisset pietas D. R. AEppi, male mihi evenisset. Sed arte et ego insalutato hospite e Vienna recessi. Nam manum meam appositam ad articulos Domini cubicularii denegare non potui. Forsitam discedam ego hinc et veniam Moraviam et nolo esse in synodo.»

Roskoványi Eugenius. Natus 4. Nov. 1841. Theologiam in semin. gen. 1864. terminavit. 8. Nov. ejusd. a. ordinatus. Subin ad institutum sublimioris educationis Viennae missus. 1867. Romam se contulit studiis vacandi causa. Art. lib. et phil. item ss. theologiae doctor creatus. Applicationem accepit qua coop. in Drégelypalánk.

1868. commissa illi fuit curatia in Péliföld-Szent-Kereszt, ast ille potius magnam cartusiam la Trappe in Gallia petiit. Unde 1871. reversus. Mente turbatus, Budapestini ad Misericordianos locatus, ubi † 27. Apr. 1878.

Roskoványi Mathias, Joannes. Nobilis hungarus Brutócziensis. Absolvit theologiam speculativam qua saecularis. 7. Maji 1727. susceptus in alumnatum Budensem. 16. Apr. 1729. ordinatus. 15. Maji ejusd. a. pro cura animarum expeditus. 25. Maji ejusd. a. investitus parochus in Egyházfalva, ubi 1732. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parcho sic: «Annor. 31. in cura anim. tertio. Contra quem nullam querelam deposuerunt.» Hinc 2. Oct. 1737. in Mellek, ubi incepit matricam scribere. Usque 1740. activus erat.

Rosnay Martinus. Theologiae usque secundum a. in Pázmáneó studuit. Cooperatorem egit Szakolczae medio quarto a. 18. Jul. 1741. investitus parochus in Nádas in cottu Poson. Hinc 6. Maji 1751. in Szobotist. Ibidem 30. Sept. 1754. Antonius com. Révay peregit visitationem, qui de parcho: «Doctrinae et aptitudinis sufficientis pro loco.» Ibi † 2. Jul. 1756.

Rostaházy Colomanus. Natus 1. Apr. 1836. Tatae. Philosophiae Tirnaviae, theologiae Pestini studuit. 27. Jul. 1859. ordinatus. Cooperatorem egit in Szomor, Budae ad s. Annam et ibidem in Praesidio ad B. M. V. Assumt. Mense Mart. 1869. nominatus parochus ibidem Christinapoli. Fuit diutius in comitiis regnicolaribus deputatus Tatentis. Sub illo ecclesia parochialis restaurata, turris ecclesiae nitido tecto provisiva. Domus parochialis nova aedificata. In Domo regnicolari mentecaptorum curatia erecta.

Rostás Martinus. 6. Jun. 1730. installatus parochus in Bős. Qui jam 1731. operari desinit.

Roszbory Joannes. Natus 31. Maji 1823. in Egbell. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 12. Dec. 1848. ordinatus. Cooperatorem egit uno a. in Szárazpatak. 1855. obtinuit parochiam Horvátgurab. Hinc 16. Mart. 1879. nominatus, 1. Jan. e. a. investitus parochus in Báhony. E notario distr. retento tamen hoc munere, 1884. surr. 1893. vero ord. VADiac. distr. Baziniensis.

Roszipal Antonius. Natus 20. Aug. 1862. Theologiam Strigonii 1885. terminavit. Cooperatorem egit in Szomolány, eodem adhuc. a. in Stomfa. Ab 1890. in Pudmericz. Eodem. a. admin. in Grinád, ubi 1891. parochus factus.

Roszival Stephanus. Natus 4. Aug. 1844. in Kis-Várad in cottu Nitr. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 2. Aug. 1868. ordinatus. Cooperatorem egit a 28. Aug. ejusd. a. Stomfae, 11. Sept. 1870. admin. applicatus in spir. et temp. in Besztercze, ubi 12. Oct. 1873. parochus factus est. Parochialem domum et ecclesiam radicaliter restaurari fecit. 13. Oct. 1877. doctor ss. theologiae in universitate Budapestiensi creatus. Ab 1881. usque 1892. districtus Stomfaensis deputatum egit in comitiis regnicol. 19. Maji 1883. VADiac. surr. distr. Stomfa et scholar. elem. inspector. 13. Nov. 1884. VADiac. ord. 8. Aug. 1885. examinatus pro-synodalis. 5. Jun. 1886. nominatus parochus in Perbete. Sub illo domus parochialis radicitus reparata. 19. Jul. ejusd. a. VADiac. distr. Udvardensis. 31. Maji 1888. nominatus parochus in Tardoskedd. Sub illo etiam ista domus parochialis restaurata. 14. Sept. ejusd. a. VADiac. distr. Érsekújvár. 20. Dec. 1889. ad capitulum Strigon. promotus. 2. Sept. 1890. instit. soror. Charit. Strig. director et schol. elem. cath. superior inspector. dioecesanus. 5. Febr. 1891. sede AEppali vacante bonorum primatialium director capitularis. 25. Mart. e. a. abbas B. M. V. de Pécsvárad. 27. Apr. 1893. commiss. centr. fundi aux. docentum cath. praeses. 27. Oct. ejusd. a. rector semin. s. Stephani. 21. Nov. e. a. studii theol. pro-director. Est etiam censor dioec.

Rosznáky Carolus. Natus 15. Oct. 1842. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strig. absolvit. 25. Febr. 1867. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Surány, ubi a 9. Jan. 1874. int. admin. 14. Apr. ejusd. a. parochus nominatus.

Rotáry Joannes. 16. Febr. 1728. investitus parochus in Nagy-Szelezsény. Hinc 7. Jan. 1736. in Garam-Ujfalu, ubi usque 1753. activus erat. 10. Dec. 1756. applicatus est spiritualis in semin. s. Stephani. Qua talis † 8. Nov. 1767. in Szent-Benedek.

Rotáry Matthaeus, Emericus. Ab 1665. alumnus collegii gen. cleri hung. 5. Dec. 1667. qua ss. theologiae auditor in eodem collegio ad magisterium philosophiae promotus. 1668. baccalaureus ss. theologiae graduatus. Jam 20. Sept. 1667. ordinatus. 7. Maji 1669. investitus parochus in Felső-Diós. Hinc 25. Jan. 1675. Modrae, ubi usque 1679. activus erat.

Roth Ignatius. Natus 8. Sept. 1815. Tatae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit.

23. Jul. 1842. ordinatus. Missus Budam ad latus superioris castrensis. Hinc post medium a. ad Nagy-Maros, inde ad Nagy-Kér, hinc ad Nagy-Maros remissus. Subin missus ad Nagy-Salló, hinc ad Dorog, 1849. ad Udvard et 1853. ad Gúta. 21. Jan. 1854. nominatus parochus in Párkány. Sub illo 1859. et 1860. commassatio terreni Párkány et Nána pro parochio prospere peracta. 1863. aedes parochialis notabili et utili transformationi subjecta. † 22. Aug. 1871. Fuit strenuus et zelosus pastor animarum.

Rotmund Stephanus. Studia theologica tribus annis Viennae exceptit. 1. Oct. 1738. investitus parochus in Alsó-Lelócz. Ibi 17. Jun. 1755. Antonius com. de Réva peregit visitationem, qui de parochio: «Aptitudinis uti et doctrinae pro loco sufficientis.» † 28. Jan. 1757.

Rotsák Andreas, vide **Rocsák.**

Rozánszky Gabriel. 4. Maji 1709. investitus parochus in Keszölcz et filiabus. Hinc 2. Mart. 1711. in Lekér. sed mature reversus et 13. Jun. e. a. iterum investitus in Tokod, Csév et Keszölcz. Hinc 19. Apr. 1714. in Naszvad. Inde 23. Apr. 1723. in Bátorkesz, ubi 1721. ecclesiam ab acatholicos reoccupatam, restaurari curavit. Ibidem 1732. Nicolaus Kelio peregit visitationem. Sub visitatione turris ecclesiae erigebatur. A 26. Oct. 1729. usque 2. Apr. 1730. una et Köbölkut administrabat. 1. Oct. 1741. investituram accepit pro Tót-Megyer, ubi usque 1745. activus erat. 1744. parochiani testantur rite fungi munere suo. 1745. Franciscus Károlyi in honorem s. Joannis Nep. ecclesiam erexit. Eodem a. resignavit parochiam et Tirnaviam recessit, ibi † 11. Jan. 1746.

Rozáry, vide **Rotáry.**

Rozboril Franciscus. 12. Nov. 1712. nominatus parochus in Rózsavölgy, ubi † 3. Febr. 1714.

Rozboril Georgius, Josephus. Velsiczensis e cottu Bars. Ex semin. s. Stephani 1698. baccalaureus, 1699. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1700. terminavit. 10. Jun. 1702. ordinatus 5. Sept. 1703. investitus parochus in Ocsova. Hinc 26. Febr. 1706. in Kis-Báb. Inde 19. Jan. 1707. in Jabloncza. Exhinc 22. Apr. 1711. in Predajna et Lopej. Demum 8. Nov. 1718. in Dobrona, ubi 19. Maji 1724. successorem nactus.

Rozboril Georgius, Egbellensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1670. baccalaureus, 1672.

magister philosophiae. 25. Jan. 1675. investitus in Velsicz. 27. Mart. 1680. in Nádas in cottu Poson. Hinc 2. Mart. 1681. in Unin. 1715. erexit capellam in Letnicz. 12. Jul. 1718. successorem nactus.

Rozemy Georgius, vide **Bezényi**.

Rozgonyi Franciscus Borg. Levensis. E semin. s. Adalberti 1740. baccalaureus, 1741. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1743. terminavit. 21. Sept. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Dunaszerdahely. 14. Nov. 1744. investitus primus parochus in Osgyán. Occasione illius introductionis acatholici tumultuosos excessus attentarunt, ideo e resolutione regia de 16. Jul. 1748. nobiles pecuniaria poena ad erigendam domum parochialem, mulieres ictibus scuticarum publice caedebantur. 25. Dec. e. a. intimato disponitur de fundo parochiae excindendo remotius a praedicante. 21. Jan. 1749. alterum intimatum de plectendis acatholicis denuo turbantibus parochum in sepeliendo. 1752. aedes parochialis erecta cum inscriptione: «DVCE MEO IESV ATQVE SERVATORE EXPENSAS TRIBVENTE EXTRVCTA.» Ibidem 23. Jul. 1766. conscriptio peracta. In praemium rectae agendi rationis et fatigiorum 1769. ad capitulum Scepusiense promotus. Subin praepositus de Aszód. Qua custos capituli incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Rozgonyi Joannes. 27. Aug. 1681. investitus licentiatu Sopornyae.

Rozmann (Rozmon, Rozmán) Joannes. Theologiam cum a. quarto in semin. gen. 1775. terminavit. Applicatus praebendatus coll. eccl. Poson. Ab 1777. missionarius Posonii. 1779. factus admin. in Deménd. Hinc 4 Dec. 1799. nominatus parochus in Szete. Ab 1813. VADiac. distr. inf. Hont. Inde 8. Jul. 1819. nominatus parochus in Kövesd, retento munere VADni. Exhinc 12. Nov. 1820. transivit ad Kemencze, ubi † 15. Maji 1826. Fuit una cottus Hont. tab. jud. assessor.

Roznich, aut Rozenicz Georgius. 4. Maji 1665. investitus parochus in Tótgurab, ubi usque 1674. activus erat.

Rózsa Josephus. Natus 19. Febr. 1842. Theologiam inchoavit Pestini, ob infirmitatem terminavit Strigonii. 25. Febr. 1867. ordinatus. Cooperatorem egit in Rimócz, subin in Drégelypalánk, ab 1870. Strig. in citte Aquatica. 1871. obtinuit parochiam Révfalu. Hinc 25. Nov. translatus ad

Várkony. Inde 10. Maji 1883. accepit Zeliz. 1891. surr. VADiac. in distr. Lekér.

Rozsházy Stephanus. Natus 2. Jul. 1830. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1861. terminavit. 28. Jul. ordinatus. Cooperatorem egit in Szentmihályfa, ab 1862. in Nagy-Magyar, ab 1864. in Tallós et ab 1867. in Zeliz. 1868. factus adm. in Kóspallag. Hinc 1872. in pari qualitate translatus ad Kürth in cottu Poson.

Rozsnyay Martinus, vide **Rosnay**.

Rucska Stephanus. Natus 24. Dec. 1825. Fuit alumnus dioec. Nitr. ad cujus titulum 6. Jan. 1849. ordinatus. 1860. ad legionem Huszarorum nro 9. principis Francisci Lichtenstein capellanus castrensis constitutus. 1865. Budae relevatus. 28. Febr. 1874. constitutus admin. in Alsó-Botfalva et 17. Dec. 1878. ad gremium ADioec. receptus.

Rudánszky Martinus. 5. Apr. 1663. investitus parochus in Alsó-Ludány, ubi 11. Jun. 1665. investituram reiteratam accepit.

Rudessey Andreas, vide **Rudinszky**.

Rudinecz Georgius. Viszokensis in cottu Trencsény. 3. Nov. 1739. susceptus in alumnum Budensem. Dein ex semin. Mariano 1740. baccalaureus, 1741. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1744. terminavit. 30. Mart. 1748. investitus parochus in Füß. Hinc 26. Sept. ejusd. a. in Divény in cottu Neogr. 1755. contra illum inquisitio mota. Inde 22. Sept. ejusdem a. investituram accepit in Balassa-Gyarmat. 1767. conscriptio parochiae peracta. Ab 1763. VADiac. distr. Szécsényiensis. † 27. Aug. 1772. Ibidem.

Rudini Samuel. Fuit 1700. parochus in Körtvélyes (Birndorf, Hrussovecz) in cottu Scepus. De quo visitator ejusd. a. Joannes Sigray dicit, quod sit recenter installatus.

Rudinszky Andreas, Josephus. Theologiam in semin. s. Stephani cum tertio a. 1724. terminavit. Jam 22. Maji 1723. ordinatus. 3. Mart. 1725. investitus primus parochus in Schweinsbach, ubi 1727. ecclesia consecrata. Hinc 29. Jan. 1735. transivit ad Szenicz. Fuit una VADiac. distr. cognominis. † 26. Dec. 1741. Ibidem.

Rudinszky Paulus. Kőbölkútensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1722. baccalaureus, 1723. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. jam qua sacerdos 1726. terminavit. 26. Maji 1725. ordinatus. Mense Maji

1726. investitus parochus in Csév. Hinc 28. Jan. 1731. in Kéménd, ubi usque 1736. operatus est.

Rudnay a Divékujfalu **Alexander**. Natus 4. Oct. 1760. in Szent-Kereszt in cottu Nitr. 1777. ad semin. s. Emerici Poseniense susceptus. Philosophiam in semin. s. Stephani Tirnaviae, theologiam Budae in gener. 1784. terminavit, ex quo etiam lauream doctoratus adeptus est. 1785. dispositionem expectavit in Laszkár. Cooperatorem egit Csasztae et in Szent-Benedek. Ab 1787. actuarius officii vicar. gen. Strigon. 1788. capellanus aulicus card. a Batthyán. 1789. secret. vicarii Tirnaviae. Eodem a. parochus in Koros. 1790. VADiac. surr. 1794. ord. distr. Nagy-Tapolcsány, una cottus Turócz tab. jud. assessor. 25. Jun. 1805. stallum canonicale Strig. adeptus 1806. rector semin. s. Stephani. 1808. abbas B. M. V. de Kolos, el. eppus Ansariensis, consiliarius ad exc. Consilium Ltle hung., una per distr. Strig. vicar. gen. 1809. ADiac. Sasvár., consiliarius aul. et refer. ad exc. cancellariam hung. item praepositus s. Thomae de monte Strig. 1815. eppus Transilvaniae. 1816. int. status consil. 28. Jul. 1819. nominatus, 16. Maji 1820. installatus AEppus Strig. et Princeps Primas Regni. Ille AEppalem sedem cum metrop. Capitulo, in ipsis inaugurationis suae solemnibus Strigonium reduxit. Magnificum templum in protenso monte, cui olim arx Strigoniensis insidebat, erigere, atque in hujus vicinia canonicorum aedes struere coepit. Denique festo s. Adalberti 1822. maxima cum solemnitate deposuit lapidem principalem Basilicae. Eodem a. synodum nationalem Posenii celebravit. 1829. S. R. E. Cardinalis. 28. Sept. 1830. Ferdinandum in regem Hung. Posenii coronavit. † 13. Sept. 1831. Strigonii. Tumulatus in Mausoleo primatum Basilicae.

Rudnay Georgius. 4. Nov. 1760. missus pro cooperatore ad Lakács et 3. Jun. 1761. ad Pöbedim. 8. Aug. ejusd. a. parochus investitus ad Vág-Szent-Kereszt. Hinc 10. Jan. 1766. in Pöstyén. 22. Sept. 1778. nominatus parochus in Verbó, ubi eod. a. aedes parochialis aedificatur, ad quam 5. Jul. e. a. Joannes com. Erdödy 150 finos et fornacem calcis resolvit. 4. Sept. 1788. peracta visitatio canonica Batthyaniana. 1779. factus VADiac. distr. Csejthensis. 1801. promotus canonicus Poseniensis. Qua valetudinarius in thermis Pöstyén existens † 30. Aug. 1802.

Rudnay Georgius. Theologiam cum cursu

morali terminavit. 28. Mart. 1698. investitus parochus in Turán. Hinc 25. Apr. 1701. in Nagy-Ölved. Ibi eodem a. Franciscus Josephus Jezericzky peregit visitationem, qui de statu ibi invento sic: «Templum desolatum sine tecto extra pagum in colle, ubi antea ipse pagus erat. Parochus 28. annor. hic loci duobus mensibus.» Jam 1702. reliquit parochiam, amplectens ordinem s. Benedicti. 1712. occurrit qua parochus Karancsághensis, usque 1713.

Rudnay Laurentius. Natus 11. Nov. 1819. in Vág-Szent-Kereszt. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 13. Jul. 1843. ordinatus. Cooperatorem egit in Garamújfalu. 1845. ceremoniarius eppi suffr. Majthényi. 1849. cooperator in Dorogh, subin Strig. in citte reg. demum Gútae. Anno adhuc 1849. qua politice compromissus Posenii detentus. 1852. praebendatus una coop. ad s. Ignatium, qua talis, consecrata 1856. basilica etiam ibi fungebatur. 1857. s. sedis notarius renunciatus. Hinc 9. Jul. 1863. investitus parochus in Nagyölved. Fuit capellanus secretus pontificius. † 3. Maji 1883.

Rudnay Matthaeus. Nagy-Ölvedensis, fuit 1721. alumnus semin. Budensis. 24. Aug. 1723. ordinatus. 3. Jun. 1724. investitus parochus in Nagy-Ölved. 1729. saeculo valedixit, transeundo ad ordinem s. Benedicti. Fecit foundationem pro duobus quovis mense lectis sacris, jam sub nomine P. Antonius Rudnay.

Rudnyánszky Michael. Kosztolánensis ex cottu Bars. 5. Nov. 1732. susceptus in alumnatum Budensem. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani absolvit. 2. Maji 1740. investitus parochus in Ürméncz. Hinc 16. Aug. 1753. in Nagy-Bresztován. Ibi 1755. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parocho notat, quod sit 49. annor. «Diligenter exequitur officium suum. Vitae exemplaris.» † 14. Aug. 1756. Ibidem.

Rudolf Adalbertus. Natus 13. Oct. 1829. Strigonii. Theologiam Viennae absolvit. 7. Aug. 1853. ordinatus. Cooperatorem egit Siglisbergae, Selmezbányae et Levae annis undecim. 5. Mart. 1865. nominatus parochus in Deménd. Hinc m. Juni 1873. in Vámos-Ladány. Ab 1892. VADiac. surr. distr. Levensis. 20. Dec. 1893. obtinuit Muzsla.

Rudolffy Paulus, vide **Radolffy**.

Ruelin Joannes, vide **Rienlin**.

Ruginszky Paulus, vide **Rudinszky**.

Rummer Georgius. Galgóczensis. Qua alum-

nus semin. s. Stephani 1721. baccalaureus, 1722. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. studuit. Qua tertii a. theologus et presbyter 1725. baccalaureus graduatus. Jam 23. Dec. 1724. ordinatus. 12. Dec. 1726. missus pro admin. dein investitus parochus in Csejthe. Qua talis 1727. ss. theologiae doctor creatus. Ibi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parcho, quod sit presbyter 6. annor. 1735. Emericus Georgius com. Erdödy erexit aram s. Joannis Nep. Munus VADiac. distr. cognominis illi concreditus. 1729. capellam s. Antonii restauravit. 1731. turrim labilem eccl. funditus reaedificavit. (Jedlicska, Kiskárpáti Eml. 470., 473., 480., 483.) 13. Apr. 1741. canonicus Posoniensis. In capitulo usque custodiatum ascendit. † Mense Mart. 1773. Postquam decem annis coecus vixisset. Fundavit sacra in capitulo et in Csejthe. Jam qua clericus in arte oratoria excelluit. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 452.)

Rummer Joannes. 1755. e Pázmáneo absolutus 2. anni, theol. gratia S. J. in alumnatum Budensem missus. 3. Apr. 1756. ord. 8. Apr. e. a. missus pro cooperatore ad Nagy-Lévárd. 31. Mart. 1759. investitus parochus in Pernek, ubi † 10. Nov. 1762.

Rummer Stephanus. Galgóczensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1727. baccalaureus, 1728. magister philosophiae. 6. Jul. 1733. investitus parochus in Nagy-Lévárd. Hinc 30. Dec. 1734. in Felső-Dió. Inde 22. Dec. 1838. Galgóczii, ubi † 31. Maji 1739. in obsequio pestiferorum. Cujus memoriam posteritati reliquerant fideles monumento in nova ecclesia ad ipsum chorum eidem erecto.

Rumpold Leopoldus. Theologiam cum quarto a. in gen. semin. Budensi 1781. terminavit. Cooperatorem egit Galanthae. 27. Apr. 1786. praesentatus parochus pro Rózsavölgy, ubi † 6. Mart. 1799.

Rupescius Marcus. Törökbálintensis in cottu Pest. 8. Sept. 1730. susceptus in alumnatum Budensem. 30. Nov. 1732. ordinatus. Capellanus ad latus com. Berényi uno a. Cooperator in Divény, cottu Poson. aequo uno a. 28. Sept. 1734. investitus parochus in Szent-Endre. Ibi 23. Mart. 1756. Josephus Batthyány peregit visitationem qui de parcho, quod sit 50. annor. † 14. Jan. 1759. ibidem.

Rusbáczky Alexander. Fuit S. J. adscriptus. Suppressio illum invenit in residentia Rosnaviensi conc. fest. exhortatorem quadr. et quatuor temp.

catechetam slavorum, habentem montis Calvariae et congregationis agoniae curam. 13. Apr. 1774. investitus parochus Kapronczae, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensis.

Ruscák de Regete-Ruszká Antonius. Natus 12. Febr. 1804. — 7. Oct. 1829. ordinatus. Ab 1831. cooperator in Lédecz, ab 1832. in Selmezbánya, ab 1833. in Nádas. 27. Oct. e. a. nominatus parochus in Kormos. Inde 1840. factus admin. in Néved. Hinc 1842. in pari qualitate translatus ad Nagy-Fajkürt, ubi usque 1846. operatus. Hinc Tirnaviae domum deficientium intravit. Sub bello pro libertate patriae, inter pyrobalaros pugnabat. Post 1849. exsul factus potissimum Tiroli degit et 1856. ex Oeni-Stamsio poemate celebravit solemniam dedicationis Basilicae Strigon. 1857. reversus, factus admin. in Uny. Hinc m. Dec. 1859. in Köpösd, ubi usque 1860. activus erat. Subin subsidiarium egit Csasztae et mox curatum anabaptistarum in Morva-Szent-János. Inde iterum ora exteriora petiit. Denique a m. Sept. 1875. admin. in Szkiczó, ubi † 9. Mart. 1887. e marasmo senili In literatura non sine meritis. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 452.)

Ruskovics, vel Hruskovics Marcus. 1673. in aestate investitus parochus in Horvát-Gurab, ubi 1683. successorem nactus.

Rusznayák Andreas. Natus 2. Febr. 1807. in Bittsa in cottu Trencsén. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 11. Maji 1832. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Jác, in Valle-Mariae, Ó-Tura, Podolae et in Ujvároska. 1844. obtinuit beneficium parochiale Hrachovistye. Hinc 1847. transivit ad Madunicz. Inde m. Martio 1869. inito cum Stephano Michalek cambio 1. Maji e. a. transivit ad Ujvároska, ubi † 2. Nov. 1870.

Rusznayák Josephus. Natus 5. Jun. 1802. Ordinatus 25. Sept. 1825. pro dioecesi Nitriensi. 1858. ad ADioecesim venit et qua int. cooperator Podolae applicatus. Ab 1859. subsidiarium egit in Valle-Mariae, ab 1860. vero Basinii. 12. Jan. 1863. admin. a 28. Nov. e. a. parochus in Hidegkút. Mense Oct. 1870. translatus ad Pusztavogyerád. 1873. factus VADnus ord. distr. Nagy-Kosztolán. 1878. parochiam resignavit et Posonium recessit, ubi † 3. Jul. 1882. Sepultus in coemeterio s. Andreae.

Ruszticzák Theodorus, vide Rhasticza.

Rutkay Ignatius. Usque 1665. collegii Pázmániani alumnus. Subin missus Romam studio

rum causa, 27. Jul. 1667. investitus parochus in Felbaár. Hinc promotus ad capitulum Poseniense. 1671. vero ad Strigoniense. 22. Apr. 1676. ADiac. Comarom. † Mense Apr. 1681.

Ruttkay Stephanus. Theologiam cum quarto annò qua alumnus Révayanus in semin. s. Stephani 1772. terminavit. 10. Febr. ejusd. a. missus pro cooperatore Cremnicziium. 28. Maji 1775. nominatus parochus in Szucsán. 1776. recidit ad dioec. Nitriensem. Ejus latina poemata conservantur. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 254.)

Ruttka, vel Rutta Fridericus. 6. Nov. 1697. ordinatus. 2. Jun. 1700. investitus parochus in Nagy-Röcze. 1733. ibidem Joannes Illyés peregit visitationem qui parochum non nominat.

Ruzsicska Martinus. Natus 3. Maji 1761. in Lévárd cottu Posen. Theologiae duos annos in Pázmáneó terminavit, 1784. cassato Pázmáneó illam Posenii in generali semin. continuavit et cum quinto a. 1787. terminavit. Cooperatorem egit in Gajar. Ab 1788. praebandatus chori eccl. coll. Posen. 28. Jan. 1792. nominatus parochus in Nagy-Herestyén eum in casum si vacaret, sed quum non vacaverat 16. Apr. e. a. nominatus et pro Alsó-Merasicz et pro Ujvároska. Hanc retinuit. Ibidem 1798. sacerdos gallus Carolus Brioles mortuus, cujus causa cum Consilio Ltli tractare debuit. Hinc 1808. transivit ad Galgócz, ubi † 9. Febr. 1829. In protocollo defunctorum monumentum promeritae laudis habet.

S.

Saal Stephanus. Lonthensis in cottu Hont. 1. Nov. 1736. venit ex Emericano ad alumnatum Budensem. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1742. terminavit. 20. Apr. e. a. investitus parochus in Várgede. Eotum Gesztenses per absolutum voluerunt a Várgede separari. 1750. pro reparanda ecclesia aliqua summa resoluta. Hinc 10. Apr. ejusd. a. investituram accepit pro Vágsellye, ubi 1753. Andreas Rabcsék, 13. Aug. 1755. Antonius com. de Réva peregerunt visitationes, hic de parocho: «Doctrinae et aptitudinis pro loco hoc sufficientis.» † 3. Oct. 1774. Ibidem.

Saáry Blasius, vide Sáry.

Saáry Georgius, Emericus. 13. Jun. 1696. investitus parochus in Soóshartyán. Hinc 2. Maji 1697. in Sempte, ubi jam 1698. successorem accepit. 27. Apr. 1700. in Patak, Vadkert et Deythár. Inde 9. Maji in Nyitra-Pereszlény, ubi † mense Apr. vel Maji 1705.

Saáry Stephanus. 26. Aug. 1717. nominatus parochus in Salgó-Tarján. Hinc 9. Oct. 1725. in Vadkert, Patak et Dejtár. 1740. capella s. Joannis Nep. in ejusdem nominis primatiali praedio per Joannem Szabagyhegyi erecta, ac per ipsum et Ludovicum Lezák dotata. 1743. parochialis ecclesia per Emericum e com. Eszterházy aedificata. Operatus est in Patak, usque 1732. in Vadkert usque m. Mart. 1754.

Sabariensis Joannes. Primus fuit alumnus capituli Strig. Viennae in Bursa Agni. 6. Oct.

1590. accepit quatuor minores a Joanne Kutassy. 15. Dec. subdiaconatum, 20. Dec. vero diaconatum cum titulo sacellanatus Tirnaviae. Presbyter 22. Dec. e. a. ordinatus. Subin capellanum egit Tirnaviae. 28. Sept. 1593. canonicus Strig. installatus. 1594. una parochus castri Érsekújvár, ubi usque 1598. activus erat. Tirnaviam reversus rectoratum altaris ss. Trinitatis obtinuit. † 1614. Sepultus in templo s. Nicolai prope cathedram.

Sabranovics Joannes, Georgius, vide Szabrnovics.

Sacharovszky Paulus, vide Zacharovszky.

Saecula Paulus, vide Szekula.

Saffarovics Paulus. 8. Febr. 1684. investitus licentiatus in Hajnik, ubi usque 1690. operatus est.

Sagasser Christianus, Ignatius. Ex dioecesi Pragensi oriundus. Unde sufficientes testimoniales de ordinibus ac etiam dimissoriales adtulit. 11. Dec. 1716. investitus parochus in Kaproncza cum Lucska. Hinc 17. Mart. 1717. in Monte S. Georgii, vulgo Perg, cum filiali Konesch-Haj. Propter revindicationem pratorum ecclesiae lites habuit cum magistratu Cremnicziensi. Operatus est usque 1720.

Sághy Albertus. 17. Jun. 1670. investitus parochus in Egeg. Hinc 9. Mart. 1686. in Zsdány. Inde 9. Maji ejusd. a. in Gyerk. Exhinc 30. Aug. 1867. in Nagy-Salló, ubi † m. Mart. 1690.

Sághy de Eadem et Nádasd Casparus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali

Posoniensi 1798. terminavit. Cooperatorem egit in Marczal. 5. Dec. 1803. nominatus parochus in Nagy-Csalomja. Hinc 5. Dec. 1815. in Óvár, quam ex canonicis causis fine Sept. 1834. resignavit, domicilians in Nagy-Oroszi, subin Posonii, ubi qua instituti emer. parochorum presbyter. † 2. Jun. 1840.

Sághy Franciscus. Ad recursum communitatis oppidi Párkány 1734. resolutus est in administratorem, ubi activus erat usque 1746. Dein visitantis Dei manu tactus et mente turbatus administrationi et vitae finem posuit. Propriis sumptibus vineam in Hegyfark successoribus reliquit.

Sághy Georgius. Natus 20. Apr. 1810. in Hont, cottu eodem. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 29. Aug. 1833. ordinatus. Cooperatorem egit in Dunaszerdahely. 5. Jun. 1838. obtinuit parochiam Dercsika, quam 1872. resignavit. † 30. Sept. 1876. in Sárosfalva.

Sághy Paulus. Nobilis Kónyensis e cottu Jaur. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1711. baccalaureus, 1712. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1713. terminavit. 27. Febr. 1714. investitus parochus in Kürth in cottu Komárom. Ab 1716. una et Csúz administravit. 1714. ibidem Paulus Olasz peregit visitationem qui de parocho: Neoparochus, ante mensem installatus. 25. annor. Subin VADiac. distr. Udvardiensis. 1731. ibidem per Paulus Forgách visitatio peracta, in qua de parocho: «Diligens in muniis suis. Conciones zelosas facit.» † 5. Jan. 1751. Ibidem.

Saághy Stephanus. 1615. occurrit parochus in Majtény.

Sághy Vendelinus. Natus 24. Apr. 1810. in Tejfalu ad Duna-Szerdahely. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 29. Aug. 1834. ordinatus. Cooperatorem egit in Ipolyság, Drégely-Palánk et Tardoskedd. 12. Sept. 1846. nominatus parochus in Üzbégh. Motibus politicis involutus 13. Apr. 1849. incaptivatus et ad 12. a. carcerem damnatus exstitit. Hinc 6. Jul. 1850. eliberatus, ob censuram quam incurrit apud Franciscanos 40. dierum poenitentiam subivit. Quibus satisfactis pro admin. missus ad Nagy-Fajkürth. Unde post exactas ibidem vix 5. m. per politicam jurisdictionem deturbatus, in defectu vitae mediorum primo in Tardoskedd apud familiam Juhász, serius in Szeptenczujfalu apud familiam Hegedüs paedagogum egit. 2. Maji 1851.

praebendatus chori eccl. Strig. 1854. factus cooperatorem in Kemencze. 1856. admin. in Érseklél. Hinc 1868. transivit ad Muzsla, ubi † 17. Mart. 1890. Etiam cum literatura se occupavit. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 454.)

Sakan Joannes. Occurrit 1626. parochus in Csejkbö, ubi 1626. Tobias Pisztes peregit visitationem, qui de parocho: quod sit legitime ordinatus per R. D. Czeredy.

Salamon. Inter 1332. et 1337. plebanus de Quemén (Kéménd) ADtu Sancti Georgii (Cathedralis), qui juratus dixit, suum beneficium per annum non valere plus nisi marcam et tres fertones. (Mon. Vat. S. I. T. I. 231.)

Salamon. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos Sancti Martini de Leua (Léva,) qui juratus dixit, suum beneficium valere quatuor marcas, solvit 24. grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 191.)

Salamon. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Presse (Prassicz), ADnatus Nitr. qui juratus dixit suum beneficium per annum non valere ultra marcam, solvit decimam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 232.)

Salamon. Occurrit 1559. parochus Leibitzensis, senior fraternitatis XXIV. parochorum oppidorum regalium terrae Scepusiensis. Activus in restaurandis privilegiis quorum acta igne consumta. (Wagner, Analecta Scep. II. 257.)

Salamon Joannes. E cottu Sárosiensi pago Kurova ortus. Parochi Kuroviensis gr. cath. et VADiac. Makoviensis filius. Philosophiae doctor. In universitate Tirnaviensi professor. Translata universitate Budam, ibidem in academia Theresiana educationi nobilium fere e tota Europa destinata applicatus. Abhinc duobus a. in aula card. AEppi morabatur. 12. Apr. 1786. qua parochus venit ad Láb. Mense Mart. 1792. in congreg. distr. in Zohor asservata electus est per condistrictuales in VADiac. distr. Stomfaensem. Sub illo avulsa filia Csütörtök. Legavit 20,000 fnos, ut e censu 5 viduae parochorum in dioec. Eperies pensionem percipiant. Meritissimus et omni laude dignissimus vir † 25. Aug. 1831. ceu cholerae orientalis victima. Aetatis 84.

Salamon Josephus. Natus 16. Febr. 1815. Strigonii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 28. Sept. 1838. ordinatus. Cooperatorem supplementem egit Strigonii et in Dorogh. Eodem adhuc a. cooperatorem Gutae. Ab 1849. admin. in Ekel, ubi † 21. Jul. 1879.

Salgó Joannes. Natus 25. Maji 1828. in Udvard. Theologiae Pestini studuit. 12. Mart. 1854. ordinatus. Cooperabatur Gutae, in Kéménd et Strig. in citte regia. Ab 1859. praebendatus una coop. eccl. metr. Strig. 1865. obtinuit parochiam Deménd, quam ob defectum linguae slavicae recusare coactus, priori stetioni immanens. 9. Jun. 1866. factus parochus in Felső-Thúr. Hinc 10. Sept. 1872. nominatus in Karancsságh. 4. Nov. ejusd. a. obtinuit munus surr. 1886. ord. VADiac. districtus Szécsény. Ab 1888. parochus in Nagy-Salló, una VADiac. distr. Lekér. Habet merita in litteratura. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 455)

Salix de Felberthal, antea Vrba Carolus. Gajarensis. 20. Mart. 1677. ad titulum AEppi Strig. subdiac. ordinatus. Ab 11. Aug. 1682. primus parochus in Laáb. Hinc 16. Maji 1685. investitus parochus in Récse, ubi usque 1690. operatus est. Ipsius patruus fuit Joannes Salix eppus Quinque-Eccles. canon. Strigon. et monasterii Cisterciensium Wellehradensis abbas.

Salix de Felberthal Joannes. Gajarensis. Magister in theologia. Ordinis Cisterciensis. 1647. fuit parochus in Gajar. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. 21. Apr. 1560. electus est in abbatem Wellehradensem in Moravia in praesentia Jacobi Martini aulae reg. abbatis et visitoris ac vicarii gen. per quem 20. Nov. e. a. in infulatum abbatem etiam benedictus. 31. Jul. 1653. nominatus per Ferdinandum III. regem una abbas Czikádorensis in Hungaria. 17. Sept. 1656. abbatiam Wellehradensem mox et Czikádorensis resignavit. 24. Jan. 1658. el. eppus Quinque-Ecclesiensis. A m. Aug. 1659. parochus et decanus Szokolczensis. Ex episcopatu 200, ex parochia sua 500 finos hung. percepit. 24. Apr. 1661. nempe universa sui episcopatus bona Ladislao Pethő, praesidii Kis-Komárom praefecto pro 200 fl. et uno tapete turcico ad annum elocavit. 26. Sept. ejusd. a. confirmatus Romae. Fuit una nominatus eppus Corbaviensis. 23. Aug. 1663. installatus canonicus Strigon. et ADiac. Gömöriensis. Ex parochia 31. Dec. ejusd. a. discessit. † 9. Jul. 1668. Tirnaviae. Sepultus 10. Jul. in templo cathedrali ad altare s. Dorotheae.

Salix Franciscus. 7. Apr. 1694. investitus parochus in Pernek. Hinc 14. Apr. 1696. in Felső-Micsinye. Inde 7. Jun. 1700. in Almás in cottu Poson. ubi matricam inchoavit. Exhinc 1708. transivit ad Prencsfalva, ubi 6. Dec. 1709.

investitus. Ibidem 1713. visitatio Petrocziana peracta. Activus erat usque 1715.

Sallay Casparus, vide Szilla.

Sallay Paulus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1801. terminavit. Cooperatorem egit in Érsekujvár. 2. Mart. 1809. promotus ad parochiam Farkasd, ubi † 18. Febr. 1835. Fuit cottus Comar. et sed. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor.

Sallay Stephanus. Occurrit 1630. parochus in Püspöki. Iterfuit 4. et 5. Oct. hoc a. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae synodo. 1634. visitator Georgius Draskovics de illo sic: «Qui e vita cessit, vitam ipsius calamo non perstringo. Hoc unum attingam, quod etiam de successore questi sunt, saepe abesse parochum a domo, vel Tirnaviam, vel in Dienesd, Szemet aut alio itare; tantam multitudinem in Püspöki sacris saepe numero destitui. Libro defendit 1630. Petrum Pázmány contra aggressionem Petri de Pécsvárád. (Szabó, Régi Magyar Könyvtár. I. 595. sz.)

Salman Paulus. Occurrit 1626. parochus Lutilensis, ubi eodem a. Tobias Pisztesz peregit visitationem qui de parocho dicit, quod sit legitime ordinatus.

Samkó Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani. 1699. terminavit. 18. Dec. ejusdem a. ordinatus. 26. Maji 1700. investitus parochus in Divék-Ujfalú. Hinc 25. Maji 1701. in Turdossin, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parocho: «Annor. 42. Suis muniis diligentissime sine ulla querela satisfacit, seque punctis suae Emin. in omnibus conformis habet.» Inde 11. Febr. 1719. transivit ad Polonka, ubi usque 1731. occupatus fuit.

Samuel Aloysius. Natus 1. Maji 1804. in Gödöllő. 19. Dec. 1829. ordinatus. Missus pro cooperatore Comaromium. Ab 1830. Pestini ad B. M. V. Assumt. 7. Mart. 1835. nominatus parochus ad s. Rochum. Hinc 14. Sept. 1840. ad s. Josephum. A m. Aug. 1843. VADiac. surr. distr. Budensis. Inde m. Jan. 1846. transivit ad B. M. V. Ass. retento munere VADiac. 12. Jan. e. a. praepositus B. M. V. de Majk. 20. Jan. e. a. ord. VADiac. Quum politicis fluctibus inmixtus fuit m. Dec. 1849. VADnatum, m. Febr. 1850. parochiam resignavit et ad vitam privatam recessit. † 16. Febr. 1856. Pestini. Fuit celeberrimus orator et versatus literator. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 458.)

Sándor Franciscus. 4. Sept. 1756. investitus

parochus in Nagymodró, ubi mox desinit operari, nam eodem a. successorem nactus.

Sándorfi Ferdinandus. Natus 9. Mart. 1863. in Bossác. Philosophiam et theologiam Strigonii 1886. terminavit. 30. Maji. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Stomfae et in Szomolány. 1. Oct. 1891. factus adm. m. Jun. e. a. parochus in Lopassó. Est versatus archaeologus et literator. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 459.)

Sándrik Josephus. Natus 2. Jan. 1853. Theologiam in Pázmáneó 1876. terminavit. 16. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Garamujfalu, ab 1879. in Selmezbánya. 27. Jul. 1884. nominatus parochus in Steffoltó.

Sanicius J. Ab 1620. usque 1628. parochus in Turócz-Szent-György.

Sankovits Bartholomaeus. Natus 18. Apr. 1863. Gyöngyösin. Theologiam Budapestini in gen. semin. 1885. terminavit. 30. Sept. ejusd. a. ordinatus. Catechetam egit Budapestini. 1887. cooperator Bajnae, in cottu Strig. 1891. in Komárom-Szent-Péter et eodem a. in Duna-Szent-Pál. Mense Sept. 1892. obtinuit parochiam Révfalu.

Sántha de Nyitravicsap et Pusztaszánthó Augustinus. Natus 13. Dec. 1813. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Oct. 1837. ordinatus. Cooperatorem egit in Ipolyszakállos et Levae. 1. Aug. 1849. admin. 18. Dec. e. a. parochus in Báth. 3. Jul. 1891. incorporatus instituti s. Adalberti.

Sántha Georgius. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1792. terminavit. Cooperatorem egit in Tölgyes. 28. Aug. 1794. nominatus capellanus localis in Helemba. 1795. parochus. † 29. Maji 1827. ibidem.

Sántha Michael. Natus 24. Oct. 1824. Bussae. Philosophiam Vaczii, theologiam usque tertium cursum Tirnaviae, quartum privatim terminavit. 22. Aug. 1849. ordinatus. Supplementem cooperatorem egit in Bussa. Hinc transivit pro cooperatore ad Ipolyságh, subin ad Varbó. 10. Oct. 1852. obtinuit parochiam Óvár. Hinc 16. Aug. 1868. transivit ad Megyer, ubi † 24. Nov. 1887.

Sántha Stephanus. Natus 6. Jun. 1821. in Dalmad. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 4. Aug. 1847. ordinatus. Cooperatorem egit septem mensibus Szeniczii. 1848. obtinuit parochiam Rohó. Hinc 14. Nov. 1859. nominatus in Szobotiszt, ubi † 27. Dec. 1888.

Sardik Fabianus, Sebastianus. Natus Gal-

goczii. Fuit ordini ss. Trinitatis de redemptione captivorum sub nomine Gratianus a s. Antonio adscriptus. Subpressio ordinis invenit illum superiorem Tirnaviensem. Ab 1785. egit spiritualem semin. gen. Poson. 1787. factus primus capellanus localis in Vajk. Hinc 29. Sept. 1788. nominatus parochus in Brezova. Ab 1803. VADiac. distr. Miavensis. Hinc 1809. transivit ad Ó-Tura. Inde 16. Nov. 1814. ad Csejthe, ubi una VADiac. distr. cognominis. 1819. ecclesiam et parochiam renovavit. † 9. Apr. 1883. Ex marasmo senili, annor. 86. Sepultus in crypta capellae s. Antonii.

Sárficzky Michael. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii terminavit. Cooperatorem egit Bajnae in cottu Strig. ab 1794. Budae ad s. Annam. 1. Febr. 1796. nominatus parochus in Ó-Gyalla. Hinc 1805. transivit ad Lakács. Inde 1808. ad Negyed, ubi 1811. Adalbertus Tarkó peregit visitationem. 1840. parochiam resignavit et instituto emeritorum adscriptus habitavit Posonii, ubi † 31. Dec. 1842. Aetatis 76. Fuit cottus Strig. et Comar. prout sed praed. de Verebely et Szent-György tab. jud. assessor.

Sárkány de Ákosháza Joannes. Natus 2. Maji 1800. Theologiam in semin. Mariano 1823. absolvit. 1824. et 1825. in instituto presbyterorum Strigonii transivit. 15. Aug. 1824. ordinatus. Cooperatorem egit Samariae. Ab 1826. praebendatus et succentor eccl. metr. Strig. Ab 1827. valetudinem curavit Posonii. Ab 1829. sine officio in Perlep. Ab 1831. cooperator Comaromii. Ab 1832. primi legionis equestris Hung. ADucis Ferdinandi capellanus castrensis. Ab 1837. domus invalidorum militum Cellensium capellanus castrensis. Ab 1840. capellanus castrensis stationis garnisonalis Comaromii. 5. Apr. 1846. nominatur parochus in Szémő, ubi 22. Sept. ejusd. a. visitatio ADiac. per Vincentim Jaross peracta. † 25. Aug. 1855. ex cholera.

Sárközy Stephanus. Philosophus et theologus. Ab 1644. parochus praesidii Verebely. 1647. ibidem Mathias Schegel peregit visitationem, qui de parochia: «Aetatis 40. residens in hac parochia annos tres.» Fuit una vice-gerens in districtu Verebely. 6. Oct. 1651. installatus canonicus Strig. † 1. Mart. 1652. Tirnaviae.

Sarlay Franciscus. Natus 10. Febr. 1795. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1822. terminavit. 1823. et 1824. in instituto pres-

byterorum transegit Strigonii. 5. Mart. 1823. ordinatus. Cooperatorem egit in Verebély. Ab 1826. in Ó-Bars. Eodem a. transivit ad Nagy-Ölved. 1828. missus pro admin. in Koltha, ubi 18. Mart. ejusd. a. parochus nominatus. Hinc 1. Jun. 1851. transivit ad Nagy-Endröd. 1859. resignavit parochiam. † 20. Sept. ejusd. a.

Sarlay Georgius. Ab 1739. parochus in Istvánfalva. 30. Jun. 1742. nominatus in Hosszúfalu, ubi † 17. Mart. 1748.

Sármir Joannes. Natus 26. Dec. 1849. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1872. terminavit. 21. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ürmény, ab 1873. in Nagy-Tapolcsány. Ab 1878. int. admin. 18. Jul. ejusd. a. nominatus parochus in Závada, quam 1889. resignavit et factus est cooperatores in Selmezbánya. Ab. 1892. parochus in Csejkő.

Sárossy Georgius. Nagy-Sárosiensis ex cottu Sáros. 11. Nov. 1740. susceptus in alumnatum Budensen. Subin parochus in Abrahámfalva, quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensis.

Sartorides Martinus. Occurrit 1630. parochus in Holics. Interfuit synodo eodem a. Tirnaviae celebratae. In Holics 1631. Joannes Kőszeghy peregit visitationem qui de parocho sic: «Vir simplex et bonus, qui commendatur a parochianis, quod sit in officio suo diligens, idque peragat cum aedificatione auditorum. Familiam habet honestam et libros pro suo usu sufficientes.» 1647. nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Sartoris Andreas. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1774. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Tapolcsán. 1781. factus parochus in Kisvendég. Hinc 2. Sept. 1782. obtinuit Závada, ubi † 6. Maji 1801.

Sartoris Martinus. Occurrit 1630. licentiatus in Tesmag. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae.

Sartoris Martinus, Andreas. 13. Jul. 1667. investitus parochus in Betlér, ubi usque 1668. operatus est. 9. Jun. 1671. investituram accepit pro Rosnavia, ubi usque 1682. activus erat.

Sartoris Mathias. Ex Rimabrezov. Qua alumnus semin. Marianiani 1730. baccalaureus, 1731. magister philosophiae. Subin parochus in Káposztalva. Jam 1763. VADnus distr. inf. fluvii Poprád fuit. † 13. Jan. 1775.

Sartoris Nicolaus, Stephanus. Theologiam in semin. s. Stephani termin. 18. Apr. 1699. ordinatus. 12. Sept. e. a. investitus parochus in Lieszkő. Hinc 3. Maji 1702. in Haj. Inde 13. Jan. 1706. in Kis-Appony.

Sartorius Georgius. Occurrit 1630. licentiatus in Mellek, interfuit 4. et 5. Oct. ejusd. a. synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae.

Sartorius Georgius, Augustinus. Sasvárensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1676. baccalaureus philosophiae. Theologiam cum cursu speculativo in Pázmáneó terminavit. Cooperatorem egit triennio Tirnaviae. 29. Apr. 1691. investitus parochus in Hosszúfalu, ubi matricam inchoavit. Ibidem 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parocho, quod sit annor. 75. completorum, sacerdotii sui 44. Vir apostolicus et de ecclesia optime meritus. Quem bonum pastorem ipsi parochiani commendarunt non absque solatio visitatoris, qui illi et secunditias et mercedem meritis parem precatus». Activus erat usque 1732.

Sartorius Michael. 29. Jul. 1667. investitus licentiatus in Vadkert.

Sartorius Nicolaus. Occurrit 1603. parochus Szakolczae, cui jussum, quod sub una specie communionem dispenset. 16. Dec. e. a. contra illum contumacem ADiac. Nitr. actionem movit.

Sártory Joannes. Nagy-Katensis. 1700. susceptus in alumnatum Budensem. Theologiam cum quarto anno in semin. gen. 1776. terminavit. Cooperatorem egit in Csolnok. 1776. obtinuit parochiam Szomor. Hinc 21. Dec. 1782. transpositus ad Dömös, sed eam nequaquam occupavit. 1797. restauravit ecclesiam in filiali Gyermel prout chronosticon docet: «ECCLESIA DEI VERA SVPER PETRAM XRISTI SITA RESTAVRATA EXPENSIS SVIS.» Ibidem † 3. Dec. 1813.

Sárváry Andreas. Natus 21. Mart. 1816. Jaurini. Qua Piarista philosophiam Vacii, theologiam Nitriae absolvit. 26. Jul. 1843. ordinatus est. Professorem egit Pestini, Ujhelyini, Vesprimi et rursum Pestini, ultimo Claudiopoli. 1865. ad ADioecesim Strig. susceptus missus pro cooperatore ad cittem reg. Strig. 28. Dec. ejusd. a. nominatus parochus in Nagy-Légh.

Sáry Blasius. Occurrit 1589. parochus in Nagy-Czétény. 26. Sept. e. a. causam movit contra certum Bacskády. (E notis Georgii Palkovics.)

Sáry vide Saáry.

Sass Joannes, Ambrosius. Studia sua in convictu Olomucensi absolvit. 15. Apr. 1717. investitus parochus in Nagy-Czétény. Hinc 12. Sept. 1718. in Nagy-Herestyén. Inde 23. Apr. 1723. in Kőbölkút, demum exhinc 21. Jun. 1724. in Pusztá-Födémes, ubi † 1728.

Saulus. Inter 1332. et 1337. parochus in Nova-Villa, (Nyerges-Ujfalu) in ADtu Budensi. Solvit tres grossos. In rationibus collectorum pontificium altera vice etiam occurrit, pro anno tertio, tunc solvit grossos quinque. (Mon. Vat. S. I. T. I. 373. et 385.)

Saupius, vel Saugius Martinus, Antonius. Theologiam in semin. s. Stephani terminavit. 20. Maji 1665. ordinatus. 20. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Gaidl, ubi usque 1668. occupatus.

Savornovics Georgius, vide Szabrnovics.

Savrnovics Georgius, Joannes. Theologiam in Pázmáneo cum quarto a. terminavit. 2. Jul. 1688. investitus parochus in Liptó-Szent-Ivány. Hinc 18. Apr. 1693. in Veszéle. Inde 7. Maji 1696. in Ó-Tura. Ibi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem in qua notatum, quod sit annor. 38. sacerdotii 10. Hic loci convertit haereticum unum, alibi 256. Ibidem 1700. altera peracta visitatio per eundem visitatorem. Tunc parochum annor. 41. esse dicit, cui injunxit, quod exhinc debeat visitare infirmos, esto non vocetur; etiam Lutheranos. Tales convertit 16. Inde 7. Maji 1706. in Nahács. ubi † m. Sept. e. a.

Scandula, vel Schindel Joannes Christophorus. Ab 1647. parochus in Ottóvölgy. In catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc. a. confecto occurrit sub nomine Sindel. Successorem 1648. nactus.

Szekovics Adalbertus. Polonus. Occurrit 1700. parochus in Szlatvin, ubi eodem a. Joannes Sigray peregit visitationem, qui parochum nominat.

Schauprius Martinus, vide Saupius.

Schavniczky, vel Styavniczky Michael. Susceptus ad clerum 1759. datus ad Pázmáneum, inde jussu AEppi Tirnaviam ad semin. gen. translatus. 1763. ordinatus et 21. Apr. e. a. pro cooperatore ad l. r. cittem S. Georgium missus, ubi parochus infirmitate gravato uno a. et duobus mensibus omnia administraverat. 2. Jul. 1764. investitus parochus in Grinád. Hinc 13. Sept. 1771. in l. r. citte ad S. Georgium, ubi 14.

Nov. e. a. Consil. Ltle jussit ordinari regulationem stolae. 16. Jul. 1787. in hac re praeside AEppo concertatio asservata. 21. Sept. 1781. visitatio Batthyana peracta. In qua de parochis: «Temperamenti phlegmatici et modesti. Amatur a suis, sed etiam ob justas et necessarias reprehensiones metuitur.» † 8. Nov. 1806.

Schebanek Ignatius. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1795. terminavit. Cooperatorem egit in Sasvár, ab 1796. in Divény. 1806. parochus factus in Detrekő-Szent-Miklós, ubi † 31. Dec. ejusd. a.

Schedi Joannes Bapt. Fuit S. J. adscriptus. Cassatio invenit illum in domo missionis in Liptó-Szent-Miklós missionarium, ubi et curam scholarum trivialium habuit. Subin ADioecesi ingremiatus. 10. Apr. 1775. investitus parochus in Ószuszkó, ubi desolatum statum inveit. 1. Oct. 1779. VADiac. 1783. ecclesia bis mille finis compendiosius restaurata. 1785. et 1786. domus parochialis aedificata. † 17. Maji 1788.

Schedi Michael. Szokolcensis. Qua alumnus semin. gener. 1756. baccalaureus, 1757. magister philosophiae. In eodem semin. theologiam cum quarto a. 1761. terminavit. 25. Oct. ejusd. a. missus pro cooperatore Bazinium, 15. Maji 1762. ad Sasvár et 13. Dec. 1763. ad Kopcsány. 24. Mart. 1764. investitus parochus in Stepanó, ubi † 19. Mart. 1772.

Schedius Josephus, vide Schedivy.

Schedivy Josephus. Natus 10. Mart. 1772. in Dojcs. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1796. terminavit. 6. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Moravánka, ab 1797. in Závod, ab 1800. in Nagy-Jác, ubi etiam parochiam administravit. Dein cooperatorem in Holics et ab 1803. in Sasvár. 1806. obtinuit capellaniam localem in Nagy-Kovaló, ubi 13. Maji 1807. investitus, 1809. vero parochus factus. Hinc 29. Maji 1810. nominatus in Radosócz, ubi 22. Febr. e. a. investitus. Hoc beneficium 13. Mart. 1848. resignavit et inter emeritos numeratus, qua talis † 7. Nov. 1851.

Schedúnyi Ignatius. Natus 7. Mart. 1793. Theologiae in quartum a. in semin. Mariano studens 8. Mart. 1815. ordinatus est. Cooperatorem egit in Windschacht, ab 1817. Posonii in Virágvölgy. 1820. accepit parochiam Szöllös, quam m. Apr. 1853. resignavit et Posonii resedit, ubi † 9. Dec. 1866.

Schentel Sigismundus. Occurrit 1428. rector altariae s. Nicolai in Körmöczbánya. (Schemat. hist. Neosol. 299.)

Scheri Andreas. Rajeczensis e cottu Trenacsén. Qua saecularis in universitate Tirnaviae 1727. baccalaureus, 1728. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. 1731. terminavit. 12. Mart. 1734. investitus in Szemeth, nunc filia ad Somorja. Hinc 1736. transivit ad Sárköz. Ibi 20. Jun. 1745. ecclesia per Michaellem, Ignatium Frivajsz eppum sufr. consecrata. † 2. Nov. 1760. Ibidem.

Scherz Carolus. Natus 17. Jan. 1807. Posonii. Philosophiam ibidem, theologiam Jaurini absolvit. 31. Jan. 1830. ordinatus. Succentorem et cooperatorem egit Posonii annis 13. administratorem Lazarethi civici Posonii. annis quatuor, inde 1849. iterum cooperator ad s. Martinum. Ab 1855. capellanus localis in Váralja, (Zuckermantl) Posonii, ubi † 18. Sept. 1888.

Schiffer Franciscus. Natus 12. Apr. 1845. Theologiam Strigonii 1869. absolvit. 25. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Misérd, ab 1871. Budae-Veteri, ibidem a 6. Febr. 1877. usque 2. Maji ejusd. a. int. administrator. Eodem a. tranpositus pro cooperatore ad circulum IV. ad Assumt. ibi una exhort. in reg. maj. gymn. Ab 1880. praeses consoc. sodal. cath. Pest. 1883. factus praeparandarum cath. Budapestensium director. Ab 1888. camerarius pontificius ad hon.

Schill Balthasar. Natus 19. Nov. 1804. Palotae in cottu Veszprém. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 19. Dec. 1829. ordin. Cooperatorem egit Samariae annis 2. m. 9. 1832. obtinuit parochiam in Hidas. Hinc 12. Jun. 1839. transivit ad Nagy-Paka, ubi m. Jul. 1862. fatale incendium fere totum pagum una cum domo parochiali et sacristia devastavit. † 8. Aug. 1881.

Schilling Josephus. Natus 1730. Comaromii. Philosophiae ac theologiae Viennae in Pázmáneo studuit. In visitationibus 1754. secretarium egit. 22. Nov. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Szölgyény, ubi et int. administravit. 24. Mart. 1756. constitutus capellanus aulicus primatis Nicolay Csáky. 4. Nov. 1757. investitus parochus in Nyerges-Ujfalui 1767. motus Tirnaviam qua deficiens. Inde 19. Dec. ejusdem a. missus pro cooperatore Földvarinum. 18. Oct. 1769. investitus parochus in Bozsok, ubi sub ejus cura nova surrexit ecclesia. 1776. incorporatus dioecesi Quinque-Ecclesiensi. † 1. Jan. 1785. Tumulatus in ecclesia.

Schimaczius Adolphus. Natus 15. Nov. 1830. Theologiam Strigonii 1852. terminavit. 19. Mart. 1853. ordinatus. Missus pro subsidiario ad Selmezbánya. Adhuc eodem a. applicatus cooperato in Udvard et post brevi Posonium ad s. Martinum. 1856. constitutus admin. in Tepla. Hinc 1861. in pari qualitate transivit ad Alsó-Várad. Inde 10. Jun. 1864. obtinuit Csejök, ubi similiter admin. constitutus. 27. Febr. 1881. a beneficio amotus, Tirnaviam se conferre jussus, illuc tandem 20. Maji se contulit, et in instituto emer. parochorum degit.

Schlegel Georgius. Tirnaviensis. 1652. collegii Pázmániani alumnus. 15. Apr. 1656. ordinatus. 1664. canonicus Posoniensis, una parochus ad s. Martinum ibidem. Hinc 17. Apr. 1668. installatus canonicus Strigon. 1669. obtinuit parochiam Tirnaviensem. 25. Apr. 1673. ADiac. Neogr. 22. Apr. 1676. Nitriensis. 22. Apr. 1677. praepositus s. Georgii. † 22. Maji 1679.

Schlegel Matthaeus. 5. Sept. 1627. qua capellanus regius Neosolium venit pius et doctus sacerdos. Hic primum in cameratica domo officialibus sacra celebravit, una et fidelibus qui in civitate quidem multi erant, sed nec capella, nec sacerdote gaudebant. 1630. Petrus Pázmány, dioecesim suam lustrans, de restituendis ecclesiis hic loci sollicitus fuit, curamque habuit de erigenda hic residentia et schola S. J. Ab 1727. ordinatione regia etiam curio Selmezbányensium fuit, quibus in sacello domus camerae sacra peragebat, assumtis pro auxilio capellanis potissimum e S. J. Ab 1640. extendebat activitatem suam etiam in Regiomonte et aliquoties Cremnicii, sic ad universas montanas civitates. Pro exantlatis fatigiis et meritis 17. Jul. 1642. investitus canonicus Strig. remanens tamen parochus in suo districtu parochiali, una etiam ab 1643. ADiac. Bars. in quo districtu 1647. exactam peregit visitationem. 1644. ob disturbia tumultuosa ad arcem Szent-Benedek semet recepit, ubi tunc Johannes Posgay canonicus praefectus erat. Postea ad decanatum Cremsenssem in Austria assumtus est.

Schleipen Michael. Trencsiniensis. Qua theologus tertii a. in semin. Mariano 1761. magister philosophiae, in eodem a. etiam studium theologiae terminavit. 10. Jun. ejusd. a. missus pro cooperatore Szokolczam. 18. Jan. 1764. investitus parochus in Bélaház, ubi † 24. Jun. 1782.

Schlereth ab Halm Petrus, Joannes. Illum 26. Jan. 1711. rector collegii S. J. Budensis qua parochus principalis Budensis constituit vicarium pro ecclesia Neustiftensi, dato desuper reversali. (Acta Jes. Bud. F. 13. n. 22.) Magistratus eodem a. et ecclesiam parochialem et plebaniam ampliari et exstruere curavit. Ob complures contra eundem fundate positos querimonias, nempe, quod magistratum non respectut, 1723. resignavit beneficium hocce. Fuit ss. theologiae doctor.

Schmauchler Godelfriedus. 30. Jul. 1712. investitus parochus oppidi Radvány. 1718. habuit controversiam cum ministro Garamszegiensi Paulo Szeverényi. Hinc 11. Febr. 1719. in Szkleno una cum filiali Neo-Stubna. Ubi ad dignitatem praepositi infulati s. Augustini de insula Leporum evectus. † 4. Jul. 1737.

Schmelder Nicolaus. Circiter ab 1443. usque 1455. occurrit plebanus in Szent-Antal. (Ex actis parochiae Selmeczbánya)

Schmidt Georgius. Fuit alumnus collegii Apollinaris Romae. Unde cum commendatione Clementis XI. et cardinalis Paulucci in patriam venit. Hic mensuratoris officium gessit. 12. Aug. 1716. investitus parochus in AEppali citte Strig. ex mandato Em. et Ser. Principis de Sexonia. In ecclesia sua per eundem card. erecta, propriis sumptibus extruxit duas pulchras aras. Item duas capellas in fundo AEppali unam s. Sebastiano, alteram s. Joanni Bapt. dicatam. Tropheum item ad pontem Danubii honoribus s. Joannis Nep. statuit. 11. Apr. 1724. ad canonicatum Strig. promotus, a 20. Dec. 1729. praefectum semin. s. Stephani egit, ab 1730. vero parochum Tirnaviensem, jam tunc abbas de Pankota. 1733. ad ADiac. Gömör. installatus. 1739. tum pestis Tirnaviae grassaretur egenis 3000 finis succurrit. 2. Mart. 1740. custos capituli factus. Fuit celeberrimus concionator hung. et germ. † 13. Jan. 1746. Ibidem.

Schmidt Georgius. Schemnicziensis. Qua alumnus semin. s. Steph. 1763. baccalaureus et magister philosophiae. Occasione hujus distribebatur liber P. Nicolai Schmidt, «Episcopi Agrienses.» Theologiam in eodem semin. et Viennae terminavit. 2. Maji 1768. missus pro cooperatore ad Magyar-Szölgyény, hinc 24. Febr. 1769. Tirnaviam. 9. Maji 1773. investitus parochus in Kis-Tapolcsán. Ibidem 30. Sept. 1779.

peracta fuit visitatio Batthyániana. In qua de illo: «Mansvetus, cum dominis terrestribus nec in minimo disconvenit.» ubi † 10. Aug. 1782. Habuit patrum Gabrielem Schmidt canonicum et custodem Jaurin. Fratrem Joannem exc. canc. protocollistam.

Schmidt Jacobus, Joannes. Schavnikensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1731. baccalaureus, 1732. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1736. terminavit. 7. Mart. 1737. in Nagy-Szuha, 12. Jul. 1738. investitus parochus in Tardos. Extruxit parvam aram lateralem s. Joannis Nep. Hinc a 4. Jan. 1739. gubernavit etiam parochiam Héreg. 1. Nov. 1740. in Irsa, ubi usque 26. Oct. 1749. activus erat, et ad eremum Csima in territorio Bajnensi recessit, ubi etiam pie in Domino obiit, ac in adjecta eremitorio capella sepultus est.

Schmidt Josephus. Origine Aranyos-Marotensis. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1804. terminavit. Cooperatorem egit Hodrusbányae, ab 1806. in Ó-Bars, ab 1810. in Sasvár. 1815. factus est parochus in Nagy-Kovaló, hinc 1819. transivit ad Kuti, ubi † 2. Apr. 1844. Aetatis 63.

Schmidt Leonardus. Origine Ottóvölgyensis. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1815. terminavit. Cooperatorem egit Pestini ad s. Spiritum, ab 1822. ibidem ad Assumt. 6. Jul. 1824. nominatus parochus in Nagy-Mánya, quam ab nimiam debilitatem oculorum 6. Mart. 1864. resignavit, quae 12. e. m. acceptata. Habitationem fixit in loco natali. A 1. Nov. 1871. instit. s. Adalberti membrum. † 18. Sept. 1872. Aetatis 81. in Ottóvölgy.

Schmidt Paulus. Natus 4. Dec. 1804. in Boleráz. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 25. Oct. 1828. ordinatus. Cooperatorem egit in Búr-Szent-György et ab 1829. Szuhae. 1837. factus parochus in Nagy-Bresztován. Munus notarii gessit supra viginti annis. Fuit et s. sedis Tirnaviensis assessor. † 14. Febr. 1888.

Schmidt Petrus, Joannes, Josephus. Studuit Friburgi Brigaviae. Theologiam cum tertio a. terminavit. Mense Jul. 1689. investitus parochus in Krautpruck, (Hidas) et Misérd. Hinc 1690. transivit ad Börsöny. A 13. Oct. 1695. curam animarum gessit in Bélabánya. Hinc 28. Mart. 1696. investituram accepit in Német-Próna, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem,

qui de paroco sic: «Germanus. Annor. 54. sacerdos 30. hic uno anno.» Operatus est usque 1701.

Schnausz Franciscus Sal. Natus 10. Sept. 1814. Strigonii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Oct. 1837. ordinatus. Informatorem egit apud familiam Foglár et Bencsik. Ab 1838. cooperatorem in Nagy-Oroszi, ab 1840. in Nagy-Salló, ab 1841. in Kürth, ab 1843. in Nagy-Czétény, ab 1846. in Patak, tum Nagy-Maros usque 1848. Intermedio tempore interimiter admin. parochias Füzes-Gyarmat, Bajcs, Csúz et Nagy-Sáró. Ab 1848. vero cooperatorem in Nagy-Salló, ab 1849. Bajnae. Ab 1852. admin. in Érseklél. Hinc m. Sept. 1854. in pari qualitate translatus ad Ipolyfödemes. Ibi 1855. parochia et ecclesia ex integro renovata. 1858. ara major et una lateralis erecta. 1860. nova sacristia et 1862. altera ara lateralis constructa. Inde 20. Jan. 1866. obtinuit parochiam Loocz, quam 8. Dec. 1885. resignavit. † 28. Jan. 1888. in Puszta-Berki.

Schnausz Georgius. Natus 24. Aug. 1804. Strigonii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 21. Dec. 1827. ordinatus. Qua neomista infirmo paroco in Visegrád subsidiariam operam navavit. Ab 1828. cooperatorem in Egyház-Gelle, ab 1829. Samariae. Eodem a. translatus iterum ad Nagy-Maros. Demum 1830. Comaromii. 2. Sept. 1831. nominatus parochus in Kurtakesz. 1860. citra petatum parochus Nagy-Sallóensis una VADiac. nominatus, ast priori stationi remansit, assumpto honore surr. VADni distr. Udvardensis. 1. Maji 1878. ingremiatus instituti s. Adalberti. † 16. Jun. ejusd. a. in Kurtakesz.

Schneider Adamus, Josephus. Modrensis. Qua saecularis 1731. in universitate Tirnaviensi baccalaureus, 1732. magister philosophiae. Theologiam cum a. tertio in semin. s. Stephani 1736. terminavit. 30. Jan. ejusd. a. investitus parochus in Nagy-Szelezsény. Hinc 12. Maji 1740. in Velicz, ubi † 1. Dec. 1761.

Schneider Andreas. Natus 1. Jul. 1858. Theologiam Strigonii 1879. terminavit. 20. Jun. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Rimócz, 1883. in Ipolynyék, 1884. in Nagymaros. 1888. admin. in Kis-Oroszi. 1889. obtinuit parochiam Nagy-Bajcs.

Schneider Casparus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1802. terminavit.

Cooperatorem egit in Windschacht. Ab 1805. ibidem admin. Ibique † 16. Aug. 1811.

Schneider Jacobus, Josephus. Vallensis ex cottu Zol. Qua alumnus semin. s. Stephani 1750. baccalaureus, 1751. magister philosophiae. Hinc e. a. missus ad alumnatum Budensem. 31. Mart. 1753. factus coop. in Eszék. 6. Aug. 1756. in Sasvár. 24. Apr. 1762. investitus parochus in Péterfalva. Hinc 6. Mart. 1782. nominatus ad Sasvár, ubi † 4. Maji 1788.

Schneider Joannes Nep., Josephus. Vallensis ex cottu Zoliensi, 1759. susceptus in alumnatum Budensem. 7. Sept. 1761. factus cooperatorem in Cseklész. 25. Aug. 1762. in Lévárd, tum in Szent-György. 14. Aug. 1765. investitus parochus in Tót-Gurab. Hinc 4. Mart. 1766. in Tót-Próna. Inde 5. Aug. 1789. in Baka-Bánya, ubi † 26. Maji 1791.

Schneider Josephus. Natus in pago Tnisch in Moravia. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1799. terminavit. Cooperatorem egit in Windschacht. 25. Maji 1803. nominatus parochus ibidem. 21. Oct. 1805. factus vicedirector Tirnaviae. Ab 1816. idem munus sustinuit in Pázmáneo. 1820. canonicus Posoniensis et electus parochus civitatis. Abbas B. M. V. de Valle. 7. Apr. 1825. installatus canonicus Strigon. 23. Dec. ejusd. a. ADiac. Sasvárens, una rector Pázmáni. † 15. Nov. 1830. Aetatis 53. ex affectione hepatis. Posthumam substantiam fundo pauperum transcripsit.

Schnell Georgius. Natus 8. Febr. 1781. Tirnaviae. Philosophiam et theologiam demto a. quarto in arce Posoniensi, hunc Tirnaviae absolvit. 12. Aug. 1804. ordinatus. Cooperatorem egit Schemniczii, 1806. Bazinii. 6. Jul. 1807. nominatus parochus in Nagy-Bresztován. 1827. VADiac. surr. dein ord. distr. Tirnaviensis. Item cottus Poson. tab. jud. assessor. 21. Dec. 1837. installatus canonicus Poson. Ab 1842. parochiae Tirnav. admin. 1844. capituli ejatis praepositus et canonicus una parochus ac VADnus civitatis. Abbas s. Pucheriae de Crisio. † 5. Jun. 1871.

Schnierer Ignatius. Natus 17. Dec. 1824. in Valle Minorum. Theologiam Tirnaviae absolvit. 16. Jul. 1850. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Surány, 1851. in Nádas in cottu Hont. 1853. in Nagy-Lévárd et Bazinii. 1858. capellanus castrensis leg. pedestr. No 72. In premium meritorum 26. Apr. 1862. nominatus

parochus in Holics. Numismate bellico decoratus.

Schóber Eduardus. Natus 28. Febr. 1841. Pöstyénii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 23. Jul. 1865. ordinatus. Cooperatorem egit in Ó-Tura, ab 1867. in Gajar. 11. Nov. 1870. obtinuit parochiam Ujvároska. Mense Majo 1883. renuntiatus VADnus surr. subin ord. distr. Nagy-Kosztolánensis.

Schön Joannes. Alsó-Diósensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1712. baccalaureus, 1713. magister philosophiae. Ab 1717. parochus et decanus in Sasvár. Habuit filiales Strazsa, Csári et Szomolánka. 29. Mart. 1733. AEppus consentit, ut Paulini possint in Sasvár ad thaumaturgam statuum B. M. V. inservire. † 4. Sept. 1742.

Schönbach de Schindwolf Josephus. Natus 1784. Theologiam in semin. s. Stephani 1808. terminavit. 22. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Windschacht, ab 1811. Pestini ad s. Spiritum, ab 1817. ad Assumpt. A 16. Jan. 1819. int. admin. ibidem, hinc a 19. Febr. ejusd. a. ad s. Leopoldum. Subin iterum cooperatorem ad Assumpt. 5. Jun. 1822. electus parochus ad s. Josephum, quam 4. Aug. 1840. resignavit. Qua instituti deficientium parochorum presbyter † 6. Aug. 1852. in Kis-Márton. Fuit ss. canonum doctor. Facultatis jurid. penes r. Universitatem Pest. membr. coll.

Schores Georgius. Theologiam cum tertio a. 1709. terminavit. 17. Dec. ejusd. a. ordinatus. 13. Maji 1710. investitus parochus in Csiffár. Hinc 18. Mart. 1711. in Némethi in cottu Hont. Inde 17. Nov. 1713. in Báth. Exhinc demum 5. Dec. 1717. in Szebeléb, ubi usque 1727. operatus est.

Schormann Andreas. Ab 1633. plebanus in Novák. 1634. ibidem Joannes Solnensis peregit visitationem, qui diversa specialia refert, quod tectum templi ita sit destructum, ut tempore pluviae fideles discedere debeant. Clenodia templi in arce per Mansfeldium omnia perierunt. Parochus pro celebratione missae propria habet omnia. Subditos habet sex. Educillum in pago denegant nobiles Majthényi. In paschate perfrugerunt vas cerevisii parochi. Rajcsányi perceptor in absentia parochi invasit domum parochialem et abstulit tapetem e mensa. Molitorem parochi nobiles ad suos labores trahunt et sic divexant parochum. 2. Jun. 1636. complanata est lis inter

parochum ac subditos suos respectu medietatis possessiones Papplehota.

Schormann Antonius. Natus 3. Sept. 1806. Schemnicii. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani Tirnaviae 1833. absolvit. 11. Sept. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Vásárút, ab 1835. in Egyházgelle. 1839. factus est parochus in Hidegkút. Hinc 13. Apr. 1847. in Zavar, ubi † 13. Aug. 1879. Inpositus tumulo fratris sui Joannis Schormann emeriti parochi Csábrághensis.

Schormann Joannes. Natus 25. Aug. 1791. in Selmezbánya. Theologiam in Pázmáneó 1815. terminavit. 25. Aug. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Windschacht. 17. Oct. 1817. nominatus parochus in Csall, nunc Csábrág, quam 1843. resignavit. † 26. Oct. 1870. in Zavar. Fuit frater Antonii.

Schormann, vel Zurmann Paulus. Occurrit 1633. parochus in Janó-Lehota. In connotatione tabellari districtus s. Crucis de eodem a. notatur de illo, quod tunc jam ultra 30. annos in eodem districtu deserviet. 1639. occurrit in Kaproncza, ubi de illo dicitur, quod hoc a. Jano-Lehotam transivisset. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 317.)

Schott Josephus. Vágujhelyensis. 1769. ad clerum susceptus et philosophiam et theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1774. terminans 15. Dec. e. a. missus pro cooperatore ad Cseklész. Post decem menses 11. Oct. 1775. Tirnaviam. 29. Maji 1779. obtinuit parochiam Ujlak, quam 1. Jul. e. a. ingressus. Ibi 18. Maji 1780. visitatio Batthyianiana peracta. † 9. Jul. 1795. ibidem.

Schrabik Paulus, vide **Skrabik.**

Schrader Henricus. Occurrit ab 1622. canonicus Poseniensis, ab 1623. parochus ad s. Martinum usque 1629. Ibidem 1626. visitatio capituli peracta in qua nominatur. In capitulo usque 1644. degit.

Schrajer Adamus. Theologiam cum quinto a. in arce Posen. 1788. terminavit. 1789. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Sasvár, ab 1790. Pestini ad Ass. 28. Jun. 1795. nominatus capellanus localis in Helenba, sed stationem non est adgressus. 22. Jan. 1798. nominatus parochus Pestini ad s. Josephum. 21. Sept. 1801. intimat consil. r. ltle, ut intuitu ingravescentis Budae Pestini morum corruptelae, media ecclesiastica cum discretionem tamen pa-

storali adhibeantur; in talibus, quae etiam lege civili poenalia sunt, semet in casibus specificis ad politicam instantiam convertant. Hinc 1809. transivit ad s. Theresiam, quam parochiam 20. Febr. 1835. resignavit, pensione donatus. † 5. Oct. 1841. Ibidem.

Schramek Carolus. Natus 15. Oct. 1855. Theologiam cum quarto a. 1881. absolvit. 29. Jun. ejusd. a. ordinatus. Cooperator in Vittencz. 12. Jun. 1886. admin. factus in Alsó-Jattó, ab 1890. in Sárísáp, ubi 1891. parochus factus.

Schrank Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. Budensi 1783. absolvit. Cooperatorem egit in Selmeczbánya. 6. Jan. 1792. nominatus parochus in Szent-Antal. 7. Febr. 1806. factus surr. subin ord. VADiac. in distr. Hont. sup. 7. Febr. 1826. promotus ad Canonicatum Poseniensem. † 26. Sept. 1833.

Schreher Joannes. 27. Febr. 1757. missus pro cooperatore ad Somorja. 28. Oct. 1758. investitus parochus in Egyházkarcsa, ubi 1775. ex integro reparata ecclesia. † 28. Dec. 1789.

Schretter de Wohlgemuthhaimb Carolus, Georgius. 30. Mart. 1702. investitus parochus in Velkopole. Hinc 10. Jan. 1704. in Kaproncza, una et in Lucskó. Ibi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui de parcho: «34. annor, parochus 12, hic 9.» Inde 1716. transivit ad Körmöczbánya, ubi usque 1720 operatus est.

Schrobik Joannes. 6. Maji 1673. investitus parochus in Hodrusbánya, ubi usque 1675. activus erat.

Schulcz, vel Szölez, aut Sulcz Andreas. 16. Aug. 1713. investitus parochus in Liszkófalva, ubi 1731. Ujvendéghy Joannes peregit visitationem, qui de parcho, quod sit annor. 63. in cura animarum 20. in loco 19. annis. Activus erat usque 1732.

Schulcz Joannes Nep. Natus 4. Maji 1808. in Körmöczbánya. Theologiam Tirnaviae absolvit. 12. Maji 1832. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nemcsény, 1834. Bajnae in cottu Strig. 1841. in Kövesd, 1844. in citte Aquatica. 1845. obtinuit parochiam in oppido S. Georgii Strigon. Hinc 2. Oct. 1850. investitus parochus in Kövesd, ab 1864. surr. post quinque menses ord. VADiac distr. Szalkensis. Mense Maji 1885. obtinuit canoniam Tirnaviae. Ascendit in capitulo usque lectoratum.

Schulcz Petrus. Natus 21. Oct. 1760. Crem-

nitii. Theologiam cum quinto a. cursu practico in semin. gener. Posenii 1789. terminavit. 1790. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Misérd, ab 1792. Schemniczii, ab 1793. vero in Buda-Eörs. 16. Aug. e. a. nominatus parochus in Békás-Megyer, ubi † 20. Apr. 1817.

Schulegh Samuel, Petrus. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1805. terminavit. Cooperatorem egit in Hodrusbánya, ab 1806. in Selmeczbánya. 9. Apr. 1808. nominatus capellanus localis in Kolpach, ab 1810. parochus ibidem. Mense Sept. 1811. obtinuit parochiam Bikszárd. Hinc m. Aug. 1817. transivit ad Oszuszkó. 5. Oct. 1821. ad Magyarbél. 1834. admin. in Verbócz, 1836. vero in Assakürth, ubi usque m. Sept. 1839. activus erat, tunc inter emeritos parochos numeratus. † 29. Maji 1840. Nitriae.

Schuliszta Joannes. Natus 27. Maji 1820. Szakolczae. Qua Piarista philosophiam Vaczii, theologiam Nitriae terminavit. 4. Aug. 1845. ordinatus. Usque 1858. qua religiosus Tatae, Levae et Nitriae egit professorem in gymnasiis, quo a. ad ADioec. susceptus. Cooperatorem egit 11. m. in Ó-Bars. 15. Oct. 1860. concredita illi fuit admin. in Szkiczó. † 30. Sept. 1875. in terminis Karlsbad.

Schumiczky Joannes, Josephus. 11. Dec. 1711. investitus parochus in Bélaház. ubi usque 1712. ac dein iterate ab 1714. usque 1719. operatus est.

Schun Andreas, vide Thun.

Schuster Ignatius. Natus 1741. Posenii. Theologiam in Pázmáneo inchoavit et cum quarto a. in semin. gener. Tirnaviae 1766. terminavit. Cooperatorem egit a 5. Febr. e. a. Vetero-Budae. 23. Jan. 1768. missus ad Pécsvárad. 1775. int. admin. ibidem, 30. Mart. 1776. vero investitus parochus. Eodem a. incorporatus dioecesi Quinque-Ecclesiensi. 10. Mart. 1777. VADnus designatus, quod munus 1796. resignavit. † 25. Mart. 1806. Tumulatus in nova ecclesia ante sanctuarium. (Brüstle, Recensio cleri. IV. 178.)

Schütz Josephus. Theologiam in Pázmáneo absolvit. 9. Jul. 1769. applicatus vice-praefectus in semin. Budensi. 29. Sept. 1770. investitus parochus in Visegrád. Hinc 15. Sept. 1772. in Nagymaros, ubi † 6. Maji 1803.

Schwartz Franciscus. Belobányensis. 1776. susceptus ad alumnatum. Defensa in semin. ge-

ner. philosophia ad Pázmáneum pro theologia missus. 29. Oct. 1772. praefectus Emerici comitelli Csáky constitutus. 13. Nov. e. a. missus pro cooperatore ad Lévárd. 1779. obtinuit parochiam Pernek, ubi 30. Sept. 1782. peracta visitatio Batthyaniana, in qua de paroco: «Sanitatis bonae, formae mediocris, cum parochianis et dominio bene convenit. † 18. Oct. 1795. Ibidem.

Schwartz Franciscus. Theologiam cum a. quarto in semin. AEppali Poson. 1794. terminavit. Cooperatorem egit 1804. Budae in Aquatica, ab 1811. in Arce ad Assumt. Eodem a. obtinuit parochiam Csolnok, ubi † 2. Febr. 1830. ex hydrope. Rexit pusillum gregem omni cum pietate et modestia.

Schwartz Joannes. Natus 1739. in Tuzsina. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 29. Jul. 1763. missus pro cooperatore ad Sexard. Mense Nov. 1765. factus admin. 13. Sept. 1766. investitus parochus in Babarcz. 1776. dioecesi Quinque-Ecclesiensi adscriptus. † 15. Nov. 1786. ibidem. Sepultus in ecclesia. (Brüstle, Recensio Cleri, IV. 834.)

Schwartz Josephus. Natus 14. Sept. 1763. Tirnaviae. Theologiae usque tertium a. in Pázmáneum studuit, quam cum quinto a. in semin. gener. Posonii 1786. terminavit. 1787. in domo presbyterorum ad s. Josephum Tirnaviae transegit. Cooperatorem egit Budae ad s. Annam, ab 1788. ad Ass. in praesidio. 1. Mart. 1798. nominatus parochus in Buda-Eörs, ubi † 29. Sept. 1831.

Schwartz L. B. Joannes, Ludovicus. Ex Svezia oriundus. 1767. factus canonicus Posoniensis. 3. Mart. 1770. installatus Strigon. 9. Febr. 1771. investitus parochus Tirnaviensis, qua talis 1772. refert rationes cur non ponitur icon B. M. V. lacrymosa ad magnam aram. Subin abbas de Casar. Protonot. apost. 23. Apr. 1779. resignat parochiam. Eodem a. praepositus major Nitriensis factus retento canonicatu Strig. His beneficiis a. 1783. privatus ideo, quod citra datam facultatem e ditionibus Austriacis jam diu abesset. Subin tamen 1791. rursus in gratiam receptus, factus canonicus Vaciensis, ubi usque 1817. superstes. Fuit aestimatus orator. (Zelliger, Eszt. Egym. Irók. 472.)

Schvechla Martinus. Ab 1647. parochus in Püspöki. 1650. renunciatus canonicus Strigon.

Schwendtner Michael. Natus 6. Jan. 1820. Pestini. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Vien-

nae absolvit. 13. Jan. 1843. ordinatus. Educatorum egit apud familiam Liphay, tum cooperatorem Budae Christinapoli. In motibus 1848. et 1849. partem habuit, castraque hungarorum qua superior castrensis secutus. His finitis per 6. annos in Josephstadt detentus fuit. 1856. redux Pestini in schola elementari catechetam egit. 22. Jan. 1859. nominatus parochus in Bácsa. Hinc 24. Jun. 1861. electus parochus Pestiensis ad Assumtam, ubi 1867. dignitate abbatiali B. M. V. de campo Strig. condecoratus. Fuit una penes reg. gymn. et sup. scholam realem commissarius AEppalis. † 25. Nov. 1885.

Scolari Ignatius. Natus 15. Dec. 1808. Neosolii. Philosophiam et theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1831. terminavit. Ex semin. applicatus praebendatus in choro eccl. metr. 25. Febr. 1832. ordinatus. Ex praebendato 11. Jan. 1836. nominatus parochus in Kesztlöcz. Hinc 2. Jan. 1868. investitus in Thaszár. Mense Jun. 1881. in loco dirutae capellae Szelepcsényensi nova ecclesia coepit aedificari, quae 20. Maji 1883. benedicta. 1885. ecclesia in Kis-Falu, quae eousque incrustatione externa destituta, penitus restaurata. Ab 1886. VADiac. ord. distr. Szent-Benedekensis. Mox canonicus hon. metr. eccl. Strig. Fuit unca basilicae Lauretanae capellanus ad hon., conventus s. Benedicti de juxta Grón conventualis, bibliothecae distr. custos ac spiritualis distr. † 4. Mart. 1887. ibidem.

Scsaszni Georgius. Cziferiensis. Qua alumnus Pázmáneus 1713. magister philosophiae promotus. Theologiam in eodem semin. terminavit. 2. Apr. 1717. nominatus parochus in Szémő. Ex ejus tempore adest liber matricularis. Hinc 9. Maji 1719. Bajnae in cottu Strig. In inquisitione 1721. peracta, aliquis testis nomine Tóth, fassus est, quod lapides collapsi templi in filia Epöly Turca Strigonium ad reparandos praesidii muros doportari curaverit. 1732. visitatio per Nicolaum Kellio peracta. Inde 19. Febr. 1741. investituram accepit pro Diószeg. Exhinc 16. Jan. 1751. in Kürth, ubi † 18. Jan. 1755. Post trium annorum morbum.

Scsaszny Joannes. Natus 25. Mart. 1815. in Búr-Szent-Péter. Philosophiam et theologiam Tirnaviae terminavit. 11. Febr. 1840. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Jác, item Epöl, ab 1843. in Holics, ab 1845. in Búr-Szent-Miklós et ab 1846. in Unin. Ab 1850. admin. in Alsó-Ludány,

ubi 25. Sept. nominatus et 24. Oct. investitus parochus, unde 5. Apr. 1866. ex parte ordinarius relevatus et pensione donatus. Domiciliavit in Nagy-Tapolcsány. Ab 1874. administrator in Felső-Sipék, usque 1882. ubi ultroquoque remansit et † 22. Jan. 1886.

Sculteti, vide **Skulteti**.

Szezehovicz Adalbertus. Polonus. 1700. occurrit parochus in Sztatvina in cottu Scepus. Ibi eodem a. Joannes Sigray peregit visitationem, qui parochum nominat.

Szazgulinszky Joannes. Fuit parochus Richvaldensis, in Scepusio, ubi † 16. Jan. 1748.

Sebastian, vel **Sebestény Joannes**. 5. Apr. 1690. investitus parochus in Hidaskürt, ubi eodem adhuc a. accepit successorem. 4. Jul. 1696. investitus in Vág-Sellye, ubi usque 1699. operatus est.

Sebastiani, rectius **Sebanovics Georgius**. Occurrit 1630. licentiatu in Kemencze. Interfuit synogo eodem a. 4. et 5. Oct. Tirnaviae sub Petro Pázmány celebratae. 1634. occurrit licentiatu in Kliza, aliter Koloss, ubi eodem a. Joannes Solnensis peregit visitationem, qui conqueritur, quod templum sit quasi desolatum. 1647. fuit talis in Alsó-Merasitz. Nominatur in catalogo cleri hoc a. jussu Georgii Lippay confecto.

Sebastiani Joannes. 14. Jun. 1670. investitus licentiatu in Alsó-Merasicz. Hinc 30. Jul. 1678. in Nyitra-Pásztó. Inde 12. Aug. 1684. in Hradek.

Sebastianus. Occurrit. 1317. parochus de Szent-György. Hoc anno vendidit Petrus de Bács, illi et Joanni fratri suo dimidietatem curiae suae pro decem marcis. (Knauz, Mon. Strig. II. 730.)

Sebastianus. 1561. Occurrit parochus in Réche (Récse). De quo in visitatione hoc a. peracta notatur: «Sacramenta secundum catholicam fidem administrat. Ipse plebanus habet famulam antiquam.» In visitatione vero sequenti a. peracta sic: «Homo, ut apparet catholicus. Sacramenta omnia juxta ritum s. matris ecclesiae administrat. Fama tamen est de illo, ut Sacramentum Encharistiae sub utraque specie volentibus distribuerit. Famulam tenet vetulam.»

Sebastianus. Ab 1507. usque 1510. parochus Leutschoviensis, artium liberalium magister. Habitationem plebani competenter adornavit. (Wagner, Analecta Scepi. II. 349.)

Sebestény Joannes, vide **Sebastian**.

Sebestyén Ladislaus. Natus 23. Jul. 1814.

in Aranyos-Maróth. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 21. Aug. 1837. ordinatus. Cooperatorem egit in Nyitra-Pereszlény, 1842. factus parochus in Galántha. 1847. notarius distr. 1848. electus in ablegatum comitorum. 1865. communi desiderio cedere coactus, vice secunda in ablegatum electus. † 21. Mart. 1882.

Sebeszta Casparus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali 1798. terminavit. Cooperatorem egit in Ujvároska. 1806. parochus factus in Krajna. Hinc 1808. transivit ad Ujvároska, Inde 1814. accepit Dejtha, ubi † 2. Maji 1823.

Sebestyén Ludovicus. Natus 29. Jun. 1808. in Aranyos-Maróth. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 6. Jul. 1831. ordinatus est. Munus cooperatoris et eidem junctum officium conventualis gessit in S. Benedicto annis 7. m. 5. Subin 14. Dec. 1838. nominatus parochus in Bessenýd. 1862. factus VADiac. surr. 1867. ord. distr. Verebély. Mense Dec. 1870. resignavit VADiaconatum. † 9. Apr. 1871.

Sebők Josephus. Natus 21. Mart. 1780. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1803. terminavit. 24. Mart. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Diószegh. Ab 1807. in Föl-Bár. 1811. accepit parochiam Nagy-Abony. 1857. instituti s. Adalberti aggregatus. † 14. Mart. 1858.

Séda Ernestus. Natus 27. Jun. 1851. in Chinoran. Theologiam in semin. gen. Pestini 1874. terminavit. 26. Jul. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit Strig. in Aquatica. 1877. Budapestini ad s. Theresiam. 1883. notarius s. sedis Strig. 1887. factus suae Sanctitatis camer. ad hon. 1888. nominatus parochus in Perbete, quam mox resignavit. Valetudinem curandi causa Budapestinum se contulit. 1891. statu clericali valedixit.

Seel Adamus, Josephus. Poseniensis. Qua alumnus semin. Mariani 1731. baccalaureus, 1732. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem seminario 1736. terminavit. 29. Jul. 1742. investitus parochus in Süttő, ubi † 14. Maji 1751. Aetatis 39.

Seffcsik Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posen. 1795. terminavit. Cooperatorem egit in Diószegh, ab 1798. in Somorja, ab 1802. in Lévárd et ab 1804. in Nagy-Kosztolán. 1805. obtinuit parochiam Vicsap-Apáthi. 1819. transivit ad Nagy-Rippény, inde 1820. ad Apaj. 1823. resignavit parochiam. In-

stituti emer. parochorum aggregatus † 26. Maji 1845. Aetatis 73.

Scheffesik Michael. Fuit S. J. adscriptus. A 9. Sept. 1772. gubernavit collegium Neosoliense. Cassatio illum talem invenit, postea saecularisatus, administrator usque 1779.

Scheffesik, vide et **Sefesik.**

Seffesik Paulus. Natus 15. Febr. 1817. in Nagy-Kubra in cottu Trencsény. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 7. Maji 1840. ordinatus. Cooperatorem egit in Vedrőd uno a. et 11. m. in Nagy-Magyar. 2. a. 9. m. Mense Apr. 1845. parochus factus in Boldogfalva. Hinc Mense Apr. 1847. accepit Nagy-Magyar. Inde 39. Jun. 1862. per cambium cum Josepho Csadó obtinuit Pusztá-Födémés, exhinc 5. Maji 1874. nominatus in Diószegh. † 9. Jul. 1891. ibidem.

Seffesik Simon. Natus 22. Oct. 1759. in Dorossin in cottu Árva. Theologiam cum quinto a. in semin. gen. Poseniensi 1787. terminavit. Cooperatorem egit in Vág-Ujhely. Hinc 9. Maji 1792. nominatus parochus in Veszele, ubi † Sept. 1804.

Seffner Bernardus. 11. Jul. 1677. investitus parochus in Rózsahegy, ubi 1683. ecclesia per Lutheranos occupata. 1686. restituta catholicis. 10. Jan. 1687. coadjutorem accepit Andream Horcsiczky.

Seleni Joannes. Mense Majo 1677. investitus parochus in Fülek-Püspöki, ubi usque 1679. activus erat.

Sélley Antonius. Theologiam cum quinto a. in Pázmáneó 1782. terminavit. Cooperatorem egit in Vittencz, ab 1783. Levae. 15. Jun. 1785. nominatus parochus in Nagy-Sáró. Ibi 1876, xenodochium fundatum. 1788. doctor ss. theologiae Viennae creatus. 10. Febr. 1789. resignavit parochiam ac resedit Kakasfalvae. 1792. transivit Tirnaviam.

Sembery, vide **Zsebery.**

Semets, vel **Semeika Mathias.** Occurrit 1677. licentiatus in Sissó. 31. Maji 1680. investitus in Vizsoka, ubi usque 1686. activus erat.

Senberg Joannes, vide **Usk.**

Sennyey de Kis-Senye L. B. Stephanus. Transilvanus. Patrem habuit Pancratium, olim Sigismundi Báthory principis Transilvaniae cancellarium. Studuit Viennae in collegio S. J. 1608. in congregatione B. M. V. majori assistens primus fuit. 1609. absolutis studiis parochum egit in Érsekujvár. 15. Apr. 1618. investitus canoni-

cus Strigoniensis. 1622. festo s. Adalberti factus praepositus s. Stephani. Mox electus eppus Bosniensis, fuit tunc parochus Soproniensis. 11. Maji 1623. collata illi fuit praepositura Budensis de Felhéviz, tunc et eppus Vaciensis factus, 28. Apr. e. a. per Petrum Pázmány, Ferdinando II. commendatus. (Pázmány levelei, I. 300.) 27. Jan. 1627. praeconisatus et 18. Jul. e. a. consecratus. 1626. qua ablegatus imperatoris ad nuptias Gabrielis Bethlen, cum sponsa ita saltavit, ut unam fimbriam strophei ille alteram illa manu tenuit. Eodem a. in synodo Tirnaviensi obstrinxit se et successores praepositos de Felhéviz, quotannis 10 flos hungaricales pro fundo semin. deponendi. (Péterffy, Conc. II. 310.) 20. Jul. e. a. civitas Poseniensis thesaurum eccl. B. M. V. Budensis jussu Ferdinandi II. capitulo Poseniensi tradidit in praesentia ipsius et aliorum testium. (Arch. Értesitő. 1884. 212.) 1627. fuit altarista trium regum, dein factus altarista s. Crucis et s. Blasii. 1628, spontanee resignavit praeposituram s. Stephani, item et canonicatum Strigoniensem. 1629. vero illam de Felhéviz. Eodem a. promotus ad eppatum Veszprimiensem, hinc 24. Mart. 1630. transivit ad eppatum Jauriensem. Munere etiam cancellarii regni insignis. † 24. Aug. 1635. Literariam activitatem vide: Szabó, M. Ktár I. 1080.

Senquiczi Mathias. Ingressus in seminarium Tirnaviae, promotus Viennam ad Bursam Agni. 1608. rector gymnasii Tirnaviensis 9. Mart. 1611. canonicus Strigon. installatus, ut studia continuet. 25. Mart. ejusd. a. ordinatus, et statim parochus factus in Vágszerdahely, ubi hoc munus usque 1612. gessit, tunc transiens ad Szent-Benedek pro praefectoratu, inde ad Széplak-Apáthi. 1614. altarista ss. Trinitatis. 26. Apr. 1624. praepositura s. Georgii donatus et fit ord. concionator hungaricae nationis. 29. Dec. 1630. praepositus s. Thomae, mox protonotarius apost., tardius praepositus Orodienis, tabulae regiae assessor. 1. Jan. 1636. praepositus major installatus. 1629. et 1638. subscripsit synodi Tirnaviensis. (Péterffy, conc. II. 264. et 374.) † 1645.

Serarius, vel **Serrator Martinus.** A mense Oct. 1647. licentiatus in Garamkeszi, ubi eodem a. Matthaeus Schlegel peregit visitationem, qui de illo, quod sit annor. circiter 45. Subin 1677. collatam accepit aliquam licentiaturam in cottu Turócz.

Serpilius Laurentius. Parochus Belensis, 1569.

Leibitzii electus in seniore fraternitatis XXIV. regalium. (Wagner, Anal. Scep. II. 261.) Fuit is primus apostata. (Ibid. 291. Vide etiam P. Samuel Timon: Epitome chronolog. et Davidis Czwinginger, Specimen Hung. lit.)

Servatius. 1466. electus plebanus Lentschoviensis ex Villa Menhardi advocatus. (Wagner, Analecta Scep. II. 349.)

Sete Stephanus. 1. Jun. 1670. investitus licentiatus in cottu Hont.

Seyler Carolus. Natus 11. Jan. 1851. Strig. in Aquatica. Theologiam cum quarto a. ibidem 1873. terminavit et 24. Aug. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nyergesujfalu, 1886. factus admin. in Bajcs, 30. Jul. ejusdem a. parochus nominatus. Est una notar. distr. Érsekújvár.

Seyler Joannes Nep. Natus 19. Maji 1836. in Epöly. Theologiae Stigonii studuit. 22. Oct. 1858. ordinatus. Cooperatorem egit in Vadkert, qua talis missus pro admin. ad aegrotum parochum Joannem Toldy ad Patak. Hinc 25. Mart. 1866. admin. in Ipolyfödemes. Inde m. Mart. 1874. parochus in Bajóth. Exhinc 10. Jul. 1878. transivit ad Mocs. Est arcas Romanus.

Shulik Joannes. 25. Apr. 1680. investitus parochus in Gerencsér, ubi usque 11. Dec. 1687. activus erat.

Sibolthi Demetrius. 1574. occurrit parochus in Jóka, cujus incolas convertit.

Sichma Georgius. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1727. terminavit. 9. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Ujlak, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parocho, quod sit presbyter in quintum a. semper hic. 11. Jan. 1735. in Radosna, 26. Sept. 1742. defert Eszterházy eppus Nitr. quod parochus sine scitu domini sumtuosas aedes parochiales posuit cum aggravio fidelium. 9. Oct. e. a. contra illum inquisitio mota. † 3. Apr. 1748. ibidem.

Sidló Aloysius. Natus 12. Jul. 1807. — 25. Febr. 1834. ordinatus. Eodem a. alumnus in domo presbyterorum Strigonii. Cooperatorem egit Samariae. 1837. Tirnaviae morabatur. Ab 1850. cooperator in Hédervár, ab 1841. in Komárom-Szent-Péter, ab 1847. in Nagy-Oroszi. 1848. absque officio morabatur in Vadkert, 1849. Strigonii. Ab 1850. cooperator in Köhidygyarmat. Ab 1851. Tirnaviae, ab 1853. in Szent-Mihályfa. Ab 1854. admin. in Érseklél. Ab 1856. iterum Tirnaviae in deficientia, ubi † 30. Jan. 1862.

Sidlovics Martinus. Sancto-Crucensis e cottu Bars. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1736. baccalaureus philosophiae. 9. Apr. 1742. investitus parochus in Alsó-Merasicz. Hinc 22. Sept. 1744. in Badin. Inde 3. Dec. 1748. in Nagyszalatna, ubi † 2. Jan. 1760.

Siebenliszt Antonius. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1805. absolvit. Cooperatorem egit in Tarján, ab 1806. Pestini ad s. Josephum. 31. Oct. 1813. nominatus parochus in Keszegfalva. Hinc 7. Nov. 1821. in Komárom-Szent-Péter, ubi † 8. Apr. 1832.

Siegler Joannes, vide Sziklai.

Sigismundus. Occurrit 1483. plebanus in Strazsa. Quem ibi confirmavit et intronisavit Lucas ADiac. et Venceslaus Pascale plebanus in Sasvár. Jam antequam huc veniret, decem annis plebanus fuit. 1493. ecclesia parochialis a Mathia Benczikó accepit missale, in cujus unam fileram res notabiliores connotavit. (Magy. Sion. 1868. 883—885.)

Sigismundus. Occurrit 1503. plebanus Neosolii. Eundem commemorant adhuc 1512. acta parochialia in causa decimarum inter ipsum et rectorem hospitalis Neosoliensis Joannem mota coram vicario Strigon. Antonio Chergono. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 138.)

Sigismundus. Occurrit 1524. plebanus in Vámos-Ladány, qui hujatem domum suam cum vineis in Közép- et Előhegy sitis assentiente Sigismundo Léva, arcis Levensis domino hoc a. dono dedit fratribus s. Pauli primi Eremitae. (Rupp, Magy. Orsz. Helyrajzi tört. I. 132.)

Sigismundus. Fuit usque 1613. parochus in Nagy-Jác.

Silesius Joannes. 28. Apr. 1669. investitus parochus in Ardanócz, ubi usque m. Apr. 1671. activus erat. 15. Oct. 1674. in Ternye, Vlaczka et Mihinye, sed jam 12. Nov. e. a. Miavae, ubi usque 1675. operatus est.

Silesius Paulus. Theologiam in semin. s. Stephani terminavit. 24. Mart. 1663. ordinatus. 31. e. m. investitus parochus in Jabloncza. Fecit eodem a. conventionem cum parochianis, quam Hiacynthus Mocripodari confirmavit. Eodem etiam a. ad inventarium annotavit. «Haec omnia per immansissimum Christiani nominis hostem sunt imminuta. 3. Sept. 1663.» Ab 1664. curam animarum in Sándorf gessit. 6. Maji 1677. iterum in Jabloncza investitus. Hinc 1. Maji 1669. Miavae. Hujates feri, indo-

miti haeretici, invitati per paris farinae et audaciae vicinis, accinxerunt se in sacerdotes et catholicos saevienti per incendia et rapinas, sacras aedes devastandi. Parochus hic incidit in manus horum, quem crudeliter eo usque torquebant, donec Creatori animam reddidisset. † 1674.

Silesita Joannes. Ex Gajar 4. Apr. 1679. investitus parochus in Búr-Szent-György. Hinc 5. Jun. 1680. in Garam-Ujfalu, ubi usque m. Sept. e. a. operatus est.

Silhányi Joannes. Natus 21. Dec. 1842. 23. Jul. 1867. ordinatus. Ab 1873. curatus Leopoldopoli in domo correctoria captivorum. 1876. admin. Magyarfalvae. 24. Jul. 1877. nominatus parochus in Ardanócz. Sub illo aedificia economica per patronum eppum Nitr. expensis ultra 3000 flnis exstructa.

Silka Joannes, vide Zilka.

Sima Joannes, Sátoralja-Ujhelyensis, ex cottu Zemplén. 1751. susceptus in alumnatum. Budensem. 1753. qua alumnus semin. Mariani baccal. et 1754. magister philosophiae. 5. Febr. 1756. missus pro cooperatore ad Ölved. Post duos a. ad Nagysalló, ubi 15. m. transegit. 15. Jan. 1759. investitus parochus Ivánkaensis, ubi usque 1760. activus erat. Dein iterum cooperatore et quidem in Nagy-Salló, ab 8. Aug. 1762. apud familiam Ordódy Bagotae. 19. Mart. 1763. parochus in Alsó-Pél, ubi † 5. Jun. 1764.

Sima Michael. Occurrit circa 1682. parochus in Baczúr, qui juxta notationem Szelepcsényianam, exulare debuit. (Magy. Sion. 1868. 761.)

Simándi Stephanus. Studia sua Graecii absolvit. Ordinatus Nitriae per Joannem Telegdy AEppum Colocensem et Eppum Nitr. Primitias celebravit Tirnaviae 1627. in festo ss. Trinitatis. 31. Dec. ejusd. a. canonicatu Strig. donatus. Fuit una parochus in Vágselye. Qua talis interfuit synodi 4. et 5. Oct. 1630. Tirnaviae celebratae. Eodem a. ibidem Wolfgangus Érsekujváry peregit visitationem, qui dicit, quod inter cetera emolumenta etiam id habeat, quod auditores teneantur currum dare usque Ujvárinum, Tirnaviam, Posonium, Nitriam, toties quoties parochus petit. Ab 1634. electus eppus Transilvaniae. In regis Ferdinandi diplomatibus ab 1635. usque 1649. apparet subscriptus. 1638. subscripsit synodum Tirnaviae celebratam. Fuit una abbas s. Jacobi de Silisio et ab 1639. praepositus de Csorna et Lelesz.

Simcsik Joannes. Kopcsányensis. Qua alumnus semin. s. Stephani, 1741. baccal. 1742. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. cum quarto a. 1746. terminavit. Uno a. et uno m. succentor eccl. metr. Strig. 8. Aug. 1747. investitus parochus in Gerencsér. 24. Jan. 1749. in Soporna. 28. Aug. ejusd. a. in univ. Tirnaviae ss. theologiae doctor renuntiatus. 15. Aug. 1755. peracta visitatio per Antonium Révay, sed tunc jam, a 5. Aug. e. a. investitus parochus Novákensis, quod beneficium m. Nov. 1757. resignavit. † 25. Aug. 1758. in Hatvan.

Simkó Josephus. Theologiam cum quinto a. in arce Posoniensi 1788. terminavit. Cooperatorem egit in Nyék, ab 1790. in Nagy-Salló. 21. Oct. 1792. nominatus parochus in Nemes-Oroszi, ubi † 21. Apr. 1799.

Simkó Stephanus. Natus in Beczkó. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1812. terminavit. 26. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Komárom-Szent-Péter, ab 1815. in Felső-Ludány. 22. Oct. 1826. incepit admin. in Uj-Bars, ubi 28. Nov. e. a. parochus nominatus. Ex contacto in provisione infirmi typho, officii sacerdotalis victima cecidit. † 30. Mart. 1831. in die Parasceve incidente. Festo resurrectionis in magno dolentium confluxu sepultus. Memoria aestimata in procurato organo perennat.

Simkovics Joannes. Zavodiensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti et theologus secundi a. 1731. baccalaureus, 1732. magister philosophiae. Tunc et theologiam cum tertio a. terminavit. 30. Nov. e. a. investitus parochus in Liptó-Szent-Mária. 21. Jun. 1740. ut parochus jura sua contra Joannem Ujvendéghy can. Strig. et praepositum B. M. V. de Liptó defendere possit, productionem literatorum instrumentorum postulat. Ujvendéghy collationales suas protulit. 1741. vero contra illum parochus setentiam latam extrodari petiit. Finaliter 21. Maji 1749. cancellarius amotionem parochi petiit. 24. Sept. ejusd. a. investitus in Nagy-Szelezsény. Inde 1. Maji 1751. in Prassicz, ubi † 15. Dec. 1752.

Simkovics Joannes. Theologiae quartum a. in semin. gener. absolvens 7. Oct. 1764. missus est pro cooperatore ad Nagy-Ölved. 10. Febr. 1767. investitus parochus in Gerencsér. 1782. actum de renovatione sacelli Mariae Magdalenae in Moderdorf. 1786. statio cooperatores erigitur. † 5. Sept. 1791. ibidem. Aetatis 51.

Simó Joannes. Ab 1685. curatorem animarum egit in Rózsavölgy. Hinc 1686. investitus in Nyitra-Sárfő, ubi usque 1690. activus erat. 13. Sept. 1700. investituram accepit pro Lakács, ubi eodem a. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parcho: »Excedit in potu et contendit cum parochianis. In moribus totus rusticus.« Hinc 23. Apr. 1701. in Nagy-Modró. Demum inde 29. Apr. 1702. in Alsó-Merasicz, ubi 9. Apr. 1712. successorem nactus.

Simon. De Misérd. Occurrit. 1468. parochus in Somorja.

Simon. 1519. parochus in S. Andrea, distr. sup. Hernad. Solvit decimas papales 173. d. (Wagner, Anal. Scep. II. 194.)

Simon. Occurrit. 1542. parochus in Ipoly-Nyék. Testis fuit oppignorationis Boryanae. (Ex notis Georgii Palkóvics.)

Simon. Fuit. parochus usque 1559. in Kubin. Exhinc in Rózsahegy, ubi 1560. Michael Szegedy peregit visitationem qui de parcho sic: »Simon ille, qui ex Tepla in convocatione Turociensium quaestiones Sacramentarium moveret, anno elapso fuit in Kubin Arvae. Nunc longe secus quam elapsis annis se in religionis negotio tenet, nam sui erroris palinodiam cantare non veretur, coram omnibus et ita circa ecclesiam omnibus ceremoniis et ritibus se habet, modo non foveat, proventus uberioris gratia, virus latens sub pectore, nos nihilominus nihil aliud nisi quae parent videmus, audimus et judicamus. Deus intuetur cordis intima. Matthaeum Casparith, virum vere christianum, pro hac re habui rogatum, ut sit diligens securator ac clancularis observator.»

Simon. Polonus. Occurrit. 1560. plebanus in Turdossin, ubi hoc a. Michael Szegedy peregit visitationem, qui de parcho notavit: »Ad arcem Arva pertinens, Polonus et uxoratus. Est iste bonus, religiosus, nisi quod coactus cum nonnullis, qui secus accipere nolunt communicat sub utraque specie. Aliis ceremoniis juxta ritum antiquum utitur.»

Simon. Occurrit. 1561. parochus oppidi Ó-Bars. De quo eodem a. visitator Georgius Kónyafalvay notavit: »Uxoratus ac turbatus, carens corona. Fateri noluit ubi ordinatus. Dixitque se literas S. Caesareae et Regiae Majestatis in cloacam projicere velle. Est citatus ad comparandum in sacro sancta synodo.»

Simon Franciscus. Natus 19. Sept. 1818. in Budafok. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Jul. 1842. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Maros. Tum Pestini ad s. Theresiam, hinc Budae ad Assumptam. In turbis 1848. et 1849. politice compromissus, imo qua capellanus castrentis, post catastropham in Világos captus et ad carceres Josefstadt abductus, ex quibus m. Apr. 1854. eliberatus, adhuc m. Julio Pestinum ad s. Leopoldum pro cooperatore dispositus. 1859. admin. in Bajcs. 23. Mart. 1868. electus per communitatem Pestiensem, parochus ad s. Leopoldum. 1886. factus canonicus hon. Strig. † 23. Apr. 1890. Budapestini.

Simon Stephanus. Ab 1778. cooperator in Balassa-Gyarmat. 1780. accepit parochiam Pusztá-Födemes. Hinc 16. Dec. 1782. translatus ad Kápolna, ubi † 30. Sept. 1795.

Simon Thomas. 23. Jan. 1719. investitus parochus in Karancs-Ságh, ubi 7. Oct. 1728. successorem nactus. Nomi in protocollis antepositus P. videtur significare, illum religiosum fuisse. Et quum antecessor Michael Kisóczy e S. J. fuit, illum etiam ex hac societate fuisse est verosimile.

Simoncsics Andreas, Alexius. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. 1707. absolvit. 28. Oct. e. a. ordinatus. 5. Maji 1710. obtinuit capellaniam B. M. V. de Vágh-Ujhely. 19. Nov. e. a. investitus parochus in Pobedim. 23. Mart. 1711. investitus in Detrekő-Szent-Miklós, cum tali conditione, ut fratrualem suam Joannem Simoncsics, apoplexia tactum, honeste interteneat, alias ex parochia illa amovebitur. Ibidem 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui illum annor. 30. in cura animar. 7. esse dicit. Activus erat usque 1724. Subin praebendatus capituli Tirnaviae, ibi † 8. Apr. 1739.

Simoncsics Andreas. Theologiam cum quinto anno, cursu practico in arce Posoniensi 1791. terminavit. Cooperatorem egit in Bozok. 9. Oct. 1792. capellanus localis in Tepla. Hinc 20. Apr. 1800. nominatus parochus in Spácza, quam 1814. resignavit. Brevi tempore succentorem eccl. metr. egit. A 1. Jan. 1815. admin. in Szkiczó, usque 6. Maji 1816. Hinc instituti emer. parochorum aggregatus. † 29. Febr. 1824. Posonii.

Simoncsics Antonius. Ex aliquo cassato religioso ordine. 20. Aug. 1787. introductus primus parochus in neo-erecto beneficio Bánkeszi, ubi † 30. Jul. 1792.

Simoncsich de Korompa Ignatius. Ab 1840. cooperator in Selmeczbánya. 1842. factus admin. in Tepla. † 24. Sept. e. a. ibidem, aetatis 34.

Simoncsics Joannes. Nahácsensis. Qua alumnus collegii gen. 1667. baccalaureus, 1668. magister philosophiae. Theologiam in semin. s. Stephani 1670. absolvens 4. Apr. ordinatus est. Ab 1676. parochum egit in Szomolány, ubi usque 1681. operatus est. Tunc mortua est 24. Sept. 1678. vidua Gabrielis Erdödy, nata Juditha Amade.

Simonchich Joannes, Antonius. Theologiam cum a. tertio in semin. s. Adalberti 1694. terminavit. 5. Jun. e. a. ordinatus. Mense Dec. e. a. investitus parochus in Istvánfalva, ubi 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parochio: «Annor. 27. sacerdotii sex mensium, venit huc triduo ante.» Hinc 24. Apr. 1698. in Sándorf. Inde 24. Apr. 1699. transivit ad Pernek, ubi 27. Aug. e. a. investitus, usque 1703. activus erat. Cepit aedificare ecclesiam Konyhensem.

Simonchich Josephus. Theologiam cum tertio a. in semin. Mariano 1760. terminavit. 13. Apr. ejusd. a. missus pro cooperatore Veterozolium. 25. Nov. 1761. investitus parochus in Lutilla. Hinc 1. Jan. 1763. in Némethi in cottu Bars. Inde 19. Apr. 1770. in Szent-Kereszt, quacum parochia incorporatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Simonchics, vel Simonovics Paulus, Ignatius. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1669. terminavit. 12. Maji e. a. investitus parochus in Alsó-Ludány, ubi 1670. incepit matricam scribere. Hinc 7. Maji 1674. in Nádas Psoniensi, ubi 14. Jun. e. a. denuo investitus. Inde 20. Aug. 1679. in Radossócz, ubi usque m. Dec. 1703. activus erat.

Simondy Stephanus. Studia sua Graecii absolvit. 1627. Nitriae ordinatus. Primitias Tirnaviae celebravit festo ss. Trinitatis. 31. Dec. ejusd. a. canonicus. Strig. installatus. 1630. interfuit qua parochus Sellyensis synodo 4. et 5. Oct. e. a. Tirnaviae celebratae. In Selye eodem a. Wolfgangus Érsekujváry peregit visitationem, qui illum qua legitime ordinatum parochum nominat. 1634. el. eppus Transilvaniae. Fuit tunc una praepositus s. Michaelis Arch. de Csorna et abbas s. Michaelis de Silisio. Ab 1639. praepositus s. Crucis de Lelesz. 1647. S. J. in Ungvár 3000 flos legavit.

Series Paroch.

Simonfalvay Joannes. 29. Jun. 1727. investitus parochus in Csall. Hinc 17. Apr. 1730. in Ó-Krasznó, conjuncta cum Brogyán. Inde 15. Jan. 1731. in Alsópél. 29. Jun. e. a. resignata ecclesia in filiali Felső-Pél, quae eousque in manibus reformatorum fuit. † 23. Apr. 1761. ibidem.

Simonffy Adamus. Ex Horenicz in cottu Trencsén. Qua alumnus semin. s. Stephani. 1745. defendit universam philosophiam. Theologiam in eodem semin. cum quarto a. 1750. terminavit. sed jam qua secundi annita ordinatus, et pro excipiendis confessionibus tum in alumnatu, tum in dioecesi Nitriensi approbatus. Parentes suos e Lutheranismo ad sinum eccl. cath. convertit. Qua tertii a. theologus missus pro admin. parochiae Szered, ubi quinque septimanas, a. sequenti ad Sándorf, ubi sex menses transegit. Redux studia prosecutus, donec 24. Mart. ejusd. a. missus pro cooperatore Csejtham. 24. Sept. 1752. investitus parochus in Oszuszkó, ibi 24. Jul. 1756. Antonius de Réva peregit visitationem. 9. Sept. 1760. investituram accepit pro Miava, ubi 12. Sept. 1763. et 1771. pro et contra illum inquisitio mota. Ornandae domui intentus, sacram supellectitem fieri curavit. Fidem veram inter acatholicos intrepide docuit. † 20. Jan. 1772. ibidem. In navi ecclesiae sepultus esse cernitur.

Simonffy Andreas, 30. Jun. 1745. investitus parochus in Bakabánya, ubi † 12. Jun. 1767.

Simonffy de Horenicz et Lednicz Eduardus. Natus 20. Jan. 1821. in Csábrágh in cottu Honth. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 30. Jun. 1845. ordinatus. Cooperatorem egit in Balassa-Gyarmat. Ab 1849. admin. Kolthae, tum vero eodem a. cooperator Siglisbergae, item Comaromii et ab 1851. in Nagy-Salló et demum in Kéménd. 6. Nov. 1852. obtinuit parochiam Koltha, ubi usque 1889. activus erat. 25. Sept. 1891. aggregatus instituto s. Adalberti. † 19. Jan. 1893.

Simonffy Nicolaus. Theologiam cum tertio a. Tirnaviae 1715. absolvit. 15. Sept. ejusdem a. investitus parochus in Száz, ubi † 20. Febr. 1738. Reliquit testamentum et catalogum librorum suorum.

Simonics Andreas. Natus 17. Nov. 1763. in Korompa. Theologiam cum tertio a. in semin. gen. Psonii 1785. terminavit. Cooperatorem egit in Érsekujvár. Mense Aug. 1787. obtinuit neo-erectam parochiam Szete. Hinc 1788. transivit ad Palást. Inde 9. Jul. 1797. investitus in Gyerk.

Exhinc 14. Jan. 1820. in Kemencze, ubi † 10. Nov. ejusd. a.

Simonics Joannes. 20. Jun. 1664. investitus parochus in Bélaház, ubi usque 1667. activus erat.

Simonics, rectius Simunics Joannes Bapt. Fuit S. J. adscriptus. Cassatio invenit illum in collegio Zagrabiensi professorem theologiae. ADioecesi adscriptus ab 1776. cooperatore in Szerdahely. 19. Nov. 1779. nominatus parochus in Alsó-Nyárasd. 1788. reparatur ecclesia, eo usque permittitur, ut in horreo dominali possit celebrare, ac fontem baptismalem domi habere. 1790. factus spiritualis semin. in arce Posonii. Cessante 1802. hoc seminario, ad quietem recessit, habitans in Gyerk, ubi † 25. Febr. 1805.

Simonics Martinus, vel Simonovics. Véndéghensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1660. baccalaureus, 1661. magister philosophiae. 20. Maji 1667. investitus parochus in Sándorf. Hinc 1670. transivit ad Búr-Szent-György, ubi m. Apr. 1671. successorem nactus. 11. Dec. e. a. investituram accepit in Nagy-Rippény. 1676. contra illum accusatio mota, ob excessum in potu. Mense Jul. 1677. transivit ad Nemcsény, ubi usque 1679. activus erat.

Simonics Martinus, Ignatius. Theologus casista ad titulum mensae comitis ab Harrach ordinatus. 26. Sept. 1711. investitus parochus in Nagy-Senkvicz, ubi 1713. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parcho: Annor. 32, in cura animarum 4. novit croatice, germ. et aliquantum slav. Activus erat usque 15. Nov. 1715.

Simonics Valentinus. Occurrit 1557. parochus in Radván, una VADiac. Zoliensis, ad illum hoc a. Nicolaus Oláh AEppus Strig. literas citatorias per proprium hominem Simonem literatum misit, ut citet pro synodo plebanos de Cremniczia, Novosolio et de Vetero-Zolio. (Péterffy, Concilia, II. 22.) In Radván 1561. Blasius Zathay peregit visitationem, qui de illo sic: »Vir catholicus. Habet uxorem, filios filiasque. Regit, ecclesiam suam bene, habet omnia sacramenta. Communicat sub una specie. In schola discunt prima rudimenta interdum musicalia.» 17. Febr. 1562. mandatum accepit a Mathia Graeco, vicario grali pro parte Petri Illicini, praep. s. Thomae, testes in S. Cruce cum sociis suis examinandi.

Simonides Casparus. Theologiam cum cursu practico et quinto anno in arce Posoniensi 1791.

terminavit. Cooperatorem egit in Lédecz, ab 1799. in Samaria, ab 1803. in Püspöki, ubi 14. Sept. 1814. parochus nominatus. † 29. Jan. 1840. ibidem.

Simonides Daniel. Natus 25. Sept. 1757. Neosolii. Theologiam usque tertium a. in Pázmáneó, quartum et quintum in gen. Posoniensi 1785. terminavit. 1787. in domo presbyterorum s. Josephi transegit Tirnaviae. Ab 1789. cooperatorem egit in Vágújhely. 22. Apr. 1796. factus admin. in Sárköz. Hinc 2. Aug. ejusd. a. investitus parochus in Nadlány, ubi † 7. Sept. 1831.

Simonovics Andreas. Theologiam in semin. s. Stephani terminavit et 19. Jul. 1689. ordinatus est. Tunc pro cura animarum ad cottum Liptó missus. 16. Maji 1691. investitus parochus in Kvacván et Mátyásfalva. Hinc 3. Maji 1711. in Bobrócz, jam 8. Jul. ejusd. a. in Tornócz, quod beneficium eodem adhuc a. resignavit inter deficientes numeratus. † 1. Sept. 1757. Tirnaviae.

Simonovics Georgius. Theologiam cum. a. secundo in Pázmáneó terminavit. 1686. obtinuit parochiam Nagy-Palugya. Hinc 4. Apr. 1698. investitus parochus in Szöllös, una Horvát-Gurab et ab 1699. etiam in Tóth-Gurab. Hoc anno Joannes com. Volkra visitationem ibi peregit in qua de parcho sic: »Aetatis 42. sacerdotii 13. uti et parochiae. 12. annis in Nagy-Palugya et uno anno hic. Slavus. Bonae vitae et famae, diligenter sua administrans. Libris suis aliquamdiu caruit ob inobedientiam Tótgurabiensium, qui ejusdem reculas Galgóczio transferre recusarunt, sed modo ad obedientiam redacti, licet non sine damno dicti parochi residua advexerunt.« Activus erat in utroque Gurab usque 1705. in Szöllös vero usque 1713.

Simonovics Joannes, Emericus. Theologiam in semin. s. Stephani 1717. absolvit. 6. Mart. e. a. investitus parochus in Valaszka-Béla. Hinc 9. Jul. 1727. in Kis-Krsztyene, ubi una VADiac. distr. Oszlányensis. † 16. Jun. 1754.

Simonovics Martinus, vide Simonics.

Simonovics Michael. Tirnaviensis. 17. Sept. 1715. susceptus pro alumnatu Budensi. 12. Mart. 1717. expeditus in curam animarum. 13. Febr. 1728. investitus parochus in Fenyő-Kosztolány. Hinc 24. Jan. 1731. in Széplak juncta cum Brogyán. Inde 25. Jun. 1737. in Závod, ubi † 7. Dec. 1754.

Simonovics Paulus, vide Simonicsics.

Simonyi Gabriel. Simonyensis e cottu Bars. Qua alumnus semin. Mariani 1750. baccalaureus, 1751. magister philosophiae. Theologiam cum a. quarto in eodem semin. 1755. terminavit. 20. Jun. 1757. investitus parochus in Nagy-Paka. Inde 25. Maji 1764. in Duna-Szerdahely, ubi † 15. Jan. 1772.

Simonyi Georgius, Alexius. Teutopronensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1695. baccalaureus, 1696. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. 1698. terminavit. 4. Apr. 1699. ordinatus. 27. Jun. 1700. investitus parochus Sopornyensis. Ibi eodem a. Emericus Pongrácz peregrit visitationem, qui de parochia notavit, quod recenter acceptavit hanc parochiam. Tunc Gabriel Tolvay in Köpösd erexit capellam. 20. Jun. 1702. successorem nactus. Ille vero succentor E. M. Strig. factus. 11. Oct. 1706. investitus parochus in Vittencz, ubi una VADiac. districtus cognominis. † 19. Jan. 1727. ibidem.

Simonyi Ladislaus. A 17. Febr. 1737. parochus in Házasnénye, ubi usque 1749. activus erat. Extra beneficium constitutus † 7. Oct. 1752. in Lessenye.

Simonyi Paulus. Natus 30. Dec. 1757. in Nagy-Surány. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. Poseniensi 1786. absolvit. 1787. transegit in domo presbyterorum s. Josephi Tirnaviae. Cooperatorem egit Bajnae in cottu Strig. 1. Maji 1792. nominatus parochus in Kormossó. Hinc 29. Oct. 1800. in Felső-Sipék. Hinc m. Aug. 1805. factus capellanus localis in Hrussó. Ab initio m. Febr. 1806. inter deficientes. Subin cooperatorem in Sipék, et qua talis a m. Jan. 1809. admin. in Magyarbél. Hinc 1. Nov. e. a. admin. 9. Jan. 1810. vero parochus in Vajka, ubi usque 1832. activus erat. Tunc iterum inter deficientes. † 9. Maji 1836. in Bánkeszi.

Simonyi de Eadem et Varsány Rudolphus. Natus 17. Jun. 1812. in Simony cottu Bars. Philosophiam et theologiam in semin. s. Stephani 1834. absolvit. 1835. in instituto presbyterorum Strigonii tansegit. 24. Jun. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nemcsény 6. m. in Nagy-Kér 11. m. in Tardoskéd 1. a. 4. m. in Kövesd 3. a. Bajnae 1. a. Muzslae 18. m. denique Strig. ad s. Ignatium 3. m. Hinc 3. Maji 1844. nominatus parochus in Bajóth, ubi 6. Maji 1859. VAD. surr. distr. cognominis. 9. Dec. 1873. obtinuit parochiam Drégely-Palánk, una ord. VAD-

nus distr. Drégelyensis. Ab 1880. canon. h. M. E. Strig. † 11. Apr. 1892.

Simor Joannes. Natus 23. Aug. 1813. Alba-Regiae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae 1836. terminavit. 28. Oct. ejusd. a. ordinatus. 24. Febr. 1837. missus pro cooperatore Pestinum ad s. Theresiam. 22. Sept. 1839. concionator et professor doctrinae relig. in Universitate ejati. 31. Jul. 1840. studiorum prefectus Pázmáni. 28. Dec. 1841. ss. theologiae doctor creatus. 14. Jul. 1842. nominatus parochus Bajnae in cottu Strig. 29. Jul. 1846. professor factus in domo presbyterorum Strig. 1848. secretarius AEppalis. Initio m. Jan. 1850. in instituto subl. presbyterorum ad s. Augustinum educationis studiorum director, una caes. reg. capellanus aul. 1851. in ministerio cultus consiliarius section. Mense Febr. e. a. canonicus Alba-Regal. mox abbas B. M. V. de Széplak. 1854. consiliarius ministerialis. 1857. eppus Jaurinensis, 29. Jun. e. a. Strigonii consecratus. Solio Pontificio assist. praelatus dom. Suae Sanctitatis Summi Pontificis. 1865. Caes. et Ap. Maj. act. int. consiliarius. 20. Jan. 1867. nominatus AEppus Strig. princeps primas regni. 22. Dec. 1873. cardinalis S. R. E. creatus. † 23. Jan. 1891. mane media octava Sepultus ad cryptam basilicae. Opera illius magnifica, animi dotes praeclarae, enarrantur in: Emlékkönyv Simor János Aranymiséjének ünnepére — Dankó, Monumentum Quinquagenariorum Sacerdotii Joannis card. Simor. — Walter, Simor János Emlékezete. etc.

Simor Ladislaus. Natus 12. Febr. 1860. Theologiam Strigonii absolvit. 6. Jul. 1882. ordinatus. Cooperatorem egit in Tölgyes, ab 1883. in Kemencze et ab 1885. Gútae. Ab 1887. admin. Bajtae, ubi eodem a. parochus factus.

Simor Mauritius. Natus 16. Sept. 1849. Theologiam in semin. s. Stephani 1872. absolvit. 21. Sept. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Czétény. 1883. factus admin. ibidem. 16. Oct. ejusd. a. nominatus parochus in Imely. Hinc 1891. admin. factus in Nagy-Czétény.

Simovich Leopoldus. Theologiam in Pázmáneo 1818. terminavit. Diutius absque officio dispositionem expectavit. 1821. cooperatorem Strig. in citte regia. 1822. in Zsemlér, ubi una in spir. adm. 1823. in Érsekujvár. Ab 1825. legionis equestris ord. hung. Ferdinandi d'Este capellanus castrensis. 24. Mart. 1832. nominatus parochus

in Héreggh, quam 23. Aug. e. a. resignavit, factus parochus in Lovas-Berény, translatusque ad dioec. Albaregalensem.

Simovics Martinus, vide **Simonics**.

Simovics Stephanus. Litaviensis ex cottu Hont. Ex semin. Mariano-Szelepcsényiano 1751. baccalaureus, 1752. magister philosophiae. Eodem a. pro theologia studenda missus Budam ad Szécsényianum. 28. Oct. 1753. ordin. 11. Jun. 1754. factus est cooperator Jolsvae in cottu Gömör. 15. Jan. 1755. investitus parochus in Csall, ubi usque m. Aug. 1767. activus. 3. Dec. e. a. missus pro cooperatore Miavam. Subin capellanus domesticus comitis Tolvaj in Köpösd. † 21. Nov. 1779. ibidem.

Simsalik Nicolaus, Thaddaeus. Theologiam cum cursu morali terminavit. Ad titulum Dni Szenovicz bonorum feudalium assessoris Pragensis ordinatus. Cooperatorem egit Sumnizii 4. a, Mezericzi 5. a. Hunno-Brodæ 4. a. 26. Oct. 1712. investitus parochus in Vagyócz, ubi 1713. Paulus Zichy visitationem peregit, qui illum in cura anim. 17. annis esse dicit. Item 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. Qui illum in cura anim. in 33. a. esse asserit. † 7. Maji 1741.

Simunchich Ignatius. Natus 10. Mart. 1788. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo 1811. terminavit. Cooperatorem egit Pestini ad s. Josephum, ab 1817. ad s. Leopoldum. 15. Febr. 1819. nominatus ibidem parochus, sed ab Ordinariatu praesenta remissa, ast 27. Febr. e. a. administrator, subin parochus constitutus. 25. Febr. 1850. nominatus parochus ad B. M. V. Assumtam. 1851. abbas B. M. V. de Valle Vesprimiensi. † 31. Mart. 1854.

Simunik Antonius. Moravus Klobukiensis. Qua saecularis in universitate Tirnav. 1711. baccalaureus philosophiae. In semin. Mariano 1712. theologus moralis. 28. Jan. 1716. investitus parochus in Felső-Vesztenicz, ubi † 1735.

Simunyi Petrus. Natus 22. Oct. 1803. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano Tirnaviae 1832. terminavit. 11. Maji e. a. ordinatus. Cooperatorem egit 1835. Podolae. 1836. in Udvarnok, ubi simul admin. in spir. Ab 1839. in Vág-Szerdahely. 1847. admin. in Köpösd, ubi † 1. Dec. 1859.

Singhoffer Michael, Franciscus. Scepusiensis. 1762. susceptus ad alumnatum Budensem, ubi theologiam cum tertio a. terminavit. 22. Oct.

1765. missus pro subs. cooperatore Sassinium. 22. Jan. 1766. Pestini, ordinatus missus pro cooperatore ad Zsmisan in Scepusio. 1769. accepit parochiam Polyanócz. Hinc 1773. illam in Müllenbach, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Singhoffer Michael. Natus 28. Maji 1852. — 25. Jul. 1875. ordinatus. Cooperatorem egit in Ürmény. 8. Nov. 1881. nominatus parochus in Lozornó.

Sinkay Andreas. Theologiae in semin. gen. studuit. 1696. ordinatus. 17. Aug. e. a. investitus parochus in Libetbánya. Hinc 18. Apr. 1703. in Valaszka. Inde 7. Dec. 1709. in Dubován, ubi una VADiac. distr. sup. Zoliensis. Activus erat usque 1735.

Sinkay Josephus. Theologiam cum tertio a. in semin. gen. 1773. terminavit. Cooperatorem egit in Rimócz. 30. Dec. 1774. investitus parochus in Mohora. Hinc 10. Febr. 1776. in Rimócz. † 18. Jun. 1780. ibidem.

Sinkay Stephanus. 11. Jun. 1717. investitus in Kis-Gyarmat. Hinc 3. Maji 1725. in Ipoly-Szakállos, ubi 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de illo notavit, quod sit 45. annor. 27. Sept 1743. consil. Ltte praecipit divisionem parochiae. † 24. Nov. 1752. ibidem.

Sinkovics Andreas, Joannes. Tirnaviensis. Qua secundi a. theologus in seminario s. Stephani 1694. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1696. terminavit. 25. Dec. e. a. ordinatus. 29. Apr. 1697. investitus parochus in Kürth. Ibi eodem a. Adamus Nigrini peregit visitationem, qui parochum 26. annor. esse notavit. Activus erat usque 1707.

Sinkovics Joannes. 1. Jun. 1693. investitus licentiatum in Baczur. Successorem 5. Apr. 1703. nactus.

Sipeky Alexander. 6. Maji 1716. investitus parochus in Üzbégh. Hinc 1718. transivit ad Bars-Szent-Kereszt, ubi usque 1740. activus erat. Hinc recessit ad Nagy-Ugrócz, ibique † 29. Dec. 1749.

Sipeky Stephanus. 5. Nov. 1688. collatam accepit licentiam in Visk, quae illi 6. Jul. 1692. denuo collata. Ibi usque 1694. activus erat.

Sipos Andreas. Cooperatorem egit in Nyék, 28. Jul. 1756. translatus ad Egerszeg. 22. Nov. 1757. investitus parochus in Óhaj, ubi † 13. Mart. 1758.

Sipos Stephanus. Natus 22. Apr. 1818. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 16. Apr. 1847. ordinatus. Cooperatorem egit in Vársárút, ab 1851. ad Kisapáthi translatus. 1858. ad Sellye, et 1859. ad Nagy-Lévárd. 1861. Tirnaviam missus, ad domum deficientium. Eodem a. comissa illi administratio in Ólehota. Initio 1863. iterum reversus Tirnaviam. Subin applicatus qua cooperatores districtualis Miavae. 1866. factus administratio in Verbócz, ubi † 9. Maji 1881.

Sirokovics Franciscus. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 22. Dec. 1780. ordinatus. 22. Oct. 1709. investitus parochus in Liptó-Szent-Iván. 30. Sept. 1711. in oppido Tarnócz, una ad interim etiam in oppido Szilnicz, ubi usque 1712. occupatus. 4. Sept. 1724. in Bóbrócz, ubi 1732. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui parochum 51. annor. hic 8. annis esse dicit. † 8. Maji 1748.

Sironyi Joannes. 27. Oct. 1762. missus pro cooperatore ad Üzbég. 5. Oct. 1765. investitus parochus in Radosna. 1773. Joannes Gusztényi eppus ecclesiam dotavit. † 25. Febr. 1779. ibidem.

Sislovics Petrus. Fuit ab 1618. parochus in Horvátgurab. Hinc 1631. transivit ad Besztercze.

Sismovics Michael, Josephus. 29. Aug. 1702. investitus parochus in Nagy-Modró. Hinc 16. Apr. 1705. in Bohunicz. Inde 7. Jun. 1709. in Liptó-Szent-András, ubi ecclesia erecta per Emericum Lubi eppum Catarensem et E. M. S. canonicum, 1718. aucta et mox a. sequenti per eppum Natali Lucam benedicta. Operatus est usque 1719.

Sixti Stephanus. 27. Oct. 1700. investitus parochus Paraszt-Dubovae. Hinc 14. Apr. 1703. in Liptó-Szent-Miklós. Inde 24. Jul. 1706. in Széplak. Exhinc 4. Maji 1709. in Felső-Zsembér. 13. Dec. ejusd. a. vero in Radvány, ubi usque 1712. activus erat.

Sixtus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Germat in ADtu Neugradiensi. (Balasagyarmat), qui juratus dixit, suum beneficium non valere ultra quinque marcas. Solvit mediam marcam et si plus valeret, plus restitutum promisit. (Mon. Vat. S. I. T. I. 227.)

Sixtus. 1543. plebanus Matthaei Villae. Dum illum huszarones Ladislai Merse captivare voluerunt, quia parochi XXIV. regalium cathedraticum Andreae Báthory exsolvere recusarunt, in ecclesia existens, non repperunt, sed domum

spoliarunt (Wagner, Anal. Scep. II. 241.) 1556. parochus in Bathizi, (Batisztfalvae), qui collaboravit in aquirendis instrumentis privilegiorum, quum priora, igne consumpta sint. (Ibid. II. 257.)

Skacsányi, vide Szkaacsányi.

Skadra Joannes. Natus 1. Nov. 1856. Theologiam Strigonii 1880. terminavit. 16. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagymagyar. 1888. factus parochus in Illésháza.

Skarda Josephus, Maria. Natus 2. Mart. 1847. Theologiam in semin. Budapestiensi 1872. terminavit et ss. theologiae baccalaureus gradus. 19. Jul. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Sasvár. 28. Febr. 1881. pro admin. ad Sándorf missus, restaurataque ecclesia et parochia festo s. Michaelis qua parochus installatus. Hinc 1887. transivit ad Sasvár, ubi una decanus, altariae s. Antonii de Pad. rector. 1892. factus praepositus s. Benedicti de Sámson.

Skarnitezl Alexander. Natus 10. Febr. 1808. Szakolczae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae in semin. Mariano 1829. absolvit. 1830. et 1831. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. Cooperatorem egit Szeniczii a. 2. in Szomolány a. 9. Hinc 1841. obtinuit parochiam Sárfő, ubi ab 1870. VADiac. ord. distr. Szempczensis. † 31. Jul. 1872. ibid.

Skerlecz Franciscus. Theologiam cum cursu morali in semin. s. Stephani terminavit. 25. Mart. 1678. ordinatus. Cooperatorem egit Tirnaviae. Hinc 23. Apr. 1687. investitus parochus in Madunicz. Inde m. Apr. 1689. in Nagy-Kosztolány. Exhinc 7. Apr. 1690. in Lopassó, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de illo: Annor. 43. in cura animar. 18. hic 7. annis. Idem visitator etiam 1700. ibi visitationem peregit. Tunc adnotat, parochi sublatam esse licentiam duo sacra celebrandi. Operatus est usque 1705.

Skerlecz Georgius. 25. Maji 1663. investitus parochus in Kozár, nunc filia ad Egeg in cottu Neograd. Hinc 24. Maji 1665. in Ternye. Inde 3. Nov. 1669. in Tiszolcz. 26. Maji 1672. in Bogdány. 19. Apr. 1675. in Turócz-Sz.-Mihály. 19. Nov. 1679. investitus una et in Ivánkafalva. 17. Dec. ejusdem a. una et in Haj. 17. Mart. 1686. investitus in Bars-Szent-Kereszt, ubi usque 1692. operatus est.

Skocsovsky Georgius. 29. Jun. 1712. investitus parochus in Liptó-Szent-Anna. Hinc 28.

Aug. 1721. in Lieszkó, ubi 20. Apr. 1731. successorem nactus. † 17. Oct. 1738.

Skoda Joannes. Csereniensis ex cottu Bars. 10. Apr. 1751. susceptus in alumnatum Budensem. 28. Oct. 1753. ordinatus et 20. Dec. e. a. factus cooperator in Vadkert. 9. Mart. 1756. investitus parochus in Nagy-Bárkány. Hinc 7. Jul. 1759. in Kis-Terenye. Hinc 24. Maji 1766. missus pro cooperatore ad Bagota, inde vero mente turbatus ad semin. deficientium Tirnaviam, ubi † 22. Maji 1767.

Skoda de Dombro Petrus. Ab 1559. videtur fuisse canonicus Strigoniensis. 23. Jan. 1566. factus rector altariae s. Adalberti. 1568. nominatur in libro rubro parochus Tirnaviensis. Juxta aliquos (Ocsovszky) jam ab 1559. Circa 1574. ADIac. Nitr. Eodem. a. resignata parochia moritur plenus dierum, verum cum magna animi anxietate et cura multa, in domo sua propria in platea Hyerusalem vocata. Sepultus in templo s. Nicolai.

Skolka, alias Jacubei Georgius. 8. Jan. 1735. investitus parochus in Oszlány, una VADIac. distr. cognominis. Hinc 2. Oct. 1755. in Prividia, ubi † 18. Maji 1759.

Skolka Joannes. Occurrit 1633. parochus in Pecsencz. Quum Emericus Losy eppus Agriensis, E. M. Strig. praep. maj. et vic. gen. citaret parochianos Battenses jura ecclesiae violantes, hanc citationem 10. Dec. e. a. Skolka peregit. 1638. parochus in Némethi. 9. Oct. e. a. conventionem inivit cum aliquo parochiano suo percussore, ut solvat 133 flnos, praeter expensas pro medicamentis.

Skomalovics Joannes, vide Skumalovics.

Skorubszky Jacobus. Silesita. Theologiam in semin. s. Stephani cum cursu morali terminavit et 8. Nov. 1687. ordinatus est. Mense Apr. 1689. investitus parochus in Madunicz. Hinc 18. Febr. 1694. in Nagy-Kosztolán. Ibi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui parochum 32. annor. sacerdotii 10. hic 3. annis esse dicit. Monitus ut rituale legat et observet. Inde 13. Apr. 1701. in Volaszka-Béla. Exhinc 18. Jun. ejusd. a. in Turócz-Szent-András, alias Szoboszló. 1703. cepta arce Blatnicza sub Rákócziana insurrectione, protestantes ecclesiam in Szoboszló occuparunt, parochum, cujus nomen non notatum, e domo parochiali raptum, ad montem Gádor occiderunt. Tunc Skorubszky non fuit occi-

sus, quia ille tardius iterum applicationes accepit, et quidem 11. Jun. 1711. in Kolos, 26. Jun. e. a. Manigae et 6. Jun. 1712. in Felső-Zelle, ubi adhuc eodem a. desinit operari

Skorubszky Joannes. 14. Nov. 1706. investitus parochus in Ujbánya. Hinc 5. Dec. 1709. in Turócz-Szent-András, alias Szoboszló, ubi usque 1710. activus erat.

Skrabák Georgius. Nobilis de Zaszkal in cottu Árva e parentibus haereticis in Turány natus. Anno aetatis 16 divina gratia aspirante conversus. 19. Aug. 1758. missus ad alumnatum Budensem. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 12. Maji 1763. applicatus cooperator in Balassa-Gyarmat. Hinc 4. Mart. 1766. investitus parochus in Tiszolcz, ibi m. Jul. ejusd. a. conscriptio parochiae per Emericum Foglár peracta. 6. Jul. 1767. intimatur, ut acatholici stolam parochi catholico dependant. Eod. a. tabellaris conscriptio parochiae peracta. 7. Sept. ejusd. a. investituram accepit pro Kis-Krsztyene. Hinc 24. Jun. 1771. in Nadlány. Inde 18. Mart. 1773. in Kis-Vendég, ubi 18. Jun. 1780. peracta visitatio Batthyianiana. Recte tunc neo-erecta est parochia ex filiali Sisso, quae etiam eadem die visitata, ubi de parochi, quod sit annor. 44. et occasione erectionis hujus parochiae a Sissoviensibus composessoribus expetitus pro primo parochi. † 29. Jul. 1787. ibidem.

Skrabik Andreas. Vágbeszterczensis ex cottu Trencsin. 31. Oct. 1734. in alumnatum Budensem susceptus. 5. Apr. 1738. ordinatus. 6. Sept. 1738. investitus parochus in Endrefalva, ubi † 12. Maji 1741.

Skrabik Paulus, Petrus. Vág-Beszterczensis, in cottu Trencsén. 1749. susceptus in alumnatum Budensem. 19. Jul. 1754. missus pro cooperatore ad Izbégh. Hinc 18. Jun. 1756. investitus parochus in Czered in cottu Neogr. Ibidem 1763. ecclesia erigebatur. † 21. Febr. ejusdem a. ibidem.

Skrabik Paulus, Petrus. Vág-Beszterczensis, in cottu Trencsén. 1749. susceptus in alumnatum Budensem. 19. Jul. 1754. missus pro cooperatore ad Izbégh. Hinc 18. Jun. 1756. investitus parochus in Czered in cottu Neogr. Ibidem 1763. ecclesia erigebatur. † 21. Febr. ejusd. a. ibidem.

Skrečka Joannes. Turensis e cottu Nitr. Qua alumnus semin. s. Stephani 1734. baccalaureus, 1737. vero magister philosophiae. Theolo-

giam cum a. tertio in eodem semin. 1738. terminavit. 1742. pro cooperatore missus ad Rózsahegy. 3. Febr. 1745. investitus parochus in Pohorella, ubi † 11. Jan. 1761.

Skrivánek Mauritius. Natus 21. Sept. 1836. in Császkócz in cottu Nitr. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii 1857. absolvit. Professorem egit in AEppali gymnasio Tirnaviae. 26. Mart. 1859. ordinatus. Eodem a. cooperator factus Tirnaviae. 1862. missus pro admin. ad Szokolócz, ubi 22. Sept. e. a. parochus nominatus. Hinc 24. Febr. 1869. transivit ad Alsó-Diós. Obtenta 8. Aug. 1878. parochia Bélaház. 1. Sept. e. a. illuc transivit. 1894. assessor s. Sedis Tirnaviensis nominatus.

Skrobek Ambrosius. 18. Apr. 1698 investitus parochus in Maniga, ubi 1700. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho: «In cura animarum annis 16. hic duobus et medio a. Inhibitus ne a poenitentibus ex post accipiat denarios, quod si ad altare tales posuerint, distribuat mendicis.» Operatus est ibi usque 1701.

Skrovanek Martinus. Trsztenensis in cottu Trencsin. 30. Nov. 1749. susceptus in alumnatum Budensem. 22. Dec. 1754. missus pro cooperatore ad Scepusium. Subin parochus factus in Lucsvina, ubi † 16. Mart. 1763.

Skrukics, rectius Krusics Michael. Videtur idem esse cum Michale Krukich. Theologiam in Pázmáneó terminavit. 1. Jun. 1667. investitus parochus in Diószeg. Hinc 9. Maji 1669. in Léva, ubi Andreas Péterffy, peregit visitationem, qui de parocho notavit, quod sit annor. 37. operatus est usque 1675.

Skrusina Ladislaus. Natus 27. Jun. 1799. Theologiam in semin. Mariano 1822. terminavit. 1823. et 1824. in instituto presbyterorum transivit. 15. Aug. 1823. ordinatus est. Cooperatorem egit in Pobedim et ab 1824. Bazinii. 1831. obtinuit parochiam Horvátgurab. Hinc 1855. transivit ad Dubova, ubi † 25. Sept. ejusd. a.

Skulteti, aut Sculteti Ambrosius. Fuit 1630. parochus in Szolcsán, qua talis interfuit synodo 4. et 5. e. a. Tirnaviae per Petrum Pázmány celebratae. Ibidem 1634. Joannes Solnensis peregit visitationem, qui de parocho sic: «Jam tertium annum implebit, sed voluntate R. D. Vicarii Ardonicensis (Ardanócz) suscepit parochiam.»

Skulteti Andreas. Occurrit 1647. licentiatus in Házás-Nénye. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc a. confecto.

Skulteti Andreas. 19. Nov. 1719. investitus parochus in Fél. 26. Maji 1721. pro interim illa conjuncta cum Csütörtök, in qua etiam investitus. Hinc 11. Maji 1722. in Zámoly. Ubi usque 1725. activus fuit.

Skulteti Andreas. Varaljensis e cottu Turócz. In univ. Tirnav. 1720. baccalaureus 1721. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1723. terminans 18. Dec. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Bajmócz. Hinc 16. Jun. 1726. investitus parochus in Alsó-Ludány, ubi 1731. Franciscus Zihy peregit visitationem, qui de parocho notavit, quod sit presbyter in 8. annum, hic in quinto. † 28. Jun. 1754. ibidem.

Skulteti Andreas. Klicsinensis e cottu Trencsin. Theologiam cum secundo a. in semin. gener. 1757. terminavit. 24. Oct. e. a. missus pro cooperatore ad Bajmócz. 1. Sept. 1762. investitus parochus in Alsó-Récsény. Hinc per cambium cum Josepho Kolbach obtinuit Detrekő-Szent-Péter, ubi 12. Sept. 1764. investitus. Inde 25. Maji 1772. in Stepanó. Exhinc 21. Nov. 1776. in Egbell. Inde 1780. transivit ad Búr-Szent-Miklós, ubi 29. Jul. 1788. peracta visitatio Batthyaniana, in qua de parocho: Aetatis 51. Staturae altae. Temperamenti phlegmatici, modestus, sincerus. Zelosus in dicendo ad populum. Erga pupillos et viduas beneficus. Ab 1787. VADiac. distr. S. Joannensi. † 4. Mart. 1805.

Skulteti Daniel. Occurrit ab 1653. usque 1661. parochus in Szered. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Skulteti Martinus. Occurrit 15. Sept. 1637. parochus in Ipolynyék. Hac die excepit fassiones cum socio suo Georgio Szelepcsényi parocho in Kőkeszi ex mandato vicarii gen. ad instantiam Calvinistarum et Lutheranistarum in Balassagyarmat in causa terrarum arabilium et pratorum ad parochiam loci pertinentium.

Skulteti Martinus. Occurrit 1630. licentiatus in Ipolyszécsényke, qua tatis interfuit 4. et 5. Oct. e. a. synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. 1647. occurrit in Palojta. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc a. confecto.

Skulteti Mathias. 1628. factus parochus in Nagy-Tapolcsány. 1630. ibi Wolfgangus Érsekújváry peregit visitationem, qui ecclesiam civitatis Tapolcsány cathedralem esse dicit. 1634. ibi-

dem per Joannem Solnensem visitatio fuit peracta, in qua parochus sex annis hic esse asseritur. Adhuc 1643. activus erat.

Skulteti Michael. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1797. terminavit. Cooperatorem egit in Unin, ab 1799. in Búr-Szent-Miklós et ab 1800. in Csejtha. 1805. factus parochus in Vagyócz. Hinc 1814. transivit ad Ó-Tura. Inde 1824. ad Verbó, quam 14. Jan. 1844. resignavit, pensione donatus et institutum emer. parochorum Tirnaviae ingressus, ubi † 19. Mart 1848. Aetatis 74.

Skulteti, vel Marosi Simon. Veszteniczensis. 1630. occurrit parochus Stomfae. Praesens fuit in synodo Tirnaviensi 4. et 5. eodem a. asservata. 1634. in Stomfa Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de parocho notavit: «Annorum plus quam 50. Parum studuit. Usum rerum habet. Bene concionatur. Multis annis hic degit. Breviarium puto eum recitare. Erat illi prius concubina, quae adhuc vivit et licet in Stomfa maneat, non tamen in domo parochiali. Nec scandalum, nec magna nunc suspicio sceleris, propter vetulam.» 1647. adhuc ibidem, nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Skulteti Stephanus. Occurrit 1634. parochus in Felső-Vesztenicz. Eodem a. Joannes Solnensis peregit visitationem, qui de parocho notavit: «Breviarium non scit dicere et etiam male audiebat hoc tempore, prout per quosdam parochos inquisitionem fieri curaveram et ipsemet postea rem examinaveram.»

Skumalovics Joannes. 13. Maji 1710. investitus parochus in Kosztolna in cottu Nitr. 15. Apr. 1719. in Nahács, ubi 1722. matricam scribere incepit. Usque 1731. activus erat. Qua deficiens † 23. Febr. 1737.

Skuteczky Joannes, Franciscus. Holicensis. 18. Dec. 1747. susceptus in alumnum Budensem. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 30. Aug. 1750. missus pro cooperatore ad Krakovan. Hinc 13. Dec. 1751. investitus parochus in Felső-Attrak, ubi 15. Maji 1755. Antonius de Réva peregit visitationem. Inde 1. Maji investitus in Prassicz. Exhinc 11. Jul. 1763. in Nagy-Tapolcsány, ubi 1765. domum parochialem erexit. 28. Nov. 1767. fundatio Theresiae Berényi pro sacello s. Joannis Nep. cum crypta. Ab 1770. VADiac. districtus cognominis. 30. Maji 1780. peracta visitatio Batthyianiana, in qua de paro-

cho notatur, quod sit valetudinis exiguae et servet suis sumptibus cooperatorem. † 24. Aug. 1794. ibidem.

Skuteczky Paulus. 26. Nov. 1737. investitus parochus in Nádas in cottu Hont. Hinc 24. Apr. 1745. in Modor, ubi † 11. Maji 1747.

Slapák Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. 1782. terminavit. Cooperatorem egit Stomfae. 2. Mart. 1786. nominatur parochus in Zohor. Inde 1794. factus spiritualis in semin. generali. 12. Mart. 1799. accepit parochiam Szenográd. † 13. Jun. 1805. in via, Schemniczium pro cura valetudinis tendendo.

Slaskay Laurentius, vide Szlecsay.

Slandersitz, vel Szlavassy Martinus. Croata Antauiensis e cottu Sopron. 4. Jun. 1712. susceptus ad alumnum Budensem. Theologiam cum quarto a. cursu speculativo in Pázmáneó terminavit. 24. Oct. 1727. investitus parochus Egyházfalvae. Hinc 17. Maji 1729. in Nagy-Magyar. Ubi 1731. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parocho: «Annor. 40. in cura animar. 15. Gnarus hung. germ. slav. croat. italicae. Cui parochiani bonum testimonium dederunt.» Ibi usque 1734. activus erat.

Sleczeg Andreas, vide Szlecsei.

Slegher Georgius, vide Schlegel.

Sleskay Laurentius, vide Szlecsay.

Slonka Mathias. Silesita. Fuit 1700. parochus in Kluknó, in cottu Scepus. ubi eodem a. Joannes Sigray peregit visitationem, qui parochi hujus mentionem facit.

Slotta Georgius. Natus 24. Mart. 1819. Theologiam qua alumnus dioecesis Brunnensis ibidem terminavit. 1842. ordinatus est. Cooperatorem egit Montenicae et Zeranicae in Moravia. 1852. Praegae deposuit examen status pro professoratu. Ex literatura et lingua slavonica accommodatus est professor Neosolii. 1861. obtinuit parochiam Tusina, mox surr. VADnus in dioecesi Neosoliensi. 1870. factus director societatis s. Adalberti, ac pagel. Katolicke Novini redactor una reg. societ. scientiar. Goricensis membr. corr. degit Tirnaviae. 1878. ad ADioec. Strig. susceptus. Eodem a. Suae Sanctitatis Summi Pontificis capellanus honor. extra Urbem creatus, item admin. et initio 1879. parochus in Puszta-Vogyerád, nec non VADnus distr. Nagy-Kosztolán. † 3. Oct. 1882. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 478.)

Smatlay Andreas. 15. Febr. 1742. investitus

parochus in Nagy-Szuha, quod beneficium 1748. resignavit. Extra beneficium constitutus † 1. Sept. 1754. in Felső-Vásárd.

Smelik Ignatius, vide *Szittnyai*.

Smelkó Stephanus. Fuit 1766. parochus in Szepes-Ófalu, quo cum beneficio incorporatus est 1776. neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Smerss Venceslaus. Boëmus, Naczeradiensis. 23. Oct. 1741. ex Emericano ad alumnatum Budensem missus, ubi theologiam cum cursu morali terminavit. 19. Dec. 1744. ordinatus. 17. Jul. 1745. missus pro cooperatore ad Stomfa. 7. Jan. 1747. investitus parochus in Prácsa, ubi eodem a. restaurata ecclesia. 25. Maji 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochia, quem Schmercz vocat habet: «In cura animarum 11. hic quidem 9 annis. Diligens, exemplaris.» † 26. Aug. 1764. ibidem. Ex apoplexia. In crypta ecclesiae sepultus.

Smutka Mathias. 10. Dec. 1688. investitus licentiatas in Szent-Antal et Illés, ubi usque 1689. activus erat.

Smizek Hieronymus. 16. Jan. 1674. investitus parochus in Limpok. Hinc 8. Apr. 1675. in Tóth-Próna, qui sub turbis Tökölianis per protestantes de aede parochiali raptus, spoliatus, litro mulctatus, ex verberum acerbitate paulo post extinctus est. (Magy. Sion. 1868. 604.)

Smutkó Michael. Fuit 1630. parochus in Radossócz. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. e. a. Tirnaviae celebratae. Nominat illum Wolfgangus Érsekujvári in visitatione eodem a. ibidem peracta. 1634. Joannes Solnai in ibi peracta visitationis instrumento sic de illo refert: «Moribus non per omnia laudabilibus, opera tamen domini vicarii enitar, ut meliores assequi conetur.» 1647. fuit parochus in Istvánfalva cum filia Dubova. Qua talis nominatur in catalogo cleri hoc a. jussu Georgii Lippay confecto. Eodem adhuc anno occurrit in Kis-Krstyene. Dum circa 1678. parochum ageret in Ocsova, nobilis ejus Georgius Holecz, in cujus curia adempta ecclesia, ubi catholici sacra faciebant, P. Venceslaum e Scholis Piis, saecularibus vestibus indutum ac famulum suum fingendo per castra Tököliana deduxit et ita solum salvavit.

Smutkó Stephanus. Fuit 1630. parochus in Bohunicz, qua talis interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae asservatae. 1633. parochus Dojcsensis. Hoc a. ob dehonestationem alicujus

citatus. 1634. una cum Michaele Smutkó citatus eo, quod parochum Rosindolensem Joannem Dives verberaverint. 1647. nominatur adhuc hic, in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. 1654. transivit ad Pernek, ubi usque 1656. operatus est.

Smutkó Stephanus. E parochia Baziniensi 1656. factus Pernekiensis, ubi usque 1657. activus. Fuit nepos prioris.

Sóber (Schober) Joannes Ev. Posonii 4. Dec. 1741. natus. Trencsinii in tyrocinium Societatis Jesu receptus. Cum Tirnaviae philosophiam, Graecii theologiam cum laude publice defendisset, Judenburgii tertio probatus, biennio ultimo praefectum et professorem linguae germanicae et gallicae in convictu nobilium Tirnaviae egit. Sublata Societate AEppus Batthyanyi instituendae primum in palatio suo nobili juventuti, tum introducendae in Tibisco adsitis terris scholis nationalibus illum praefecit. 4. Jan. 1781. ad capitulum Posoniense promotus. 1784. parochus ad s. Martinum electus. Mox abbas s. Aegydi de Simigio. 1794. praepositos Posoniensis, ac eppus Noviensis. Ob singularem prudentiam et in negotiis gerendis dexteritatem in comitiis tum regiis tum provincialibus commissionibus diversis et deputationibus adhibitus fuit. Gallis urbem occupantibus, quamvis ipse valetudine lassus, militem in hospitali ad consulendum salutis suae adhortavit, donec viribus fractus † 7. Jun. 1809. Vitam ejus scripsit Alexius Jordánszky. Merita literaria recenset Stoeger Scriptorum S. J. 330, et Zelliger l. c. 479.

Sobry Martinus. Ex Sabaria obtinuit parochiam Szempcz. 1634. ibidem Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de illo notavit: «Praepositus Öriensis. (B. Mariae Magdal. de Felső-Eörs.) In Ör nuperrime crudeliter a rusticis Calvinianis caesus ac fere occisus. Graviter contra eum Szenczienses cives questi sunt, quod esset valde imperiosus, arrogans, praiceps, ac cholericus, vini amans et rixarum, spiritu lenitatis destitutus. Item, quod contra Eminentissimi cardinalis concessum, non permetteret cives acatholicos in coemeterio humari. Quod eisdem nunquam concionem funebrem faceret; quod in funere strophila extorqueret, rem hac in patria nunquam auditam. Quod a pulsu campanae ad nundinas semper limbrum piperis sibi vindicaret, cum tamen de pulsu absolute cum eo conventum fuisset, quod denique in Cheklyéz, Magyarbél,

Bödögfalva, Nagyfödemes, Királfalu itaret et domi in Szencz muneri suo non satis faceret, ac plura alia.» Subin canonicus capituli Castriferensis. 1638. canonicus Jauriensis. ADiac. Mosonien-sis. 1641. praepositus s. Adalberti de monte Jaurino, 1644. custos capituli.

Soffner Bernardus, vide **Seffner**.

Sohajda Ignatius. Natus 11. Sept. 1858. Theologiam Strigonii 1882. terminavit. 19. Mart. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Holics, ab 1883. in Nagy-Súr. 1888. int. admin. in Felső-Szöllös. Notar. distr.

Soltész Aloysius. Natus 26. Febr. 1816. Neosolii. Theologiam cum quarto a. 1841. Pestini absolvit. 1842. Strigonii in instituto presbyterorum transegit. 23. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Selmeczbánya. 1850. professor doctrinae religionis penes gymnasium Posoniense applicatus. Hinc 1859. in eadem qualitate ad gymnasium Pestiense translatus. 1863. praesentatus est ad parochiam Tardos, ast beneficium hoc nec adeundo 19. Oct. ejusd. a. admin. factus in Hrussó, ubi 18. Apr. 1864. parochus investitus. 25. Jan. 1865. beneficium hoc resignavit ob defectum oculorum. In domo deficientium Tirnaviae degit. Eodem adhuc a. subsidiarium egit Szeredini, mox in Búr-Szent-György. Subin curatus factus conversorum anabaptistarum in Morva-Szent-János, ubi † 18. Febr. 1876. De literaria ejus activitate Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 480.

Sommerfeld de, Judex Michael. 1525. canonicus Posoniensis, rector altariae Omnium Sanctorum, occurrit qua testis in testamento Pauli Mucha. Fuit ab 1540, usque 1556. parochus ad s. Martinum ibidem. (Rimely, Capitulum Posoniense, 262.)

Somogyi Aloysius. Natus 2. Jul. 1816. Comaromii. Theologiam in Pázmáneó 1838. terminavit. 1839. in instituto presbyterorum transegit, qua talis 1840. applicatus fuit educator apud Gabrielem Svaiczet supremum camergrafium in Selmeczbánya. 27. Oct. ejusd. a. ordinatus. Eodem adhuc a. applicationem accepit qua cancellista ad redactionem scripti periodici ecclesiastici penes Franciscum Szaniszló. Ab 1843. beneficiatus in arce Strigoniensi, una metrop. capituli Strigon. bibliothecarius, item cottus Strig. tab. jud. assessor. 1847. doctor juris eccl. in univ. Pestana creatus. 1850. Americam petiit, ut ibi missionarium ageret. Applicatus in dioecesi

Buffalóensi, curatus animarum urbis Denville 1855. redux in patriam vice-director societatis s. Stephani factus. † 6. Jun. 1856. Pestini. Activitatem literariam recenset Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 481.

Somogyi Franciscus. Natus 18. Aug. 1785. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1808. terminavit. 22. Aug. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Párkány 6. in Drégely-Palánk 4. annis. 24. Sept. 1819. nominatus parochus in Szete. 24. Apr. 1826. translatus ad Párkány. Hinc 28. Jul. 1829. ad Kéménd, ubi † 27. Aug. 1832. Fuit una cottuum Hont et Neograd tab. jud. assessor.

Somogyi Joannes. Natus 26. Jun. 1796. Samariae. Theologiam in semin. s. Stephani 1820. terminavit. 1821. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 21. Jan. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Rimócz, 1824. in Duna-Szerdahely, 1825. in Nagy-Magyar, 1826. in Diószeg. 1828. iterum in Duna-Szerdahely, ab 1830. in Somorja. 1835. obtinuit parochiam Vág-Hosszúfalu, ubi † 13. Jun. 1867.

Somogyi Matthaeus. Occurrit 1630. parochus in Egyházpaka, nunc Nagypaka, ubi 1634. Georgius Draskovich peregit visitationem qui de parocho sic refert: «A pluribus hic annis, vitam duriter agit. Jam etiam valetudinarius esse cepit, aetatis propectae. Exigua quidem latinitate praeditus at vir bonus et nulla simulatione tectus. Concionibus plebi satis facit. Jam hic, quam sequenti parochia, locisque ubi antea versabatur, non nullos ad gremium catholicae ecclesiae reduxit. Pro administratione Nagylégh parum mercedem accipit, sed patienter fert inopiam, potius, quam tumultum excitet.»

Somogyi Michael. Ab 1614. parochus in Pudmericz. 1623. in aliquo negotio fuit deputatus. 1629. contra illum causa mota, ratione initi post sacerdotium matrimonii. Judex decedit, nisi statim dimiserit, incarcerandus et privandus beneficio. 1630. die 4. et 5. Oct. interfuit synodo Tirnaviae celebratae. 1634. Pudmericzii Georgius Draskovics peregit visitationem qui de parocho sic: «Aegre fungitur officio et senectute et anno abhinc apoplexia, quae ei loquelam turbavit, afflictus, quo circa a Senquiciensi et Vistokensi parocho interdum in munere suo juvatur. Parochiani libenter illum patiuntur, quod viginti annis operam eis suam navaverit. Erat illi concubina

tertio ab hic anno vita functa. Filia matrimonio molitori cuidam juncta patrem curat, agitquae oeconomam. Breviarium vix aliquando recitat, nec sacrum satis recte peragit.»

Somogyi Sebastianus. Magno-Varadiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1763. baccalaureus, 1764. magister philosophiae. Theologiae primum et secundum a. in eodem semin. ceteros cum quarto a. in Pázmáneó 1768. terminavit. 11. Jul. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Pécs-várad. 4. Sept. 1770. in pari qualitate Pestinum transpositus. Hinc 1773. ad Drégely-Palánk. 4. Jul. 1774. investitus parochus in Visk, ubi † 31. Dec. 1802.

Somorjai, vide **Szamariai.**

Somorjay Martinus. Ex Somorja in cottu Poson. 7. Jun. 1713. susceptus pro seminario Budensi. 5. Martii 1717. expeditus pro parochia Házasnénye, ubi 28. Apr. e. a. investitus. Hinc 26. Jun. 1724. in Várkony, ubi † m. Maji 1729. Sepultus in ecclesia.

Somosy Chrystophorus. Occurrit 1647. licentiatus in Nagy-Túr, rectius Felső-Túr. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Sonnenfeld Franciscus, vide **Mezei.**

Sonntag, alias **Szalay Andreas.**

Sontag Joannes, Valentinus. Occurrit 31. 1518. Jul. plebanus oppidi Béla, qua die fulminis ictu incensum oppidum, dentis quatuor domibus, totum exustum cum duobus templis et campanis liquefactis. (Wagner, Anal. Scep. II. 139.) 1522. electus est in seniore fraternitatis. (Ibid. II. 200.)

Soóky Ignatius. Natus 18. Jul. 1785. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1809. absolvit. 10. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Galanthae, ab 1812. in Kéménd, ab 1814. in Muzsla, ab 1815. in Patak, ab 1820. iterum in Muzsla et ab 1822. in Szelöcze. 7. Apr. 1823. nominatus parochus in Nemes-Oroszi. Hinc 28. Jul. 1829. obtinuit Párkány. Inde 13. Febr. 1833. Nagy-Kér. 1. Oct. 1858. ad institutum s. Adalberti assumtus, in Rétság consedit, ubi † 25. Mart. 1860.

Soóky Joannes, Antonius. Szomolnensis. Qua alumnus semin. Mariani 1721. baccalaureus, 1722. magister philosophiae. Theologiam cum cursu speculativo in eodem semin. 1725. terminavit, tunc jam presbyter. Cooperatorem egit Szokolczae. 17. Sept. 1726. investitus parochus in Felső-Vásárd. Hinc 3. Maji 1729. in Nagy-

Bresztován cum Bucsán. 1731. in ambabus parochiis visitatio peracta, in priori Joannes Jelenffy, qui de parochia: Annor. 33. in cura animar. 6. hic tribus annis. Testimonium ei bonum dederunt. In posteriori Franciscus Zichy, qui de illo, quod sit propriis libris provisos. Hinc 22. Sept. 1732. investitus in Majthény. Inde 10. Mart. 1734. Mivae, ubi † 12. Febr. 1740.

Soóky Joannes. Theologiam cum secundo a. terminavit. 14. Jun. 1710. investitus parochus in Füss, ubi 1713. Joannes Bublolics peregit visitationem, qui de parochia, quod sit 28. annor. habeat domum ruinatam. Operatus est usque 1716.

Soóky Stephanus. Fuit 1636. alumnus Pázmánei. Subin parochus in Szölgvény. 1643. orat literis Georgium Lippay, ut per Calvinistas occupatam ecclesiam restitui faciat. 1647. nominat illum catalogus cleri jussu ejusdem AEppi confectus.

Soós Joannes. 11. Mart. 1758. missus pro cooperatore ad Gajar, 22. Jan. 1759. ad Bajmócz. 10. Jul. 1760. investitus parochus in Koos. Hinc 27. Nov. 1766. in Pusztá-Födémes. Inde 1. Mart. 1770. in Alsó-Dombó, ubi ultimis octo mensibus ex affectione pedis lecto affixus ac variis calamitatibus obrutus. † 25. Aug. 1773. Ad cryptam ecclesiae sepultus.

Sopronyi Joannes. Occurrit 1630. parochus in Balassa-Gyarmat. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusdem a. Tirnaviae celebratae.

Soranus, vel Seran, alias Renatus. Ab 1467. usque 1516. fuit unus parochorum in Selmezbánya. Lapis sepulchralis ex marmore diutius exstitit in ecclesia B. M. V., uti Mathias Bél refert, Notitia Hung. Novae IV. 624.

Sorecz Joannes Bapt. Natus 24. Jun. 1834. in Szebeléb. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. Cooperatorem egit Strigonii ad s. Ignatium a. tribus. Subin E. M. Str. praebendatus factus. 28. Dec. 1867. nominatus admin. in Keszölcz, ubi 16. Jan. 1868. parochus factus. Ab 1893. Spiritualis distr.

Sormann Paulus, vide **Schormann.**

Sosich Matthias. Ab 1604. parochus in Nagy-Senquicz, qui 1611. successorem nactus. (Kolonicics, Chronicon Templarior. 29.)

Sostarics Matthias. Ab 1740. usque 1744. parochus in Divényujfalu.

Sostaricz Michael. Borovens. Theologiam

cum tertio a. 1653. terminavit et ordinatus est. Mox obtinuit parochiam Némethi in cottu Bars. ubi 1657. Andreas Szily peregit visitationem qui de parochia sic: Aetatis 30. sacerdotii 4. Libris instructus, praeter synodum dioecesanam et Tridentinum. Slavus quidem, sed facile posset etiam hungaricam parochiam administrare. «

Sovovics Stephanus, vide **Szovovics**.

Söress Franciscus. Fuit S. J. adscriptus, cassatio illum invenit residentiae Schemnicziensis membrum, missionarium in Schüttersberg, Tepla et Zokil. Post cassationem egit concionatorem et cooperatorem Schemniczii. 5. Jan. 1777. investitus parochus in Pjerg-Szélakna, quam 1802. resignavit. In pensionem positus ultroquoque ibi degit, ibique † 22. Oct. 1804.

Söress Leo. Natus 22. Jul. 1737. Vetero-Zolii. Ad clericam 1754. susceptus pro Emericano, inde ad Pázmáneum pro theol. et philos. demum pro duos m. ad gener. semin. missus. 2. Jan. 1762. cooperator applicatus in Holics. 31. Aug. ejusd. a. investitus parochus in Süttő. Ibidem 1767. informatio de statu ecclesiae conscripta. Mense Dec. 1770. applicatus spiritualis alumnorum semin. s. Stephani. 2. Febr. 1773. investitus parochus in Bozók. 1779. diarium de actibus cooperatoris sui Mathiae Kiszeli Ordinariati praesentat. Hinc 3. Mart. 1781. in Zavar. 26. Apr. 1802. secunda vice factus spiritualis in semin. s. Stephani, ubi † 30. Oct. 1806.

Sötér Franciscus. Natus 21. Nov. 1830. Theologiam Viennae 1855. terminavit. 14. Mart. ejusdem a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Udvard. 3. Oct. 1864. nominatus, 27. vero investitus parochus in Szelőcze. Hinc 7. Jul. 1866. transivit ad Tornóc.

Spacz Joannes, Josephus. Somorjaensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1720. baccalaureus, qua alumnus semin. s. Stephani 1721. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. terminavit. 1. Apr. 1724. ordinatus. Cooperatorem egit Posonii. 2. Dec. 1728. investitus parochus in Szempcz. Ab 29. Aug. 1736. admin. una Magyarbél usque 13. Jan. 1738. Ibidem 1732. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parochia sic: «Annor. 31. in cura animar. 8. Quem bono testimonio de rite peractis functionibus, deque vita commendabilem reddiderunt.» 17. Jul. 1739. installatus canon. Posoniensis. 19. Jul. 1751. investitus parochus ad

s. Martinum. Subin abbas s. Michaelis de insula Leporum. 1755. congregatio ss. Angelorum introducta. 1760. parochiam resignavit. In capitulo ascendit ad lectoratum. † m. Sept. 1774. Fuit vir summopere beneficus et eruditus.

Spácay Casparus. Praenobilis de eadem. Qua alumnus collegii gener. 1694. baccalaureus. 1695. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. absolvit. 1697. titulo patrimonii presbyter ordinatus. 14. Febr. 1698. investitus parochus in Csiffár. Hinc 1700. transivit ad Sempte, ubi 6. Sept. ejusdem a. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia: »Annor. 27. in cura animarum duobus et medio a. Convertit a Pentecoste quatuor acatholicos. 1707. intrusus praedicans, qui paulo post amotus. 26. Febr. 1713. investitus parochus in lib. reg. ac in AEppali citte Strigon. Eodem a. contractum inivit cum S. J. respectu capellae arcis. 21. Aug. 1716. praesidente serenissimo AEppo, jussus excedere ex dioecesi, intra duas hebdomades, cum eo, ut per quinque annos vitam suam corrigat. Locum tamen, in quo deget, vicario insinuet.

Spaczinszky Georgius. Ex seminario Szechenyiano Budensi, 11. Sept. 1767. post defensionem ex universa theologia evocatus est Posonium pro praebendato, inde 27. Dec. 1769. investitus parochus in Nagy-Szalatnya, quocum beneficio incorporatus est neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Spada Franciscus. Natus 10. Oct. 1811. Uj-Banyae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini absolvit. 28. Oct. 1834. ordinatus. Cooperatorem egit Bakabányae 2. annis. 1836. Pestinum ad s. Josephum missus. 15. Apr. 1848. ingressus parochiam in Szent-Mihályúr, ubi † 24. Oct. 1873.

Spáda Joannes. Natus 1. Nov. 1808. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 25. Febr. 1832. ordinatus. Cooperatorem egit in Viténcz. 3. Nov. 1842. obtinuit parochiam Vagyócz. Hinc 1. Maji 1853. nominatus in Lopassó. 1891. resignavit parochiam et Tirnaviae domiciliavit, ubi † 22. Jul. 1892.

Spaid Michael. 1705. parochus in Grinád. Hoc a. Joannes Schmitt iudex Lutheranus Misokolcium se ad Bercsenyium contulit et commissarios militares cum armatis sediciosos secum adduxit. Claves ecclesiae a Mathia Zsák sibi traditas et ecclesiam et ejus proventus occupavit. Profligato Rákóczio ecclesia utique reoccupata,

in perfidos traditores ea sententia lata, ne illi post fata sua in coemeterio ecclesiam cingente sepeliantur.

Spaits Petrus. Natus 20. Maji 1734. penes Körmend in possessione Nadalla. Aetatis 17. anno S. J. Budae 1751. ingressus. Trencsinii tyrocinium absolvit. Doctamque elementarem, infimam, mediam et supremam grammatices classem, philosophiam biennio Cassoviae, theologiam speculativam Tirnaviae quadriennis audivit ac utramque publice propugnavit. Sacris ordinibus a Paulo l. b. Révay initiatus, tres docendis humanioribus, decem vero residuos religionis annos tradendae geometriae practicae, nec non architecturae civili et militari in regio AEppali nobilium convictu Tirnaviae professor, una et privatus herulorum praefectus insumsit. Romae subinde ad majorem architecturae capiendam experientiam profecturus nisi abolitio societatis iter rescidisset. Tum Thadaei l. b. Amade herulorum praefectum agendo, ab eodem parochus in Bős nominatus, ubi 20. Oct. ejusd. a. investitus. Ibidem 1781. visitatio Batthyianiana peracta. † 22. Maji 1797. Vir fuit praestantissimus, ab omnibus aestimatus.

Spalten, alias Spaldauer Michael. Fuit ab 1482. usque 1492. parochus in Selmezbánya. Sub illo exortae sunt lites circa confessiones fidelium exaudiendas et sepulturam inter parochum et Dominicanos. Sub illo item incepta est 1491. aedificatio novae ecclesiae parochialis s. Catherinae.

Spányi Josephus. Natus 17. Jan. 1813. in Vág-Besztercze. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 22. Febr. 1837. ordinatus. Cooperatorem egit in Kemencze, tum Csasztae. 1844. curatus anabaptistarum in Szent-János. 1848. admin. parochiae in Dubován, ubi 12. Jun. 1851. investitus parochus. Hinc 1856. transivit ad Bucsán. Inde 23. Jun. 1870. occupavit beneficium Garam-Ujfalú, ubi † 7. Jul. 1875. Sepultus in coemeterio, insigni statua resurgentis Salvatoris super monumentum celebratus.

Spanyik Emericus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1800. terminavit. Cooperatorem egit in Párkány, ab 1801. in Udvard, ab 1802. in Perbete, ab 1803. in Kürth, ab 1805. legionis equestris hung. ADucis Josephi Palatini capellanus castrensis. 1821. obtinuit parochiam Tardoskedd. Fuit una cruciger Joannitarum custodum ss. Sepulchri et cruce pro piis meritis insignitus. † 15. Febr. 1826. ibidem.

Spányik Paulus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1825. terminavit. 1826. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. Subin capellanus domesticus apud viduam Tersztyanszky in Nagyfalú. 1828. applicatus cooperator in Bajná Nitriensi, 1831. in Verbó, 1832. in Galgócz. 1834. obtinuit parochiam in Brezova, ubi † 8. Jan. 1842.

Spátay Gabriel. Nobilis Holicensis. Qua alumnus semin. gener. 1682. baccalaureus philosophiae. Ad magisterium non fuit promotus, nam 5. Jul. 1683. propter tumultus Turcarum interruptae scholae et promotio magistrorum nulla, nec 1684. Theologiae privatim studuit, nam 1683. Tirnaviam Tököli occupavit ac succendit, combustum est et seminarium. 24. Jan. 1693. investitus parochus in Gúta. Hinc 10. Maji 1695. in Diószegh. Inde 7. Dec. 1698. in Galántha, ubi 1709. successorem nactus.

Spécz Josephus. Natus 26. Apr. 1802. in Kis-Márton. Philosophiam Tirnaviae, theologiam in Pázmaneo 1830. terminavit. 30. Sept. ejusd. a. ordinatus. AA. LL. et philosophiae doctor, mox baccalaureus ss. theologiae creatus. Cooperatorem egit in Hédervár. Ab 1831. Pestini ad s. Josephum. 1834. transivit ad B. M. V. Ass. 1840. parochus ad s. Rochum, ubi † 10. Nov. 1843. (Religio, 1843. II. 319.) Litterariam ejus activitatum recenset: Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 484.

Specziár Emericus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1807. terminavit. Cooperatorem egit in Duna-Szerdahely. 2. Oct. 1808. obtinuit parochiam in Bátorkesz. Hinc 11. Nov. 1816. nominatus in Nagy-Bárkány, quam per cambium cum Antonio Barmos obtinuit. Hoc beneficium 1818. resignavit et absque officio fuit. 16. Jan. 1819. applicatus admin. in Koospallag, ubi † 25. Jun. 1824.

Specziár Michael. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1801. terminavit. Cooperatorem egit in Csév. Ab 1802. in Kéménd. 1805. constitutus admin. in Szent-Antal in cottu Poson. quam 1808. resignavit et recepit se ad Köhidgyarmat, ubi et 1809. degit. 1810. comissa illi fuit admin. in Assakürt, inde 1836. transpositus in pari qualitate ad Suránka, ubi usque 1846. operatus est. Tunc inter emeritos parochos numeratus resedit in Felső-Vásárd, ubi † 20. Dec. 1846. Aetatis 72.

Specziár Ladislaus. Theologiam cum quinto

a. in semin. gen. Budensi 1780. terminavit. Cooperatorem egit in Balassa-Gyarmat. Ab 1781. in Bozók, et ab 1783. in Pobedim. 16. Oct. 1788. nominatus parochus in Bohunicz. † 29. Apr. 1828. ibidem.

Specziár Ludovicus. Natus 29. Jan. 1821. in Mocsá cottu Comar. Philosophiam Posenii, theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jul. 1844. ordinatus. Cooperatorem egit in Cseklész. Hinc 1845. parochus factus in Felső-Szeli, ubi subin notarius distr.

Spelák Casparus. Tirnaviensis. Ibidem 1752. baccalaureus, 1753. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in semin. s. Adalberti 1756. terminavit. 24. Aug. e. a. applicatus fuit cooperatore in loco natali. 23. Jan. 1766. obtinuit parochiam Vág-Szent-Kereszt, quam 1775. resignavit. Subin Posenii domiciliavit, ubi etiam † 10. Dec. 1782.

Sperlák Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posenii 1799. terminavit. Cooperatorem egit in Alsó-Korompa, ab 1802. in Bölgyény et ab 1804. in Lakács. 1805. obtinuit parochiam Alsó-Merasicz, ubi † 5. Nov. 1830.

Spertl Georgius. Natus 6. Apr. 1816. Budae in Tabán. Philosophiam et theologiam Tirnaviae 1840. absolvit. 1841. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 23. Maji e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit a 1. Jun. ejusd. a. in Vámos, et jam a 26. Jul. e. a. in Vásárút. A m. Mart. 1842. educator est applicatus apud familiam Terstyánszky. Ab 1843. cooperatore in Mocs, 1844. Comaromii. Mense Sept. 1845. capellanus castrensis legionis equestris hung. ADucis Ferdinandi d'Este nro 3. Hinc 1848. cooperatore Veteris-Budae. 1852. brevi tempore administravit Békásmegyér et eodem adhuc a. Kirva, ubi 17. Aug. 1853. parochus nominatus. A m. Maji 1865. usque 22. Mart. 1866. etiam Uny admin. 1879. ob fatalem casum parochiam resignavit. Brevi post subsidiarius factus Budapestini, Christinopoli. Ab 1892. curatus in domo mente captorum regnicolari in Lipótmező.

Spettinger Stephanus. Occurrit 1525. sacerdos in Teutolipcse. Qui propter apostasiam a fide et concitationes populi coram synodo accusatus et ad carceres condemnatus fuit. 1530. libertati restitutus Neosolium petitus adducebatur. Datis literis AEppi Pauli de Várda, ut sacerdotis tales, qui a catholica fide deficientes haeresim

spargunt vincti Strigonium mitterentur, cooperatore illius Antonius judicatus et in carcerem damnatus. 1532. parochiam hanc cum Cracoviensi commutavit. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 141.)

Spissák Paulus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1766. terminavit. Cooperatorem egit in Hámor. 15. Aug. 1769. investitus parochus in Bakabánya. Hinc 1. Aug. 1787. nominatus ad Csejkő. Inde 1791. in Garam-Szöllös. Multum desudavit effectuando intentionem fundationis praedecessoris sui Emerici Ban, in erigendo Xenodochio pro 6000 fnis. 1805. erexit aram principalem ex marmore solido 1500 fnis in Süttő constructam, apposuitque iconem ss. Trinitatis pro 183 fnis. Aquisivit item casulam 120 fnis. Cuncta aere proprio. 3000 fnos reliquit fundatos, ut occasione visitationis infirmorum parochi in Szöllös, Csejkő et Bakabánya distributiones facient. † 3. Mart. 1806.

Spitzka Adalbertus, Bernardus. Ex cooperatore Poseniensi 29. Apr. 1719. investitus, 6. Jun. installatus parochus in Divény in cottu Posen. Protonot. apost. Hinc 19. Febr. 1720. investituram accepit pro Stomfa, ubi 1723. ecclesia dealbata, 1725. vero expilata. 14. Jun. 1727. installatus canonicus Poseniensis. † 1752.

Splényi Jeremias. Fuit 1648. parochus in Ujbánya, a quo matricae incipiunt.

Sprenzel Jacobus. 9. Apr. 1716. investitus parochus in Árva-Váralja, (Subarcensis.) Hinc 29. Jan. 1737. Subvilkensis, ubi † 25. Jan. 1749.

Spribila Aloysius. Natus 13. Maji 1797. Theologiam in semin. Mariano 1821. terminavit. 1822. in instituto presbyterorum transegit et 17. Mart. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit Pestini ad s. Theresiam. Ab 1823. praebendatus chori eccl. metr. Strig. ab 1824. cooperatore Pestini ad Ass. 1833. obtinuit parochiam Pecsénitz, ubi † 11. Sept. 1859.

Springer Stephanus. Natus 1. Aug. 1832. in Nagy-Lévárd. Theologiam Strigonii 1857. absolvit. 27. Jul. e. a. ordinatus est. Cooperabatur Samariae et in Dévény-Ujfalú, qua talis Venetiam ad nosocomium militare missus. Unde redux priorem occupavit stationem. Hinc int. adm. in Valle Mariae. 1. Maji 1866. parochus nominatus in Széleskút. Inde 1870. in Dévény.

Spuller Julius. Natut 27. Nov. 1852. Theologiam in semin. gen. Budapestini 1875. terminavit. 25. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem

egit in Verebély. 16. Mart. 1881. int. adm. 24. Aug. e. a. parochus nominatur in Csejkö. Hinc 1892. transivit ad Garam-Szóllös.

Spurnyoi Ignatius, Franciscus, Nicolaus. Natus 30. Jul. 1760. in Léva. Theologiam cum a. quinto in semin. gen. Poson. 1787. terminavit. Cooperatorem egit Galanthae, ab 1789. in Léva. 3. Apr. 1790. inv. capellanus localis in Vámos-Mikola. Ab 1791. absque officio Tirnaviae. Ab 1794. cooperatorem in Duna-Szerdahely. 6. Jun. 1795. factus admin. in Egyházkarcsa, ubi usque m. Aug. 1796. activus erat. Tunc deficiens. 1801. cooperatorem in Apaj, 1802. in Udvard. 1803. admin. capellaniae localis in Sárísáp. 1805. applicatus capellanus castrensis legionis equestris hung. principis a Hessen-Homburg. † 14. Mart. 1806. in Novo-Miesto in Galicia.

Squór Casparus. Natus 26. Jun. 1815. Theologiam cum quarto a. 1839. terminavit. 11. Febr. 1840. ordinatus est, hoc. a. in instituto presbyterorum constitutus. Cooperatorem egit in Vásárút, ab 1841. in Morva-Szent-János, ab 1843. in Ürmény, fuit una sed. praed. de Vereb. et Szent-György tab. jud. assessor. 22. Sept. 1847. obtinuit parochiam Ürmény, ubi ab 1853. VADnus distr. cognominis. † 12. Jul. 1864.

Srimpf Franciscus, vide **Sötér.**

Stanzl Martinus. Natus 24. Jan. 1813. Pestini. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1835. terminavit. 1835. in presbyterio transegit. 26. Apr. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Oroszi, ab 1837. in Kis-Gyarmat. 1838. apud Alexandrum Terstyanszky educator. Hinc 1842. cooperatorem Pestini ad s. Leopoldum. 5. Apr. 1850. nominatus parochus in Ipolyszécsényke, ubi † 30. Sept. 1865.

Standersicz Martinus, vide **Slandersicz.**

Stanek Joannes. 9. Febr. 1736. investitus parochus in Radvány. Hinc 11. Febr. 1739. in Szelec. Inde 19. Aug. 1744. in Garam-Szóllös, ubi 17. Jul. 1755. visitatio peracta, in cujus instrumento de parochia, quod sit annor. 46. curam animar. gerit ab annis 19. † 29. Aug. 1770.

Stanislaus. Occurrit 1497. parochus in Ivánkafalva. Mentio ejus fit in aliquo diplomate familiae Vladár. (Schem. hist. Neosol. 247.)

Stanislaus. Fuit 1519. plebanus de Poprád. Solvit decimas papales 7 f. 40. d. (Wagner, Anal. Scepi. II. 193.)

Stanislaus. Polonus. Occurrit 1559. parochus

ecclesiae Sanctae-Andrae sub arce Blatnicza. In visitatione hoc a. peracta de illo notatur: Senex, tamen uxoratus, sed dicit se servasse juramentum circa usum cleri, qui sacramentum in ecclesia more catholico servat.»

Stankó Joannes, Hieronymus. Ab 1689. parochus in Báth, ubi 17. annis rexit ecclesiam. Hinc 17. Dec. 1705. simul investitus cum Thoma Petróczy abbate, in parochos lib. reg. et montanarum citium Selmech- et Besztercebánya. Parochia illa 1710. iterum rediit ad S. J.

Stankovanszky Georgius. Theologiae in collegio gen. ab 1721. studuit et cum tertio a. terminavit. 26. Mart. 1723. ordinatus. 12. Maji e. a. investitus parochus in Egyházfalva. Hinc 2. Oct. 1727. in Szempcz et Boldogfalva. Inde 18. Nov. 1728. in Medve. 1728. ecclesia in Ballony erecta ex mulctis, de crudis tegulis. Exhinc 7. Maji 1731. investituram accepit pro Csicsó. Ubi eodem a. Paulus Forgách peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit presbyter 8. annis, in cura animar. 7. a. parochus hic 7. septimanis. Item quod habeat 13 filiales, in quibus potissime calviniani habitent. † 31. Jul. 1739. in obsequio pestiferorum Galgoczi.

Stankovics Andreas. Kukloviensis. Qua saecularis 1695. in univ. Tirnaviensi magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in semin. gen. 1699. terminavit. 18. Apr. ejusd. a. ad titulum praepositurae Bajmócz ordinatus. 18. Jul. 1704. investitus parochus in Felső-Kamenecz. Hinc 23. Dec. 1705. in Alsó-Lelőcz, ubi usque 1809. operatus est.

Stankovics Antonius. Natus 1775. Trencsinii. Philosophiam item et theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1796. terminavit. 1797. Tirnaviae exspectavit ordinationem. Cooperatorem egit in Sellye, ubi brevi tempore admin. et 19. Sept. 1800. parochus nominatus. 7. Apr. 1825. installatus canonicus Strig. et statim praefectus bonorum in Garam-Szent-Benedek. 1. Dec. 1829. ADiac. Hont. 31. Dec. 1835. praepositus s. Stephani. 1837. vero s. Georgii de viridi campo Strig. 1841. cantor. † 17. Sept. 1844. In sequelam chyrgicae operationis in pede accedente apoplexia.

Stankovics Casparus. Theologiam cum a. quinto qua theologus practicus in semin. gen. Posonii 1789. terminavit. 1790. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit

Budae ad s. Annam. 30. Jan. 1793. nominatus parochus in Aranyos-Maróth. 1817. surr. VADiac. distr. Kis-Tapolcsány. Una cottus Bars. tab. jud. assessor. † 6. Febr. 1829. Aetatis 64. Vir magnae eruditionis.

Stankovics Georgius. 1. Jun. 1692. investitus licentiatu in Nagy-Csalomja. 21. Aug. ejusd. a. vero in Rap. cum Terbeléd.

Stankovics Georgius. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1810. terminavit. Cooperatorum egit Szeniczii. 1. Oct. 1811. obtinuit parochiam Rarbach. Hinc 13. Nov. 1823. transivit ad Felső-Attrak. Inde 1835. ad Veszele, ubi † 12. Sept. 1843. Aetatis 60. Fuit cottus Trencsén. tab. jud. assessor.

Stankovics Georgius, vide **Strakovics.**

Stankovics Joannes. Szakolczensis. Studia Viennae absolvit. Fuit magister scholae Tirnaviensis. Tandem sacris initiatum Petrus Pázmány ad capitulum Strig. promovit, ubi 21. Apr. 1619. installatus. Mense Mart. 1624. ADiaconus Thornensis. Ab 1632. parochus Tirnaviensis. 5. Apr. 1633. Joannes Haydelpacher calvinianus contra parochum coram Ordinariatu conqueritur ob dehonorationem. 1634. Georgius Draskovics ibidem, qua exemptam, visitationem peregit. Una concionator ord. slavicus. Usque 1635. munus parochi gessit. Juxta alios 1627. resignatis omnibus beneficiis ingressus est S. J. 1629. Quinque-ecclesiis occupatus fuit.

Stankovics Joannes. Theologiam in semin. s. Stephani studuit. 18. Apr. 1699. ordinatus. Mox adeptus est parochiam Vágújhely, ubi 1700. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de illo, quod sit pro nunc parochus et sit 27. annor. In cura animar. uno a. Contra illum nulla querela prolata. Tunc Nicolaus Lippay fuit praepositus curatus Vágújhelyiensis, cujus vices gerens ab 1706. jam Stephanus Raukay erat.

Stankovics Josephus. Natus 5. Maji 1764. Trencsinii. Theologiam cum anno quinto practico in semin. gener. Posonii 1789. terminavit. 1790. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorum egit in Garam-Szent-Benedek, ubi una et conventualis. 1793. obtinuit parochiam Madunicz. Hinc 20. Febr. 1805. transivit ad Udvarnok, quam 1815. resignavit. Qua instituti emer. parochorum presbyter degit Pestini, ubi † 28. Nov. 1830.

Stankovics Stephanus. Natus 21. Nov. 1820.

Theologiam in semin. Mariano terminavit. 1845. et 1846. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 30. Jun. posterioris a. ordinatus. Cooperatorum egit in Egyház-Karcsa, ab 1847. in Nagy-Salló, ab 1848. in Komárom-Szent-Péter, ab 1849. in Lédecz, ab 1852. in Kéménd et ab 1857. factus admin. Nagy-Fajkürtensis, ubi † 6. Jun. 1858.

Stankovics Thomas. Dombóensis in cottu Poson. 7. Nov. 1729. in alumnum Budensem susceptus, ubi theologiae studuit. 19. Sept. 1733. investitus parochus in Szöllős. 1737. per proprium ludimagistrum percussus, qui citatus coram gen. vicario. † 29. Dec. 1746.

Stanó Sigismundus. Szent-Györgyensis e cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Stephani 1672. baccalaureus, 1673. magister philosophiae. Theologiam in Pázmáneó, cum tertio a. terminavit. 8. Maji 1676. investitus parochus in Sándorf. Hinc 26. Febr. 1687. in Ottóvölgy, una et Istvánfalvae, ubi usque 1693. activus erat. In priori 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parochia, quod sit 45. annor. sacerdotii 20. parochiae hujus 8. Subin 1699. Joannes comes Volkra peregit visitationem, qui de parochia: Annorum 55. sacerdotii 24. jam 15 in Ottenthal parochus. Exemplariter sua peragit. Hic operatus est usque 1703.

Starhemberg S. R. I. comes Emanuel. Ab 1784. primus introductus cooperator Strigonii in citte AEppali. 9. Oct. 1785. investitus parochus Budae in praesidio. 16. Sept. 1786. regulas directivas circa conservandas, vel claudendas capellas et ecclesias Budae et Pestini accepit, ad quas 1788. dispositiones AEppi accesserunt. 11. Febr. 1792. ad capitulum Jaurinense promotus, ubi abbas s. Nicolai eppi de Ercsi, subin ADiac. Soproniensis. † 19. Nov. 1822.

Starinszky Christophorus. Occurrit 1700. parochus in Hollomnicz, (Hollólmnicz) ubi eodem a. Joannes Sigray peregit visitationem, qui parochi mentionem facit.

Stark Albinus, vide **Szilárdi.**

Starovics Jacobus. 7. Maji 1677. investitus parochus in Nádas, in cottu Hont. ubi 1684. ex odio religionis in domo sua infirmus totus deprehensus, diu vexatus, tandem modica, quam habuit supellectile spoliatus, vivus adhuc relictus est. Usque 1689. activus erat.

Stebbinszky Severinus. Mense Mart 1690.

collatam accepit capellaniam parochiae Namesto et filialium, ubi usque 1697. activus erat.

Stechan Paulus. Fuit ab 1661. usque 1665. parochus in Kaproncza.

Steffel Ferdinandus. Natus 5. Jul. 1836. Theologiam Strigonii absolvit. 29. Jul. 1860. ordinatus est. Cooperatorem egit in Kis-Tapolcsány, Stomfae et in Pöstyén. 1. Maji 1867. obtinuit parochiam Oszuskó. Notarius distr.

Stéger Emericus. Natus 4. Maji 1823. in Ipolyságh. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 13. Maji 1846. ordinatus. Cooperatorem egit Siglisbergae, 1848. in Nyék, 1850. in Kőhidgyarmat, 1852. Neobudae, 1853. catecheta in scholis elem. Pestini. 1854. cooperator ibidem ad s. Josephum. Mense Maji 1857. nominatur parochus in Házás-Nénye. Hinc 1867. transivit ad Ipolyságh, ubi † 18. Sept. 1893.

Steger Raphael. Occurrit 1561. rector ecclesiae hospitalis Neosolii. De quo visitator Blasius Zathay peculiaria notavit. «Habet quidem Sacramentum Eucharistiae in ciborio, non habet tamen chryisma, nec aquam benedictam. Non celebrat missam, non orat, gloriatur tamen se breviarium habere. Ex regesto clenodiorum ecclesiae vidi multa deesse, nec massam argenti continentem marcas 18 cum aliquot pisetis, mihi offerre potuit, quia consumsit eam testibus civibus. Vidi unum ex baltheis ex massa illa, factum pro meretricibus. Habet scortum, quod finxit aegre decumbere, exosus ideo ipsis civibus. Neque matri suae propriae parcat, esurireque permittit, et verberata contulit se Tessinium. Convivae ipsius fassi sunt, quod feria III. ante festum Purificationis B. M. V. per totam noctem choreas duxerat et candelas de capella asportaverint. Paulus parochus de Micsina fassus est, quod cum ipse fuisset capellanus Raphaelis, vidisset tapeta ecclesiae conscindi pro lecti sterniis sibi et meretrici suae Dorotheae. Vellet se Dubovae intrudere sed id nunquam fore sine periculo mortis.»

Steglik Carolus. Natus 27. Jun. 1834. in Ujbánya. Theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1857. ordinatus. Cooperatorem egit Bakabanyae et in Nagy-Ölved. 14. Jul. 1860. obtinuit Kolpach. Hinc 14. Jul. 1864. nominatus in Rarbach. Inde 1. Sept. 1865. transivit ad Felső-Zelle.

Stegner Stephanus. Theologiam cum quarto a. et gradu baccalaurei in Pázmáneó 1773. terminavit. Eodem a. ordinatus. Praebendatus eccl.

coll. Posen. 1776. capellanus domesticus Cardinalis a Batthyán. 14. Nov. 1781. nominatus parochus Stomfae. Dismembrato districtu Malaczkaensi, primus VADnus in neo-erecto Stomfensi districtu. 1782. visitatio canonica Batthyániana ibidem peracta. † 14. Febr. 1792. Sepultus in crypta ecclesiae. Fuit vir eximius, zelosus pastor animarum.

Steinfest, vel Stanfest Joannes. Bohemus. Mense Dec. 1713. susceptus ad ADioec. Strig. Vir bonae vitae et doctrinae factus cooperator Rosenbergensis. 8. Apr. 1714. investitus parochus in Komjathna. Hinc 23. Aug. 1719. in Kvacván. Inde 1. Jul. 1725. in Kelecsén, ubi Liptó-Szent-Erzsébet adfiliatam habuit. † 10. Nov. 1748.

Steinhage Cyriacus. Fuit 1707. parochus in Felső-Meczenzéf, qui autoritate primatis Kollo-nics, Fridericum Grosze parochum in Alsó-Meczenzéf investivit.

Steinhöfer Julius. Natus 15. Febr. 1849. Theologiam in Pázmáneó 1872. terminavit. 19. Jul. ejusd. a. ordinatus est. In instituto sublimiori doctor ss. theologiae creatus. Ab 1877. cooperatore in Kürth, ab 1878. Posenii ad s. Martinum. 1886. accepit parochiam Nyitra-Ujlak. Literaria merita recenset Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók 485.

Steinhübl Ambrosius. Natus 7. Dec. 1863. Theologiae Strigonii studuit. 30. Maji 1886. ordinatus. Cooperatorem egit in Udvard. 1892. factus admin. in Maria-Nostra, una ejatis domus corr. director spirit. Sororumque charit. confessorius.

Steinhübl Joannes. 1771. missus pro cooperatore ad Cseklész. 14. Dec. 1779. nominatus parochus ibidem. 1790. VADiac. Distr. Szempcz sup. † 23. Dec. 1794. ibidem.

Stekker Josephus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1774. terminavit. Cooperatorem egit Budae in Aquatica. 29. Apr. 1788. nominatur parochus in Ivánka. † 9. Sept. 1812.

Steklaes, etiam Steklakovics Josephus. 18. Oct. 1760. investitus parochus in Liptó-Szent-Kereszt. Hinc 13. Nov. 1763. transivit ad Turócz-Szent-György. Inde 29. Jan. 1772. ad Dobócz, ubi † 6. Maji 1775.

Stepan Arsenius. Ex cassato ordine s. Pauli proto-eremitaе, in gremium ADioecesis susceptus, erectam in Rarbach capellaniam localem 11. Aug. 1787. primus adeptus est. 21. Apr. 1796. cepta aedificari domus parochialis. Curam animarum laudabiliter gessit usque 28. Febr. 1802. Subin

sustinuit administrationem capellae s. Nicolai in Váralja Posoniensi, ubi † 26. Jun. 1836.

Stephanecz Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali 1800. Posonii terminavit. Cooperatorem egit in Holics, ab 1802. in Vág-Ujhely. 1803. obtinuit parochiam Pobedim, ubi † 8. Maji 1810.

Stephanóczy Andreas. Theologiae in semin. genèr. studuit. 24. Mart. 1663. ordinatus. 6. Oct. 1666. investitus parochus in Karpona. 1665. erectum sacellum Boryanum catholicis non diu patere potuit, a Georgio enim Bory profanatum est, nec dein parochus publice defungi licuit, qui 1672. penitus hinc exulare debuit. 15. Nov. 1674. investitus parochus in Radván. Inde 3. Maji 1677. in Csejthe, ubi usque m. Mart. 1678. operatus est.

Stephanóczy Emericus, Joannes. Mense Maji 1694. investitus parochus in Csall. Hinc 26. Jun. 1698. in Szent-Antal. Inde jam 15. Nov. ejusd. a. in Zsarnócza. Exhinc 28. Apr. 1709. in Koloss. Inde 18. Dec. ejusd. a. in Kormos. Demum hinc 26. Jan. 1710. Bakabányae, ubi operatus est usque m. Mart. 1713.

Stephanovics Josephus. Nobilis Dojcsensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1744. baccalaureus, 1745. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1748. terminavit. 11. Jun. ejusd. a. admin. in Turóluka. 15. Nov. e. a. investitus parochus in Füss, ubi † 7. Oct. 1763. Aetatis 40. Sepultus in crypta ecclesiae.

Stephanszky Joannes. Natus 19. Maji 1756. in Garam-Keszi. Theologiam cum a. quinto in gener. semin. Budae 1784. terminavit. Cooperatorem egit in Vagyócz, ab 1786. in Fenyő-Kosztolány. 1787. obtinuit capellaniam localem in Nagy-Vezekény, ubi † 16. Mart. 1799.

Stephanus. 1303. nominatur parochus de Neosolio. Hujus conventionem cum cive Neosoliensi Petro Karoli, quoad dotationem hospitalis, ab eodem initam ea lege, ut hospitale separatos a plebano tres capellanos sacerdotes haberet, qui infirmis auxilio forent, plebanus pro proventibus, ab eodem capellanis cassis, per Petrum Karoli ex haereditate hujus octo jobagionibus et macello dotetur, AEppus Strig. confirmat in Lipcse vigilia Assumt. (Schem. hist. Neos. 1867. 137.)

Stephanus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus sancti Petri de Suburbio Budensi, qui uratus aestimavit suum beneficium ad triginta

marcas, pro decima duas marcas solvit. (Mon. Vat. S. I. T. I. 182.)

Stephanus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Cholnuch, mox Cholnus in dioecesi Vesprim. ADiac. Budensi (Csolnok), qui solvit censum papalem novem grossos, dein a. tertio iterum tot. (Mon. Vat. S. I. T. I. 373. et 384.)

Stephanus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Felduvár, (Duna-Földvár), qui solvit censum papalem mediam marcam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 311.)

Stephanus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus in Tur, (Felsőthúr) in ADtu Vntensi, qui juratus dixit, suum beneficium non valere ultra marcam, se extendit cum fertone et solvit octo grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 223.)

Stephanus. Occurrit 1332. inter et 1337. sacerdos Sanctorum Cozme et Damiani in ADtu Vntensi (nunc Ipoly-Szécsényke) qui juratus fassus est, suum beneficium non valere ultra marcam, solvit sex grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 186.)

Stephanus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Isa ADtu Comaromiensi, qui juratus dixit, beneficium suum non valere ultra marcam et mediam, solvit octo grossos et tres et piccam denariarum parvorum. (Mon. Vat. S. I. T. I. 201.)

Stephanus. Occurrit inter 1332. et 1337. sacerdos Sancti Thoma de Seca, (Joca) id est Jóka, qui juratus dixit beneficium suum non valere plus, quam sit marca et media. Solvit novem grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 189.)

Stephanus. Occurrit inter 1332. et 1337. plebanus de Quer (Nagy-Kér), qui juratus dixit, non valere suum beneficium ultra tres marcas et solvit sedecim grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 225.)

Stephanus. Occurrit 1332. parochus in Radván. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 154.)

Stephanus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Spissa (Spassa), id est Spácza, qui juratus solvit decem grossos. (Mon. Vat. S. I. T. I. 202.)

Stephanus. Inter 1332. et 1337. occurrit plebanus de Sucsán, id est Szucsán, qui juratus dixit, non credere suum beneficium valere ultra septem marcas et mediam, solvit tres fertones. (Mon. Vat. S. I. T. I. 222.)

Stephanus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus in Vissiegrad, id est Visegrád, in ecclesia Sancti Joannis, qui aestimavit juratus suum

beneficium valere ultra decem marcas, solvit unam marcam. (Mon. Vat. S. I. T. I. 197.)

Stephanus. Occurrit 1358. plebanus de Saagh in cottu Hont. id est Ipoly-Ságh, qui activus erat in diuturno processu ignobilis familiae Léva de Alsó-Palást, contra nobiles ejusdem familiae de Felső-Palást. (Palástthyak I. 117.)

Stephanus Ulrici a Corpona. 1406. occurrit Posenii canonicus ad s. Martinum et plebanus parochialis ecclesiae s. Laurentii una capellanus regius. (Rimely, Capit. Poson. 254.)

Stephanus. Occurrit 1425. plebanus ecclesiae s. Ladislai de nova civitate Strigoniensi. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Stephanus. 1497. occurrit in Korpona plebanus, et Paulus capellanus. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 184.)

Stephanus. Occurrit 1510. plebanus in Felső-Bár, una VADiaconus. (Kisfaludi, Somorja Monogr. 49. sz. okm.)

Stephanus. Occurrit 1512. rector ecclesiae ss. Petri et Pauli in Udvarnok. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Stephanus. Circa 1515. ex Nagyker, translatus ad Szölgyén. «István pap, ezt Szölgyénybe vitték.» (Ex notis Theodori Ordódy.)

Stephanus. 1519. plebanus de Palmarum, (Pálmafalu, Harikócz) in fraternitate regali, solvit decimas papales 4 f. 2 d. (Wagner, Anal. Scep. II. 193.)

Stephanus. Occurrit 1559. plebanus in Koross, de quo in visitatione eodem a. peracta notatur: «Uxoratus, totus catholicus, ecclesiam parochianam s. Nicolai et monasterium B. M. V. parum mundius quam annis superioribus, sacramentis omnibus bene ornatam tenet. Conqueritur sibi denegatam esse sedecimam a Bernardo Korossi, etiam in utroque Kluben terras, quae ad hanc filialem ecclesiam pertinent ab eodem occupatas.»

✓ **Stephanus.** 1523. ordinatus per Stephanum de Podmanin, (Podmaniczky), eppum Nitriensem. 1560. occurrit parochus in Cracouen (Krakován) ubi eodem a. Michael Szegedy peregit visitationem, qui de parcho sic: «Adductus, uxore carens, mulierem tamen quandam, quae virum Moraviae reliquit, fovet. In aliis tum religionis, cum morum conditionibus vere christiane se tenet. Ecclesiam habet condignis ornamentis decoratam.»

Stephanus. Occurrit 1560. parochus in Vi-

thenz (Vittencz), ubi eodem a. Michael Szegedy peregit visitationem, qui de parcho notavit: «Per Zondinum Tirnaviae ordinatus. Uxorem habet turpissimam. Cum adhuc sit novus illorum parochus, de moribus nihil fateri possunt coloni, se nihilominus ostendit bonum et verum Romanae ecclesiae membrum.»

Stephanus. Occurrit 1561. plebanus in Korumpa, (Alsó-Korompa), de quo visitator ejusd. a. notavit: «Vir catholicus, senex et bonae vitae. Sacramenta administrat secundum ritum Romanae ecclesiae.» Parochia sequenti a. vacabat.

Stephanus. Occurrit 1561. parochus in Micsina, (Felső-Micsinye), ubi eodem a. Blasius Zathay peregit visitationem, qui de illo notavit, quod fuisset capellanus Raphaelis Steger in nosocomio Zoliensis, qui de suo principali gravantes circumstantias fassus est.

Stephanus. Poseganus. Occurrit 1562. parochus in Vysthok, (Vistuk,) quae parochia priori a. vacabat. In visitatione hoc a. peracta dicitur de illo, quod sit catholicus cum populo.

Stephanus Joachimus a. s. Benedicto. Fuit ab 1574. usque 1576. plebanus ecclesiae s. Martini Posenii, una canonicus capituli ejusdem. 1577. in testamento Monoszlóy subscriptus, qua olim plebanus. 1579. renovari curavit lapidem sepulchralem Joannis Sophistae. (Rimely, Capit. Poson. 265.)

Stephanus. Fuit usque 1581. parochus in Garam-Szóllós, hinc eodem a. ad Oszlány transivit. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 407.)

Stephanus. 1. Jun. 1670. investitus licentiatum in Szete. Videtur identicus esse cum Stephano Nagy, qui 27. Jan. 1689. investitus est licentiatum in Marczal.

Stepht Henricus. Natus Westfaliae, 1377. parochus in Csukárd, qua talis jussu Joannis Imrefi, custodis et canonici Poson. descripsit missale Strigon. cujus scripturam, picturam et compacturam dicto anno finivit, ut in fine libri notavit: «Finitus est iste liber per manus Henrici dicti Stepht de Westfalia, plebani in Schukaria cum scriptura, illuminatura, ligatura anno Dom. MCCCLXXVII. Deo gratias.» Et in altero loco: «Istum librum fecit scribi dominus Johannes Emerici Custos ecclesiae Posoniensis.» (Knauz. Kortan, 118.)

Sterbeczki a Bangerberg Camillus. Natus 13. Jun. 1811. Budae. Theologiam cum primo a. Pestini in semin. gen. 1829. inchoavit. 25. Febr.

1834. ordinatus. Cooperatorem egit in Buda-Eörs, ab 1842. Budae ad s. Annam. 26. Jun. 1843. nominatus parochus in Buda-Ujlak. Hinc jam 11. Sept. e. a. promotus ad Budam-Aquaticam ad s. Annam, cui 16. Febr. 1861. valedixit. Subin applicationem accepit in cura animarum militari initio in Transilvania, dein Viennae cum dignitate superioris castrensis. Senio gravatus ad quietem recessit et Viennae habitavit, ubi † 26. Dec. 1890.

Sterniczky Franciscus de Paula. Nobilis Felső-Örensis e cottu Castrifer. Qua semin. Mariani alumnus 1753. baccalaureus, 1754. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1759. terminavit. 21. Sept. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Kéménd intra abbatiam Pécsvárad. 1762. applicatus fuit int. admin. in Pécsvárad. 6. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Bozók. † 10. Jun. 1769. Sepultus in coemeterio. Vir de zeloso gubernio parochiae optime meritis. (Brüsztle, Recensio Cleri Quinque-Eccl. II. 331.)

Stetina Andreas, Aloysius. 8. Maji 1710. investitus parochus in Alsó-Récsény. Ibi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochia notavit: Melchior et Adamus Sándor apud vicarium gen. effecerunt translationem ejus ad Keresztur trans Vagum, cum tamen parochiani conscientiose fassi sunt, quod nihil mali de illo sciant, imo tempore pestis qua bonus pastor oves suas nunquam dereliquit, hinc concluditur, ideo amotum fuisse, quia agros tam ecclesiae, quam parochiae, quae cum sylva Kulske vocitantur, rehabere voluit. 25. Mart. 1713. investitus in Keresztur. Hinc 26. Apr. 1715. in Tótgurab. Inde 4. Oct. 1719. in Nagy-Súr. Qua talis 26. Apr. 1720. deprehenditur subscriptus in quadam epistola, qua sigillum consistoriale restituit et simul subsidium flagitat. (Arch. Vic. Tirn. F. E. 2. nr. 52.) Eodem a. parochiam resignavit et ad seminarium deficientium Tirnaviae intravit, ubi † 6. Jan. 1737.

Stetina Georgius. Theologiam in semin. s. Stephani cum secundo a. terminavit. 23. Oct. 1697. investitus parochus in Vág-Szent-Kereszt, ubi 1700. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia: «In cura animar. 26. annis, hic tribus, aetatis 41. Convertit ad 90. personas. Monendus ne bibat goraltam ob quam divina saepe negligit. 13. Maji 1701. investituram accepit pro Divék-Ujfalu, ubi usque 1703. operatus est.»

Stetina Josephus. Natus 10. Mart. 1807. in Holics. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1832. terminavit. 11. Maji ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Vágujhely. 31. Jul. 1834. nominatus parochus in Csermend. Hinc 4. Maji 1861. administrandam accepit parochiam Köpösd, quam paulo post resignavit et ad quietem recessit. † 18. Oct. 1866. Galgóczi.

Stettner Matthaeus. 14. Oct. 1757. missus pro cooperatore ad Érsek-Ujvár. 14. Maji 1759. investitus parochus in Csév. 1782. VADnus distr. trans Danubiani, una consist. s. Sedis Strig. assessor. † 23. Dec. 1793.

Stieber Georgius. 9. Maji 1745. missus pro cooperatore ad Udvard. 1746. Párkány administrandam accepit, ubi 17. Oct. 1756. parochus investitus. 9. Maji 1759. investituram accepit pro AEppali citte Strig. Ibi devotiones regulavit, nam eodem hora et apud Franciscanos asservabantur. 1767. informatio de statu ecclesiae praestita. In qua notatur, quod tectum turris ruinam minatur. 28. Jul. 1776. refert se revocasse concionem, de curru Eliae, qua se canonicus Faba offensum senserat. 1778. parochiam resignavit, relinquens successoribus hortum in insula et celarium in viridi campo. † 17. Febr. 1787. Tirnaviae.

Stieber Vincentius. Natus 16. Apr. 1841. Pestini ad s. Theresiam. Theologiae Strigonii studuit et 26. Jul. 1864. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szomor uno a., Strigonii ad s. Ignatium aequo uno a. 1866. Buda-Christinopolim missus, hinc 1877. ad s. Theresiam translatus, ubi 1886. parochus electus et investitus. 1892. nominatus in assessorem s. sedis Buda-pestiensis.

Sticzay Joannes. Natus 28. Dec. 1758. in Oszlány. Theologiam cum a. quinto in semin. gener. 1785. terminavit. Cooperatorem egit in Szent-Endre. 1787. neo-erectam in Farnad localem capellaniam accepit. Hinc 21. Apr. 1795. nominatus in Tardos. Inde 14. Apr. 1802. in Barth, ubi una cottus Strig. tab. jud. assessor. † 23. Aug. 1829. ibidem. Reliquit ecclesiae Farnadensi vineam fossorum trium pro vino missali.

Stiffa Martinus, Julius. Theologiae in semin. Szelepcsényiano studuit. 3. Maji 1703. ordinatus. Maji ejusd. a. investitus parochus Litavae. Hinc 12. Jun. 1704. in Bozók, ubi omni-

modos proventus praedicantes possederunt, ille solummodo custos ecclesiae et parochiae erat. Mense Nov. 1709. pulso praedicante in usum proventuum intravit. Inde 26. Sept. 1726, in Tóth-Gurab, ubi † 1731.

Stiglicz Joannes. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 16. Dec. 1667. ordinatus. 24. Mart. 1669. investitus parochus in Nahács, ubi usque 1673. activus erat.

Stipsits Franciscus. Natus 11. Sept. 1745. Albae-Regiae. Alumnus seminarii s. Stephani, 1763. creatus est baccalaureus ex philosophia, in sequenti vero magister. 1768. cursum theologicum absolvit et 3. Sept. ad munus succentoris capitularis promotus, qua talis lauream doctoris AA. LL. et Philosophiae, necnon SS. Theologiae consecutus est. 1773. in universitate Tirnaviensi professor linguae graecae, praefectus ecclesiae et ordinis divinum factus. Breve per tempus in disponibilitate, 1777. vero parochus Vetro-Budensis. 1782. una VADnus et consistorii Strig. assessor. Interfuit concremationi reliquiarum, inter quas et b. Margaritae virg. filiae Balae IV. regis, quod Budae 1789. circa 12. Apr. evenit. 1. Sept. 1802. canonicus Poson. 1803. abbas s. Martini de Bulch, prope castrum Solymos. 1805. regiae academiae Posoniensis pro-director. 16. Jun. 1807. canonicus Strig. 30. Jun. 1810. ADnus Hont. 1816. lector installatus. † 2. Apr. 1817. Seminariis Tyrnaviensibus binis vicibus praefuit. Item fuit rector instituti emeritorum parochorum.

Stjavniczky Michael, vide Schavniczky.

Stocke Nicolaus. † 16. kal. Maji 1456. plebanus Cassoviensis decretorum doctor, Wratislaviensis decanus. (Wagner, And. Scep. II. 81.)

Stokker Godefriedus. Reidingensis e cottu Sopron. Qua alumnus semin. s. Stephani 1749. baccalaureus 1750. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1754. terminavit. 21. Jan. ejusd. a. missus est pro cooperatore ad Nagy-Lévárd, subin Posonii. 13. Jun. 1763. parochus investitus in Nagy-Lévárd. † 20. Aug. 1766. ibidem.

Stokker Martinus. Theologiam cum cursu morali in semin. s. Adalberti terminavit. 16. Mart. 1710. ordinatus. 16. Maji e. a. investitus parochus in Nagy- et Kis-Bény. 1714. obtinuit Szémő, ubi eodem a. Paulus Olasz peregit visitationem, qui de parocho: «33 annor. hic 4 an-

nis, libris provisus.» Hinc 6. Febr. 1715. investitus in Kis-Gyarmat. Inde 18. Apr. 1717. in Tokod, cum filiabus Dorogh, Sárísáp et Csolnok: 21. Jan. 1723. investituram accepit pro Vámos, ubi usque 1727. operatus est.

Stokker Stephanus. Nobilis Raidingensis e cottu Sopron. Qua alumnus semin. s. Stephani 1742. baccalaureus, 1743. magister philosophiae. Theologiam cum a. quarto in eodem semin. 1747. terminavit. 22. Maji 1748. investitus parochus Handloviae. Hinc 23. Aug. ejusd. a. Béla-Bánya. 1754. ecclesiam inpensis civitatis inalbari curavit. 1756. civitas in se assumpsit onus capellam s. Joannis Nep. conservandi. 1766. conscriptio parochiae peracta. Mense Mart. 1773. resignavit parochiam et recessit ad Garam-Szóllős, tum ad Csejkő, ubi † m. Maji 1776. Merita literaria recolit Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 485.

Stokker Thomas. Raidingensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1724. baccalaureus, 1725. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in semin. s. Stephani 1727. terminavit. 30. Oct. 1731. investitus parochus in Janó-Lehota, ubi † 28. Febr. 1757.

Stoltz Antonius. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1813. terminavit. Cooperatorem egit in Windschacht, ab 1814. Selmezbánya. 14. Aug. 1819. nominatus parochus in Kiliti, quam 26. Apr. 1836. resignavit. Instituto emer parochorum aggregatus vixit in Biko, ubi et † 4. Maji 1848.

Stoltz Joannes. Fuit ab 1650. usque 1654. parochus in Cseszte.

Stomfai Georgius, Joannes. E parochia Némét-Diós 1629. obtinuit parochiam Széleskút, (Szolosnicza.) 4. et 5. Oct. 1630. interfuit synodo Tirnaviae celebratae. 1634. in Széleskút Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de parocho notavit; «Parochum agit a quinquennio, quinquagenarius ipse. Rhetoricae operam dedit, satisfacit suo muneri, alternis vicibus hic et in duabus filiabus. Concubina olim sua vitam agit in Némét-Diós, unde is huc translatus est. Non solet illam adire. Ille tamen interdum accedit in Diós, vineas ibidem suas lustraturus, an vero tunc commercium sit illis, nescitur. Horas canonicas a se non omitti fatetur.» 1647. nominatur in catalogo jussu Georgii Lippay confecto.

Stora, rectius Storovics Jacobus, Ignatius. 4. Jul. 1685. investitus parochus in Láb, ubi pa-

rochia cum 40. domibus incendio exusta. Eo agente domus parochialis dein translata ad comodiorem locum, qua actu stat. † 6. Aug. 1713.

Stöger Paulus. Occurrit 1763. parochus in Mindszent, hinc 1764. transivit ad Velbach cum quo beneficio incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Stössner Julius. Natus 18. Mart. 1863. Theologiam in Pázmáneó 1884. terminavit. 1. Sept. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Selmeczbánya, a 1. Jul. 1885. Posonii, ad s. Martinum. 1. Jan. 1892. obtinuit parochiam Magyarbél, hinc m. Mart. 1893. promotus ad Cseklész. Activitas ejus literaria apud Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 486.

Strajter Josephus. Natus 7. Mart. 1764. Strigonii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam cum a. quinto in semin. gener. Posonii 1787. terminavit Cooperatorem egit Comaromii, ab 1790. Strigonii in citte l. regia. 8. Jan. 1792. nominatus parochus in Izsa. Hinc 31. Mart. 1800. Comaromii. Ibi 21. Maji 1802. conscriptio parochiae peracta. Eodem a. VADiac. distr. Udvard et cottus Comar. tab. jud. assessor. 25. Nov. 1809. nominatus canonicus Posoniensis, ideo 1. Dec. parochiam resignavit. Simul electus in parochum eccl. s. Martini, mox praepositus de Rév prope Budam. 20. Sept. 1817. installatus canonicus Strigon. et semin. s. Stephani rector. 1821. vicarius gen. distr. Tirnaviensis. 1823. praepositus Posoniensis, una retinens vicarii officium. † 9. Oct. 1826.

Straka Antonius. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1780. terminavit. Cooperatorem egit in Szered. 20. Jun. 1785. nominatus parochus in Taksony. 1788. ob malam cum sexu sequiori conversationem privatus beneficio, pro decem dierum exercitiis Tirnaviam ad claustrum erga 15. xr. diurnum expeditus. 28. Febr. 1789. beneficium libere resignavit. Subin cooperatorem egit in Laksár-Ujfalú. 1791. factus capellanus localis in Dráhócz. 1809. parochus ibidem. 1811. instituti emer. parochorum presbyter, qua talis † 30. Sept. 1813. Tirnaviae.

Straka Thomas. Natus 18. Dec. 1806. in Érsek-Ujvár. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 17. Aug. 1831. ordinatus. Cooperatorem egit in Pereszlény, in Nádas cottu Poson. in Búr-Szent-György et in Morva-Szent-János simul 8. annis. 1839. obtinuit parochiam Cziffer.

Ab 1872. ord. VADiac. distr. Szempczensis. † 23. Jul. 1888.

Strakovics Alexander, Nicolaus. Csejthensis e cottu Nitr. 1. Nov. 1734. ex Emericano ad alumnatum Budensem missus. Theologiam cum cursu speculativo in Pázmáneó terminavit. Cooperatorem egit in Holics a. 2. Dévény in cottu Poson. administrabat m. sex. 1. Nov. 1740. investitus parochus in Felső-Zelle. Hinc 23. Apr. 1742. in Udvarnok. Inde 2. Mart. 1748. in Hradek, ubi 19. Maji 1756. Antonius com. de Réva peregit visitationem. 24. Apr. 1762. resignavit beneficium et intravit semin. deficientium, ubi † 8. Febr. 1771.

Strakovics Georgius. Theologiam in semin. s. Stephani terminavit. 19. Maji 1674. ordinatus. 25. Jul. e. a. investitus parochus in Vág-Szent-Kereszt. 29. Nov. 1675. Miavae. 16. Nov. 1678. in Szobotist. 9. Sept. 1690. in Hosszufalu. 7. Dec. ejusd. a. in Nyitra-Sárfő, ubi usque 1692. activus erat. 7. Maji 1696. in Vág-Szent-Kereszt secunda vice. Ibi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit 49. annor., in cura animarum, 23. hic uno a. Ex quo est hic parochus, conventit 60. Statutum, ut nulli sepeliantur in templo, vel coemeterio, nisi vocaverint parochum ad recipienda sacramenta. 18. Sept. ejusd. a. in Nahács. 18. Sept. 1697. in Szobotist, etiam secunda vice, ubi ecclesia et parochia per Lutheranos occupata, sed 26. Sept. e. a. jussu imperatoris restituta et per Emericum Pongrácz 14. Jul. 1700. visitata, qui dicit de illa, quod post receptionem accepit aliquam cathedram et aliqua apparamenta. De parochia vero, quod sit in cura anim. 26. annis. Queritur quod non frequentent templum. Hinc demum 12. Maji 1707. investitus in Bálaház, ubi † 1708.

Strakovics Georgius. Philosophiae magister et ss. theologiae candidatus. Fuit 1647. parochus in Pudmericz. Qua talis nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. Mense Majo 1651. obtinuit parochiam Búr-Szent-György. † 1653. ibidem. Post mortem ejus 20. Mart. e. a. ex mandato AEppi Lippay constituta est divisio parochiae Szent-György et Kukló, a Szent-János et Szekula, quibus singuli parochi assignati.

Strakovics Thomas. Fuit 1700. parochus in Teplicska in cottu Scepus., ubi eodem a. Joannes Sigray peregit visitationem, qui parochum nominat.

Stransky Franciscus, Antonius. Fuit a. 25. Jul. 1715. usque 7. Dec. ejusd. a. parochus in Visegrád.

Strazniczky, vel Trazniczky Christianus, Joannes. 2. Maji 1663. investitus parochus in Keresztur, ubi usque 1665. operatus est.

Strba Joannes. 30. Sept. 1760. missus pro cooperatore ad Závod. 12. Apr. 1763. investitus parochus in Szaszka, quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Neosol.

Strbik Michael. Dejthensis e cottu Nitriensi. 25. Oct. 1733. ex Emericano in alumnatum Budensem susceptus. 12. Nov. 1737. investitus parochus in Alsó-Győröd, ubi † 12. Sept. 1745.

Streiter Josephus, vide Strajter.

Strelovics Joannes. Theologiam cum secundo a. terminavit. 30. Jan. 1690. investitus parochus in Varbó. Hinc 22. Maji 1693. in Kolos. 1694. obtinuit parochiam Divék, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia: «Annor. 33. in cura animar. 9. hic a tribus annis. Conversi suo fatigio 46. Difficulter comparent pro concionibus et litanis in capella privata relictae Ujfalusy. Habet domum neo-erectam cum omnibus necessariis a D. Eva Károlyi relictae Andreae Ujfalussy erectam. Recenter accessit ager per eandem Dnam redemptus.» 7. Sept. 1697. investituram accepit in Szucsán, ubi usque 1709. activus erat.

Strimberger Joachim. Occurrit 1561. parochus in Bakabánya. Joannes Derecskey m. eodem a. peracta visitatione de parochia notavit: «Ordinatus a R. D. Balthasaro eppo Vratislaviensi.» Idem visitator ob periculosas vias parochias adire non potens, pro 28. Mart. e. a. convocavit curatores animarum distr. Hont ad Selmeczbánya. Ad ipsam sessionem invitavit etiam magistratum ejatem. Quibus congregatis protulit mandatum Caesariae Majestatis et AEppi Nicolai Oláh. Magistratuales post duarum horarum consultationem responderunt se cum septem civitatibus rem conferre velle, curatores animarum cum responsis vacillarunt, is illico per manus suas sic respondit: «Ich Jochem Sthriemberger Pfar Zur Pakhen wiell dise arthikell nicht annwennen die wider die khristkathollische lere ist.»

Stritter Josephus. Natus in Bernstein. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1800. terminavit. Cooperatorem egit in Diószeg. 18. Sept. 1803. obtinuit parochiam Börzsöny, sub

quo filiales, Vámos-Mikola, Ipolypászto et Ipolyharaszt a matre Börzsöny avulsae sunt. Activus erat usque 23. Dec. ejusd. a. Subin cooperatorem egit in Rimóc, ab 1805. in Buda-Eörs. 23. Jul. 1817. nominatus parochus in Kis-Oroszi. 5. Nov. 1828, in Visegrád, ubi 2. Oct. 1830. Aetatis 54.

Strizanszky Joannes. Ab 1685. parochus in Krempach, ubi 1700. Joannes Sigray peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod jam 15. annis hic deserviat.

Strobl Antonius. Theologiam cum quarto a. in semin. Poson. 1800. terminavit. Cooperatorem egit in Kis-Apáthi, ab 1801. Hodrusbányae, ab 1802. Selmeczbányae. 1808. obtinuit parochiam Hodrusbánya, ubi † 25. Jan. 1829.

Strobl Matthaeus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1808. absolvit. Cooperatorem egit in Somorja, ab 1809. Selmeczbányae, ab 1825. in Rimóc. 18. Apr. 1827. constitutus admin. parochiae in Lóc, ubi † 16. Sept. 1836.

Struharovics Petrus. 24. Dec. 1716. investitus parochus in Szárazpatak, ubi matricas in rubricis incepit scribere et scripsit usque 23. Nov. 1722. Hinc 9. Febr. 1723. investitus in Alsó-Récsény, ubi usque m. Maji 1724. activus erat.

Strupi Georgius. Ab 1696. philosophiae et theologiae in Pázmáneó studuit. Subin parochus in Pinczehely, qua talis 1714. in synodo dioecessana praesens erat Quinque-Ecclesiis. 1717. obtinuit Szegszárd, ubi † 1732. reliquit testamentum 5. Apr. e. a. conditum, quod praesto est.

Stukovszky Emericus. Natus 1801. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano terminavit. 25. Oct. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Egyházkarcsa, ab 1830. in Vajka, ubi 1831. parochiam obtinuit. † 28. Apr. 1851. ibidem.

Stummer Arnoldus, vide Ipolyi.

Stupiczky Adalbertus. Natus 1. Jul. 1845. Theologiam in semin. s. Stephani. 1869. terminavit. 25. Jul. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Hédervár. Ab 1870. Strig. in citte reg. 1872. praebendatus et coop. parochiae cathedr. 1879. obtinuit parochiam Dorogh, ubi † 13. Aug. 1889.

Stupiczky Ignatius, Adalbertus. Fuit ab 1746. usque 1750. parochus in Kisvendég. 6. Jul. 1754. constitutus admin. parochialium praep. s. Mariae in Liptó. Inde 3. Jul. 1756. in Botrócz,

quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Stupkovszky Paulus. Fuit circa 1704. parochus Ledniczensis. «Quem rebelles filiali sua Rovne contentum esse coegerunt et a cothurnis faciendis abstraxerunt Mathiam Polereczky, hac solum de causa futurum doctorem populi, quod ultra crepitam sapere sciat.» (Dubniczay.)

Sturgyik Josephus. Natus 6. Nov. 1807. in Búr-Szent-György. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1834. terminavit. 29. Aug. ejusd. a. ordinatus est. 27. Sept. e. a. missus pro cooperatore ad Búr-Szent-Miklós. 1838. factus parochus in Apaj. Hinc 16. Jun. 1846. obtinuit Suránka, ubi † 12. Mart. 1867.

Stvrták Emericus. Fuit 1539. parochus in Ivánkafalva. (Schem. hist. Neosol. 1876. 247.)

Stvrteczay Paulus. 6. Jun. 1763. missus pro cooperatore ad Broczka. 1. Jun. 1765. investitus parochus in Felső-Sipék. Ibi 1766. Emericus Foglár peregit conscriptionem. 1. Febr. 1767. applicatus est admin. in Laksár-Ujfalú, ubi 26. Oct. 1768. parochus investitus. Hinc 31. Maji 1777. accepit investituram pro Radossócz, ubi 10. Jun. e. a. inchoavit librum baptisatorum. † 16. Nov. ejusd. a. ibidem.

Stvrteczky Emericus. Natus 22. Oct. 1784. Theologiam cum a. quarto in semin. s. Stephani 1807. terminavit. 6. Nov. ejusdem a. ordinatus. Praebendatum egit in eccl. coll. Poson. 1808. ibidem succentor, una parochiae ad s. Martinum cooperatore. 17. Apr. 1815. obtinuit parochiam Nádas in cottu Poson. 4. Dec. 1845. nominatus, 31. Dec. e. a. installatus canonicus Posoniensis. 1837. fundavit bismille finis solemnitate Rosarii in Nádas. Fuit abbas s. Mariae de Sceposio. † 6. Dec. 1856.

Stvrteczky Francisus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii. 1797. terminavit. 1798. ordinationem Tirnaviae exspectavit. Cooperatorem egit in Taszár, ab 1801. in Garam-Szent-Benedek, ubi una conventualis. 30. Maji 1805. nominatus parochus in Nagy-Szelezsény. 1. Jan. 1823. parochiam amisit, quia maniacus factus et Posonium ad Misericordianos expeditus, ubi † 15. Apr. 1828.

Stvrteczky Georgius. Natus in Morva-Szent-János. 1758. ad clerum susceptus. Theologiam tribus annis audivit. Ex caeremonario eppi Csánádensis ingremiatus ADioecesi, cooperatorem

egit in l. r. citte Szent-György per duos menses. 25. Oct. 1764. iterum caerimanarius apud Antonium com. a. Réva eppum suffr. 7. Jun. 1769. nominatus parochus in Podola, ubi 3. Sept. 1788. visitatio Batthyianiana peracta. † 17. Nov. 1824. ibidem.

Stvrteczky Ignatius. Magyarbéliensis, 1767. susceptus in alumn. Budensem pro theol. 28. Jun. 1769. factus cooperatore in S. Georgio. 10. Febr. 1772. investitus parochus in Istvánfalva. Hinc 1779. transivit ad Hosszufalu, ubi 1819. m. Jul. jubilaum sacerdotii sui solemniter celebravit. † 31. Mart. 1824.

Stvrteczky Joannes. Ab 1677. parochus in Vág-Szent-Kereszt, ubi usque 1679. operatus est.

Stvrteczky Joannes. Kuttiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1696. baccal. 1697. mag. philosophiae. 11. Apr. 1701. investitus parochus in Mellek. Inde 5. Jan. 1703. accepit parochiam Broczkó, ubi usque m. Dec. e. a. operatus est.

Stvrteczky Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1815. terminavit. Cooperatorem egit in Hosszufalu, ab 1819. in Szuha. 1822. obtinuit parochiam Horvát-Gurab, ubi † 15. Sept. 1831.

Stvrteczky Matthias. Nobilis Uninensis. 1760. susceptus. Qua alumnus semin. s. Stephani 1762. baccalaureus, 1763. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. terminavit. 15. Jul. 1766. missus pro cooperatore ad Kis-Vendég, hinc ad Koross, inde 18. Nov. nominatus, 5. Dec. 1767. investitus parochus in Ürméncz, ibi 1772. ecclesia reaedificata. Ibidem 1. Jun. 1780. visitatio Batthyianiana peracta, in qua de parochia notatum, quod sit in sanitate debilis. Cum Carolo Jezerniczky domino hypothecario, ob revindicationem jurium ecclesiae disconvenit. † 6. Jan. 1797. ibidem.

Stvrteczky, vel Csverteczky Michael. Ab 1657. parochus in Pobedim, ubi 1660. matrica inchoata. Operatus est usque m. Maji e. a. 3. Maji 1665. investitus parochus in Dojcs. Is, dum 4. Jun. 1673. processionem theophoricam in Sze-nicz duceret, rabie haeretica furentes Luthericolae, processionem aggressi, sex vulnera in capite inflictata accepit, ita ut vix quinquaginario nece extinctus est. (Ex processu Szelep-csenyiano, fol. 23.)

Styavniczky Michael, vide Schavniczki.

Subka Melchior. Fuit 1559. parochus in

Szent-Ilona. In instrumento visitationis, hoc a. ibidem peractae, de illo notatum: «Qui uxore nuper defuncta, aliam subinduxit. Is nullis sacramentis ecclesiae utitur. Aquam non conservat. Chrismate non utitur. Missam non celebrat, nisi more haeretico. Is totus sacramentarius et princeps haeticorum.»

Such Philippus. Diutius cooperatorem egit in Rózsahegy, ubi 1. Dec. 1771. investitus parochus. Cum eodem beneficio ingremiatus neorectae dioecesi Scepusiensi.

Suhony Martinus. 27. Aug. 1697. investitus licentiatus in Zazriva.

Sujánszky Andreas. Rajeczensis. 1764. ad clerum susceptus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1769. terminavit. Cooperatorem una conventualem egit in Garam-Szent-Benedek. 23. Jul. 1773. investitus parochus in Kis-Apáthi. 18. Sept. 1779. visitatio Batthyaniana peracta. 20. Apr. 1780. processum format contra Marcum Dióssy substatiā viduae volentem apprehendere. † 6. Maji 1797. ibid.

Sujánszky Antonius. Natus 4. Aug. 1815. Pestini. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Vienne 1836. absolvit. 1837. in presbyterio Strigonii transegit. Subin in universitate Pestana juri patriae et naturae studuit. 29. Sept. 1838. ordinatus. Cooperatorem egit Comaromii, ab 1840. Pestini ad s. Leopoldum, 1842. transpositus ad B. M. V. Ass. 19. Jul. 1854. nominatus parochus ad s. Josephum. 1861. VADnus. 1862. praepositus s. Augustini de insula s. Brigittae. 12. Jul. 1869. ad capit. Strig. promotus. A m. Jun. 1872. usque 1881. rector Pázmáni. 1886. praelatus domest. Suae Sanctitatis. 1891. el. eppus Vovadrensis. 1894. praepositus major. Est scriptor et poeta hung. ecclesiasticus celeberrimus. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 487.)

Sulgan Georgius, Joannes. 19. Oct. 1735. investitus parochus in Bohunicz. Hinc 20. Jul. 1737. in Nagy-Modró, ubi 1754. successorem nactus.

Sulhay Joannes. Natus 22. Jun. 1812. Strigonii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae 1834. absolvit. 1835. in instituto presbyterorum transegit Tirnaviae. 21. Jun. ejusd. a. ordinatus. Supplementem cooperatorem egit in Nagy-Maros. Dein pro cooperatore missus ad Lekér. Expleto uno a. et 7. m. ad Zeliz est translatus. Ubi post m. 5. id est 12. Nov. 1837. nominatus parochus.

1852. factus surr. dein ord. VADnus per distr. Lekérensem. 1869. resignavit parochiam. † 14. Nov. 1880. Tirnaviae.

Sullay Rudolphus. Natus 17. Jul. 1839. in Alsó-Ludány. Theologiam Strigonii 1861. terminavit. 20. Nov. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Rimócs, ab 1862. in Ó-Bars et ab 1863. in Nagy-Súr. 2. Maji 1867. nominatus parochus in Spácza. 1869. ex symbolis fidelium ecclesiam parochialem expensis mille flor. interior restauravit. Novum sepulchrum Christi, 1885. pavementum sacristiae procuratum. 29. Apr. 1873. incendium aedificia parochialia consumpsit, quae architectonice reconstructae, ad horum expensas Joannes card. Simor 400 flos contulit. Ex oblatiis piis calvaria nova structa. 1877. novum aedificium scholae erectum. In hortis parochialibus pomaria erexit.

Sulik Joannes. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo terminavit. 1. Apr. 1673. ad titulum Rmi Georgii Zichy ordinatus. 25. Apr. 1680. obtinuit parochiam Gerencsér. Hinc 11. Dec. 1687. investituram accepit in Nagy-Tapolcsány, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho: VADiac. Annor. 50. Sacerdotii 25. hic decem annis. Inde 1. Jun. 1700. investitus in Velsicz, ubi 1712. successorem nactus.

Sultz Andreas, vide Scholcz.

Sumiczky Joannes. Ab 1661. parochus in Brezan, ob incursionem Lutheranorum in sylvis latitare debuit. Hinc 12. Sept. 1667. investitus in Chrenócz. Inde 1674. introductus est primus parochus in Szelec, ubi usque 1677. activus erat.

Súri Martinus. Qua alumnus vicarii Strig. ad mensam ejusdem 23. Sept. 1650. diac. ordinatus. 1662. ad capitulum Poson. promotus. 29. Jun. 1673. claves ecclesiae in Joka traditas accepit a Georgio Farkas, jurato comitatus. Hac die ipse AEppus Szelepchényi reconciliavit ecclesiam et hunc primum parochum praefecit, qui eam usque 22. Jul. ejusd. a. administrabat. 1674. sponte resignavit canonicatum, factus parochus in Püspöki. Hujus dexteritate, adhortationeque erectum fuit altare s. Joannis B. sumptibus quorundam popularium. Horologium turris restauratum. Tum valetudinarius factus 1680. iterum receptus ad capitulum Posoniense, ubi eodem a. mortuus.

Surovsky Georgius. Theologiam in semin. s. Stephani terminavit. 28. Febr. 1710. ordinatus. Ab 1711. parochus in Nagy-Súr, ubi Emericus

Pongrácz visitans de illo notavit: «Vir zelosus, bonae famaе, praeclare se gerit, futuris promotionibus dignus.» 1714. uno mane reperit ecclesiam suam exspoliata, ast damna mox refecit. Hinc 9. Sept. 1719. investitus parochus in Alsó-Korompa, ubi usque m. Aug. 1720. occupatus fuit.

Sustovics Emericus, Michael, Andreas. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 5. Dec. 1663. ordinatus. 19. Jan. 1665. investitus parochus in Récse. 31. Oct. 1676. installatus canon. hon. Posen. Hinc 7. Maji 1677. parochus in Bazin. Inde 15. Apr. 1678. Szakolczae, una Decanus. Exhinc 12. Nov. 1686. Galgóczii. 1. Jul. 1687. processum movit contra Joannem Pogrányi. 1700. ibidem Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui parochum jam a 12. annis hic esse dicit. Parochus praetendit 36 fl. pro trium annor. hospitio. Oppidani vero ab illo praetendunt rationes 12 annor. Visitator dicit omnia amicabiliter sint sopienda. Intermedio tempore, nempe 16. Apr. 1692. investituram accepit pro Csejtha, quam parochiam tantum usque 5. Jul. ejusd. a. possidebat, tunc reversus ad Galgócz, ubi usque 1710. activus erat.

Sustovics Lucas, Antonius. 28. Oct. 1696. investitus parochus in Modra, ubi usque m. Nov. ejusd. a. activus erat.

Súth, vel Sűth Adalbertus. Mense Maji 1689. investitus licentiatu in Szalka et Letkés. 6. Jul. 1692. in Kőkeszi, 28. Mart. 1694. in Visk, 13. Maji 1695. iterum in Kőkeszi, qua 2. Maji 1697. iterata, ita ut ibidem usque 1704. activus erat.

Sutovics Stephanus, Georgius, Joannes. Pernekensis. 1661. baccalaureus, 1662. magister philosophiae. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 28. Apr. 1663. ordinatus. 14. Maji 1666. investitus parochus in Pobedin. Hinc 31. Aug. 1668. in Búr-Szent-Miklós, ubi 1669. successorem nactus. 28. Apr. 1672. investituram accepit pro Pernek, ubi tunc ecclesia aedificata. Hinc 26. Apr. 1679. in Zohor, ubi usque 1691. activus erat.

Sutovics Joannes. 21. Maji 1715. investitus parochus in Szöllös, ubi usque 1721. operatus est.

Sutovius Joannes. 1674. accepit licentiam, qua recenter conversus ad veram cath. fidem.

Suvachka, alias Mitiecky Joannes. Fuit 1647.

parochus in Radasmia (Radosna). Nominatur in catalogo jussu Georgii Lippay confecto.

Sűttő Casparus. Verebelyensis ex cottu Bars. 1. Nov. 1744. susceptus ad alumnatum Budensem, ubi et theologiam absolvit. 1747. ordinatus. 31. Maji 1748. missus pro cooperatore ad Samaria. 30. Aug. 1750. investitus parochus in Zsemlér. 29. Jul. 1760. in Cseke. Hinc 21. Febr. 1767. per cambium cum Andrea Cziglányi accepit Jászfalu, ubi contra populum querelas movit. Praeveniens inquisitiones 9. Nov. 1774. resignavit beneficium et se ad Bátorkesz recepit, ubi † 16. Febr. 1779.

Sűttő Josephus. Theologiam cum a. quarto in semin. s. Stephani 1826. absolvit. 1827. et 1828. in instituto presbyterorum transegit. Cooperatorem egit Budae ad s. Annam, ab 1831. ibidem ad Assumt. 1835. in pari qualitate Comaromium transpositus. 15. Mart. 1837. constitutus admin. in Szent-Mihályúr, ubi † 4. Mart. 1848. Aetatis 43.

Sűtteő Stephanus. Natus 29. Apr. 1825. in Verebely. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 12. Dec. 1848. ordinatus. Cooperatorem egit in Szenicz, ab 1851. in Hodrusbánya et 1852. in Windschacht. 1857. accepit administrare Kormossó, 1. Apr. 1864. investitus parochus in Prencsfalva, sed mansit usque festum OO. SS. in Kormossó. Mense Jun. 1877. transivit ad Egegh, ubi sodalitatem ss. Cordis Jesu introduxit. In Prencsfalva in subsidium pauperum parsimoniale granarium erexit, in Egegh tale in ordinem redegit et ampliavit. † 28. Mart. 1893. ibidem.

Svabensky Adamus. Budensis hungarus. 3. Apr. 1726. susceptus ad alumnatum Budensem. 22. Dec. 1730. ord. Mense Mart. 1731. expeditus pro capellania Strigon. 5. Apr. 1732. investitus parochus in Szalka, ubi eodem a. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de illo notavit, quod sit 27. annor. † m. Sept. 1755. ibid.

Svabenszky Joannes. Civis Budensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1725. baccalaureus, 1726. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in semin. Mariano Szelepcsényiano 1728. terminavit Tirnaviae. In cura animarum in Scepusio defatigans, fuit 1763. parochus et decanus in Szepes-Remete, quo cum beneficio incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Sváby Melchior. Tóthfalvensis ex cottu

Scepus. 1756. susceptus ad alumnatum Budensem pro theologia. 23. Jan. 1758. ordinatus, 21. Mart. e. a. factus cooperator in Pécsvárad. Transpositus ad ora Scepusiensia, fuit 1763. parochus in Lechnitz, hinc 1765. transivit ad Richwald, quacum parochia incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Svaby Stephanus. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 4. Apr. 1754. ordinatus. 28. Mart. 1758. investitus parochus in Zazriva. Hinc 2. Oct. 1761. in Paraszt-Dubova. Inde 3. Jul. 1769. iterum redivit ad Zazriva, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Svadnovszki Sebastianus. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 19. Mart. 1666. ordinatus. 26. Maji ejusd. a. investitus parochus in Nagy-Bresztován, hinc 19. Maji 1667. in Nádas in cottu Poson. ubi mox successorem nactus.

Svarda Joannes. 21. Nov. 1727. investitus parochus in Libet-Bánya una et in Pojnik. † 1736. Testamentum 24. Mart. e. a. approbatum.

Svatai Andreas, vide Szalay.

Sveczi, vel Svehi Jacobus. 30. Jul. 1666. investitus parochus in Misérd, ubi usque 1679. activus erat.

Svéczy Paulus. Natus 24. Jan. 1812. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1835. terminavit. 30. Sept. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Unin, ab 1838. in Búr-Szent-Miklós, ab 1842. in Tallós et 1845. in Hidas-Kürth. 26. Jan. e. a. administrator constitutus in Szelöcze, ubi † 26. Jan. 1851.

Svehla Georgius. Fuit 1639. parochus in Vásárút. Hoc a. actionem movit contra cives possessionis Kürth et Vámosfalva, filialistas ad Vásárút.

Svekus Joannes, Ladislaus. Kraszna-Horka-Hosszúrétensis ex cottu Gömör. 9. Sept. 1746. susceptus in alumnatum Budensem. 10. Maji 1749. missus pro cooperatore ad Balassa-Gyarmat. 2. Sept. e. a. ad Rimócz. 24. Nov. e. a. suscepit admin. in Endrefalva, ubi 10. Maji 1750. investitus parochus. Ibi † 10. Jun. 1758.

Svehlovics Michael, Antonius. 15. Jul. 1698. investitus parochus in Nádszeg, una in Nyárasd. 18. Apr. 1706. investituram iteratam accepit. 2. Apr. 1707. in Komjáth. Hinc 28. Apr. 1709. in Egerszeg. Inde 8. Maji 1711. in Ujlak. Exhinc 10. Maji 1712. in Nagy-Paka, ubi † 1720.

Svok Franciscus. Natus 6. Oct. 1790. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1812. terminavit. Applicatus praebendatus chori eccl. metr. 18. Jul. 1813. ordinatus. Cooperatorem egit in Pudmericz. 30. Sept. 1830. obtinuit parochiam Istvánfalva. Hinc 22. Febr. 1834. investitus in Pudmericz. 1863. in Halmes ecclesia aedificata. Ab 1862. camerarius secr. Pontificius et VADiac. distr. Bazin. † 4. Oct. 1866.

Szabados Joannes. Theologiam in semin. s. Stephani terminavit. 5. Apr. 1681. ordinatus. Ab 1683. parochus in Lopej una et in Predajna, ubi 2. Aug. 1684. investitus. Hinc 21. Maji 1696. in Tót-Ujfalu, scilicet Zsitva-Ujfalu, nunc filia ad Thaszár, ubi usque 1702. occupatus fuit.

Szabady Casparus. 23. Jul. 1719. investitus parochus in Csúz, ubi eotum templum ab aatholicis reoccupatum. 30. Oct. 1721. investituram accepit in Gúta, ubi 1724. per Christianum Augustum nova ecclesia erecta. † 1730. Super caducitate ejus 14. Sept. inventarium confectum.

Szabay Georgius, Paulus. 11. Jul. 1680. investitus parochus in Radván, nunc filia ad Mocs. 12. Mart. 1688. in Misérd. Hinc m. Aug. 1689. in Csütörtök et Fél. Inde 1692. transivit ad Cseklész, ubi m. Aug. 1694. investitus est. Ibi Emericus Pongrácz in visitatione 1714. peracta de illo notavit: «Habet (nempe ecclesia) in Salaberg 9. vineas in uno tractu collocatas, proventus per 12 annos eruti in fl. 1213. dr 85. Anno 1703. perceptor et erogator fuit ipse plebanus, qui nullas rationes dedit comunitati. Interim tempore Kuruczoniko decessit e vita in Eberhard. An condiderit testamentum nec ne, nullus scivit dicere, uno ore tamen retulere, quod omnia sua diripuerit mundus quamprimum mortuus est.»

Szabó Andreas. 22. Mart. 1755. missus pro cooperatore ad Nyék. 30. Jun. 1756. vero ad Izbég. 13. Jan. 1759. constitutus admin. in Galantha. 16. Mart. 1760. investitus parochus in Szakállos. † 27. Jun. 1761. Submersus in fluvio Ipoly.

Szabó de Dalafalva Antonius. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1839. terminavit. 1840. in instituto presbyterorum Strigonii tansigit. 11. Febr. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Selmezbánya. 1842. applicatus professor supplens philosophiae in lyceo AEppali Tirnaviae, una cleri jun. studiorum praefectus. Tunc

jam AA. LL. et phil. doctor et ss. theologiae baccalaureus. Subin qua professor ordinarius tradidit hist. univ. et pragm. Hung. Fuit et com. Poson. tab. jud. assessor. 1852. constitutus vice-rector semin. Mariani una convictus AEppalis Tirnaviae. 11. Jul. 1859. factus parochus et decanus Szakolczae, una consist. Tirnaviensis assessor. 1861. praepositus B. M. V. ecclesiae novae ante castrum Budense. † 29. Nov. 1876.

Szabó Carolus. Natus 16. Febr. 1818. in Zala-Egerszeg. Philosophiam et theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1842. absolvit. 1843. in domo presbyterorum transegit. 15. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem int. egit in Ipoly-szakálos 9. m. Subin cooperatus est in Nagy-Kér 2. a. Postmodum in Nagy-Czétény, ubi parochus defuncto etiam uno a. admin. fuit. Ab 1852. coop. in Nyék, 1853. Bajnae in cottu Strig. Ibi 12. Sept. 1872. int. admin. constitutus usque 19. Dec. ejusd. a. 5. Aug. 1873. applicatus admin. in Ipoly-Pereszlény, quam 1888. resignavit et pensione donatus. † 7. Mart. e. a.

Szabó Carolus. Natus 17. Sept. 1821. in Zala-Egerszeg. Philosophiam Vaczii, theologiam cum tertio a. in semin. Mariano 1848. terminavit. 1849. in instituto presbyterorum Strig. transiens 17. Maji ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Rimócz. 1850. Gutae, 1851. in Zeliz, 1852. in Szomor et 1853. in Nyék. 1855. accepit parochiam Királyrév, ubi usque 1865. activus erat. Pensione donatus recessit ad Zalaegerszeg. 25. Apr. 1892. receptus ad institutum s. Adalberti.

Szabó Franciscus. Nobilis Czipferiensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1752. baccalaureus, 1753. magister philosophiae. 17. Nov. 1755. missus pro cooperatore Csejtham. 29. Apr. 1757. investitus parochus in Felső-Zelle. Hinc 22. Apr. 1760. in Nagy-Súr. Eo agente Nicolaus com. Eszterházy novam funditus exstrui curavit parochiam. 1775. beneficio privatus, iterum cooperatorem egit etquidem Dubovae, ubi incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Szabó Franciscus. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. 1765. terminavit. 20. Apr. ejusd. a. pro cooperatore Papam missus. 11. Nov. 1770. investitus parochus in Illésháza, ubi tunc per Joannem com. Illésházy parochia erecta, aedes parochiales structae et dos stabilita. Hinc 1. Nov. 1773. transivit ad Nagy-Paka. Inde 24. Mart. 1784. nominatus pro Nagy-

Födémes. 4. Febr. 1786. ecclesiae ampliandae planum et projectum summarum per VADnum propositum. † 26. Jul. 1788. Testamentum ejus praesto est.

Szabó Franciscus. Natus 1. Jul. 1784. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1809. terminavit. 10. Aug. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Érsek-Ujvár, ab 1814. in Pered, ubi una in spir. et temp. admin. Ab 1816. cooperatorem in Kemencze. 1820. applicatus in semin. s. Emerici Posonii vice-rector, una spiritalis et professor. 24. Apr. 1833. translatus ad parochiam Nagy-Salló. Ab 1850. VADiac. distr. Lekérensis. 31. Maji 1860. beneficium resignavit. † 28. Sept. 1861. Ibidem.

Szabó Joannes. Veszteniczensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1700. baccalaureus 1701. magister philosophiae. 5. Jan. 1706. investitus parochus in Komjáth. Hinc 11. Apr. 1707. in Kürth in cottu Comar. una et in Csúz. 2. Jul. 1712. investituram accepit in Nagy-Szuha, ubi usque 1716. activus erat.

Szabó Joannes. Ecsegiensis e cottu Neograd. Qua alumnus semin. gen. 1713. baccal. 1714. magister philosophiae, Theologiam in eodem semin. cum secundo a. 1716. terminavit. 25. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Vieszka, ubi usque 1718. operatus est. 20. Jun. 1731. accepit investituram pro Salgó-Tarján. Inde demum 4. Jan. 1736. in Szklabonya, ubi † 2. Mart. 1751. Sepultus in ecclesia.

Szabó Joannes. E dioecesi Vaciensi transsumtus. 30. Aug. 1760. missus pro cooperatore ad Závod. 16. Apr. 1762. ad Kéménd infra abbatiam Pécsvárad. 17. Sept. 1763. ad Buda-Ujlak. Subin cooperatorem et praebendatus eccl. colleg. Posoniensis. 31. Jul. 1788. nominatur parochus in Nagy-Födémes. Jókenses semper questi, quod nullum talem parochum accipere possint, quem ipsi vellent, eorum parochus Ignatius Szentmihályfai sponte resignavit et 10. Sept. 1802. administratio parochi Födemesiensi accredita est, donec reparationem ruinam minanti aedificii parochialis perfecerint et se obstringerent ad solutionem ordinate praestandam parochus. Hanc affiliationem aegre ferentes, parochiam suam, ejusque proventus Franciscanis Posoniensibus addicere volebant, ast quardianus hoc respuit. Interim aedificium taliter qualiter reparatum. 1. Jan. 1803. administratio finem assecuta. † 28. Jan. 1819.

Szabó Joannes. Natus 8. Sept. 1813. in Kalász in cottu Nitr. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1835. terminavit. 1836. et 1837. in instituto presbyterorum degit Strigonii. 28. Oct. 1836. ordinatus. Exactis qua cooperatore in Thaszár 9. a. et 2. m. 10. Febr. 1846. obtinuit parochiam Nagy-Szelezsény. Mense Febr. 1868. accepit parochiam Nemcsény, ubi alieno aere gravatus in maxima penuria obiit. † 16. Maji 1879.

Szabó Josephus. Ex seminario Budensi Szechenyiano. 6. Maji 1765. missus pro cooperatore Papam. 25. Nov. e. a. in pari qualitate ad Somorja. 14. Mart. 1771. investitus parochus in Csoltó, ubi † 30. Jan. 1772.

Szabó Josephus. Natus 21. Oct. 1811. in Kalász in cottu Nitr. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 22. Nov. 1834. ordinatus. Cooperatorem egit in Lekér m. 5. in Naszvad semi altero a. in Nádas in Hont. 2. et medio a. in Tardoskedd semi altero a. in Udvard uno a. in Bakabánya 6. m. in Garam-Ujfalu itidem 6. m. 1843. constitutus admin. in Csábrág. 20. Jul. 1848. in pari qualitate transpositus ad Hrussó. Hinc 11. Maji 1853. ad Pereszlény. Inde 6. Nov. 1856. ad Tardos. Hinc 9. Nov. 1870. pensione donatus. Denique 1873. administrandam obtinuit Modertárna, ubi usque 1887. activus erat. Recessit Tirnaviam.

Szabó Martinus. Czifferiensis, 27. Nov. 1741. ex semin. s. Emerici ad alumnatum Budensem missus. Qua secundi a. theologus semin. s. Adalberti 26. Maji 1746. magister philosophiae graduatus. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. terminavit. 20. Nov. 1747. constitutus cooperatore in Balassa-Gyarmat. 31. Jul. 1749. obtinuit parochiam in Torna, ubi † 26. Dec. 1751.

Szabó Martinus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani terminavit. 8. Febr. 1763. missus pro ceremoniaro ad praepositum Scepusiensem. 27. Sept. 1764. applicatus cooperatore in Csorba. 1. Jan. 1766. constitutus admin. 9. Apr. vero investitus parochus in Losoncz. Qua cum parochia ingremiatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Szabó Michael. Udvardensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1765. baccalaureus, 1766. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1770. terminavit. 15. Febr. e. a. missus pro capellano domestico ad Emericum

Majthényi in Mohora. 7. Febr. 1772. praebendarius factus Posonii. 6. Jul. ejusd. a. investitus parochus in neo-erecta parochia Mohorae, ubi † 19. Dec. 1774.

Szabó Paulus. Natus 1752. in Hidvég in cottu Hont. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo 1776. absolvit. Cooperatorem egit in Varbó, ab 1778. in Oroszi. 1779. obtinuit parochiam Varbó. Ab 1802. VADiac. distr. Szécsény. Hinc 1808. in Tardoskedd, una VADiac. distr. Érsekújvár, item cottus Neograd, tab. jud. assessor. 13. Oct. 1820. assumptus ad capit. Strigon. 15. Sept. 1823. ADiac. Cathedr. introductus. Fuit abbas B. M. V. de Monostor, theologiae baccalaureus. Honorifico nomine «Refugium peccatorum» gaudebat. † 30. Aug. 1735. Strigonii in Aquatica. Sepultus in catacombis Basilicae. Merita literaria recensentur apud: Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 496.

Szabó Paulus. Theologiam cum quarto in semin. gen. 1781. terminavit. Cooperatorem egit in Vadkert. 1787. capellanus localis in Ebed. Hinc 1792. obtinuit parochiam Tölgyes. Ab 1807. VADiac. distr. Hont. inf. Danub. † 10. Apr. 1811. ibidem.

Szabó Petrus. Nádszeghiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1726. baccalaureus, 1727. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1729. terminavit. 21. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Ásvány, ubi 1731. Paulus Forgács peregit visitationem, qui de parochio: «Duobus annis presbyter, hic uno a. Verberavit viduam Mariam Kovács eo, quod res ipsius distraxisset et perpotasset. Alteram item Theresiam Andreae Dolni relictam, propter aliquod mendacium.» Hinc 27. Oct. 1731. in Komárom-Szent-Péter. Inde 25. Apr. 1737. Gútae, ubi 1754. Georgius Molnár peregit visitationem, qui de parochio: 52. annor. Jam bis apoplexia tactus, vix celebrare potest. Servat capellanum. † 31. Dec. 1759.

Szabó Stephanus. Vesprimiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1692. baccalaureus, 1693. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1696. terminavit. Eodem a. per Leopoldum card. a Kolonics Posonii ordinatus. 27. Apr. ejusd. a. constitutus ibidem pro cooperatore. 1697. baccalaureus ss. theologiae promotus. Oblatus tunc libellus sic dictus aureus. P. Campiani. 15. Jan. 1799. investitus parochus

in Kőbölkut, ubi 1701. peracta visitatio Jezer-niczkyana in qua de parcho notatur, quod sit 30. annor. «Zelusos. Non pridem in filiali sua ab haereticis verberatus et vix non occisus.» Operatus est hic usque 1710. Dein 6. Apr. 1712. accepit investituram pro aliqua non nominata parochia, in cottu Tornensi. 19. Febr. 1714. vero pro Deresk. 1727. Georgium Viczen excommunicavit, qua in causa inquisitio mota. † 18. Jul. 1741. ibidem.

Szabó Stephanus. Levensis. 1. Nov. 1713. susceptus pro seminario Budensi. 15. Sept. 1715. exmissus in parochiam Szilágy in dioec. Vácziensi. 10. Febr. 1718. investitus parochus in Gácsfalva. Hinc 30. Sept. 1720. in Bást. † 28. Maji 1739. in Gács. Legavit cassae dioeces. 9 fl. 55 den.

Szabó Stephanus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1804. terminavit. 1805. qua neopresbyter degit in Drégely-Palánk. Cooperatorem egit in Nagy-Oroszi. 1810. factus vice-rector semin. s. Stephani. 16. Jul. 1817. nominatus parochus in Egerszeg. 22. Mart. 1821. obtinuit Lédecz per cambium cum Jacobo Bodross. Valetudinis restaurandae causa ivit ad Magyarád, ubi † 26. Maji 1824.

Szabrnovics Georgius, Joannes. 16. Apr. 1692. investitus parochus in Nádas in cottu Hont. † 1693. ibidem.

Szádeczky Franciscus. Szadecznensis e cottu Trencsén. Qua saecularis 1748. baccalaureus, 1749. qua alumnus semin. s. Stephani, magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1751. terminavit. Mense Jun. 1752. missus pro cooperatore ad Balassa-Gyarmat. 9. Oct. 1753. investitus parochus in Rákos. Hinc 8. Febr. 1761. in Pohorella, ubi † 15. Aug. 1768.

Szadeczky Joannes. E cooperatore Lokcsensi 18. Aug. 1737. investitus parochus ibidem. † 6. Jul. 1739. in obsequio pestiferorum.

Szadeczky de eadem Joannes. 6. Jan. 1733. investitus parochus in Verbócz, ubi tunc ecclesia ab acatholicis revindicata. Hinc 20. Mart. 1737. in Radossócz. Inde 22. Dec. 1740. in Holics. Erexit ecclesiam in Radimó, nunc filia ad Unin. 1755. in Holics ecclesia Capucinatorum ad s. Martinum consecratur. † 29. Mart. 1762. ibidem.

Szadeczky Nicolaus. Theologiam in Pázmáneo qua casista terminavit. 8. Apr. 1690. investitus parochus in Leszkó. Hinc 25. Apr. 1696.

in Lokcsa, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui illum aetatis 32. et sacerdotii 7. esse notavit. 10. Mart. 1700. idem iterum visitavit parochiam, tunc de parcho: «Acquisivit organum octo mutationum 100. imperialibus. Casulam item ab AEppo. Annor. 35. sacerdotii 4.» Fuit 1708. Executor testamenti Adalberti Jurczák. 1713. ibidem per Paulum Zichy peracta visitatio, qui de illo: «Theologus moralis, sufficientis doctrinae. Annor. 49. sacerdotii 24. hic 17. annis. In muniis parochialibus diligentissimus. Quo ad mores nil de eo mali compertum.» 1731. vero Franciscus Zichy visitavit qui de illo sic loquitur: Presbyter 43. annis, hic 37. A 25. annis VADiac. distr. Arvens. sup. † 22. Jun. 1737. ibidem.

Szadeczky Nicolaus. Szadecznensis. Qua alumnus semin. Mariani 1752. baccalaureus, 1753. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1756. terminavit. 5. Aug. e. a. missus pro cooperatore ad Oravka. 2. Oct. 1761. investitus parochus in Zazriva. Inde 8. Sept. 1765. in Rabcsicza, quacum incorporatus est dioecesi neo-erectae Scepusiensi.

Szahota Joannes. Natus 2. Dec. 1849. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1878. terminavit. 21. Jun. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Udvard. 1884. obtinuit parochiam Jabloncza.

Szaiff Joannes. Natus 15. Maji 1855. Theologiam Strigonii 1878. absolvit. 21. Jun. e. a. ordinatus. Subsidiarium egit in Alsó-Nyárasd, ubi 1880. etiam int. admin. Eodem a. cooperatur factus in Hidaskürt. 1885. in Szentmihályfa. 1886. in Duna-Mocs, 1887. in Rimócz. 1888. in Patak et eodem a. in Ipolyfödemes admin. factus.

Szajbéli Adalbertus. Natus 17. Mart. 1808. Modrae. Philosophiam Tirnaviae, juridica Posonii et theologiam rursum Tirnaviae in semin. s. Stephani absolvit. 12. Maji 1832. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Salló, Nagy-Ólved, Selmeczbányae, ab 1836. in Nyerges-Ujfalu. Hinc post 8. m. ad Mocs pro int. admin. missus. Ab 1837. rursus cooperatorem egit Érsekújvárii. 17. Nov. 1845. nominatus parochus in Egerszeg. ubi ab 1863. VADiac. surr. distr. Ujlak. Hinc m. Aug. 1866. transivit ad Kürth, qua emer. VADiac. 1. Maji 1879. adscriptus instituto s. Adalberti. † 29. Dec. 1891.

Szajtler Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1798. terminavit.

Cooperatorem egit Modrae, ab 1799. Holicssii, ab 1800. Pestini ad s. Josephum, et ab 1802. concionator una coop. Posonii ad s. Martinum. 1807. obtinuit parochiam in Szilincs. 1808. applicatus vice-rector Pázmánii. 1812. ad capitulum Posoniense promotus, retento tamen hoc officio. † 8. Aug. 1815. Posonii.

Szakács Joannes. Szerdahelyensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1753. baccalaureus. Theologiam cum a. tertio in eodem semin. terminans 15. Jan. 1757. investitus est parochus in Zámoly. Hinc 27. Mart. 1759. missus pro cooperatore ad Hédervár, 6. Maji 1763. ad Szerdahely, hinc ad semin. deficientium. Inde 8. Maji 1764. applicatus cooperator in Nagy-Ölved, sed 7. Oct. e. a. Tirnaviam revocatus pro octo dierum exercitiis. Post hos missus ad Magyar-Szölgyén in pari qualitate. Sed etiam hinc ad deficientiam reversus. Ex qua 19. Febr. 1771. applicatus in Ujlak. Mox Tirnaviam reversus † 17. Jun. 1773.

Szakály Andreas, Franciscus. Fuit 1657. parochus in Nagy-Kér, cum filiabus Apakér, Kiskér et Ujfalú. Eodem a. Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de parocho: «Plebanus tenetur feria secunda paschatis ad s. Clementem concionari. Habet penes illam quatuor jugera pratum. Ex negligentia parochi terra 60 cruces proferens occupata est a Kérensibus et loco ejus data est alia quatuor cruces proferens. Monui parochum, ut terram illam reoccupat; incolas autem, quatenus supersedere velint a talibus.»

Szakmáry Emericus. Natus 1814. Theologiam cum a. quarto in semin. s. Stephani 1838. terminavit. 1839. in instituto presbyterorum transegit Strig. 26. Jul. eod. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Dorogh, ab 1840. in Nemcsény, ab 1841. in Udvard. Fuit una sed. praed. de Vereb. et Szent-György tab. jud. assessor. 25. Aug. 1845. obtinuit parochiam Báth, quam 30. Jun. 1849. deseruit. † 25. Maji 1858. Viennae apud Misericordianos in Gyrgato qua mente turbatus.

Szakmáry Georgius. 4. Jul. 1681. investitus licentiatu in Csiffár, ubi usque 1688. occupatus.

Szakmáry Josephus. Philosophiam et theologiam in Pázmáneó absolvit. 5. Apr. 1748. missus pro cooperatore ad Bajmócz. 4. Dec. 1750. investitus parochus in Komjáth, ubi 1753. Andreas Rabcsék et 4. Aug. 1755. Antonius de Réva peregit visitationes. Hinc 20. Jul. 1758. investituram accepit pro Verebély. 1766. contra

calumniatores se testimoniis nobilium et communitatis defendit. † 26. Apr. 1774. ibidem.

Szakmáry Joannes. Natus 6. Maji 1826. in Léva. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 21. Jun. 1848. ordinatus est. Cooperatorem egit in Búr-Szent-György a. duobus. Ab 1851. Strigon. in citte regia. 1853. factus admin. in Jászfalu, inde ad pristinam stationem reversus. 1857. accepit parochiam Alsó-Rakoncza. Hinc 2. Maji 1864. nominatus parochus in Nagy-Mánya. et 13. Maji per ipsum card. Scitovszky investitus. 10. Nov. 1870. VADiac. distr. Verebély. † 15. Maji 1891. in Nagy-Mánya.

Szakváry (Szakstetter) Joannes. Natus 18. Dec. 1801. Tirnaviae. Transactis in ordine s. Benedicti 8. m. studia et philosophica et theologica Tirnaviae in semin. Mariano 1824. terminavit. 1825. in instituto presbyterorum Strigonii transegit, ubi 25. Mart. ejusd. a. ordinatus. Praebendatum Posonii per quadrantem a. succentorem vero per 2. a. et 3. m. egit. Subin ibidem ad s. Salvatorem concionator et cooperator. 3. Mart. 1828. obtinuit parochiam Nagy-Paka. Hinc 3. Febr. 1830. translatus ad Duna-Szerdahely. 1834. surr. subin ord. VADiac. distr. cognominis. 1862. canonicus hon. Strig. † 21. Sept. 1868. ibidem.

Szalaky Michael. Thuróczensis. 1761. susceptus in alumnatum Budensem. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. 1767. terminavit. 26. Maji e. a. missus pro cooperatore ad Dévény. Hinc 15. Febr. 1769. ad Stomfa. 20. Febr. 1771. investitus parochus in Dévény. 1783. ecclesia et altare renovata. 1788. ad canoniam Posoniensem promotus, retinuit tamen admin. parochiae usque 1790. Posonii 1792. electus in parochum civitatis. Mox praepos. s. Nicolai extra muros Albae-Regal. † 17. Jan. 1796.

Szalava Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1803. terminavit. Cooperatorem egit in Szárazpatak. 1806. obtinuit parochiam Nahács, in quam m. Jan. 1807. ingressus. Hinc 1811. transivit ad Bogdány. Inde 1813. ad Szomolány, ubi possessionem parochiae et ordinavit et ex propriis auxit. † 26. Apr. 1841. ex apoplexia Tumulum ejus epitaphium signat. Fuit vir charus populo, in cujus memoria adhuc perennat.

Szalay, alias Sonntag Andreas. Tirnaviensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1646. baccalaureus philosophiae. Theologiae in Pázmáneó stu-

duit. 21. Jul. 1668. investitus parochus in utroque Szölgyén et jam 7. Oct. ejusdem a. investitus in Kemencze. Ibi 1671. successorem nactus. 25. Apr. ejusd. a. investituram accepit in Kis-Apáthi, ubi usque 1673. operatus est.

Szalay, rectius Szalgay Georgius, Joannes. Occurrit 1647. parochus in Pöstyén. Nominatur in catalogo cleri, hoc a. jussu Georgii Lippay confecto.

Szalay Georgius, Josephus, Xaverius. Für-ensis e cottu Comar. Philosophiam et theologiam in seminario Budensi terminavit. Hinc 11. Sept. 1725. pro cura animarum expeditus obtinuit parochiam Szalka. Inde 12. Dec. 1727. investitus parochus in Kövesd. Exhinc 21. Apr. 1729. in Nagy-Ölved, ubi 1732. Nicolaus Kelio peregit visitationem, in qua parochum 30. a. esse dicit. 1755. vero Georgius Kussovics visitavit parochiam. 11. Maji 1735. resolvit AEppus Eszterházy, ad instantiam parochi e fundamentis struendam ecclesiam cum excelsa turri, quam parochus magna cum industria aris, campanis, ac omnibus necessariis instruxit. Item ecclesiam in Kural, in qua tria altaria posita. Potentem influxum exercuit in dirigendis negotiis communitatis, cujus gubernium ad manus catholicorum transire fecit. † 3. Oct. 1757. ibidem.

Szalay Georgius. Szilvágyiensis e cottu Castrifer. Qua alumnus semin. s. Stephani 1731. baccalaureus, 1732. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. terminavit. 3. Sept. 1734. investitus est parochus in Alistál. Tunc insurgent. legionis hun. capellanum castrensem egit. 1746. eccl. sumtibus Cons. Ltlis restaurata. 5. Febr. 1749. investitus parochus in Galántha. Subin VADiac. distr. Szempcz. 6. Nov. 1753. Carolus com. Eszterházy petiit facultatem publicitatis pro sacello suo. 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parocho: Annor. 45. in cura animar. 22. Diligens exemplaris. 1758. factus canonicus Poseniensis. Dum S. J. semin. Széchényianum Budae. jussu Francisci com. Barkóczy AEppi Strig. 1. Nov. 1761. resignasset, primus praefectus e clero saeculari fuit constitutus. (Acta hujus resignationis in Archivio Regnicolari. Acta Jesuit. Bud. Fasc. 6.) † 31. Oct. 1767. Sepultus in crypta capellae s. Stephani in eccl. B. M. V. praesidii Budensis. Fuit aestimatus concionator. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 447.)

Szalay Joannes. 8. Oct. 1665. investitus parochus in Nagy-Bárkány. Hinc 19. Dec. 1666. in Soos-Hartyán. Inde 21. Maji 1669. in Ipoly-Bolyk, ubi usque 1671. activus erat.

Szalay Joannes. Natus 16 Jan. 1802. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1825. terminavit. 1826. in instituto presbyterorum transiit Strigon. 13. Mart. e. a. ordinatus. Cooperatorum egit in Köbölkut, ab 1829. in Szomor. 8. Febr. 1837. constitus admin. in Nagy-Bajcs. Incepit matricas hung. idiomate scribere. Hinc m. Nov. 1838. redivit ad Szomor, tunc una sed. praed. de Bácsa tab. jud. assess. Ab 1839. absque officio. 1840. coop. in Püski. 1841. Tirnaviae absque officio. 1842. cooper. in Mária-Völgy. 1843. in Diószegh. 4. Sept. 1845. constitutus admin. in Kossuth. 1852. resignato hoc officio qua deficiens degit in Szelöcze, ubi † 20. Sept. e. a.

Szalay Josephus. Fürensensis e cottu Comar. Qua alumnus semin. Mariani 1745. baccal. 1746. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1750. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Ölved. 30. Aug. 1753. doctor ss. theologiae graduatus. 9. Nov. 1754. investitus parochus in Nagy-Zellő. Hinc 18. Apr. 1757. in Szalka, ubi 1766. Emericus Foglár peregit conscriptionem. 1779. VADiac. distr. Hont. una cons. Strig. assessor. 8. Maji 1790. installatus canon. Strig. 25. Nov. 1803. ADiac. Hont. 30. Jun. 1810. praepos s. Stephani. † 13. Aug. 1816. Aetatis 92.

Szalay Josephus, Stephanus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1775. terminavit. Cooperatorem egit in Muzsla. 1781. absque officio degit in Szalka. 7. Dec. 1782. nominatur parochus in Párkány, ubi † 28. Mart. 1790.

Szalay Laurentius. 28. Jul. 1667. licentiatius in Sárísáp.

Szalay Michael. Theologiam cum cursu morali in Pázmáneó terminavit. In dioecesi Nitriensi in cura animarum duodecim annis transactis, cum legitimis commissionibus venit in ADioecesim, ad quam susceptus, 20. Jun. 1714. investitus parochus in Spácza, ubi eodem a. Emericus Pongrácz peregit visitationem. Ibi usque 1717. activus erat.

Szalay Samuel. Baziniensis. Qua alumnus semin. Mariani 1722. baccalaureus, 1723. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó absolvit. 19. Oct. 1727. investitus parochus in Vágszerdahely, ubi 1731. Joannes Jelenffy peregit visitationem. † 28. Dec. 1750. ibidem.

Szalay Stephanus. Occurrit 1630. licentiatius in Lekér. Iterfuit synodo 4. et 5. Oct. eodem a. Tirnaviae celebratae. 1647. occurrit licentiatius in Kürth nominatur bis in catalogo cleri eodem a. confecto, etquidem in ADtu Cathedr. et Comar.

Szalay Stephanus. Fuit 1647. parochus in Nagy-Surány. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Szalay Stephanus. 11. Sept. 1729. investitus parochus Tornae. Hinc 5. Maji 1731. in Csifár. In filiali Mohi 5. Jul. 1733. clavim ecclesiae acatholici vice-comiti resignarunt, ubi in hujus sequelam parochus est installatus. Activus erat usque 1736.

Szalczpang Stephanus. Ebeczkensis. Qua alumnus semin. gener. 1720. et 1721. defendit universam philosophiam. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. terminavit. 23. Sept. 1724. ordinatus. Cooperator fuit Tirnaviae, qua talis 15. Maji 1725. baccalaureus, 1727. doctor ss. theologiae. 19. Oct. ejusd. a. investitus parochus Muzslae. Ibi habuit controversiam coram gen. vicario cum parochio Köhidgyarmatensi propter sedecimam. Ejus tempore erectae ecclesia et domus parochialis, organumque procuratum. 20. Jan. 1736. investituram accepit pro Udvard. Hinc 2. Jun. 1738. in Érsekujvár, una VADiac. distr. cognominis. † 21. Mart. 1739.

Szalgay Joannes, vide Szalay.

Szalkay Abraham. Theologiam cum a. tertio in Pázmáneó terminavit. 10. Febr. 1688. investitus parochus in Diószeg. Hinc 6. Dec. 1692. in Galántha, ubi 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui parochum aetatis 34. sacerdotii 11. parochiae secundo esse dicit. Operatus est hic usque m. Dec. 1694.

Szalkay Albertus. 3. Jun. 1667. investitus licentiatius in Szete. 27. Jun. 1670. vero in Százd, nunc filia ad Deménd.

Szalmay Josephus. Árvensis. Theologiam cum a. quarto in semin. gen. Budensi 1781. terminavit. Cooperatorem egit Posonii in Virágvölgy. 29. Jul. 1787. nominatur parochus Jakabfalvae, ubi † 14. Nov. 1828.

Szalóky Martinus. 15. Jun. 1722. investitus parochus Predajnae, ubi usque 1736. operatus est.

Szamariai Martinus. 18. Jun. 1697. investitus parochus Luczkae et in Konossó. Ecclesia et parochia Luczkensis per Rákóczianos 20. Nov. 1705. catholicis ademta et protestantibus assig-

nata fuit, at nisi pro brevi tempore etenim 1709. pulso ministro cultui catholico reddita. Usque 1717. activus erat.

Szamel Georgius. Galgócziensis. 13. Nov. 1727. susceptus in alumnum Budensem. 1730. qua coll. gen. primi a. alumnus extraord. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1731. terminavit. 27. Aug. 1736. investitus parochus in Nádas in cottu Poson. Hinc 2. Sept. 1737. in Jabloncza. Inde 15. Sept. 1742. in Sasvár, ubi una decanus et VADiac. distr. cognominis. Tunc in fabrica ejati galli opifices occupati erant, quorum curam Andreas Frank parochus Búr-Szent-Miklósensis gessit, illo defuncto difficilis erat successorem invenire, denique Petrus Faber talis constitutus. 22. Dec. 1761. Paulus Eszterházy provincialis Paulinorum consulit circa translationem statuae B. M. V. ad aram majorem ecclesiae. 23. Jun. 1767. impetrata facultas Romana Sassinii festo Ass. B. M. V. benedictionem papalem dandi. † 9. Nov. 1776. ibidem.

Számord Ignatius. Natus 25. Aug. 1857. Strigonii. Theologiam Strigonii 1880. terminavit. 30. Jun. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagymagyar, Szamariae, ab 1883. Strig. in citte reg. 1890. factus beneficiatus ibidem ad s. Annam. A. m. Sept. 1892. inst. praep. ad magist. asyl. prol. director. In literatura versatus. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 499.)

Száni Georgius. Occurrit 1647. licentiatius in Komárom-Szent-Péter et Izsa. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Szántófy (Akermann) Antonius. Natus 6. Jun. 1813. Quinque-Ecclesiis. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae 1824. absolvit. 1825. et 1826. in domo presbyterorum transegit Strigonii. Cooperatorem egit Pestini ad Assumt. Mense Febr. 1846. parochus ad s. Josephum. 1858. surr. et m. Dec. 1849. ord. VADiac. distr. Budensis. 1850. transivit ad s. Leopoldum. 1851. praepositus s. Lamberti de Somlyóvásárhely. Hinc 20. Apr. 1854. obtinuit parochiam ad Assumt. Eodem a. camerarius Suae Sanctitatis. Item penes gymn. reg. Pest. AEppalis inspector. 31. Aug. 1860. ins. ord. Leopoldi eques. 27. Apr. 1861. canonicus Strig. nominatus et 18. Jun. e. a. rector semin. gener. Budapest. 20. Apr. 1865. parochus cathedralis eccl. Strig. et ADiac. Neograd. 1874. praepositus s. Thomae de monte Strig. † 3. Febr. 1880.

Szapanczy Martinus. 15. Jul. 1716. investitus parochus in Vásárút. Hinc 22. Jul. 1717. transivit ad Vágsellye, ubi 1724. cum consensu AEppi congregationem s. Rosarii erexit. 1729. rector collegii S. J. Tirnaviensis contulit parochia terram. Hinc 16. Oct. 1730. transivit ad Galantha. 1736. resignavit parochiam, factus canonicus subin praepositus in capitulo Vacziensi. † 29. Nov. 1750. Reliquit legata pauperibus et studiosis.

Szárnyay Mathias. Ab 1772. cooperator in Csúz. 1776. in Udvard, m. Aug. ejusd. a. parochus factus in Csúz. 7. Maji 1780. contractum cum illo inierunt Furienses respectu intertentionis cooperatores. Eodem a. ibidem visitatio Bathyaniana peracta. † 10. Mart. 1783.

Szaszinszky, rectius Sastinszki Nicolaus. Tirnaviensis. Qua saecularis in ejati universitate 1689. magister philosophiae. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 5. Mart. 1693. ordinatus. 19. Maji e. a. investitus parochus in Ternye. Hinc 17. Jun. 1695. in Maniga. Qua talis 26. Apr. 1697. baccalaureus ss. theologiae graduatus. Ibi eodem a. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit annor. 31. in cura animar. 5. hic duobus et medio anno. Inde 31. Maji 1698. investituram accepit pro Keresztur, ubi usque 1707. activus erat.

Szászfalusi Franciscus. Fuit alumnus Joannis Pálfalvay canon. Strig. 1638. ordinatus. Occurrit 1647. parochus in Nyerges-Ujfalu, nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Szászkay Albertus. 17. Jun. 1670. investitus licentiatus in Szász, ubi eodem a. successorem nactus.

Szaszkovics Georgius. Ab initio m. Jan. 1690. parochus in Prassicz, ubi matricam scripsit et usque 1692. activus erat.

Szászy Franciscus. Tökésfalvensis e cottu Nitr. Qua alumnus semin. Mariani 1737. baccalaureus, 1738. magister philosophiae. 14. Jun. 1745. investitus parochus in Nagy-Sáró, ubi † 7. Jan. 1769. Fuit curator animarum zelantissimus.

Szászy Joannes. 21. Sept. 1624. ad titulum sub. lectoratus Strig. presbyter ordinatus. 5. Jun. 1628. ex mandato vicarii Emerici Losy citationem peregit qua parochus Vajkensis. Qua talis 1630. interfuit synodo 4. et 5. Oct. Tirnaviae celebratae. 1648. qua praepositus Dömösiensis et

lector Nitriensis suo et capituli nomine subscripsit synodo Tirnaviae celebratae. (Péterffy, Conc. II. 385.) 1662. promotus ad Capitulum Strig. Fuit tunc jam consecratus eppus Scopiensis. 1667. ADiac. Zoliensis 13. Oct. 1668. el. eppus Sirmiensis. † 1674. Fundavit votivum Szászanyum.

Szászy Stephanus. Kecskemétensis. Qua alumnus semin. gener. 1719. baccalaureus. 1720. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. absolvit. 19. Sept. 1722. ordinatus. 2. Nov. 1725. investitus parochus in Almás. Hinc 28. Mart. 1732. in Léva. Tunc praedicans hinc pulsus et 31. e. m. parochus installatus. Ibi 1745. Hieronymus Peverelli canon. Strig. confraternitatem erigit et fundat. Fuit una VADiac. distr. cognom. † 6. Maji 1747.

Szatay Adalbertus. Tirnaviensis. 14. Nov. 1745. susceptus in alumnatum Budensem. 15. Jun. 1757. investitus parochus in Nagy-Herestyén. Hinc 17. Febr. 1762. in Velcsics, ubi † 5. Jan. 1763.

Széchényi Georgius. Natus in Széchény in cottu Neograd. ubi pater ejus militarem praefectum egit. Ad clerum Tirnaviensem susceptus, 11. Mart. 1623. tonsuram accepit. 8. Febr. 1625. ex poesi missus ad Pázmáneum, ubi 1628. magister philosophiae, 1631. baccalaureus theologiae. Activitatis suae in cura animarum memoriam reliquit scribens qua eppus Jaurinensis vicario suo Francisco Gorup: «Engem, Vicariusom Losi, a Komjati plebániára küldött, 3 hétig voltam ott, meg mindjárt Püspökire rendelt Posonnal.» (Religio, 1855. II. 559.) 20. Febr. 1632. canonicus Strig. installatus. 1636. ADiac. Tornensis. 1635. praepositus in Vágújhely, qua talis 1638. subscripsit synodo Tirnaviae celebratae. 1641. ADiac. Zoliensis. 8. Nov. 1643. commendatus per Stephanum Bosnyák 20. ejusdem obtinuit eppatum Csanadensem. 22. Apr. 1647. praepositus s. Stephani. 1644. nominatus 1647. praekonisatus eppus Quinque-Ecclesiensis, quem 1648. cum Vesprimiensi commutavit. 1657. ad Jaurinensem transivit. 1668. AEppus Colocensis nominatus. 1675. abbatiam s. Gotthardi e manibus inique possidentibus sibi acquisivit. 21. Mart. 1681. AEppus Strig. nominatus. † 18. Febr. 1695. Aetatis 103.

Szecsányi de Nemesjác Julius. Natus 27. Mart. 1851. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1874. terminavit. 26. Jul. 1879. ordinatus. Coo-

peratorem egit in Garamujfalu, 1876. in Dorog, 1877. in Érsekujvár. 1878. int. admin. in Szemere. 9. Febr. 1886. investitus parochus in Komárom-Sz.-Péter.

Szecsányi de NemesjácZ Vilhelmus. Natus 28. Maji 1822. in Paczolaj. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 20. Jul. 1847. ordinatus. Cooperatorem egit in Somorja et ab 1848. in Pöstyén. 17. Sept. 1853. investitus parochus in Kisvendég. 20. Aug. 1860. translatus ad Prassicz. 27. Nov. 1870. VADiac. distr. Nagytapolcsány. 1888. canon. hon. Strig. 1890. transivit ad parochiam Nagy-Tapolcsány.

Szécsényi Andreas. Nobilis Bajmoczensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1738. baccalaureus, 1740. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1743. terminavit. Capellanum egit decem m. apud Adamum com. Majthenyi. Hinc missus pro admin. ad Zohor. 17. Apr. 1744. investitus parochus in Divék, ubi 15. Jun. 1755. Antonius de Réva peregit visitationem. Tunc jam VADiac. distr. Vesztenicz. 1776. cum suo districtu incorporatus dioecesis Nitriensis.

Szécsényi Paulus, Joannes. Csúzensis. 1749. Dec. 9. venit ex Pázmáneo pro theol. ad alumnatum Budensem. 1752. factus capellanus domesticus apud familiam Bacskády in Kis-Vezekény. 10. Mart. 1757. constitutus administrator in Házasnénye, ubi usque 9. Dec. 1758. activus erat. 20. Febr. 1759. investitus parochus in Felső-Sipék. Hinc 12. Nov. 1760. applicatus capellanus domesticus in Uzsa. 16. Febr. 1762. missus pro cooperatore ad Balassa-Gyarmat. 13. Aug. 1763. ad Vetus Zolium. Demum m. Nov. ejusdem a. in Baczúr, ubi † 9. Febr. 1773.

Szecssey de Bánkháza Franciscus. Natus 13. Sept. 1860. Galántae. Theologiam Strigonii 1882. terminavit. 28. Jan. 1883. ordinatus. Cooperatorem egit in Vadkert. 1888. admin. in Felsőthúr, ubi 1889. parochus constitutus. Habet merita literaria. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 501.)

Szécsy Jacobus. Fuit 1631. et 1632. parochus in Lédecz.

Szedelyi Josephus. Natus in Broczkó. Qua alumnus Marianus 1728. baccalaureus philosophiae. 23. Aug. 1730. investitus parochus in Vieszka. Hinc 16. Maji 1732. in Zsdány. Inde jam 26. Sept. ejusd. a. in Nagy-Bresztován. Exhinc 19. Jan. 1735. in Hrádek. Inde 13. Jun. 1741. in Felső-Kamenecz, ubi usque 1742. activus erat.

27. Febr. 1755. Zázrivae. Hinc 4. Mart. 1757. in Libetbánya, ubi † 14. Jun. 1762.

Szeder Alexander. Natus 15. Jan. 1863. Theologiam Strigonii 1885. absolvit. 20. Oct. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont, ab 1886. in Holics, ab 1890. in Csejte, ab 1891. in Vedröd, eodem a. adm. in spirit. in Cseklész, mox admin. in Magyarbél et subin in Bikszárd.

Szeder Joannes. Ex Ó-Gyalla in cottu Comar. 1768. susceptus in alumnatum Budensem pro theologia. Ubi quatuor a. transegit. 1771. factus cooperatore in Nyék. Mense Jul. 1773. obtinuit parochiam Sávoly. Hinc 5. Dec. 1774. investitus parochus in Csáb, ubi 1779. visitatio Bathyaniana peracta. † 3. Nov. 1799. aetatis 55.

Szedlákovicz Joannes, Petrus. Theologiae Tirnaviae studuit. Ex ordine s. Pauli protoeremita, quem ingressus, ad ADioecesim receptus. 23. Febr. 1720. investitus parochus in Besztercze. Hinc 5. Jan. 1728. in Lab, ubi restauratio ecclesiae finita. Haec 1722. incepta, et quidem ex navi factum est sanctuarium, et diruto priori sanctuario navis a fundamento erecta. Elegans, tota sub fornice. Imbricibus tecta. 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parocho notavit, quod sit 41. annor. in cura animar. 11. hic 4. Amodo jussus certam horam divinorum respectu etiam habito ad filialistas observare et post compulsationem media nona statim ad altare accedere. † 10. Jul. 1745. Ibidem.

Szedlaky Franciscus. Studia theologica e fundatione Revayana 1779. in semin. s. Stephani terminavit. 20. Sept. ejusd. a. applicatus capellanus localis in Alsó-Jattó. Hinc ab 1787. talis in Bessenyo. 14. Mart. 1798. nominatus parochus in Szemere. Mense Dec. 1812. factus admin. in Nagy-Bajcs, ubi usque 1816. activus erat. Qua instituti emeritorum parochorum presbyter † 15. Sept. 1828. in Eperjes.

Szegedy Franciscus, Leonardus. Natus Tirnaviae patre calviniano, matre catholica. Philosophiae in Pázmáneo ab 1635., theologiae Romae studuit. Subin educatorem egit apud Joannem com. Drugeth de Homonna, qui illum 2. Mart. 1644. a scientiis et moribus adeo efficaciter commendavit Georgio Lippay, ut 29. Sept. e. a. jam catalogo canon. Strig. inscriptus. 21. Apr. 1649. ADiac. Hont. 6. Sept. 1651. Zoliens. Eodem a. parochus Tirnaviensis. 1652. praepositus de

Zsámbék. 14. Aug. 1653. custos capituli 1655. abbas B. M. V. de Madocsa. 30. Aug. 1656. lector. 1658. coadjutor eppi Agriensis. 15. Mart. 1661. praepos. major Strig. et eppus Transilvaniae. 6. Febr. 1663. praepos. Poseniensis et eppus Vaciensis. Tunc parochiam Tirnaviensem resignavit. 1667. cancellarius regius. 13. Sept. 1669. eppus Agriensis. † 12. Sept. 1675. Cassoviae Editis rituali, hymnario et decantata laude s. Margaritae perennia sibi merita stabilivit. Adstitit morienti Georgio Lippay. Merita illius literaria recenset: Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók 502.

Szeghy Ladislaus. 11. Jan. 1754. missus pro cooperatore ad Rózsahegy. 17. Maji 1759. investitus parochus Lieszkófalvae, cum qua parochia incorporatus est neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Szeghy Ladislaus. Natus 2. Jun. 1842. in Tritvori in cottu Trencsén. Theologiam in Pázmáneó 1862. terminavit. 9. Oct. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Siglisbergae, in Űrmény et in Selmezbánya. 1869. obtinuit parochiam Felső-Sipék. Hinc 24. Maji 1874. in Detrekő-Csütörtök, ubi 1880. amplissima schola penes ecclesiam erecta. 1889. resignavit parochiam et absque officio degit. 1891. constitutus curatus anabaptistarum in Szobotist. 1893. una admin. parochiae ibidem.

Szeghő Franciscus. 11. Sept. 1718. investitus parochus in Szilas et Szigliget, ubi usque 1724. operatus est.

Szehm Josephus. Natus 15. Jul. 1797. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1820. terminavit. 1831. in instituto presbyterorum transegit, ubi 14. Jan. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Selmezbánya. 28. Jan. 1829. nominatus parochus in Hodrusbánya. 1847. VADiac. surr. distr. Schemnicziensis. Hinc 16. Sept. 1850. in Selmezbánya, una VADiac. ord. Ab 1851. praepositus B. M. V. de Turócz. † 29. Nov. 1856.

Szekács Georgius. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1806. terminavit. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont. 1808. obtinuit parochiam Szenográd, ubi † 29. Aug. 1841. Fuit una cottus Hont. tab. jud. assessor.

Szekács Joannes. 2. Dec. 1735. investitus parochus Kápolnensis. 1752. in aliqua causa offensionis Georgius com. Erdődy se contentum futurum declarat, si parochus deprecatus fuerit

officiale suum Kapolnensem. Parochus 1753. parochiam resignavit. Inter deficientes numeratus. 16. Sept. 1756. missus pro cooperatore ad Báb. Subin iterum deficiens. † 16. Oct. 1760. Szuhae.

Szekács Joannes. Theologiam cum quarto a. in arce regia Posonii 1791. terminavit. 1792. qua neo-presbyter dispositionem Tirnaviae expectavit. Cooperatorem egit in Unin, ab 1796. in Egbell. 1807. obtinuit parochiam Sasvár. Una decanus et rector altariae s. Antonii de Pad. † 30. Oct. 1818. ibidem.

Székely Sigismundus. 28. Apr. 1692. investitus parochus in Deresk. Hinc 2. Jan. in Harkács.

Székely Stephanus. Siculus. 1628. in Pázmáneó magister philosophiae. 1630. fuit parochus in Egyházas-Kürth, una et Vásárút. Qua talis interfuit 4. et 5. Oct. synodo Tirnaviae celebratae. 1732. transivit ad Diószeg, ubi 1734. Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de parcho sic: «Ex primis collegii Pázmániani alumnis. A biennio parochiam gubernat sat male; nam et rudi ingenio praeditus est et a domo ac templo frequenter abest. Concionem alias ipse auscultavi et capite caret et calce. Potitat etiam aliquando cum foeminis hora suspecta. Breviarium rite recitare haud didicit. A me in parochiam non introductus. Natione Siculus. 35. annos natus.»

Székelyi Petrus. Occurrit 1647. licentiatius in Bajóth. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Szekeres Joannes. Libertinus ex s. monte Pannoniae. Theologiam in semin. s. Adalberti 1761. terminavit. 8. Jul. e. a. applicatus praefectus Joannis Nep. comitis Eszterházy de Galánta. 28. Dec. e. a. missus pro cooperatore Pápam. Hinc 2. Dec. 1767. spiritualis in semin. Budensi constitutus. 13. Maji 1769. investitus parochus in Patak, ubi 17. Aug. 1789. Andreas Szabó peregit visitationem. † 3. Maji 1799.

Székessváry Emericus. Natus 15. Jun. 1851. Theologiae Strigonii studuit. 26. Jul. 1874. ordinatus. Cooperatorem egit in Diószeg, 1880. Muzslae, 1885. Comaromii et in Kőbölkut, ubi 1887. admin. et 1888. parochus constitutus.

Székesy (Scheischab) Carolus. Natus 19. Sept. 1806. Posonii. Philosophiam et theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1831. absolvit. 17. Aug. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in

Garam-Ujfalu. 1836. in Nádas. mensibus 4. Ab 1837. in Nyerges-Ujfalu. 1838. Muzslae, 1840. in Tardoskedd. 1841. administrator Kirvae. Hinc 31. Oct. 1846. nominatus parochus in Héreg. Inde 19. Dec. 1850. obtinuit parochiam ad S. Georgium, Strigonii, per cambium cum Mauritio Lovák, ubi 5. Febr. 1851. investitus. Hinc 1855. transivit ad Megyer, ubi † 2. Jul. 1868.

Szekfü Franciscus. Natus in Érsekujvár 15. Sept. 1778. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1803. terminavit. Cooperatorem egit in Szent-Endre 8. m. ab 1804. Levae 3. a. et ab 1807. in Sasvár 9. m. 16. Maji 1808. obtinuit parochiam Leva. 1822. VADiac. distr. cognominis. 30. Dec. 1832. installatus canonicus Strig. Constitutus praefectus bonorum seminarii, quod munus 1841. resignavit. 1840. ADiac. Comarom. † 10. Febr. 1843. Strigonii.

Szekszer Georgius. 16. Sept. 1756. missus pro capellano domestico generalissae Ghilanyiana. Subin applicatus cooperatur in Szered. 6. Jul. 1761. Pestinum transpositus. 16. Mart. 1762. investitus parochus in Viszkelet, ubi † 8. Maji 1773. Aetatis 39.

Szekula Paulus. E dioecesi Olmucensi ad ADioecesim Strig. transsumtus. 24. Apr. 1691. investitus parochus in Vág-Szent-Kereszt. Hinc 6. Jun. 1692. in Prassicz una cum Závada. 1693. transivit ad Nagy-Szalatnya, ubi 21. Apr. 1694. investitus et usque 1696. operatus est.

Szekulay, alias Hresta Joannes. 18. Mart. 1676. investitus parochus in Kemencze, cum filiabus, ubi usque m. Jun. e. a. operatus est.

Szele Michael. 21. Jun. 1674. investitus parochus in Varbó, ubi usque 1680. operatus est.

Szelecsey Andreas, vide **Szelecsey.**

Szelezky Franciscus. Fuit parochus Görgöensis. † 20. Sept. 1763. Szomolnokini in Scepusio.

Szelezky Ignatius. Natus in Szomolnok in Scepusio. Qua alumnus semin. s. Stephani 1757. baccalaureus, 1758. magister philosophiae. Theologiam cum tertio e. in eodem semin. 1761. terminavit. 10. Aug. ejusd. a. missus pro cooperatore Scepusium. 14. Jul. 1762. factus capellanus domesticus apud Joannem Majthen in Novák. Subin cooperatur Posonii. 10. Jun. 1769. investitus parochus in Tóth-Gurab. Hinc 23. Mart. 1773. in Schweinczbach, ubi † 25. Apr. 1811.

Szelezky Josephus. Theologiae in semin.

gener. studuit. 9. Aug. 1765. missus pro capellano ad baronissam Pongrácz in Nádas. 28. Aug. 1767. investitus parochus in Széplak, quacum 1776. incorporatus est dioecesi Nitriensi.

Szelezky Laurentius. Theologiae in semin. gen. studuit. 4. Dec. 1766. missus ad neo-erectam capellaniam in Hradek. 2. Jun. 1768. investitus parochus in Dobócz, ubi † 27. Dec. 1771.

Szelezky Michael. Occurrit 1647. parochus in Szielnicz. Nominatur qua talis in catalogo cleri Lippayano. 1657. fuit parochus in Maniga, ubi Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit contentiosus. 21. Mart. 1663. investitus in Prassicz. Hinc 26. Jun. 1667. in Alsó-Ludány, ubi usque 1668. occupatus fuit.

Szelepcsényi de Pohroncz Georgius. Nobilibus sed pauperibus parentibus natus. Cardinalis Pázmány propriis sumptibus illum Romam, studiorum causa misit, cui theses theológicas, quas pro laurea propugnavit, inscripsit. Post septem annos in urbe exactus reversus. 27. Dec. 1637. in parochiam Szempczensem investitus est. 3. Jan. 1636. canonicus Strig. installatus, ultro quoque in cura animarum permanens parochum agens in Kőkeszi. Qua talis fassiones 15. Sept. 1637. suscepit respectu pratorum ad parochiam pertinentium et per acatholicos occupatorum. (Tab. capit. Strig.) 1638. synodo Tirnaviensi, qua abbas s. Helenae de Földvár subscripsit. Fuit mox praepositus de viridi campo Strigon. 15. Dec. 1641. cantor, 15. Jul. 1643. ex Noviensi, Csanadiensis et eodem adhuc anno Quinque-Ecclesiensis episcopus, 1644. legatus ad vezérium Budensem, mox eppus Vesprimiensis et cancellarius. 18. Apr. 1648. eppus Nitriensis, ac praeses cancellariae aul. hung. 21. Maji 1657. vero AEppus Colonicus factus. 15. Jan. 1666. ad dignitatem primatis Hung. et AEppi Strigon. elevatus. Subin regni gubernator, qua locumtenens regius. † 14. Jan. 1685. Letoviczii in Moravia. Sepultus in Cellis Marianis in Stiria.

Szelepcsényi Ladislaus. Natus 17. Aug. 1820. in Vichnye. Theologiae Viennae studuit. 3. Apr. 1846. ordinatus. Cooperatorem egit in Komjáth, Bakabanyae et Siglisbergae. Hinc 4. Aug. 1850. factus admin. in Kormossó, ubi 30. Sept. ejusd. a. parochus nominatus. 1856. obtinuit parochiam Prencsfalva. Inde 1858. transivit ad Pjerg-Szelákna. 15. Jul. 1877. factus parochus in Buda-Eörs, quam 1887. resignavit. 12. Sept.

1887. adscriptus instituto s. Adalberti. Degit in Török-Bálint, ubi † 16. Jul. 1891.

Szeles Franciscus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1817. terminavit Cooperatorem egit in Nagy-Jác, ab 1821. in Nagy-Lévárd. 1827. factus admin. in Detrekeő-Csütörtök, ubi † 28. Nov. 1828.

Szöles Georgius. Theologiae in Pázmáneó studuit. 1733. constitutus curio in Vámos-Ladány, postquam ecclesia a Calvinistis revindicata. Ubi ab his multum vexatus. Hinc 11. Apr. 1738. investitus parochus in Vág-Sellye, ubi usque m. Mart. 1750. activus erat. 1758. factus beneficiatus in capella Bakacsiana. † 27. Mart. 1773. in crypta sepultus. Aetatis 66. Descripsit rudera Strigoniensia.

Szelhacsik Joannes, vide **Szilhacsik.**

Szemelay Matthaeus, Aloysius. Ex Turdosin. Clero adscriptus 1766. Theologiae in Pázmáneó studuit. Per Xaverium Marxner suffr. Vienstensem ordinatus. 12. Jul. 1771. pro cooperatore Érsekújvárinum missus, ubi 4 annis et m. activus erat. 5. Dec. 1775. obtinuit parochiam Füss. Ibi 13. Oct. 1779. peracta visitatio Batthyaniana, ubi usque 6. Jun. 1780. operatus est. Tunc per cambium cum Joanne Starcssek transivit ad Felső-Sipék. Hinc m. Apr. 1782. nominatus in Cseke, ubi † 13. Jul. 1816. Fuit vir doctus, sacerdos exemplaris, pastor zelantissimus. Piam reliquit foundationem.

Szemerényi (Sammelweisz) Carolus. Natus 9. Jan. 1813. Budae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Pestini terminavit. 26. Mart. 1736. ordinatus. Cooperatorem egit in Tardoskedd, Kemencze, Kürth, Comaromii et Pestini ad Assumt. annis sedecim. 1850. ob politicas causas muneri suo abdicare necessitatus, privatam egit vitam. 1852. educator ad princ. Saulkovszky Viennam vocatus, sed positus per policiam obicibus, post biennium recedere coactus. Iterum privatam continuavit vitam. 1860. herul. Jankovics praefectus constitutus, ubi usque 1865. activus erat. 6. Jul. 1867. adm. mox parochus in Ó-Gyalla. Ab 1863. VADiac. surr. distr. Udvard. Hinc 3. Aug. 1876. promotus ad Tardoskedd, una VADiac. ordin. distr. Érsekújvár. 1888. canonicus Poseniensis.

Szemes Georgius. Natus 29. Jan. 1793. in Somorja. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. Rigorosa examina ex philosophia in universitate Pestana subivit et commembrum ejusdem facultatis cooptatus. 18. Aug. 1816.

ordinatus. 5. Nov. ejusd. a. pro cooperatore missus ad Hédervár. Post quatuor menses hic transactos factus praefectus her. Josephi et Mauritii Pálffy in Vöröskő. Expletis 2. a. et 7. m. missus pro cooperatore hung. Comaromium. Hinc post 5. m. Budam ad Ass. transpositus. 5. Oct. 1827. investitus parochus Comaromiensis. 1836. praepositus de Rév prope Budam. 1843. canonicus Strig. Emeritor. sacerdotum, item seminariorum Tirnaviae rector. 1849. ADiac. Hont. † 1. Jan. 1853. Sepultus in catacombis Basilicae.

Szemet Matthias, vide **Semetz.**

Szemey Ignatius. 2. Sept. 1756. missus pro cooperatore ad Popedim. 7. Jun. 1758. investitus parochus in Zavar, ubi † 31. Oct. 1761. Aetatis 27.

Szenczy Georgius. 7. Febr. 1693. investitus parochus in Egyházfalva. 8. Jan. 1694. in Nád-szeg. 27. Apr. 1698. vero in Nagy-Magyar. 1689. facta exarendatio fundi deserti ecclesiae Ladislao Sándor, vicarialiter ratificatur. Activus erat usque 1713.

Szenczy Joannes. Szeniczensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1724. baccalaureus, 1725. magister philos. Theologiam cum cursu morali in semin. s. Stephani terminavit. 14. Dec. 1729. investitus parochus in Fel-Baar, ubi 1732. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parocho: «Annor. 28. in cura anim. in 5. tum. Testimonium ei bonum de vita et munere dederunt. Queritur contra morositatem in sartis tectis parochiae reparandis.» 30. Jun. 1741. in Hradek. Hinc 10. Febr. 1746. in Alsó-Várad. Inde 18. Oct. 1752. in Zseliz, quam 24. Dec. 1764. senio gravatus resignavit et Tirnaviam ad domum emer. parochorum recessit, ubi † 13. Maji 1771.

Szenczy Paulus, vide **Zavoday.**

Szenczy Stephanus, Emericus. Szempczien-sis. 1652. alumnus Pázmánei. 17. Nov. 1664. installatus canonicus Poseniensis. Ab 1680. parochus ad s. Martinum. Abbas b. Margaritae de Béla. In capitulo usque rectoratum promotus. 16. Maji 1685. praepositus Poseniensis installatus. Obtinuit una honorem el. eppi Almisiensis ac retinuit parochiam. 1686. in processu Vizaiano dicitur esse 55. annor. 1687. visitavit ADiaconatum suum Poseniensem. † 1. Mart. 1696.

Szentinger Franciscus. Natus 24. Aug. 1816. Neosolii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 10. Maji 1840. ordinatus. Post ord. immediate inter. admin. in Szenográd. Abhinc

cooperabatur in Óbars, ab 1842. in Selmeczbánya. 5. Dec. 1850. investitus parochus in Hodrusbánya. 1874. VADiac. surr. distr. Selmeczbányensis. Hinc m. Dec. ejusd. a. pluralitate votorum electus parochus in Selmeczbánya, ad quam parochiam 13. Jan. 1875. transivit. Factus una VADiac. distr. cognominis. 1876. praep. de Been. 15. Nov. 1883. ad institutum s. Adalberti assumptus, parochiam resignavit et in Füss domiciliavit, ubi † 16. Nov. 1889.

Szendrey Josephus. Nagy-Jácensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1740. baccalaureus, 1741. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. terminavit. 12. Mart. 1743. investitus parochus in Rákos, in cottu Gömör. Hinc 17. Febr. 1748. in Nagy-Jác, ubi 3. Jun. 1755. Antonius de Réva peregit visitationem. † 18. Aug. 1762. Aetatis 44. Sepultas in capella propria in Nagy-Tapolcsány.

Szeniglovics Georgius, Joannes. Theologiam qua casista in Pázmáneó terminavit. 16. Maji 1676. investitus parochus in Nagy-Lévárd. Inde per cambium cum Valentino Ondrejkovics, obtinuit 13. Nov. 1681. Morva-Szent-János, ubi 2. Jan. 1682. investitus. Quum parochia incendio devastata fuisset in domibus rusticorum degere debuit. Per disturbia rebellium ad silvas, una cum parochianis fugere coactus, in quibus 14. hebdomadibus latitabat. 17. Maji 1692. investituram accepit pro Szobotiszt. Hinc jam 9. Sept. e. a. in Velkopole, ubi 7. Apr. 1695. contra illum inquisitio peracta. 25. Apr. e. a. investituram accepit in Madunicz. Ibi 22. Mart. 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parcho: «Annor. 56. in cura animar. 28. hic 2. quocum contenti sunt.» 25. Maji 1697. ad vicarium gen. citatus exstitit. 1700. per eundem Pongrácz iterum visitatio ibidem peracta, qui tunc de parcho notavit, quod sit ibi in quartum a. et aut decem converterit. Usque 1710. activus erat.

Szent-Balázsy Josephus. 1723. ordinatus cum disp. unius anni. 3. Apr. 1724. investitus parochus in Duna-Szerdahely. Hinc jam 22. Apr. e. a. Strigonii in citte AEppali. Inde 8. Jul. 1725. in Nagy-Salló, ubi usque 17. Mart. 1729. activus erat. Fuit ss. theol. doctor et s. Sedis protonotarius. Subin recessit ad Misericordianos Posenienses, ubi † 14. Maji 1747.

Szent-Benedeki Daniel. Occurrit 1634. parochus in Gerencsér, ubi Georgius Draskovics

peregit visitationem, qui de parcho notavit: «Praebendarius ecclesiae Strigoniensis. Agebat parochum circa s. Benedictum, non ita pridem in has partes adductus, ut vitam mutaret. Concubina, ex qua liberos suscepit, interdum vero hic in parochia versatur.» 1647. fuit parochus in Nádas in cottu Hont. Nominatur in catalogo cleri, jussu Georgii Lippay confecto.

Szent-Benedeki Daniel. Occurrit 1647. licentiatus in Tesmag, nunc filia ad Ipolyság. Nominatur in catalogo cleri, jussu Georgii Lippay hoc a. confecto.

Szent-Benedeki Franciscus. Ab 1630. philosophiae studens in Pázmáneó, ubi 1631. ejusd. a. baccalaureus graduatus. Subin parochus in Komjáth, ubi 1634. Joannes Solnensis peregit visitationem, qui de parcho notavit: «Alumnus Emin. Principis. Celebrat sacrum quotidie. Gratiam Emi Domini exspectat pro sedecima percipienda pro vineis.» 3. Jan. 1636. installatus canonicus Strigon. retenta parochia. 5. Jul. ejusd. a. citationem peregit illorum qui sabbatale ex aliqua mola parcho Kérensi denegarunt. 1641. fuit parochus in Ujlak, ubi hoc a. attestaciones exceptit. 1743. ADnus Thornensis. † 1653. Testamento disposuit pro fratre suo, e capitali Turcarum redimendo 200 fl. Pro fundo emer. paroch. 300. Et auxit votivum de OO. SS. 1000 flnis.

Szent-Benedeky Georgius. Theologiam cum a. quarto in semin. AEppali Poseniensi 1802. terminavit. Cooperatorem egit in Csúz, ab 1804. in Szklabonya, ab 1805. in Karancsság, ab 1809. in Szölgyén, ab 1811. in Felső-Bár et ab 1815. Bajnae in cottu Strig. 1816. factus admin. in Köpösd, ubi usque 1817. activus erat. Hinc iterum cooperatorem et quidem in Kistapolcsány. 26. Apr. 1818. installatus parochus in Nagy-Bajcs, ubi † 30. Aug. 1831. ex cholera. Aetatis 53.

Szent-Benedeki Martinus. Occurrit 1561. parochus in Apátfalva, ubi eodem a. Georgius Konyafalvay peregit visitationem, qui de parcho refert: «Habet barbam, coronam non, uxorem quoque habet. Dicit se ordinatum Moraviae, habet formatam, sicut dictus sacerdos de Maroth, (Blasius Kenesich,) simul enim acceperunt sacros ordines, sed ubi acceperunt formatas, ignoratur, nam multi dicunt eos non esse ordinatos, cujus finem ego nullo modo rescire potui.»

Szent-Gály Josephus. Natus 4. Mart. 1814. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani

1836. terminavit. 1837. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 21. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Szob, ab 1838. in Siglisberg. 9. Maji 1848. constitutus admin. in Kékkő et Alsó-Esztergály. Hinc 7. Oct. 1752. transpositus in pari qualitate ad Szklabonya, ubi † 7. Jul. 1863.

• **Szent-Gotthárdi, vel Szent-Györgyházi Joannes.** Theologiae in Pázmáneó studuit. 15. Aug. 1692. ordinatus. 19. Aug. ejusd. a. investitus parochus in Egegh. Hinc 12. Aug. 1696. in Drégely-Palánk, Hund, Hidvég et Nagyfalú operatus est usque 1710.

Szent-Györgyi Andreas. Theologiam cum cursu speculativo in semin. s. Stephani terminavit. 18. Dec. 1713. investitus parochus in Szöllős, (Prácsa), ubi eodem a. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia: Annor. 25. Novitius. Hinc 26. Mart. 1715. investituram accepit pro Nagy-Senquicz. Ibi 1723. conscriptio specifica peracta, in qua de parochia: «Annor. 32. in cura animar. 9. Catechisat subinde. Conciones ordinarie catecheticas habet. Est bonae famae.» 1727. ara major conflagravit. 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parochia sic: «Annor. 40. in cura animar. 18. hic 14. Parochiani eum quoad functionem parochialium administrationem commendarunt.» Usque 1736. activus erat.

Szent-Györgyi Edmundus. Fuit ordini s. Francisci provinciae Marianae adscriptus. Guardianus conventus Tirnaviensis. 1787. ad obsequia ADioecesis susceptus, cooperatorem egit Csasztae. 5. Jul. 1788. applicatus admin. in Felső-Zelle, ubi 21. Aug. e. a. visitatio Batthyaniana peracta, in qua de illo, quod sit 48. annor. 1788. reparatio ecclesiae pro 1267 fl. 15 xr. peracta. † 17. Mart. 1799.

Szent-Györgyi Joannes. Occurrit 1647. licentiatus in Déménd. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Szent-Györgyi Joannes. Theologiam cum a. quarto, cursu speculativo in Pázmáneó. absolvit. 1. Mart. 1747. missus pro cooperatore Modram. 31. Maji e. a. investitus parochus Istvánfalvae. Hinc 20. Jul. 1751. in Nagy-Senquicz, ubi 18. Maji 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochia: «Annor. 36. in cura animar. 9. Diligens, exemplaris.» Hinc 3. Jan. 1760. in Cseszte. 1781. fundatio facta circa capellam Rinnerianam. † 17. Dec. 1802. ibidem.

Szent-Györgyi Stephanus. Occurrit. 1647. parochus in Böds. Nominatur in catalogo jussu Georgii Lippay confecto.

Szent-Györgyi Stephanus. 2. Maji 1675. investitus parochus in Tardoskedd, ubi 1691. habuit successorem. Mense Aug. 1697. accepit investituram pro Hidvég-Ardó. Inde 15. Jun. 1702. Tornae. Hinc 12. Febr. 1707. Rosnaviae.

Szent-Györgyi Stephanus. Uninensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1708. baccalaureus philosophiae. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1711. terminavit. Quae talis 1712. baccalaureus ss. theologiae graduatus. 8. Jun. 1713. investitus parochus Alsó-Korompensis. 1714. doctor ss. theologiae creatus. Hinc 1. Sept. 1719. investituram accepit pro Szenicz, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Presbyter 18. hic 13. annis. VADiac. Xenodochii per com. Ludovicum Nyáry fundati et duar. tertiae molae proventibus dotati, inspector.» Activus erat usque 1732.

Szent-Györgyváry Stephanus. Szakonyensis ex cottu Soproniensi. 16. Nov. 1747. in alumnatum Budensem susceptus. 7. Apr. 1751. missus pro cooperatore Samariam. 23. Oct. 1755. investitus parochus neo-erectae parochiae in Alsó-Nyárasd. † m. Apr. 1774. Viennae.

Szent-Ilonay Josephus. Nobilis Papensis. Qua alumnus Koharianus semin. s. Adalberti 1719. baccalaureus, 1720. magister philosophiae, quam universam defendit. Theologiae in eodem semin. studuit. 19. Sept. 1722. ordinatus. 19. Aug. 1723. investitus parochus in Felső-Ludány. 23. Mart. 1725. petiit sibi conferri parochiam Szécsénke, a Franciscanis resignatam, vel solam, vel cum praehabita. 15. Febr. 1741. installatus canonicus Poseniensis. 1743. lector capituli. 11. Sept. 1743. ad capitulum Strigoniense promotus. 21. Jan. 1746. investitus parochus Tirnaviensis. 23. Jan. 1749. ADiac. Neograd. 28. Mart. 1754. praep. s. Georgii et ADiac. cathedr. 22. Apr. 1760. praep. s. Thomae. Fuit abbas B. M. V. de Pankota. Vicarius gen. Nicolai Csáky et Francisci Bárkoczy. Post hujus obitum, a 18. Jun. 1765. vicarius capitularis. † 30. Apr. 1769. sub horam 12. noctis. Aetatis 76. Hospitale Papae in fundo paterno erexit circa 50,000 flinis.

Szent-Imrey Joannes. Fuit 1647. licentiatus in Pereszlény. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Szent-Iványi Christophorus. Nagy-Sáróensis. 1752. susceptus in alumnatum Budensem. 3. Apr. 1756. ordinatus. Eodem a. 5. Jul. factus est capellanus aulicus apud comitissam Szörényianam in Szöllös. 29. Apr. 1761. investitus parochus in Alsó-Pél, ubi † 3. Jan. 1763. Aetatis 32.

Szent-Iványi Franciscus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1799. terminavit. 1800. applicationem Tirnaviae exspectavit. Subin archivarius s. sedis vic. Strig. 1803. ibidem notarius. 1806. accepit parochiam Marczal. Hinc 4. Nov. 1807. nominatus parochus in Mocs. 14. Dec. 1812. in Füzesgyarmat per cambium cum Andrea Kovács. 19. Maji 1818. in Szalka per cambium cum Andrea Vadász. † 22. Oct. 1845. in Leléd. Aetatis 68.

Szent-Iványi Josephus. Natus 7. Jan. 1787. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1810. terminavit. 1. Sept. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Tölgyes, ab 1811. in Szőlgyény et ab 1814. Pestini ad s. Josephum. 27. Maji ejusd. a. nominatus parochus in Tarján. 2. Dec. 1850. promotus ad capitulum Posoniense. † 13. Aug. 1863. ibidem.

Szent-Iványi de Eadem Raphael. Csaláriensis e cottu Neogr. Qua collegii gen. alumnus 1740. baccalaureus, 1741. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1745. terminavit. 22. Jun. 1747. investitus parochus in Felső-Ludány, ubi usque 1754. mansit. Qua commissarius regius in re religionis eodem anno factus est canonicus Posoniensis. 26. Febr. 1756. vero Strig. 4. Sept. 1758. ADiac. Neogr. 1769. lector constitutus et el. eppus Arbensis. Fuit tunc jam praepositus de Thenő. 14. Apr. 1777. descendit ad stallum praepositi s. Thomae. Fuit consistorii universitatis Tirnaviensis praeses. † 27. Oct. 1783. Tirnaviae.

Szent-Kereszthy Blasius. Occurrit 1636. parochus in Kraszna-Horka-Váralja. Ibidem eodem a. Joannes Pálfalvay peregit visitationem, qui dicit: In toto cottu Gömör. tantum tres plebanos esse sacerdotes, inter hos hic. De quo refert: «Sobrius, castus, totus animarum conversioni addictus. Ultra centum convertit. Horas canonicas persolvit. Percipit 100 flnos a D. Andrassy et victum ex Váralja. Praeterito a. parochiam et scholam suis sumtibus erexit.»

Szent-Kereszti Georgius. Fuit 1630. parochus in Nagy-Szuha, qua talis interfuit synodo

4. et 5. Oct. hoc a. Tirnaviae celebratae. Ex parochus Nagy-Szuhaensi, 27. Jun. 1631. Emericus Losi vic. gen. investit illum in parochum Leoriziensem (?) per Mathiam Verebélyi VADiac Hontensem introducendum.

Szent-Kereszti Georgius. Occurrit 1630. parochus in Gác (Gácsfalva), fuit una vicegerens. 10. Jun. 1634. in causa campanae possessionis Pilin citationem peregit. Ibidem eodem a. Martinus Apáthy peregit visitationem, qui de illo dicit, quod vicegerentis munus in districtu Gácziensi subeat.

Szent-Kereszti Josephus. 7. Jun. 1715. investitus parochus in Puszta-Födemes. Hinc 1718. transivit ad Hajnik et Szielnicza. Inde 20. Mart. 1723. investituram accepit pro Detva, ubi † m. Apr. 1748.

Szent-Kereszti Thomas. Occurrit 1561. parochus in Monte Regio (Uj-Bánya), ubi eodem a. Georgius Konyafalvay peregit visitationem, qui de parochus sic: «Ordinatus Tyrnaviae per R. D. Paulum Zondinum eppum. Habet formatam, caret corona, tamen uxorem et barbam habet, et sub utraque communicat.»

Szent-Királyi Georgius. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo terminavit. 25. Apr. 1673. investitus parochus in Nagy-Paka, ubi usque 1676. operatus est. 26. Febr. 1687. investituram accepit in Nagy-Magyar, ubi 7. Jul. 1689. fundum desertum ecclesiae Ladislao Sándor exarendat, quod tardius causam litis diuturnae praebuit. Hinc 1691. transivit ad Duna-Szerdahely, ubi 1695. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parochus notavit: «Aetatis 50, sacerdotii 22. parochiae hujus 4.» Eodem a. successorem nactus.

Szent-Királyi Joannes. 1. Maji 1696. investitus parochus in Nagy-Surány. Hinc 18. Maji 1700. jam qua licentiatum in Óhaj, ubi usque 1706. activus erat.

Szent-Lányi Josephus, vide Szuhányi.

Szent-László Alexander. Theologiam cum a. tertio in semin. s. Stephani 1724. terminavit. 19. Jun. ejusd. a. investitus parochus in Szent-Simony. Hinc 1749. promotus ad capitulum Scepusiense, ubi usque custodiatum elevatus. † 11. Jun. 1757.

Szent-Léleky. Occurrit 1625. parochus in Nyerges-Ujfalu.

Szent-Léleky Michael. 10. Nov. 1699. investitus licentiatum in Rapp.

Szent-Mártoni Andreas. 27. Sept. 1669. investitus parochus in Szakál.

Szent-Mihályfalvay Ignatius. Theologiam cum cursu practico et a. quinto in arce Poson. 1791. terminavit. 1792. Beczkovii transegit. 19. Jan. ejusd. a. nominatus capellanus localis in Nagy-Légh. Hinc m. Jun. 1799. transivit ad Jóka. Illuc per vicarium gen. missus, quum Jókenses circa praesentationem parochi inter se convenire non poterant. Ibi confecit indicem ad matricam baptisat. 11. Jul. 1802. parochiam resignavit, cum Jókenses questi sunt, eum sibi in poenam datum esse. Factus iterum cooperatore et quidem in Nagyed. 1805. capellanus localis in Darnó, ab 1809. parochus ibidem. 30. Mart. 1819. nominatus parochus in Révfulu, quod beneficium 1838. resignavit, ultroquoque ibi remanens. † 18. Sept. 1844. Aetatis 79. Fuit sed. praed. de Bácsa tab. jud. assessor.

Szent-Mihályi Andreas. 18. Apr. 1663. investitus licentiatus in Kicsind, ubi usque 1693. activus erat.

Szent-Mihályi Franciscus. Nitriensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1699. baccal. 1700. mag. philosophiae. 16. Febr. 1704. investitus parochus Berencsensis in dioec. Nitriensi, ob impeditam administrationem praelati ordinarii. Subin recidit ad dioec. Nitr.

Szent-Mihályi Joannes. 5. Jun. investitus parochus in Csicsó.

Szent-Miklós Andreas. 29. Sept. 1685. investitus parochus in Vámos cum adjuncta Radvány, ubi usque 1690. activus erat.

Szent-Miklós Martinus. Transylvanus. Ab 1654. parochus in Kis-Sarló, nunc filia ad Nagy-Salló. Ibi 1657. Andreas Szily peregit visitationem, qui de illo: «Philosophus, subdiaconus, licentiatus. Aetatis annor. 30. parochiae anno 3.»

Szent-Péteri Dávid. Occurrit 1469. plebanus in Szucsán. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 254.)

Szent-Pétery Franciscus. Theologiae in gen. semin. studuit. 29. Mart. 1686. ordinatus. 16. Jun. ejusd. a. investituram accepit pro aliqua indeterminata parochia in cottu Gömör.

Szentes Joannes. Köhidgyarmatensis ex cottu Strig. 1750. susceptus in alumnatum Budensem. 16. Apr. 1754. ordinatus. 9. Jul. 1754. factus coop. in Kemencze. Subin transpositus ad Szenicz. Mense Mart. 1756. missus ad Rimócz.

31. Oct. 1757. investitus parochus in Szakal, ubi 1767. conscriptio parochiae peracta. † 1. Mart. 1785. ibidem.

Szentes Sebastianus. Natus in Szováth cottu Sopron. Fuit ab 1773. ordini s. Francisci prov. Marianae adscriptus. 1785. sublato conventu Szent-Antaliensi, ad obsequia ADioec. adhibitus, cooperatorem in Egyházgelle egit. Resolutis sumptibus pro ecclesia et parochia Albaarensi, administrator ibidem constitutus. Exstante adhuc capella s. Annae. 1790. aedificationem aedium oeconomiae perfici procuravit. Propria penu ecclesiam nitide et eleganter ornavit. Altaria et imagines ipse inauravit. Turrim cum vitae discrimine incoloravit. 1802. primus parochus ecclesiae hujus denonimatus. Morbo hydropis correptus † 22. Jul. 1826. Aetatis 73. Fuit vir exemplaris vitae, recti iudicii, concionator insignis, zelantissimus curator animarum. Habet merita circa compositionem hymnorum ecclesiasticorum. (Zeliger, Eszt. Egyhm. Irók 506.)

Szenessy, vel Szennyessy Joannes. Theologus moralis. Ad titulum Marci com. Czobor 30. Mart. 1709. ordinatus. 9. Apr. 1712. investitus parochus in Alsó-Merasicz, ubi 27. Jul. 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de illo notavit: «Sacerdos 4. annor. paucis libris provisus. Parochianos amore et timore regit. Secundum puncta Suae Eminentiae omnia perficit.» Usque 1714. activus erat. 26. Aug. 1718. investituram accepit in Pöstyén, sed jam 10. Sept. e. a. pro Nagy-Szelezsény, imo 12. Sept. e. a. in Zavar, ubi usque 1721. activus erat.

Szepesy Andreas. Markorfalvensis ex cottu Scep. 5. Sept. 1759. susceptus in alumnatum Budensem. 3. Aug. 1760. ordinatus. 25. Nov. e. a. factus capellanus anlicus apud D. Török. in Podrezsán. 14. Nov. 1761. missus pro cooperatore ad Oravka, subin ad Csorba. Ante 1766. obtinuit parochiam Körtvéles. Ab 1771. in Haraszt, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Széplaky Georgius. Theologiam cum cursu morali in Pázmáneo studuit. 26. Maji 1673. ordinatus. 28. Jun. ejusd. a. investitus parochus in Kis-Tapolcsány, ubi 1674. Andreas Péterfy peregit visitationem, qui de illo notavit, quod sit 27. annor. Ibi usque 1679. activus erat.

Szépvízy Andreas. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 22. Sept. 1674. ordinatus.

5. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Nagy-Szalatnya, ubi usque 1687. activus erat.

Szerdahelyi Gabriel, vide **Zerdahelyi**.

Szerdahelyi Georgius. Fuit 1647. licentiatius in Szent-Simon. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgius Lippay hoc a. confecto.

Szerdahelyi Joannes, Franciscus. Nobilis Sztrázsaensis e cottu Nitriensi. Qua alumnus collegii gen. 1680. baccalaureus 1681. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. cum cursu specul. absolvit. 19. Febr. 1682. investitus parochus in Dojcs. Hinc m. Apr. 1684. in Szelec. Inde 21. Oct. 1685. pro aliqua non nominata parochia in cottu Hont. 14. Jul. 1688. in Pojnik et adhuc eodem a. Detvae in cottu Zol. Ab 1689. usque 1690. iterum occurrit in Szelec. 12. Apr. e. a. investitus in Valaszka. 1. Maji 1693. in Felső-Apáthi, ubi usque 1694. activus erat, quo a. ab exploso per militem caes. sclopo ortum incendium, totam absumsit possessionem, ipsamque ecclesiam in cineres redegit, adeo, ut subin plane restaurari debuerit, tunc antiquam gothicam formam exiit. Hinc 20. Jan. e. a. 1694. investitus in Garam-Szölös, ubi 6. Oct. 1697. peracta visitatio, in qua parochus dicitur annor. 40. in cura animar. 16, loci hujus quarto. Ibi operatus est usque 1697.

Szeredy Andreas. 11. Mart. 1724. ordinatus. 13. Oct. ejusd. a. investitus parochus in Liptó-Szent-Iván. 1732. patronus denegavit 40 fl. hucusque parochus praestitos. Ibidem eodem a. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parochus notavit, quod sit 33. annor. hic 8. annis. 1734. conscriptio peracta in qua notatur id, quod signanter Michael Pothornay et Ladislaus jun. Szent-Iványi in suis domibus praedicationes instituunt cum accursu plebis. Usque 1741. activus erat. Subin parochus in Csorba. † 20. Sept. 1760. Submersus ad Hradek.

Szervidi Joannes. 7. Jul. 1666. investitus icentiatius in Moravanka, ubi usque 1669. operatus est.

Szerzén Joannes. Theologiam cum quarto a. in arce Posoniensi 1791. terminavit. 1792. accommodationem expectavit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Lévárd, ab 1794. Modrae, ab 1796. Bazinii. 1798. obtinuit parochiam Nagy-Senquicz, ubi † 30. Nov. 1819.

Szerzényi Franciscus. Natus 29. Sept. 1818. in Nagy-Senquicz. Philosophiam Tirnaviae, theo-

logiam Pestini absolvit. 3. Apr. 1845. ordinatus. Cooperatorem egit in Valle-Maria. 1846. constitutus praebendatus et concionator Tirnaviae. 1847. archivarius officii vicarialis ibidem. 1849. admin. 26. Sept. 1850. nominatus et 14. Oct. e. a. investitus parochus in Üzbég. Ab 1871. VADiac. distr. Ujlak. † 21. Febr. 1881. ibidem.

Szevaldt Carolus. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo 1776. terminavit. Applicatus praefectus apud Emericum com. Pálffy Posonii. Ab 1779. cooperatore Budae in arce ad Ass. 1782. factus parochus in Ipoly-Szécsényke, ubi † 6. Sept. 1789. Aetatis 38.

Szevaldt Josephus. Theologiam cum a. tertio in semin. s. Stephani 1775. terminavit. Cooperatorem egit in Hédervár et ab 1777. Strigonii in citte reg. 29. Sept. ejusd. a. investitus parochus in Nádszeg, ubi † 2. Jan. 1798.

Szevelőczy Joannes. 17. Apr. 1709. investitus parochus in Felső-Zelle, post motus Rákóczyanos, pulso praecone Lutherano, primus introductus. Hinc 6. Jun. 1712. in Valaszka-Béla, ubi usque 1717. activus erat.

Szibenliszt Antonius, vide **Siebenliszt**.

Sziegler Joannes, vide **Sziklay**.

Szigethy de Baracska Josephus. Búr-Szent-Györgyensis. Theologiam cum a. quarto in semin. s. Stephani 1806. terminavit. Cooperatorem egit Szeniczii, ab 1807. in Búr-Szent-Miklós. 20. Apr. 1812. primus parochus in Csári renuntiatus. 2. Maji investitus. Ibidem 1817. visitatio peracta, in cujus instrumento de parochus mentio fit. Hinc 14. Mart. 1820. transivit ad Broczkó, ubi † 24. Oct. 1843.

Szigó Georgius. 23. Mart. 1746. missus pro cooperatore Strigonium. 30. Mart. 1748. investitus in Héregh, ubi 21. Nov. 1754. Georgius Molnár peregit visitationem. 19. Jul. 1756. avulsa est filialis Tarján, 1. Jan. 1765. vero Tardos in parochiam erectae. 13. Apr. ejusd. a. incendio tota communitas in cineres abiit. Exarsit quoque parochia et schola. Illa in alio latere et meliori fundo nova, sed parum commode est aedificata. Item et nova schola erecta. † 5. Oct. 1785. per fures noctu in lecto occisus.

Szigó Josephus. Longovillensis. 1759. susceptus. Pro secundo a. theologiae Viennam missus. Initiatus tertium a. ad curam animarum evocatus. 10. Dec. 1760. missus pro cooperatore ad Krakován. 12. Febr. 1762. ad Lakács. 10.

Maji e. a. investitus parochus in Ottóvölgy, ubi 11. Sept. 1781. peracta visitatio Batthyianiana in qua de parcho: «In viribus incipit vicissitudines pati. Beneficio suo plene contentus. Indolis pacatae. Parochianos amore et timore pro ratione personarum regit. In providendis infirmis diligens.»

Szigó Martinus. Magyarábeliensis. 1754. susc. ad alumnatum Budensem. 19. Jun. 1762. missus pro cooperatore ad Nyerges-Ujfalú. 28. Febr. 1761. vero Strigonium. 19. Jan. 1762. investitus parochus in Nagy-Zellő. Hinc 28. Apr. 1764. Szklabonyae, ubi 1767. conscriptio parochiae peracta. Mense Oct. 1777. obtinuit per cambium cum Michaelae Madutka, Kis-Gyarmat, ubi 1779. visitatio Batthyianiana peracta, in qua de accuratia et ordine laudatur. 1780. parochia conflagrata. 1786. occasione regulationis fundorum parochiae, emolumentum beneficii promovit. † 24. Apr. 1800. Aetatis 64. sepulchrum ejus in coemeterio lapis signat. Reliquit cellarium successoribus. Fuit baccalaureus.

Szigó Martinus. Theologiam cum a. 4. in semin. Mariano 1805. terminavit. Cooperatorem egit in Duna-Szerdahely, ab 1807. in Szomolány. 1811. obtinuit parochiam in Nahács, ubi † 31. Oct. 1832.

Sziher, vel Sziher Benedictus. In ordine ss. Trinitatis Damianus a s. Felice vocatus. Natus in Szerdahely. Concionatorem menstruum Agriae, ac festivalem Comaromii et Budae egit. Dum cassatio 1784. peracta fuerit, aetatis 36. et religionis 16. agebat. Subin capellanum localem egit in Eberhard. Hinc obtinuit parochiam Féli administrandam, quam 1794. resignavit.

Szikesi Carolus, vide Székési.

Sziklay (Sziegler) Joannes. Natus 12. Jun. 1822. Strigonii. Philosophiam et theologiam in semin. Mariano 1846. terminavit. 15. Jan. 1847. ordinatus est. Cooperatorem egit Bajnae in cottu Strig. Ab 1849. in Nagy-Maros et ab 1850. Budae ad Ass. Qua talis ab 1855. catecheta in schola mercantili, ab 1858. vero exhortator in instituto politechnico. 2. Maji 1864. nominatus, 12. Maji investitus parochus ibidem ad B. M. V. Visitantem. † 22. Sept. 1883. ibidem.

Szikoray Martinus. Ex S. Benedicto in cottu Bars. 9. Sept. 1731. susceptus in alumnatum Budensem. 25. Oct. 1733. ordinatus. 9. Nov. ejusd. a. investitus parochus Tornae. Hinc 16. Apr.

1745. in Salgó-Tarján. Inde 12. Jul. 1751. in Cseke, ubi usque 16. Febr. 1753. operatus. Hinc inter deficientes numeratus, in quorum semin. Tirnaviae. † 11. Dec. 1767.

Szilágyi de Székelyföldvár et Szent-Mihályfalva Eugenius. Origine siculus. Natus 11. Mart. 1826. in Ecska in cottu Torontál. 1842. ad clerum susceptus ad Emericanum missus. Philosophiam et theologiam cum a. tertio in semin. s. Stephani terminavit. 1849. mensibus Maji-Julii ob tempora bellicosa, cum aliquot conscholaribus, quartum a. theologiae in presbyterio Strig. terminavit et 12. Aug. e. a. ordinatus. 15. Sept. e. a. pro cooperatore Samariam missus, hinc 1. Mart. 1852. translatus ad Ürmény. A m. Apr. 1855. int. admin. in Alsó-Jattó, usque 9. Maji. 23. Jun. ejusd. a. capellanus castrensis regim. c. r. pyrobolarium nro 11. renuntiatus, inde ad 10. translatus. Pestini stationans, non solum muneris suo satis fecit, sed pluribus annis in nosocomio militari in Ludovico, militem aegrum curae suae subiecit. Eo tempore et catechistam in scholis publicis et privatis egit. 28. Nov. 1862. investitus parochus in Kóspallag. Hinc 6. Nov. 1864. admin. 28. Jan. 1865. denominatus parochus in Nagy-Emőke. Ibi ecclesiam, domum parochialem restaurari, cellarium et cincturam horti procuravit. 8. Mart. 1872. denominatus ad parochiam Nagy-Kér, 25. Mart. e. a. investitus. Inde 1892. transivit ad Imely, quam jam 1893. resignavit et Nitriam, pro quiete se recepit. Habet etiam merita in literatura.

Szilágyi Joannes, vide Szilvay.

Szilágyi Joannes Nep. Theologiam cum quarto a. 1789. Posonii terminavit. Cooperatorem egit in Csataj. 1804. obtinuit neo-erectam parochiam Apaj. Hinc 1808. transivit ad Pusztafödemes. Inde ad Vedrőd, ubi † 27. Apr. 1840.

Szilárdy (Starck) Albinus. Natus 15. Febr. 1839. Theologiae cum quarto a. in semin. s. Stephani 1862. studens, 28. Dec. ordinatus. Cooperatorem egit in Rimóc, ab 1868. in Varbó, ab 1870. in Léva. 1873. factus parochus in Deménd. 1890. parochiam resignavit. † 6. Nov. 1893.

Szilaveccky Joannes. Natus 4. Jun. 1834. in Kural. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 1. Mart. 1861. ordinatus est. Cooperatorem egit in Zeliz, mox ad Mocs missus, inde ad Ürmény, tandem ad Kövesd. 1869. obtinuit parochiam Jászfalu. Hint 1877. transivit ad

Farnad. Habuit ab 1888. usque 1891. admin. in spirit. et temp. Leopoldum Baumann.

Szilhacsek Joannes. Szakolczensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1729. baccalaureus 1730. magister philosophiae. Theologiae primum a. in eodem semin. 1731. terminavit. 23. Maji 1736. investitus parochus in Baczur. Hinc 21. Febr. 1738. in Nagy-Szalatnya. Inde 16. Febr. 1745. in Báhony, ubi † 17. Jun. 1748. Aetatis 35. Sepultus in crypta ecclesiae.

Szilhacsek Joannes. 1. Jan. 1757. missus pro cooperatore ad Bajmócz. 7. Dec. 1758. investitus parochus in Széplak. Hinc 26. Jun. 1765. in Oszlány. Inde 30. Jul. 1767. in Privigye, ubi surr. VADiac. distr. Bajmócz. Recidit in neorectam dioecesim Neosoliensem.

Szilincsy, vel Szilinszky Joannes. Szilincensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1668. baccalaureus. 1669. magister philosophiae. Dum ecclesia in Hegy 1673. per Ferdinandum Pálffy actualem visitatorem ecclesiarum ex imperio AEp̄pi Strig. ab acatholicis reciperetur et reconciliata fuit, ille curatus constitutus. Hinc 27. Nov. 1674. investitus parochus in Diószeg, ubi usque m. Oct. 1679. operatus est.

Szilla, alias Sylla Casparus. Gessit curam animarum in Fel-Baár, hinc 4. Jan. juxta alios 6. Apr. 1636. promotus ad canonicatum Strig. † 1640.

Szilványi, etiam Silvanus Joannes. 3. Maji 1666. investitus parochus in Egbell, ubi 1673. successorem nactus.

Szily Ambrosius. Natus 17. Sept. 1808. Szegedini. Philosophiam et theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1730. terminavit. 1731. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 17. Sept. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Marczal, ab 1836. in Szent-Péter. 2. Mart. 1841. renuntiatus parochus in Imely, ubi 17. Aug. 1846. per Vincentium Jaross peracta visitatio archidiacon. 1871. fuit commasatio tarrarum in emolumentum parochiae. † 8. Dec. 1875.

Szily Andreas. De Palota. 23. Maji 1641. in univ. Tirnav. baccalaureus graduatus. Scientias ulterius imbibit Romae. Redux in patriam parochi munere functus est usque 1647. in Nagy-Kér, hinc in Püspöki, unde 15. Apr. 1654. ad stallum canonicale M. E. Strig. promotus. 12. Jan. 1657. ADnus Barsiensis. 6. Aug. 1663. custos, 1676. cantor promotus. Fuit etiam ab 1679.

abbas s. Helenae de Földvár, consiliarius regius cons. eppus Scopiensis. † 5. Maji 1682. Tirnaviae. Dotavit semin. s. Adalberti. Edidit sermones sacros. Merita literaria aestimat Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 511.

Szily Franciscus. Natus 1755. Philosophiam ab 1775. in semin. Széchényiano Budae, theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1781. terminavit. Cooperatorem egit Comaromii. Mense Dec. 1782. admin. 6. Jan. 1783. nominatus parochus in Szent-Péter. 17. Febr. 1805. VADiac. distr. Udvard. 1815. factus canonicus Poson. 7. Oct. 1820. installatus Strig. 15. Sept. 1823. VADiac. Honth. 1. Dec. 1829. custos. Fuit praepositus s. Eustachii de Csúth. † 23. Maji 1836. Posuit dotem pro ecclesiis in Szent-Péter, Bagota et Ó-Gyalla, item pro cooperatore in Szent-Péter.

Szily Joannes. Nobilis Papensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1756. baccalaureus, 1757. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1760. terminavit. 25. Aug. e. a. missus pro cooperatore Papam, 16. Mart. 1762. Pestinum. 13. Jan. 1764. ad Fülek-Püspöki, ubi etiam administratorem egit. 10. Aug. 1765. investitus parochus in Karancsságh, ubi 1767. conscriptio peracta. 1769. capella s. Joannis Nep. sacra in commodum parochorum erecta est; nam omni momento montem ascendere, ubi ecclesia perantiqua aedificata est, praesertim tempore hyemali nimis arduum fuit. Hinc 3. Apr. 1772. accepit investituram in Felső-Ludány. Inde 31. Jan. 1794. Strigonii in l. reg. citte, ubi † 18. Jan. 1800. Fuit cottum Strig et Neogr. tabulae jud. assessor.

Szily Martinus. Occurrit 1647. parochus in Gutta. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Szily Stephanus. Papensis. Qua alumnus semin. Mariani 1759. baccalaureus, 1760. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1764. terminavit et parvum actum defendit. 12. Maji e. a. missus pro cooperatore ad Pécsvárad. 9. Aug. 1768. investitus parochus in Nagy-Abony. Hinc 29. Nov. ejusd. a. in Szent-Mihályfa. Ibi 5. Oct. 1781. peracta visitatio Bathyaniana, in qua de parocho, quod sit staturae procerae virium firmarum. Ab eod. a. VADiac. distr. Insulani. 4. Jul. 1785. installatus canonicus Poson. In capitulo usque lectoratum promotus † 29. Nov. 1801.

Szimon, vide Simon.

Szinaiczin Ferdinandus. Occurrit 1647. parochus in Závod. Nominatur in catalogo cleri, hoc a. jussu Georgii Lippay confecto. 1663. successorem nactus.

Szinghoffer Michael, vide Singhoffer.

Sziráky, vel Sziriáky Joannes, Emericus. Szécsényensis. Theologiam in semin. gener. terminavit. 8. Mart. 1670. ordinatus est. 16. Maji 1676. investitus parochus in Fel-Bár. 28. Maji e. a. incepit matricam scribere. Activus erat usque 1683. Subin ab 1689. parochus in Püspöki. 1691. promotus ad capitulum Posoniense.

Szirkovszky Thomas. 11. Jun. 1754. constitutus admin. in Süvete, ubi 28. Sept. e. a. parochus investitus. Operatus est usque 1767. Subin admin. factus in Jánosi, ubi † 14. Jul. 1770.

Sziszeky Petrus. Fuit 1697. licentiatus in Zámoly. Ibi eodem a. Adamus Nigrini peregit visitationem, qui de illo, quod sit absolutus syntaxista. 1701. successorem nactus.

Szitay Josephus. 7. Mart. 1720. investitus parochus in Soóshartyán, ubi 1732. Sigismundus Berényi peregit visitationem. Suis et ecclesiae impensis, de solidis materialibus ecclesiam parochialem novam erexit, nam ad antiquam pluvioso tempore et ob exundationes vix possibilis erat aditus. Fuit VADiac. distr. Szécsényensis. 1742. parochiae valedixit et ingressus semin. deficientium, ubi † 7. Febr. 1744.

Szitkey Josephus. Natus 20. Oct. 1790. Nagy-Lehotae. Theologiae primum a. qua saecularis Pestini, secundum et tertium Viennae et quartum Tirnaviae studuit. 26. Aug. 1814. ordinatus. Cooperatorem egit in Alsó-Korompa, ab 1816. Bazinii, 1817. in Ó-Bars. Mense Mart. 1820. constitutus admin. 18. Oct. e. a. vero nominatus parochus in Uj-Bars. Combustam parochiam restauravit, horreum posuit et obulos pro organo collegit. Mense Majo 1826. nominatus parochus in Báth, quam in Oct. capessivit. Ab 1837. VADiac. distr. Hont. infer. Ipolitani. 7. Jul. 1845. transivit ad Ó-Bars, qua emer. VADiac. † 18. Oct. 1876. Ibidem.

Szitkey Laurentius. Natus 9. Jan. 1806. in Hradek. Theologiam cum quarto a. semin. s. Stephani 1731. terminavit. 17. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Bakabánya, ab 1833. Siglisbergae. 1839. factus admin. in Néved. Hinc 1840. iterum reversus ad cooperaturam

priorem in Siglisberg. Mense Febr. 1842. factus parochus in Tepla, ubi † 25. Aug. 1833.

Szittnyai (Smelik) Ignatius. Natus 22. Jun. 1848. Theologiam Strigonii 1872. absolvit. 19. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Krakován. 26. Oct. 1879. obtinuit parochiam Nyitra-Bajna. Not. distr.

Szirák Stephanus. Natus 21. Aug. 1789. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1816. terminavit. 17. Aug. ejusd. a. ordinatus. Praebendatus chori eccl. metr. Strig. Ab 1817. cooperatorem in Kis-Apáthy. 1818. in Thaszár. Mense Jul. 1820. admin. constitutus in Duna-Szent-Pál, ubi 30. Oct. e. a. nominatus parochus. Hinc 23. Mart. 1831. in Ballony, ubi 1836. magnifica et ampla ecclesia structa. † 2. Maji 1848. Sepultus in coemeterio communitatis.

Szivér Joannes. Natus 27. Nov. 1823. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1846. terminavit. 1847. in instituto presbyterorum transivit Strigonii. 16. Mart. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Lekér, ab 1851. in Kövesd. 1859. obtinuit parochiam Füzes-Gyarmat, ubi † 23. Dec. 1861.

Szivý Simon. Natus 1791. Ordinatus 1815. pro dioecesi Tarnoviensi. 1840. venit ad Für, in qualitate privati curati. Ab 1851. degit in Nemsény. 1852. subsidiarius in Nagy-Salló. A 18. Febr. usque 30. Apr. 1853. administravit Cseke. Tunc rediit ad Nagy-Salló et 1859. ad Für, ubi † 6. Jun. 1864.

Szkacsányi Joannes, Izrael. Szkacsanensis. In universitate Tirnaviensi 1661. baccalaureus, 1662. magister philosophiae. Eodem a. theologus. 13. Jul. 1663. ordinatus. 1. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Felső-Vesztenicz. 11. Oct. 1673. investituram accepit ad tempus in Divék-Ujfalu. 29. Mart. 1674. in Nagy-Súr. Hinc 1675. transivit ad Divék-Ujfalu. Inde vero 13. Mart. 1682. investitus in Búr-Szent-György. Sub quo 1683. annotatum in matricula a mense Jul. usque finem Sept.: «Ob disturbia hominibus dispersis, ab aliis parochis baptisatos connotari non poterat.» Operatus est usque 1694.

Szkacsányi Casparus. Fuit 1626. parochus in Némethi, in cottu Bars, ibi eodem a. visitatio peracta, in qua de parochia notatum, quod habeat propriam domum.

Szkacsányi Laurentius. De quo in protocollo sedium spiritualium habentur: 3. Oct. 1613.

Is contra D. Georgium Dubovszky, quod jam 1605. die 31. Julii in praesidio Comarom, in hospitio R. D. Dionysii Agriensis, tunc parochi ejusdem loci, eundem percusserit, et item a praesenti in S. Benedicto cantharum labio actoris ita appresserit, ut sanguis ei fluxerit, dixeritque, defunctum AEppum Kutassy condemnari debuisset, vel ideo, quod talem fatuum in sacerdotem ordinaverit. Idem ex pecunia Batensium jam ab a. 1603. deposita, necnon Georgii Bajmóczy, tunc conventualis S. Benedicti debitum 3 fl. detineat, valvas obtinuit, dein monitorium. Solvit onus contumaciae 90. den. Denique 13. Mart. 1614. coram Paulo Almásy vicario, assessoribus: Emerico Lossy, Leonardo Riboticzky et Barnardo Masman canonicis E. M. S. concordia inita: ut custos pecuniam per Szkacsányi jure expetitam, una cum expensis litis ad 65 f. in duobus terminis restituat, injurias vero reales verbalesque actor relaxavit ad intercessionem tribunalis.

Szkacsányi, vel Skaczai Franciscus. Fuit 1630. parochus in Mresicz, (Alsó-Merasicz), Nominat illum Wolfgangus Érsekujváry, in visitationis instrumento.

Szkacsányi Franciscus. Fuit 1667. metaphysicus in Pázmáneo, ubi theologiam cum a. tertio 1669. terminavit. 29. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Betlér.

Szkacsányi Joannes. Fuit 1630. parochus in Riben (Nagy-Rippény). Interfuit 4. et 5. Oct. e. a. synodo Tirnaviae celebratae. Dum parochus in Kohanócz fuisset, per violentias acatholicorum coactus fuit ad filialem transire, illis matrem cedendo.

Szkacsányi Martinus. 1624. ad Pázmáneum pro cursu philosophico susceptus. 1630. fuit parochus in Jasztrabe. Qua talis 4. et 5. Oct. ejusd. a. interfuit synodo Tirnaviae per Pázmány celebratae. 1633. obtinuit parochiam Bars-Szent-Kereszt. Hinc 1635. transivit ad Galgócz. 16. Jul. 1636. contra illum Joannes Telegdy admin. eppatus Nitr. inquisitionem petiit, ideo, quia contra se injuriosa protulerit.

Szkacsányi Petrus. Fuit 1561. Parochus in Zewlews, (Garam-Szóllős) et VADiaconus Barsensis. Ibi Georgius Konyafalvay peregit visitationem, qui de parochia sic: Habet uxorem et barbam, confessionem auriculatam facit, communicat sub una specia. Ordinatus Viennae per R. D. eppum Nauseam, formatamque habet. Laudantur mores ejus, tamen aliquantulum diligit vinum.

Szkacsányi Stephanus. 23. Apr. 1687. investitus licentiatus in Nagy-Szuha, ubi usque 1691. activus erat. 4. Jul. 1692. in Kövi in cottu Gömör, ubi usque 1694. operatus est.

Szkala Joannes. 8. Jun. 1673. investitus parochus in Chrenócz, ubi 1707. successorem nactus.

Szkala Mathias. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1792. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Kosztolány, ab 1794. in Lakács, ab 1795. in Ó-Tura et ab 1796. in Felső-Zsemer. 1801. factus parochus ibidem, ubi etiam † 27. Mart. 1831.

Szkalinszky Andreas. Natus 29. Nov. 1761. in Nagy-Károly in cottu Szatmár. Theologiam cum quinto a. in semin. Poson. 1788. terminavit. 1789. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Baka, ab 1790. Pestini ad Ass. 14. Maji 1806. nominatus parochus in Kéménd, ubi 1811. visitatio ADiac. peracta. Hinc 3. Dec. 1817. obtinuit Tölgyes per cambium cum Stephano Kulifay. 1846. ob propectam aetatem resignavit beneficium. † 9. Nov. 1851. qua Nestor dioecesis.

Szkaliczky Josephus. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1815. terminavit. Cooperatorem egit Szakolczae, ab 1818. in Unin, ab 1821. in Búr-Szent-Miklós et ab 1826. in Sasvár, 1830. admin. constitutus in Szomolánka. Eodem adhuc a. accepit parochiam Alsó-Récsény. † 25. Maji 1831. Galgóczii.

Szklabonyai Stephanus. 6. Jul. 1692. investituram accepit pro licentiatu in Terbegez. Quae illi 13. Maji 1695. iterata.

Szklenár Franciscus. Natus 9. Oct. 1799. Bazinii. Philosophiam Tirnaviae. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1823. terminavit. 1824. in institutu presbyterorum transegit Strigonii. 22. Febr. ejusd. a. ordinatus. 22. Jul. 1824. missus pro cooperatore Selmezbányam. 12. Jun. 1837. nominatus parochus in Béla-Bánya, ubi † 25. Oct. 1861.

Szklenár Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1801. terminavit. Cooperatorem egit Podolae, ab 1805. Csejthae. 1809. admin. factus in Ó-Lehota. Ab 1810. iterum cooperatorem et quidem in Búr-Szent-György, ab 1812. Bazinii. Mense Mart. 1814. obtinuit parochiam in Grinád. Crebris infirmitatibus fractus beneficium hoc 1841. resignavit, aggregatus in-

stituto emer. parochorum † 29. Maji 1845. Aetatis 67.

Szkokanek Josephus. Natus 8. Apr. 1848. Theologiam cum tertio a. Strigonii 1871. terminavit. 31. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Csasztae, 1874. in Dorog, ab 1875. Konyhae, ab 1879. in Divény. 1884. int. adm. in Felső-Vásárd, 1890. in Nagy-Senkvicz, eodem a. adhuc iterum in Felső-Vásárd. 1891. rursum in Nagy-Senkvicz.

Szkoristina, vel Szkrusina Ladislaus, vide Skrusina.

Szlabigh Bernardus. Ex cassato ordine s. Pauli primi eremitaе. 29. Aug. 1787. constitutus primus capellanus localis in Felső-Szöllös. Hinc 30. Jun. 1791. promotus ad parochiam Czerovan. 1795. ecclesia e depositorio Budensi supellectilium ecclesiasticorum diversa dono accepit. † 25. Sept. 1822. ibidem.

Szlabigh Georgius. Theologiam cum quarto a. in AEppali semin. Poseniensi 1798. terminavit. Cooperatorem egit inter. in Veszele. Ab 1799. missus ad Ó-Tura, 1802. ad Bozók. 21. Jun. 1803. nominatus parochus in Csall. Hinc 4. Mart. 1817. in Hrussó, ubi † 8. Febr. 1824. Aetatis 51.

Szlabigh Georgius. Theologiam cum a. quinto, cursu morali in arce Poseniensi 1791. terminavit. Subin degit in Alsó-Pél. Ab 1793. cooperatorem in Sasvár. 10. Aug. 1798. nominatur parochus in Sándorf. Ab 1833. VADiac. distr. Szenicz. † 24. Aug. 1847. Sepultus in capella B. M. V. infra montem per se erecta.

Szlabigh Josephus. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó 1778. terminavit. Cooperatorem egit in Szenicz. 12. Jul. 1781. nominatus parochus in Detrekő-Szent-Péter. Ab 1804. VADiac. districtus Szent-Jánosensis. Habuit controversiam, quia alicujus occisi sepultum cadaver non permisit exhumare. † 7. Jun. 1821. ibidem.

Szlabovszky Stanislaus, Nicolaus. 26. Jun. 1690. investitus parochus in Árva-Váralja, ubi usque 1693. activus erat. 28. Maji 1703. investituram accepit in Betlér, cum utraque Polom, ubi usque 1705. operatus est. † 1729.

Szlamcsik Mathias. 29. Mart. 1748. missus pro cooperatore Bazinium. 14. Nov. 1749. investitus parochus in Nagy-Senkvicz. Hinc 15. Jul. 1751. in Schvainzbach, ubi † 2. Maji 1753.

Szlamcsik Paulus. 23. Maji 1754. missus

pro cooperatore Scepusium. Subin parochus in Krompach, ubi † 29. Jul. 1765.

Szlanderschütz, rectius Slanderschütz Martinus. E parocho Egyházfalvensi. 2. Maji 1735. investituram accepit pro Somlyó-Vásárhely, ubi † 29. Apr. 1766.

Szlanicska Stephanus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posenii 1793. terminavit. Cooperatorem egit in Morva-Szent-János. Ab 1794. in Udvarnok, ubi a 22. Nov. 1804. usque 20. Febr. 1805. etiam int. administrabat parochiam. 6. Maji 1806. obtinuit parochiam Madunicz. Hinc 21. Febr. 1813. nominatus parochus in Pöstyén, ubi † 28. Febr. 1827.

Szlaszkay Laurentius, Leopoldus. 3. Maji 1675. ad mensam AEppi Sstrig. ordinatus. 5. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Szlaszka. Hinc 14. Nov. 1677. in Kis-Terenye. Inde 30. Jul. 1678. in Jastrab, ubi de illo anonyimus refert: «Gerit se quidem bene, quoad servitia sui officii sed conqeritur contra auditores de metretis sibi ab aliquot annis non praestolatis, videtur tamen eosdem ipse destruere per suam nimiam familiaritatem.» Exhinc 24. Apr. 1687. investituram accepit in Zsdány et Nagy-Lovcsa, ubi usque 1691. activus erat.

Szlathay Laurentius, vide Szlaszkay.

Szlatkovszky Joannes, Thomas. Ab 1689. licentiatus in Baczur, ubi 1692. Georgius Náray peregit visitationem, qui de illo: «Nullum videbatur emolumentum facere in plebe spirituale, sed tenere locum parochiae, ne praedicans subintret.»

Szlatky Carolus. Natus 30. Oct. 1820. in Érd, in cottu Albensi. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jan. 1846. ordinatus. Cooperatorem egit in Lédecz. 1847. transpositus Pestinum, ad s. Rochum 1849. ad s. Theresiam. Ab 1851. capellanus castrensis penes legionem pedestrem hung. Alexandri Russor. imperatoris. Inde 1854. redux ad Lédecz redispositus est. 1857. admin. constitutus in Nagy-Ülés. A. adhuc eodem obtinuit parochiam Visk. Inde 6. Jan. 1863. nominatus parochus in Podola, ubi † 1. Jul. 1887.

Szlatniczky Franciscus, vide Zlatniczky.

Szlaunderschütz, vide Slandersitz.

Szlaussek Emericus. Theologiam cum a. quarto in Pázmáneó 1813. terminavit. Cooperatorem egit in Korompa, ab 1814. Csasztae. 1817. obtinuit parochiam Dubovae, ubi 18. Jun. 1818.

domus parochialis stramine tecta exorto incendio conflagravit. Hinc 24. Febr. 1834. transivit ad Illésfalva, ibi † 3. Dec. 1849. Aetatis 60.

Szlávassy Martinus, vide Slandersitz.

Szlavik Basilius. Ab 1657. usque 1669. parochus in Bars-Szent-Kereszt.

Szlávik Joannes. Theologiam cum secundo a. in semin. s. Stephani 1777. terminavit. Cooperatorem egit Szakolczae, ab 1785. in Sasvár, et Korompae, ubi una admin. item ab 1786. in Morva-Szent-János. 1787. primus capellanus localis constitutus in Kolpach. 31. Maji 1789. obtinuit parochiam Fenyő-Kosztolány, quam jam 17. Jun. e. a. resignavit ob miserum ibidem statum, remanens in Kolpach. 15. Apr. 1791. obtinuit Viszoka, quam 1811. resignavit ob hemiplexiam et intravit domum deficientium Tirnaviae, ubi † 14. Oct. 1818.

Szlávik Josephus. Natus 11. Maji 1824. in Nagy-Tapolcsány. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 20. Julii 1847. ordinatus. Cooperatorem egit in Koross, ab 1849. in Vedrőd, ab 1850. in Vágújhely. 1855. Miavae, demum in Nádszeg. Mense Nov. 1860. obtinuit parochiam in Felső-Attrak.

Szlávik Michael. Konyhensis. 27. Sept. 1730. susceptus in alumnatum Budensem, ubi theologiam cum cursu morali terminavit. 2. Maji 1734. ordinatus. Capellanum domesticum egit apud Sigmundum com. Berényi quinque annis. 13. Febr. 1739. investitus parochus in Detrekő-Szent-Miklós, ubi 1755. Joannes Galgóczy peregit visitationem, in qua de parcho: «Hic in 16. annum. Diligenter officium suum parochiale exequitur.» Inde 10. Dec. 1755. in Széleskút. Illum 26. Jan. 1760. Carolus Caribellus Viennae papalis legatus a latere et nuncius, dispensat ab irregularitate, qui postulatus iudicio dominali extrodedit baptismales puellae, se 11. annorum esse asserentis, tum vero 16. annor. inventae et ad ensem condemnatae, dummodo in necem puellae cooperari visus non fuerit. † 23. Apr. 1771. Aetatis 65.

Szlecsay Laurentius, vide Szlaskay.

Szlecey Andreas. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 27. Febr. 1665. ordinatus est. 15. Sept. 1687. una et in Kelecsén. Mense Jun. 1689. in Lieszkó. Demum 18. Maji 1692. in Pribilina.

Szleskay Laurentius, vide Szlecsay.

Szlezák Michael. Theologiam cum cursu mo-

rali in seminario s. Emerici terminavit. Capellanum domesticum egit apud Antonium com. Eszterházi. Hinc 1726. accepit Nagy-Maros, ubi tres annos exegit. 2. Sept. 1728. investitus parochus in Hradek. Hinc 16. Febr. 1729. in Szent-Mihályúr, ubi 1732. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de illo: «Presbyter 8. annis, hic in quartum.» Inde 21. Jul. e. a. investituram accepit in Cseklész, ubi usque 1738. operatus est. Postea in hospitali Viennae Hispanico activus erat, ubi multos milites acatholicos ad veram fidem convertit. A m. Mart. 1741. usque m. Apr. 1742. operabatur in Jászfalu. Merita ipsius in hospitali Sua Majestas inaudiens illum ad novum stallum in capitulo Csanadiensis fundatum primum promovit.

Szlezák Stephanus. Natus 16. Jul. 1787. Theologiae quartum a. in Pázmáneó 1811. absolvit. 22. Dec. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Majthény, ab 1813. in Diószegh, ab 1814. in Szered. 1819. accepit parochiam Sempte. Hinc m. Majo 1825. transivit ad Szered. 1845. VADiac. distr. cognom. Fuit item sedis consistorialis Tirnaviensis assessor. † 15. Dec. 1850.

Szliáczky Georgius. 5. Nov. 1732. investitus parochus in Hodrusbánya, ubi † 5. Nov. ejusd. a. Aetatis 38.

Szlicsey Andreas, vide Szlecey.

Szloneczus Mathias. Interfuit. 4. et 5. Oct. 1630. qua licentiatu in Zavoda in ADtu Tornensi, synodo Tirnaviae sub Petro Pázmány celebratae.

Szlovák Emericus. Theologiam cum a. tertio in semin. s. Stephani terminavit. Cooperatorem egit in Garam-Szóllós. 22. Mart. 1779. nominatus in Nahács. Hinc 27. Maji 1780. in Bogdány, ubi † 27. Maji 1811.

Szlováky Joannes, Georgius. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 16. Dec. 1667. ordinatus. 21. Oct. 1668. nominatus parochus in Unin. ubi 1681. successorem nactus.

Szlovatius Joannes, Andreas. 17. Oct. 1673. investitus parochus in Ó-Tura. Hinc 28. Maji 1678. Csejthae. Inde 24. Mart. 1679. Holicsii, ubi usque 1685. activus fuit.

Szlovik Jacobus Martinus. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó terminavit. 1. Jun. 1718. investitus parochus in Turócz-Szent-Márton. Hinc 26. Apr. 1725. in Bozók. Inde 22. Febr. 1729. in Úrméncz, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit

visitationem, qui de parcho: «Presbyter 13. annis, hic 3. antea in Bozók 4. in Sancto-Martino-Thuroczensi 5. annis, pure slavus.» Activus erat usque 1733.

Szlubovszky Nicolaus, vide **Szlabovszky**.

Szluka Alexander. Nobilis Bánkensis e cottu Nitr. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1733. baccalaureus. 1734. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1737. terminavit. 7. Nov. ejusd. a. investitus parochus in Prassicz, ubi † 15. Sept. 1750.

Szluka Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1805. terminavit. Cooperatorem egit in Moravánka, ubi 1811. parochus factus. 1823. beneficium suum resignavit, inter emeritos numeratus. † 15. Febr. 1831. in Pöstyén.

Szluka Mathias. 24. Jun. 1760. missus pro cooperatore ad Koross. 26. Apr. 1761. investitus parochus in Nyitra-Bajna, ubi † 23. Aug. 1773.

Szluka Stephanus. 2. Mart. 1694. investitus in non determinatam parochiam in Gömör. 19. Jun. 1696. in Kis-Apáthi. Hinc 18. Maji 1701. in Turán. 12. Mart. 1706. in Berzencze. 8. Oct. 1709. indifferentem parochiam accepit in cottu Liptó, sed jam 7. Dec. ejusd. a. investitus in Bábaszék. 12. Nov. 1710. in Gácsfalva. Demum 19. Dec. ejusd. a. in Keresztur, ubi usque 1713. activus erat.

Szluzsni Stephanus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1796. terminavit. Cooperatorem egit in Szent-Mihályfa. 1802. constitutus admin. in Nagy-Abony. 22. Maji 1811. nominatus primus parochus in Alsó-Jattó, ubi † 4. Jani 1819.

Szmazsenka Josephus. Natus 1. Jan. 1794. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1816. terminavit. 1817. Szakolczae degit. 3. Jan. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Maros, ab 1826. in Holics. 16. Maji 1828. factus parochus in Kukló. Hinc 30. Sept. 1843. in Búr-Szent-Miklós. Inde m. Nov. 1844. in Egbell, ubi spatio septem a. ecclesia aedificata. † 26. Maji 1853.

✓ **Szmetana Joannes**. Rajeczensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1750. baccalaureus, 1751. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1753. terminans m. Dec. missus pro cooperatore ad Vistuk, ubi duobus mensibus transactis 12. Febr. 1754. missus Polonkam, 21. Sept. 1755. vero Vittenczium. 5. Apr. 1756.

investitus parochus in Lancsár, ubi 10. Maji e. a. Antonius de Réva peregit visitationem, qui illum aptum parochum esse describit. 21. Sept. 1764. nominatus in Krakován, ubi † 1. Nov. 1800.

✓ **Szmetana Joannes**. Natus 24. Dec. 1793. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1816. terminavit. 1817. Trencsinii degit. 3. Jun. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Ó-Tura, ubi ab 1821. iterum absque officio. 1822. degit in Sellye. 1823. cooperatore in Krakován. 1834. curatus factus convers. anabaptistarum in Nagy-Lévárd. 1836. obtinuit parochiam Ardanócz, ubi † 24. Apr. 1843.

Szmetenay Joannes. Natus 1. Nov. 1792. 21. Jun. 1816. ordinatus. Brevi tempore praebendatus chori coll. eccl. Poson. una cooper. ad s. Martinum. Subin cooperatorem egit in in Sellye. 13. Jun. 1826. nominatus parochus in Koltha. 27. Nov. 1827. in Jászfalu, quam resignavit et 27. Oct. 1853. factus curatus anabaptistarum in Szobotist. 10. Dec. ejusd. a. constitutus admin. in Nyitra-Pásztó, ubi † 16. Mart. 1863.

Sznoesányszky Joannes. Occurrit 1647. licentiatum in Palást. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc a. confecto.

Szoblovakics Georgius. Tirnaviensis. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1711. terminavit. Qua talis 1712. baccalaureus ss. theologiae. 6. Aug. ejusd. a. investitus parochus in Haj, ubi parochia tunc ab acatholicis recepta. 30. Dec. 1713. in Znyóvárálja. Qua talis 1714. doctor ss. theologiae creatus. Activus erat ibi usque 1720.

Szoblovics, vel Szobolovics Martinus. Mense Sept. 1724. ordinatus. 13. Oct. e. a. investitus parochus in Liptó-Szent-Anna. Hinc 29. Mart. 1733. in Liptó-Szent-Mária, ubi 1734. conscriptio parochiae peracta. Usque 1735. operatus est.

Szobonecz Stephanus. 2. Maji 1697. investitus licentiatum in Terbegecz, ubi usque 1702. operatus est.

Szobovics Stephanus, vide **Szovovics**.

Szoják Joannes. Hentzkoviensis ex cottu Gömör. 27. Oct. 1743. susceptus in alumnatum Budensem. 2. Sept. 1749. missus pro cooperatore Levam, 12. Jan. 1752. Galantham. 22. Mart. e. a. investitus parochus in Felső-Thúr. Hinc 13. Maji 1758. in Palást. Inde 7. Maji 1764. in Besse, quam 1770. resignavit, inter deficientes numeratus. 1771. accepit administrandam Alsó-

Merasicz, ubi usque 1778. activus erat. In seminario s. Emerici Tirnaviae degens † 5. Febr. 1779. ibidem.

Szokkovics Franciscus. Theologiam cum quarto a, in semin. AEppali Posonii 1792. terminavit. Cooperatorem egit in Misérd, ab 1793. Selmezbányae, ab 1798. Budae ad Ass. 14. Sept. 1803. nominatus parochus Budae ad B. M. V. Visitantem. Hinc 29. Apr. 1814. ad s. Annam. Ab 1820. VADiac. distr. Budensis. † 11. Nov. 1839. ibidem.

Szokolay Georgius. Ólvediensis. Qua alumnus semin. Mariani 1724. baccalaureus, 1725. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1727. terminavit. 10. Sept. 1728. obtinuit parochiam Izsa, ubi 1731. Paulus Forgách peregit visitationem. Activus erat usque 1734.

Szolcsánszky Thomas. Thaszáriensis in cottu Bars. 1762. susceptus ad alumnatum Budensem. 22. Oct. 1765. missus pro cooperatore ad Koross. 17. Jan. 1769. investitus parochus in Valaszka-Béla. Hinc 10. Mart. 1772. in Kis-Krstylene, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Szolcsányi Adamus. Theologiam cum primo a. in Pázmáneo 1672. inchoavit. Mense Nov. 1674. investitus parochus in Szádek. 26. Sept. 1687. in Nagy-Bresztován, ubi usque 1688. activus erat. 4. Apr. 1691. in Kis-Apáthi. Hinc 1693. transivit ad Szárazpatak. 2. Mart. 1694. investituram accepit parochiae Csetnek. Subin activus erat in Ganócz in Scepusio, ubi 1700. Joannes Sigray peregit visitationem.

Szolcsányi Georgius. Szolcsánensis. Qua alumnus collegii gen. 1695. baccalaureus, 1696. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit. 4. Apr. 1699. ordinatus parochus in Szemeth. 8. Maji 1710. in Várkony. Hinc 2. Apr. 1712. in Vajka, ubi usque 1715. activus erat. 16. Mart. 1718. investitus in Kiliti et Püski. 1721. transivit ad Bős, ubi † 23. Jan. 1730.

Szolcsányi Michael. Szolcsánensis nobilis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1661. baccalaureus, 1662. magister philosophiae. 24. Mart. 1663. ordinatus. 3. Apr. ejusdem a. investitus parochus in Fenyő-Kosztolány.

Szolcsányi Nicolaus. Szolcsánensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1663. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit

et 4. Dec. ejusd. a. ordinatus. 1. Maji 1669. investitus parochus in Szolcsán, ubi 11. Jul. 1688. investituram iterate accepit, dum curae ejus et Szerdahely adcredita fuisset. 30. Dec. 1690. in Felső-Diós, ubi 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de parcho sic: «Annorum aetatis 55. presbyteratus 31. parochiae hujus quarto. Parochus visitatorem ipsius Domini Dei 15. mensis et anni labentis excepit, cras tumulandus.» † 15. Dec. 1694.

Szolcsányi Sebastianus. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 28. Apr. 1663. ordinatus. 1. Jun. 1667. investitus parochus Grinaviae. 26. Febr. 1670. in Ó-Tura, ubi usque m. Apr. ejusd. a. operatus est.

Szolcsányi Stephanus. Szolcsánensis. Qua alumnus collegii gener. 1693. baccal. 1694. magister philosophiae. Qua tertii a. theologus in eodem semin. baccalaureus ss. theologiae. 9. Jun. 1697. ordinatus. 12. Apr. 1698. investitus parochus in Lédecz. Hinc 28. Jan. 1704. in Egegh, ubi usque 1709. activus erat.

Szolcsik Martinus. Theologiam cum a. tertio in semin. Mariano terminavit. 18. Jul. 1712. investitus parochus in Bélaház. Hinc 16. Apr. 1714. in Podola, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. In cujus instrumento parochus presbyter in a. 19. esse dicitur. Inde 13. Febr. 1732. in Gerencsér, ubi † 2. Aug. 1747. Aetatis 70. Mortis suae diem praedixit. Unicus parochorum, qui in crypta ecclesiae quiescit.

Szolczini Sebastianus, vide Szolcsányi.

Szoldat Stephanus. Theologiae primum a. qua saecularis absolvit et eam qua moralista in semin. 1712. terminavit. 13. Febr. 1714. investitus parochus in Rózsavölgy. Hinc 19. Mart. 1719. in Nagy-Ugrócz. 25. Mart. 1725. Emericus Sipky sacellum fundat. † 30. Jun. 1760. ibid.

Szolgay Stephanus. Vieszkensis e cottu Bars. Fuit 1749. alumnus semin. Budensis, ubi theologiam cum cursu morali terminavit. 24. Aug. 1750. missus pro coop. ad Nagy-Kosztolán. 1. Sept. 1753. investitus parochus in Ürméncz, ubi 31. Maji 1755. Antonius de Réva peregit visitationem, qui de parcho: «Vir caeteroquin est vitae integrae, sobrius. Praelatis obediens. Tonsuram et vestitum statu suo competentem deferens.» 16. Nov. 1763. investitus in Liptó-Szent-Kereszt. Ad capessendum beneficium in itinere constitutus † 29. Jan. 1764. Vieszkae.

Szoller Jacobus. Verbóensis. Qua secundi a. philosophus in semin. gener. 1769. magister ex eadem graduatus. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1773. terminavit. Cooperatorem egit Pestini, ab 1776. in Ó-Tura. 2. Sept. 1777. nominatus parochus in Vág-Szent-Kereszt. 30. Jul. 1786. Paulus Sándor institit pro privilegio altaris in sacello Brunóczensi, filiali s. Crucis. 2. Sept. 1788. visitatio Batthyianiana peracta. 3. Nov. ejusd. a. impetravit Paulus Sándor pro suo sacello publicitatem. Cum ejus curatore P. Sylvestre difficultates emersae, nam ille in examine jurisdictionali hujus incapax declaratus. † 27. Maji 1822. ibidem.

Szolosányi Michael. vide Szolcsányi.

Szombath Nicolaus. Occurrit 1713. parochus in Mocs.

Szombathelyi Benedictus. 1675. admin. parochiam Somorjá. (Ex notis Sigism. Kisfaludy.)

Szombathelyi Ladislaus. 18. Apr. 1733. obtinuit parochiam Cseke. Dum eodem a. in Fakó-Vezekény praedicans lutheranus cassatus, illico apprehendit oratorium in privata domo existens. Procuravit matricam. Hinc 12. Apr. 1741. investitus in Sávoly, ubi † 9. Mart. 1743.

Szomy Stephanus. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 29. Mart. 1686. ordinatus. Mense Oct. 1694. investitus parochus in Szent-Simon. Hinc 18. Dec. 1710. investitus in aliqua indeterminata parochia in cottu Gömör. 18. Jun. 1716. in Komárom-Szent-Péter. Inde 30. Jul. 1718. in Várkony. Exhinc 11. Nov. 1722. in Kiliti, ubi usque 1727. activus erat.

Szomolányi Benedictus. Theologiam qua alumnus Ssmi D. nostri absolvit. 25. Nov. 1656. ordinatus. Subin parochus in Misérd. Hinc 3. Sept. 1661. installatus canonicus Poseniensis. 22. Apr. 1670. e mandato Georgii Szelepcsényi vicarii, pro parte Joannis Kéry generalis Paulinorum citationem peregit.

Szomolányi Christophorus. 1613. occurrit parochus in Krakován. In visitatione eodem a. ibi peracta de illo notatur, quod in procinctu sit ad discessum. 1630. fuit parochus in Alsó-Ludány. Nominat illum Wolfgangus Érsekujváry in visitatione hoc a. peracta.

Szomolányi Georgius. Occurrit 1630. parochus in Vistuk. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae. 1634. ibidem Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de

parochus: «40. annos exegit. Non multa opera in studiis litterarum consumsit. Breviario potitur, quod asserit se diligenter recitare.» A m. Apr. 1648. usque 1656. praefuit parochiae Nádas in cottu Posen. Juxta alios jam † 1640. et sepultus ibidem.

Szomolányi Georgius. 6. Oct. 1666. investitus parochus in Zsdány, ubi 16. Maji 1667. successorem nactus. 30. Jun. 1674. in Divék-Ujfal. 15. Maji 1676. in Tökés-Ujfal. 10. Nov. 1679. in Nagy-Súr, ubi usque 1687. activus erat.

Szomolányi Martinus. Ab 1625. parochus in Vittencz. 6. Mart. ejusd. a. vicarius Losy illi committit ut attestaciones excipiat, in hujus sequelam testes 18. Mart. ejusd. a. examinavit et protocollum hung. confecit. 4. et 5. Oct. 1630. interfuit synodo Tirnaviae celebratae.

Szopóczy Martinus. Fuit 1610. parochus in Paraszt-Dubova. 1647. in Szelnicz, una conventualis B. M. V. de Thurócz, nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Szorád Ladislaus. Theologiam in semin. s. Adalberti absolvit. 21. Jul. 1699. ordinatus. 30. Apr. 1700. investitus parochus in Fél, ubi 1706. successorem nactus.

Szovoricz Stephanus. Sancto-Crucensis ex cottu Bars. 23. Dec. 1729. indutus in alumnum Budensem, ubi theologiam cum cursu morali absolvit. 11. Maji 1732. ordinatus. 4. Nov. ejusd. a. ad curam animarum missus. Cooperatorem egit Detvae et Lipscae tribus annis. 13. Jun. 1735. investitus parochus in Zólyom-Szent-András. 1744. fornix ecclesiae erectus. Ibi 1755. Josephus Batthyán peregit visitationem, qui de parochus: «20. jam annis animabus deservit. Probae vitae.» 21. Nov. 1757. Dubovae, ubi † 9. Jan. 1759.

Szögyényi Franciscus. Occurrit licentiatius in Kéménd. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay hoc anno confecto.

Szögyényi Franciscus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo terminavit. 27. Mart. 1724. investitus parochus in Misérd, ubi 1732. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parochus: «Annor 32. in cura animar. 8. Contra quem querulati sunt, quod majori parte anni in sua oeconomia in Hidvég resideat, vel in Eberhard moretur. Monitus severe, ut resideat, negotiis saecularibus se non intricet, horam divinorum observet, a funeribus se non absentet, litanias non negligat.» 16. Mart. 1756. installatus cano-

nicus Posoniensis. † 21. Aug. 1758. Dotavit domum pauperum in Vásárút. Fundavit unum locum apud Misericordianos pro infirmis parochis et cooperatores. Jam qua alumnus celebris orator. Hoc respectu Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 514.

Szögyényi Franciscus. 28. Mart. 1756. qua diaconus applicatus praebendatus capituli Strig. Subin cooperatores Strigonii. 9. Febr. 1757. investitus parochus in Tölgyes. 27. Jan. 1759. in Visk 1766. conscriptio parochiae per Emericum Foglár peracta. 4. Jul. 1774. investituram accepit pro Ipoly-Szakállos. Hinc 21. Nov. 1789. in Zsigárd, ubi † 16. Maji 1790.

Szölcz, vide **Scholcz Andreas.**

Szöllös (Czeulus) Stephanus. 15. Oct. 1400. Bonifacius IX. praecepit, ut ille ad parochialem ecclesiam Iskes (Iszkász) Strig. dioecesis, quae per resignationem Petri ipsius eccl. rectoris vacans reddita est, per abbatissam et conventus monasterii S. Lamperti de Foroloco (Vásárhely), ord. s. Benedicti, qua patrono, AEppo Strigon. Stephano praesentetur. (Mon. Vat. S. I. T. IV. 235.)

Szöllösy Franciscus. 1634. occurit parochus in Nagy-Jác, ubi eodem a. Joannes Solnensis peregit visitationem, qui de parochia notavit: «Qui venerat ebrius ex Tapolcsan.» Ille, uti vicegerens retulit, ibidem in taberna publica solet combibere, etiam cum foeminis. Illum, vicarius a celebratione missae prohibuerat.

Szöllösy Joannes. Occurrit 1647. licentiatum in Libád, nunc filia ad Köhidgyarmat. Nominatur in catalogo cleri, jussu Georgio Lippay confecto.

Szöllössy Joannes. 15. Maji 1697. investitus licentiatum in Jászfalva, 17. Mart. 1701. in Csév et Csaba, ubi usque 23. Sept. e. a. activus erat.

Szöllösy Melchior 5. Jun. 1715. investitus parochus in Szémö. 10. Aug. 1716. accepta ab haereticis et rite benedicta ecclesia in Negyed, necessariis providetur ex pago Farkasd illuc translatis. Jam ante hoc factum, nimirum 10. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Csúz. Hinc 21. Jun. 1719. in Puszta-Födemes, ubi usque 1720. activus erat.

Szöllösy Stephanus, vide **Lázár.**

Szöllössy Stephanus. 4. et 5. Oct. 1630. qua parochus in Hinoran, (Chinorum) ADiaconatus Nitr. interfuit synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae.

Szörényi Joannes. Theologiam cum a. quinto,

curso practico in arce Poson. 1789. terminavit. 1790. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatores egit in Sasvár. Subin Tirnaviae. 1797. obtinuit parochiam Kis-Tapolcsány. Ob defensionem jurium parochialium coactus fuit beneficium mutare, inito cambio cum Martino Pritz. 1. Jun. 1804. obtinuit Nagy-Herestyén, ubi † 14. Mart. 1839. Fuit cottus Bars tab. jud. assessor et convent. s. Benedicti de juxta Grón conventualis.

Szörényi de Kis-Szörény Ladislaus, Josephus. Nobilis e cottu Nitr. Natus Trencsinii. Qua alumnus collegii gener. 1693. baccalaureus, 1694. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. inchoavit, at ex primo a. Romam missus, ubi ss. theologiae doctor creatus. 5. Dec. 1698. investitus parochus Bajnae in cottu Strig. Ibi 1701. Franciscus Jos. Jezerniczky peregit visitationem, qui de parochia sic: «Annor. 29. hic 3. annis. Bonae vitae et exemplaris, quamvis juvenis.» Circa 1706. modis opportunis et importunis expulsi praedicantem ex Csolnok. 6. Apr. 1709. transivit ad capitulum Nitriense. 1711. praepositus B. M. V. de Rajk et primus rector semin. Nitriensis per Lad. Mattyasovszky fundati. 1718. el. eppus Dulcinensis. 1733. eppus dioecesanus Sirmiensis. 24. Nov. 1748. accepit coadjutorem Nicolaum Givovich, ipse Nitriam reversus, ubi † 13. Nov. 1752. Aetatis 82. In fama sanctitatis. Inclaruit ab opusculis, quae recenset Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 515.

Sztachó Paulus. 21. Jul. 1765. missus pro cooperatore ad Bajmócz. 14. Aug. 1767. investitus parochus in Lelőcz, quacum parochia 1776. recidit ad dioecesim Nitriensem. Inde 1788. reversus cooperatores egit in Nagy-Ölved. 8. Apr. 1794. nominatus parochus in Bánkeszi. Hinc 1808. in Eözdöghe, ubi 19. Jun. 1811. per Adalbertum Tarkó visitatio fuit peracta. Beneficium suum m. Majo 1825. resignavit hemiplexia tactus. † 14. Aug. ejusd. a. Aetatis 64.

Sztachovics Joannes. Natus 4. Nov. 1835. Theologiam in semin. s. Stephani 1860. terminavit. 29. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatores egit in Sellye et Búr-Szent-János annis tribus. Subin capellanus castrensis annis quinque. Inde 1869. reversus cooperatores factus in Udvard. Mense Sept. ejusd. a. constitutus admin. in Mária-*Nostra*, una ejatis domus corr. director spir. et soror. misericor. confessarius ordinarius. 11. Jul.

1874. obtinuit parochiam Bánkeszi, ubi 26. Aug. e. a. installatus. Communitas in aula parochiali stabula e fundo aedificavit. Infirmirate pressus 22. Febr. 1885. resignavit beneficium, pensione donatus. Residet in Broczkó.

Sztankovics, vide **Stankovics**.

Sztanó Sigismundus, vide **Stanó**.

Sztarcsek Joannes Nep. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. 1769. terminavit. Cooperatorem egit in Zólyom-Lipcse. 24. Jan. 1773. investitus parochus in Felső-Sipek. 11. Maji 1779. ibi visitatio Batthyianiana peracta. Hinc 6. Jun. 1780. obtinuit Füss per cambium cum Matthaeo Szemelay. † 21. Jun. 1784. Aetatis 44. Sepultus in coemeterio.

Sztarcsek Michael. Natus 16. Nov. 1801. in Isztebnik in cottu Trencsén. Philosophiam Nitriae, theologiam Viennae absolvit. Qua diaconus officii vicariialis Nitriae ab 1824. protocollista. 12. Mart. 1825. ordinatus. Cooperatorem egit in Besztercze, sex mensibus. Hinc applicatus capellanus castrensis legionis huszarorum principis Coburg. Inde 10. Apr. 1837. obtinuit parochiam Nagy-Magyar et ADioecesi adscriptus. 1847. transivit ad Diószeg, ubi 1851. factus VADiac. surr. subin. ord. distr. Szered. 1854. capellanus hon. Suae Sanctitatis. 1864. s. Sedis Tirnaviensis assessor. † 5. Apr. 1874. ibidem.

Sztorovics Michael. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó absolvit. Cooperatorem egit Tirnaviae. 23. Oct. 1722. investitus parochus in Radosna. 1727. VADiac. distr. cognominis. 18. Nov. 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parocho, quod sit Presbyter 12, hic 10. annis. † 1735. ibidem.

Sztocksó Georgius. Ex Gács oriundus. Susceptus 1753. ad clerum. Studuit in semin. Szelepcsényiano. 19. Dec. 1757. missus pro cooperatore ad Vág-Szerdahely. 1. Jul. 1758. ad Ballassa-Gyarmat. 17. Aug. e. a. ad Nyerges-Ujfalu. 10. Oct. adhuc e. a. investitus parochus in Komjáth. Hinc 22. Maji 1764. in Nagy-Surány, ubi 21. Oct. 1779. visitatio Batthyianiana peracta. † 26. Nov. 1797. ibidem.

Sztopek Matthias. Natus 27. Dec. 1829. in Trsztena. Theologiae Strigonii studuit. 27. Jul. 1856. ordinatus. Cooperatorem egit in Garam-Ujfalu et in Gajar. 21. Jun. 1860. investitus parochus Konyhae, ubi † 11. Apr. 1878. post longaevam infirmitatem.

Sztraka, vide **Straka**.

Sztrányay Georgius. Ad titulum praepositi de Turócz 1688. ordinatus. Mense Dec. 1689. obtinuit parochiam Turócz-Szent-Mária. Hinc 29. Apr. 1699. in Szent-György. Sub turbis Rakoczianis illo profugo, administrabat occulte hic et in Szent-Mária P. Jacobus Jaszlóczy S. J. — 3. Maji 1712. parochia Znyó-Váralja, illi denuo collata et investitura condam R. P. Zennyei eotum rectoris Tirnaviensis, subin praepositi B. M. V. de Turócz, ab eodem accepta. et annullata per Christianum Augustum de Saxonia, praesentatio tamen et conventualatus collatio iisdem patribus S. J. relicta. Activus erat usque 1713.

Sztrázsay Joannes. Nobilis Dojcsensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1736. baccalaureus, 1737. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1740. terminavit. 29. Dec. ejusd. a. applicatus capellanus domesticus apud generalem Pestvármegyey in Rakovicz. 23. Apr. 1742. applicatus parochus in Felső-Zelle. Inde 8. Apr. 1747. in Nagy-Súr, ubi 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parocho sic: «Annor. 40. in cura animar. 14. hic 9. annis. Diligens, exemplaris. 30. Aug. 1759. capella s. Vendelini, dote providetur.» † 16. Apr. 1860. ibidem.

Sztromovszky Simon. Theologiam in semin. s. Adalberti absolvit. 6. Dec. 1708. investitus parochus in Csermend, ubi usque m. Dec. 1709. activus erat.

Sztruhár Ludovicus, vide **Báthy**.

Sztvornovszky Simon, vide **Sztromovszky**.

Szuchányi Andreas. Theologiam in collegio generali terminavit. 1678. ordinatus. 15. Maji 1680. investitus parochus in Kis-Tapolcsán, ubi usque 1685. activus erat.

Szuchányi Josephus. Theologiam in semin. s. Stephani 1765. terminavit. Cooperatorem egit in Füleke-Püspöki, ubi etiam administratoris munere functus. 20. Jun. 1767. parochus in Bakabánya, ubi usque m. Aug. 1769. activus erat. Subin missus pro cooperatore ad Érsekujvár. 24. Jul. 1770. investitus parochus in Hárskút, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Szuchányi (Suchanek) Stephanus. Natus 14. Aug. 1791. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 25. Aug. 1814. ordinatus. Cooperatorem egit Modrae, ubi 1821. parochiam obtinuit. 1858.

VADiac. distr. Barsiniensis. 1860. canonicus hon. Strig. † 6. Jun. 1862. ibidem.

Szuchinyi, vel Szuchenyi Petrus. Fuit 1527. plebanus et praepositus in Bajmócz. Subin factum fuisse haereticum, asseritur. (Ex notis Georg. Palkovics.) 1569. confirmari fecit reambulatorias a. 1485. conventus B. M. V. de Turócz, super metis Lazan possessionis altariae Bajmócz. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 369.)

Szucsán Martinus. Theologiae in Pázmáneo studuit. 1631. obtinuit parochiam Malaczka, ubi 1634. Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de parochia sic: «Annor. 32. triennium est, quod parochiam adiit sine meo scitu, hoc est, non a me introductus. Honore decani compellari consuevit, nescio qua de causa, fortasse, quod antea haeretici praedicantes in Malaczka ita vocitarentur. Ego hunc creavi meum ultra montes Vicearchidiaconum. Bene se gerit, libros diligenter volvit.» 1647. occurrit in Krakován, cum filiali Sztrazsa, nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Szucsányi Michael. Natus 15. Sept. 1841. Theologiam Strigonii absoluit. 25. Jul. 1866. ordinatus. Cooperatorem egit in Morva-Szent-János. 16. Aug. 1871. factus admin. in Závod, ubi † 28. Sept. 1876.

Szucsányi Stephanus. Tirnaviensis. Absolutus theologos. Ab 1653. parochus in Csiffár, ubi 1657. Andreas Szily peregit visitationem, qui de illo: «Ungarus, Tirnaviensis, aetatis 30. parochiae 4. Theologus absolutus. Vir vegetus.» 23. Febr. 1665. investitus parochus in Ipoly-Nyék.

Szudenics Jacobus. 4. Nov. 1697. investitus parochus in Boleráz, ubi usque 1705. operatus est.

Szuhay Georgius. Szuhensis. Cooperator et concionator Posonii ad s. Martinum. 14. Maji 1696. investitus parochus in Felső-Zsember. Hinc 19. Apr. 1697. in Keresztúr. Inde 17. Maji 1698. in Szárazpatak. Statim incepit matricas scribere. Ab 1700. usque 1708. aedificata ecclesia parochialis. Antiqua diruta. Erectum sacellum s. Annae in castello Pálfiano. Sub illo parochia adhuc porrigebatur communicantibus vinum pro ablutione ex poculo argenteo inaurato. 3. Jun. 1710. discessit Tirnaviam. 14. Mart. 1711. reversus secundario rexit parochiam. 10. Jun. 1714. eam resignavit intrans S. J. Imago ejus pro memoria relictata est in refectorio parochiae.

Szuhay Joannes. Szuhensis. In universitate Tirnaviensi 1662. baccalaureus, 1663. magister philosophiae. Theologiam in collegio generali absoluit. 18. Sept. 1665. ordinatus. 2. Apr. 1672. investitus parochus in Nagy-Kosztolány. Hinc 23. Nov. 1684. in Hosszufalu, ubi usque 13. Mart. 1685. activus erat.

Szuján Joannes. Gyetvensis e cottu Zol. 14. Nov. 1748. susceptus ad alumnatum Budensem. 18. Jun. 1752. missus pro cooperatore ad Bajmócz. 5. Dec. 1757. investitus parochus in Novák, ubi † 11. Maji 1767.

Szukub Josephus. 31. Maji 1715. investitus parochus in Kis-Báb, ubi usque 1719. activus erat. 6. Sept. 1727. in Spácza, ubi usque 1728. operatus est.

Szulinszky Martinus. Occurrit 1656. et 1657. parochus in Grinád. Nominatur in antiquis rationibus de vineis ecclesiae.

Szulyó Joannes. Occurrit 1613. parochus in Ardanócz.

Szun Andreas. Theologiam in semin. s. Stephani absoluit. 8. Mart. 1666. ordinatus est. 26. Maji ejusd. a. investitus parochus in Némethi in cottu Hont. Gessit munus VADiac. in distr. Hont. Operatus est usque 1679.

Szunyog de Nagy-Jeszenicz Paulus. 1. Sept. 1691. investitus parochus in Vágsellye. Hinc 1. Maji 1693. in Nádszeg. Inde 21. Apr. 1695. in Érsekujvár. Exhinc 29. Apr. 1697. in Egyházfalva. Inde 28. Oct. 1699. in Vámos. Hinc 22. Nov. 1709. in Mosócz, ubi usque 1711. operatus est. Fuit ss. theologiae doctor.

Szuppanczich, vel Schupantzig Fridericus, Andreas. Fuit cancellarius nunciaturae apost. Viennensis. Canonicus Scepusiensis. 22. Jun. 1740. installatus canonicus Posoniensis. Ab eodem a. usque 1741. admin. parochiae ad s. Martinum ibidem. In capitulo usque cantoratum promotus. † m. Mart. 1778. In literatura germanica, italica, hispanica versatissimus, et ab operibus moralibus clarus. 1763. vertit opus Muratorii.

Szuray Joannes. Sancto-Crucensis e cottu Bars. 4. Nov. 1742. susceptus in alumnatum Budensem. 22. Jan. 1745. missus pro cooperatore ad Oszlány. 29. Jun. 1748. investitus parochus in Jászfalu, ubi † Dec. 1758.

Szuray Martinus. Sancto-Crucensis in cottu Bars. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1722. baccalaureus, 1723. magister philosophiae. Theo-

logiam cum a. tertio in eodem semin. absolvit. Mense Jun. 1727. investitus parochus in Nagy-Súr, ubi supellectilem notabili modo auxit. Munificentiam Josephi com. Eszterházy lucratus ecclesiam restauravit, turri decoravit, et ab eo pro beneficio meliorando mediam sessionem efflagitavit. 1731. Joannes Jelenffy peregit visitationem, qui de parocho: «Aetatis 31. in cura animar. quinto. Contra quem, quoad functiones parochiales nullam querelam interposuerunt.» 1745. duobus patribus S. J. accitis missionem popularem instituit, qua opitulante numerum lutheranorum pene delevit. Hinc 24. Mart. 1747. investituram accepit in Trubin, ubi † 1. Jun. 1760.

Szutics Georgius. Ab 1634. usque 1637. fuit parochus in Horvát-Gurab.

Szutonics Stephanus. 19. Nov. 1690. investitus parochus in Gajar, ubi † 22. Mart. 1699. Vide Surovics.

Szűts Josephus. Natus 12. Mart. 1845. Theologiam Strigonii 1869. absolvit. 25. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Mocs, 1872. in Kürth, 1877. in Kemencze. A 2. Maji 1883. usque 12. Nov. ejusd. a. administravit Gyerk, hinc in pari qualitate transivit ad Helemba, ubi mox parochus factus.

Szvetkovics Jacobus. Fuit 1647. parochus in Nagy-Rippény. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. 16. Apr. e. a. decessit ibidem Michael Vizkeleti de Septenczujfalu, aetatis 53. uti illius scutum gentilitium ligno excisum supra portam sacristiae pendens,

exhibet. 1657. fuit parochus in Nagy-Tapolcsán, ubi eodem a. Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de parocho notavit: «Vir exemplaris, commendatur ab auditoribus.»

Szvetniczky Jacobus. Polonkensis ex cottu Gömör. 14. Nov. 1748. susceptus in alumnatum Budensem pro theol. morali. 24. Aug. 1750. factus coop. Leutschoviae. 2. Jan. 1753. investitus parochus neo-erectae parochiae in Revucza, cum Oszada et Lusna. 9. Apr. 1755. in Tarnócz, ubi usque 1769. activus erat. 7. Jul. 1762. in Libetbánya. Hinc 6. Febr. 1766. in Zólyom-Szent-András, ubi 1768. conscriptio fuit peracta. 1776. recidit in neo-erectam dioecesim Neosoliensem.

Szvidrán Andreas. Theologiam cum a. quarto in semin. AEppali Posonii 1800. absolvit. Cooperatorem egit in Holics. 1806. factus parochus in Kisvendég. Hinc m. Jul. 1811. transivit ad Prassicz. 13. Aug. 1819. obtinuit Nagy-Tapolcsány. 1823. VADiac. in districtu cognominis. Fuit cottus Nitr. tab. jud. assessor. † 4. Maji 1847. Aetatis 70.

Szvoboda Josephus. Natus 27. Jan. 1808. Posonii. Philosophica et juridica Posonii, theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani absolvit. 11. Maji 1832. ordinatus. Cooperatorem egit in Misérd semialtero a., Stomfae a. quinque mensibus totidem. 1839. accepit parochiam in Hidas. Hinc 26. Jul. 1850. nominatus, 29. vero investitus parochus in Nadlány. Ab 1863. surr. VADiac. distr. Nagy-Tapolcsány. † 2. Oct. 1870. ibidem.

T.

Tagányi Aloysius. Natus 12. Jul. 1845. Theologiam in semin. s. Stephani 1869. absolvit. 25. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Ipolyság. Ab 1872. in gymnasio majori AEppali Tirnaviensi prof. doctr. rel. et linguae germ. subin et exhortator. 1. Mart. 1880. obtinuit parochiam Vittencz.

Tahy de Tahvár et Tarkő Stephanus, Josephus. E seminario Szechenyiano Budensi, 21. Jun. 1769. factus cooperatorem in Egerszegh. 31. Maji 1770. in Lakács. 25. Jul. ejusd. a. cooperatorem una praebendatus Posonii ad s. Martinum. 29. Febr. 1772. investitus parochus in Lamacs. 1805. a militia Gallica die noctuque multas molestias

perpressus. Quamvis proventus aetate, vinum e cellario propriis manibus inservire et vorantibus istis locustis escas administrare debuit. 12. Nov. 1822. expleto semi seculo beneficium resignavit Posoniumque recessit, ubi † 13. Mart. 1832.

Tajczner Georgius. Nobilis Jablonczensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1700. baccalaureus, 1701. magister philosophiae. Theologiam in semin. Mariano absolvit. 22. Jul. 1705. ordinatus. 12. Sept. e. a. investitus parochus in Bélaház. Hinc 13. Maji 1707. in Karancsság, ubi usque 1712. activus fuit.

Tajnay Alexander. Nobilis de eadem in cottu

Bars. Qua alumnus semin. gener. 1742. baccalaureus, 1743. magister philosophiae. Theologiam cum cursu morali in semin. Budensi absolvit. 8. Aug. 1747. investitus parochus in Nagy-Endrőd. Hinc 5. Febr. 1751. in Ujlak, ubi 4. Maji 1755. Antonius de Réva peregit visitationem, qui de illo: «Doctrinae et aptitudinis pro loco sufficientis.» Eodem a. ecclesia in filia Aba-Lehota per Alexandrum Uzsovics erecta, cujus zelus in instrumento visitationis extollitur. 1760. in matre ecclesia aedificata. † 22. Maji 1779. ibidem.

Tajnay Casparus, Alexander. Theologiam cum cursu speculativo in convictu Vienensi absolvit. A mense Majo 1708. usque Nov. ejusd. a. in Vedrőd in cura animarum activus erat. 8. Aug. 1712. investitus parochus Szeniczii, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de illo refert: «Actualis VADiac. processus transmontani. In cura animar. octo annis. Doctrinae et aptitudinis optima. Omnia sua exactissime perficit.» Hic operatus est usque 1719. Subin 26. Mart. 1722. investituram accepit in Csütörtök. Inde 29. Dec. 1724. Bazinii, ubi pro obtento beneficio senatoribus dona dederat. † 15. Maji 1727. ibidem.

Tajnay Joannes. Nitriensis. Qua alumnus collegiis generalis 1698. baccalaureus, 1699. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit. Mense Dec. 1701. obtinuit parochiam Várkony. Hinc 1702. transivit ad Böös. 16. Apr. 1703. investitus in Vámos, cum filiabus utraque Bácsa, utraque Bajcs, Szabadi, utraque Medve, Szap, Nyárad, Ballony et Kulcsod. Activus erat in Vámos usque 1704. Subin m. Sept. 1711. obtinuit Lekér, cum Kis-Oroszi, Damasd, Vezekény, Csata, Csuda et Leánd. Ibi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui de parochia dicit: «Annor. 36. hic 3 annis.» 12. Mart. 1715. parochia Egerszegiensis et Nyitra-Vicsapensis cum suis filialibus in cottu Nitr. ex mandato Seren. ac Em. collata est illi qui eandem per duos menses administravit.

Tajnay Martinus. E cooperatore Pösoniensi 1700. parochus in Somorja. 1702. factus canonicus Pösoniensis.

Tajnay Michael. 20. Febr. 1684. investitus parochus in Dienesd, nunc filia ad Misérd.

Tajneznér Josephus. Natus 8. Oct. 1792. Dubovae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Aug. 1819. ordinatus. Praebendatum

et cooperatorem Pösonii 3. et medio anno egit, hinc coop. Stomfae, aequè tribus a. et medio. 7. Dec. 1826. nominatus parochus in Besztercze. Habuit ab 11. Sept. 1870. admin. in spir. et temp. Stephanum Roszival. † 17. Jun. 1873. ibidem.

Tajsi Antonius. 6. Maji 1760. missus pro cooperatore ad Misérd. 6. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Istvánfalva. Hinc 11. Jan. 1772. in Pudmericz. 7. Maji e. a. conservatio statuae s. Joannis stabilita. 1776. aliquis saecularis illum percussit, qui poenitentia ductus publice deprecatus et absolutus est. 1778. ecclesia combusta. Multis cum difficultatibus restaurata. † 11. Nov. 1795.

Tajuska Joannes, vide Jánoska.

Tajxlperger Matthias. Ab 1784. cooperatore in Balassa-Gyarmat, ab 1785. Endrőfalvae. A m. Oct. 1787. missus capellanus localis in Vámos-Mikola. 9. Jan. 1790. nominatus parochus in Ipoly-Szakállos, quam 31. Oct. 1791. resignavit. Est correctus. 15. Febr. 1793. capellanus localis Keszegfalvae. 7. Mart. 1798. Suae Sanctitati Pio VI. consolatorias voces mittit typo vulgatas. Hinc 28. Jul. 1802. translatus ad capellaniam localem in Érseklél, ubi † 5. Maji 1803.

Takács Georgius. Theologiam cum a. quinto in semin. gen. 1782. absolvit. Cooperatorem egit Comaromii. Ab 1784. parochus in Nagy-Abony. 1787. accepit 500 flos a capitulo pro reparatione aedium. Hinc 16. Nov. 1802. nominatus capellanus localis in Hosszúfalu, ab 1809. factus ibidem parochus, ubi † 10. Jul. 1823.

Takács Joannes. Theologiam cum cursu morali absolvit. 16. Maji 1693. investitus parochus in Libetbánya, ubi tantum usque sequentem a. per acatholicos toleratus. 31. Maji 1695. investitus in Ocsova. 1697. e mandato vicarii Balassa in causa ipsius Michael Abrahamovics et Matthaeus Kraczun attestaciones collegerunt. Hinc 3. Oct. ejusd. a. investitus in Garam-Szóllös et Csejkkö. Ibi eodem a. visitatio fuit peracta. Item 1707. in cujus instrumento de parochia, quod sit 46. annor. 1710. sacellum s. Urbani aedificare cepit. In Csejkkö usque 1705. in Garam-Szóllös vero usque 1710. operatus est.

Takács Josephus. Strigoniensis. Qua alumnus semin. gener. 1746. baccalaureus, 1747. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1751. terminavit. 7. Apr. ejusd. a. missus pro cooperatore Pestinum. 18. Jan.

1753. investitus parochus in Nagy-Endröd, quam propter desolatissimum parochialis aedificii statum 1757. resignavit, quae ad Nagy-Salló filiata. Subin usque 1776. inter deficientes.

Takács Josephus. Natus 6. Jan. 1806. Qua alumnus Neosoliensis theologiam ibidem terminavit. 20. Aug. 1829. ordinatus. Cooperatorem tribus locis per septem a. egit, uno a. professorem gymnasii Neosolii. 1838. obtinuit parochiam Oszlány, quam obtutu valetudinis resignavit et 126 fl. pensione in Nagy-Tapolcsány consedit. Quae talis 1862. in Morva-Szent-János, 1863. in Szobotist curatiam conversorum anabaptistarum acceptavit. 1867. admin. in Felső-Vásárd, ubi † 31. Maji 1873.

Takács Ludovicus. Natus 28. Aug. 1784. Theologiam cum a. quarto in semin. s. Stephani 1808. terminavit. 22. Aug. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Galántha, ab 1809. in Vásárut. Hinc 28. Mart. 1826. nominatus parochus in Magyarbél, ubi † 10. Nov. 1856.

Takács Michael. Theologiam cum cursu speculativo in semin. s. Stephani terminavit. 21. Nov. 1744. missus pro cooperatore ad Szerdahely. 12. Jul. 1745. investitus parochus in Egyházkarcsa, ubi 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochia: Annor. 37. hic decem. Servit hungarice. Domum habet commodam. 1758. parochiam resignavit et ad Strigonium recessit, ubi † 18. Oct. 1763.

Talabér Balthasar. Natus 5. Jan. 1749. in oppido Pápa. E collegio Pázmáneó ordinatus. 24. Mart. 1772. factus cooperator in Duna-Szerdahely. Hinc 17. Jun. 1773. investitus parochus in Csicsó, ex quo loco 12. Mart. 1806. ad canonicatum Posoniensem, 9. Mart. 1811. verum ad Strigoniensem est promotus. 17. Sept. 1823. praepositus s. Georgii de viridi campo. 24. Mart. 1825. cantor investitus. Fuit etiam abbas s. Henrici. † 26. Jul. 1828. Strigonii. Aetatis 81. Primus in cripta basilicae sepultus.

Talcsik Josephus. Natus 11. Maji 1831. Theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1856. ordinatus. Cooperatorem egit in Sellye, Csasztae, et in Pudmericz. 30. Jun. 1863. admin. accepit locum thaumaturgum in Valle Mariae, ubi 12. Aug. e. a. nominatus, 31. vero investitus. Ecclesiam restaurari fecit in originali stylo gothico. Ab 1894. assessor s. sedis. Tirnav.

Talda Joannes. Natus 29. Oct. 1841. Theo-

logiam Strigonii absolvit. 28. Jul. 1867. ordinatus. Cooperatorem egit in Garamujfalu. 1868. in Unin, 1869. in Divény. 1872. admin. in Hidegkut, ubi 21. Nov. ejusd. a. parochus nominatus.

Talián Joannes. Rosenbergensis. Occurrit 1657. licentiatum in Lekér, ubi eodem a. Andreas Szily peregit visitationem, qui de illo, quod sit bene ungarisatus. Aetatis 31. licentiatum 5. annis.

✓ **Talián Martinus.** Theologiam cum cursu morali in collegio Kisdiano Cassoviae absolvit. A 15. Nov. 1701. parochus in Krakován. Ibi 25. Jun. 1702. ecclesiam Ladislaus Mattyasovszky consecravit. Hinc 9. Maji 1703. investitus parochus in Kosztozna. Inde 13. Nov. 1705. in Sztrazsa. 13. Maji 1707. in Pöstyén, ubi 1709. successorem nactus. 13. Jul. 1711. investituram accepit in Nagy-Rippény, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochia: «In cura animar. 26. annis. Perficit munera sua diligenter, et conformat se punctis suae Eminentiae.» Ibi activus erat usque 1715. Demum ab 1718. parochus in Puszta-Födémes, ubi tantum usque 1719. activus erat.

Tállay Augustinus. Ex cassato ordine s. Pauli proto-erem. 1787. constitutus primus admin. parochiae in Maria-Nostra, ubi † 25. Oct. 1794.

Tamaskovics Augustinus. 17. Febr. 1727. investitus parochus in Fenyőkosztozlány. Successorem 1728. nactus.

Tamaskovics Joannes. Theologiam qua cassata in Pázmáneó absolvit. 12. Dec. 1695. investitus parochus in Aranyos-Maróth. Hinc 25. Aug. 1697. in Kosztozna, ubi 1700. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia: «Annor. 29. Convertit 82 acatholicos. Incolae majori parte sunt Lutherani. Catholici supra 300. Inhibiti a frequentandis concionibus Rudnensis praedicantis. 7. Jun. 1702. investituram accepit in Nemcsény. 15. Nov. 1711. accepit investituram in aliqua indeterminata parochia in cottu Tornensi. 30. Jan. 1712. in Bars-Szent-Márton, modo filia ad Nagyszlezsény. Sed jam 27. Maji in Liptó-Szent-Anna. Hinc 13. Apr. 1713. in Kis-Apáthi, ubi eodem a. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui de parochia: Annor. 40. parochus 17. hic 1. anno. 21. Sept. 1715. demum accepit investituram in Nagy-Rippény, ubi usque 1729. activus erat.

Tamaskovics Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1809. terminavit.

Cooperatorem egit in Nagy-Jác, ab 1810. in Unin, ab 1815. in Egbell. 1816. factus primus parochus in Kukló. Hinc 20. Apr. 1826. obtinuit parochiam Stepanov, ubi † 25. Jul. 1846. Aetatis 60.

Tamaskovics Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1812. terminavit. Cooperatorem egit in Nagy-Magyar, ab 1816. in Verebély, ab 1821. in Nagy-Ölved, ab 1825. in Vágújhely. 1826. obtinuit parochiam Szete, ubi † 30. Mart. 1837.

Tamaskovics Ladislaus. Nagy-Kosztolanensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1757. baccalaureus, 1758. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1761. terminavit. 12. Apr. e. a. missus pro cooperatore ad Udvarnok. 15. Jun. 1762. investitus parochus in Madunicz. Hinc 14. Apr. 1771. in Udvarnok. 1779. sub sequestro positus propter resarciendas pecunias ecclesiae. Ibidem 17. Jan. 1780. peracta visitatio Batthyana. † 21. Jan. 1781. ibidem.

Tamaskovics, vel Tamasovics Stephanus. 10. Dec. 1688. investitus licentiatus in Alsó- et Felső-Pribely. 28. Mart. 1694. in Kormossó, Devicse et Lehota. In Kormossó 1. Mart. 1695. investitura iterata.

Tamasovics Andreas. Podszkalensis e cottu Trencsin. Qua collegii gen. alumnus 1706. baccalaureus, 1707. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvens, 1709. qua tertiannita ex eadem baccalaureus graduatus. 2. Maji e. a. ordinatus. 18. Aug. 1711. investitus parochus in Oszlány, ubi tempore pestis expositus, zelantissimus in obsequio horum fuit. Ibi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui de parochio: Annor. 29. hic 2. annis. Operatus usque 1735.

Tamasovich Andreas. Oszlányensis. 3. Nov. 1734. in alumnatum Budensem susceptus. 7. Sept. 1736. investitus primus parochus in Jászfalu, ubi incepit matricam scribere. † 2. Jul. 1737. ibidem. Aetatis 26.

Tamasovics Georgius. Theologiam qua cassa in Pázmáneo terminavit. 22. Apr. 1694. investitus parochus in Valaczka-Béla, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochio: «Annorum 31. in cura 4. Hanc primam parochiam administrat diligenter.» Inde 2. Maji ejusdem a. investitus in Nadlány, ubi mox idem visitator comparuit pro visitatione. 1698. matri-

cam inchoavit. Tertiam visitationem subivit 1700. sub eodem visitatore. Qui tunc de illo: «Hic quarto a., convertit decem animas. Nulla querela contra eum.» Successorem 3. Jul. 1703. nactus.

Tamasovich Michael, vide **Tomasovics.**

Tamássy Josephus. 28. Jun. 1720. investitus parochus in Szolcsán. Activus erat usque 1721.

Tamássy Matthias. Occurrit 1614. plebanus in Nyitra-Pásztó.

Tamássy Michael. Theologiam cum laurea doctoratus in collegio s. Apollinaris absolvit. Redux 18. Mart. 1721. investitus parochus in Nagy-Kosztolány, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parochio notavit: Sacerdos 11. annor. etquidem hic toto tempore. Libris propriis abunde provisus. Xenodochii inspectionem habet.» Fuit una VADiac. districtus Vittenczensis. † 27. Aug. 1748. ibidem.

Tamássy Samuel, Franciscus. Solnaensis in cottu Trencsén. 29. Apr. 1746. susceptus in alumnatum Budensem, ubi studia philosophica et theologico-moralia absolvit. Cooperatorem egit in Nagy-Kosztolán. 14. Nov. 1749. investitus parochus in Lancsár. Hinc 8. Jun. 1752. in Lopassó, ubi 9. Sept. 1755. Antonius de Réva peregit visitationem. 2. Jan. accepit investituram in Felső-Diós, ubi ecclesia parochialis aedificari incepta. 20. Jul. 1759. investitus in Nagy-Kosztolány. 1768. capella erecta. † 15. Mart. 1765. Aetatis 40.

Tamáz Joannes, vide **Tajnay.**

Tamkó Joannes, vide **Tomkó.**

Táneczos Franciscus, Ignatius. 17. Aug. 1762. missus pro admin. 16. Dec. ejusd. a. vero investitus parochus in Nagy-Abony. Hinc 18. Maji 1764. in Alistál. 24. Jul. 1767. motio contra illum quia propter incestum incaptivatos ad se duci jussit et liberos dimisit. 2. Dec. e. a. investituram accepit pro Kőhidgyarmat, ubi † 11. Sept. 1774.

Tantossy Victor, Colomanus. Natus 12. Jan. 1842. Theologiae Strigonii studuit. 25. Jul. 1866. ordinatus. Cooperator in Hédervár, ab 1868. in Nagy-Kér, ab 1870. in Drégely-Palánk. 15. Nov. 1875. admin. 14. Sept. 1876 investitus parochus in Bussa, ubi † 11. Apr. 1889.

Tapolicsányi Georgius. Occurrit 1559. parochus in Ardan (Ardanócz), ubi eodem a. peracta visitatio in qua de parochio: «Sine uxore, qui omnia sacramenta more catholico servat.

Tunc pro ecclesia legaverat quaedam mulier nomine Ghera de Salgó, unum vas vini, pro quo emi debebantur vexilla.» 1560. ibidem Michael Szegedi peregit visitationem, qui de illo sic: «Ordinatus Posonii per R. D. Zagrabiensem. Ecclesiam suam tenet omnibus Sacramentis et ceremoniis bene dispositam, secundum consuetudinem Romanae ecclesiae et nisi uxoris amplexibus uteretur esset Romanus. In omnibus laudatur.»

Tapolcsányi Georgius. Fuit 1700. parochus in Kubach, in cottu Scepus., ubi eodem a. Joannes Sigray peregit visitationem.

Tapolcsányi Martinus, Ignatius. 21. Aug. 1692. investitus licentiatu in Salgó-Tarján, ubi usque 1697. activus erat.

Tapolcsányi Nicolaus. Fuit 1613. parochus in Ürméncz, nominatur in visitationis instrumento hoc anno confecto. 4. et 5. Oct. 1630. interfuit synodo Tirnaviae celebratae. Eodem a. successorem nactus.

Tapolcsányi Stephanus. Fuit 1695. metaphysicus in Pázmáneo. 9. Maji 1702. investitus parochus in Csúz. Hinc 20. Jun. ejusd. a. in Soporna. 29. Nov. ejusd. a. vero in Nagy-Salló. Ubi de illo notatur, exulans, nam 1705. exmissi commissarii Rákóczyani e conventu Szécsényiensi, 8. Sept. e. a. ecclesiam, scholam et parochiam pro reformatis occuparunt. 6. Nov. e. a. investitus in Csata in cottu Bars. 15. Nov. e. a. in Szemere. 8. Mart. 1706. in Üzbég, ubi tantum brevi tempore activus erat. Demum 16. Oct. 1708. investitus in Felső-Szeli, ubi curas humanas posuit. † 14. Maji 1714.

Tapolcsányi, vel Nagytapolcsányi Thomas. Ab 1626. parochus in Lopassó, ibi 1634. Joannes Solnensis visitationem peregit, qui de parcho notavit: «Qui aliquando in aliquibus excessibus notatus erat, attendo in illum.» 1647. nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. 1657. ibidem Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de illo: «Ex antiquis, 30. annis ibi manens, de quo de facto nil mali audivi.»

Tár Ladislaus. Cooperatorem egit quatuor annis Nitriae. 11. Apr. 1736. investitus parochus in Dömös, ubi † 1761.

Tardoskeddi Stephanus. Nobilis ex Tardoskedd. Qua alumnus semin. s. Stephani 1677. baccalaureus, 1678. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. terminavit. 25. Oct. 1679. qua diaconus investitus parochus Jokaiensis,

ordinandus presbyter in proximis quatuor temporibus. 17. Dec. e. a. ordinatus. Ex Józka jam 24. Dec. e. a. investituram accepit pro Ujlak. Inde transivit ad Bős, ubi 23. Jun. 1681. investitus. 2. Jun. 1682. accepit Nagy-Paka. 1683. vero Nagy-Magyar. Hinc demum 17. Mart. 1686. investitus in Zámoly, ubi 1690. successorem nactus.

Tarhay Michael. Theologiam cum tertio a., cursu speculativo in Pázmáneo absolvit. 16. Maji 1720, investitus parochus in Velkopole. Hinc 29. Mart. 1724. in Koross. Inde 4. Mart. 1728. in Nagy-Tapolcsány, ibi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de illo: Presbyter 11. annis. VADiac. Xenodochii per familiam Forgách pro 11. personis fundati inspector. 4. Sept. 1740. ecclesia consecrata per Sigismundum Berényi epum Quinque-Eccl. 28. Maji 1755. ibidem Antonius comes de Réva peregit visitationem, qui de illo: «Districtus hujus VADiac. dignissimus. Vir caeteroquin vitae integrae, meritis plenus.» † 1. Jun. 1757. Ibidem.

Tarkó de Emöke Adalbertus. Natus 1735. in Nagy-Emöke. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1758. primi a. theologus. 12. Jan. 1761. missus pro capellano aulico, seu domestico ad Alexandrum Kostyán ad Czabaj. 15. Maji ejusd. a. pari in qualitate ad D. Szurány in Szöllős. 6. Dec. e. a. cooperator in Ölved, a 23. Mart. 1762. vero in Szölgyén. 12. Aug. e. a. investitus parochus in Köbölkút. 1767. informatio de statu ecclesiae conscripta. Hinc m. Sept. 1782. obtinuit Perbete. Inde 24. Jul. 1790. Érsekújvár, una VADiac. distr. cognom. 1797. promotus ad capitulum Posoniense. 31. Dec. 1802. installatus canonicus Strig. 7. Oct. 1808. ADiac. Comar. Dum 19. Jun. 1811. visitationem in loco natali perageret, ibidem suas secunditias celebravit. Occasione hac illa praetiosa casula usus est, quam 18. Aug. 1803. ecclesiae donavit. Dum 1814. ecclesia ibi incendio devastata fuit, ad ejus restorationem pie liberalitate contulit, et eam aliis quoque donationibus ditavit. Fuit etiam praepositus de Graba et protonot. apostolicus. † 13. Nov. 1817. Tirnaviae. Stirpis suae ultimus in sexu virili. Fecit legata ecclesiae, parcho et scholae in Köbölkút, item pro stipendiis scholasticis.

Tarkovics Franciscus. Theologiae qua cassist in Pázmáneo 1696. studuit. 20. Febr. 1704. investitus parochus in Predmir, in cottu Trencsén in dioec. Nitriensi, ob impeditam admin. ordinarii.

26. Jul. 1709. collatam accepit administrandam parochiam oppidi Vittencz cum VADtu, ea conditione, donec videlicet ord. parochus Georgius Simonyi administrare non poterit cum securitate. 26. Maji 1711. investitus parochus in Kis-Tapolcsány. Ibi 1713. Joannes Bublolics peregit visitationem, qui de illo notavit, quod sit 41. annor. Domum habet recenter aedificatam. Activus erat usque 1714.

Tarkovics vel Tankovics Michael, Josephus. Fuit 1695. physicam studens in Pázmáneo. Ibi et theologiam absolvit. 27. Apr. 1698. investitus parochus in Tardos. Ibi statum desolatum invenit. In tota lata periferia unicus curio catholicus is fuit. 1699. primus parochus in Duna-Földvár constitutus. Hinc 11. Jun. 1703. investitus parochus in Csúz, ubi matricam incepit scribere. Hinc 13. Apr. 1707. in Gúta, ubi usque 1709. activus erat. Tunc electus in parochum l. r. cittis Szent-György. 11. Sept. 1714. installatus canonicus Poson. Subin abbas B. M. V. de Scepusio. 6. Sept. 1725. describit epistolariter statum ecclesiae in Földvár, qualis is tunc fuit quando illam parochiam ingressus est. (Brüsztle, Recensio Cleri. II. 652.) In capitulo usque lectoratum proventus. † 1743.

Tarnóczy Antonius. Fuit S. J. adscriptus. Cassatio illum invenit in residentia Comaromiensi exercentem parochialia, habentem curam Xenodochii s. Josephi, s. Annae et montis Calvariae. Ab 1774. ibidem administravit parochiam ad s. Andream. † 1775.

Tarnóczy Joannes. Theologiam in collegio rubrorum absolvit. 12. Apr. 1663. investitus parochus in Üzbégh.

Tarnóczy Joannes. Nobilis Drietomensis e cottu Trencsén. Qua alumnus semin. s. Stephani 1757. baccalaureus, 1758. magister philosophiae. Theologiam tertium in a. in eodem semin. 1760. terminans. 10. Dec. ejusd. a. missus est pro cooperatore et conventuali ad Garam-Szent-Benedek, ubi 9. Dec. 1762. investitus est parochus. 23. Sept. 1779. ibidem peracta visitatio Batthyana. 1787. laudatus, quod scholae emolumenta promovit et scholares libris providit. 22. Apr. 1788. disvadet introductionem parochi in Kovácsi. † 10. Apr. 1800.

Tarnóczy Nicolaus. Drietomensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1737. baccalaureus, 1738. magister philosophiae. Theologiam cum a. tertio et cursu speculativo in eodem semin. terminavit. 1742. obtinuit parochiam Alsó-Korompa, ubi 1755.

Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de illo sic: «Annor. 39. curator animar. 14. continue Alsó-Korompae. Morum incorruptorum. Catechesim jussus assumere.» Ibidem 20. Sept. 1782. visitatio Batthyana peracta, in qua de parochio: «Statio ejus, e semin. abeuntis, statim fuit praesens parochia, in qua 38. annis continuo diversas inter afflictiones corporis et animi desudat. Annos aetatis numerat 64. Cum dominis terrestribus et parochianis convixit sine querela. Superioritatis reverens, vitam duxit inculpatam.» 1. Febr. 1785. resignavit beneficium, quod festo s. Georgii tradidit. † 13. Febr. 1798. Tirnavia.

Tarnóczy Nicolaus. Trencsiniensis. 17. Nov. 1737. indutus clericam in alumnatu Budensi pro logica. Qua alumnus semin. s. Stephani 1740. baccalaureus, 1741. magister philosophiae. 26. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Putnok. 14. Jan. 1745. ob tenues proventus subsidio juvatur. Eodem a. applicatus capellanus castrensis regiminis Forgáchiani. † 8. Febr. 1748. in Italia.

Tarnóczy Paulus. Ex aliquo religioso ordine ad obsequia ADioec. transumptus. 1787. cooperatore in Sasvár. 1788. primus capellanus localis in Szkiczó. Activus erat usque 1789.

Tartoll Joannes. Natus 24. Nov. 1824. in Modor-Királyfalva. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1847. terminavit. 1848. in domo presbyterorum Strigonii transegit. 21. Jun. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Sellye, ab 1850. in Pudmericz. Ab 1855. admin. in Dubova, ubi 16. menses exegit. 8. Jun. 1857. translatus ad Istvánfalva, ubi † 12. Apr. 1870.

Taschner Stephanus. Occurrit 1510. plebanus Tirnaviae, qui pio parochiae fundatori Moyzi Bazlay grates prompsit.

Tasky Joannes. Natus 26. Jan. 1845. Theologiam Strigonii 1868. terminavit. 2. Aug. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Garamujfalu, ab 1869. in Unin, ab 1874. in Búr-Szent-György. 4. Sept. 1879. factus parochus in Vízoka. Hinc 1889. admin. et mox parochus in Závod.

Tatay Franciscus. 3. Aug. 1669. investitus parochus Gútensis. 22. Apr. 1674. installatus canon. Posoniensis. 1681. ad ejus titulum ordinatus Andreas Bapkovszky in diaconum. † 2. Sept. 1684. Legavit capitulo Posoniensi librum Tirini.

Tatay Matthaeus. Occurrit 1562. plebanus in Villa-Mariae. De quo in visitationis instrumento hoc a. confecto notatum, quod sit Villa

Mariae possessio monialium. Plebanus ipse et populus catholicus.

Tatay, vel Táthy Michael. 7. Apr. 1679. investitus parochus in Vadkert. 27. Jan. 1680. una et in Patak et Dejtár. Hinc 30. Jan. 1682. in Kőhidgyarmat, ubi usque 1702. activus erat.

Taub Matthaeus. Theologiam in semin. gener. absolvit. 23. Jan. 1766. missus pro cooperatore ad s. Georgium. 2. Dec. ejusdem a. ad Stomfam. 6. Oct. 1867. investitus parochus in Tiszolcz. Eodem a. conscriptio ecclesiae parochialis fuit peracta. 30. Aug. 1770. investituram accepit in Pojnik, quo cum beneficio incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Tauch Tobias, Laurentius. Moravus, Cremsiriensis, ex dioecesi Olomucensi. Fuit 1725. alumnus sem. Budensis. 29. Mart. 1727. ordinatus. 11. Oct. ejusd. a. investitus parochus in Nagy-Modró, ubi usque 1732. activus erat. † in domo deficientium.

Tejffölösy Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1807. terminavit. Cooperatorem egit Manigae, ab 1809. in Pöstyén. 1811. obtinuit parochiam in Hradist. Ab 1837. VADiac. surr. distr. Szeniczensis, quam 1841. resignavit. † 24. Sept. 1846. Aetatis 62.

Telebi Stephanus. Fuit 1647. licentiatum in Tholmath (Dalmad), filia ad Nádas, in cottu Hont. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Telegdy Joannes. Natus in Nova-Arce (Érsekujvár), nobilibus parentibus, nepos Nicolai Telegdy eppi Quinque-Eccl. Vienna e studiis reversus, 19. Jan. 1594. ordinatus, fit canon. Strig. et ADnus Zol. Mittitur ad Novam-Arcem ad concionandum et fit parochus ibidem. Dein praefectus bonorum ac lector Capituli. 13. Jun. 1608. praepositus major. 1607. eppus Bosnensis, Romae 1611. consecratus. Eodem a. scripsit synodo Tirnaviensi. (Péterffy. Conc. II. 216.) 1613. eppus Varadinensis. 1619. Eppus Nitriensis. Anno sequenti in sua arce per Gabrielen Bethlen obsessus, inde Viennam dimissus. 1623. AEppus Colocensis, (Katona. Hist. Col. II. 78.) Aduit 1630. et 1633. in synodis provincialibus, A. posteriori ipse synodum celebravit Nitriae. 1644. ob diversas discordias eppatum Nitriensem dimisit. Obiit 1647. (Memoria eppatus Nitriens. 352.)

Telegdy Nicolaus. Natus 1535. in Telegd in cottu Bihar, patre Martino libertino, literato.

Fratrem habuit dictum Zabó servitorem AEppi Strig. Studia Cracoviae 1557. absolvit. 1558. per Nicolaum Oláh sacris initiatus. E magistro scholae Tirnaviensi. 25. Jan. 1561. canonicus Strig. installatus una concionator hung. Tirnaviae. Fuit primus praefectus semin. s. Stephani. 26. Febr. 1562. ADiac. Zoliensis. 12. Nov. ejusd. a. lector. 1563. parochus Tirnaviensi. 1564. ordo concionandi in diplomatario dioecetano constitutus. Transtulit cathedram hung. ex templo s. Joannis Dominicanorum ad parochialem. Praedicatorem calvinianum Demetrium Ziboldy Tirnavia exturbavit. 1567. munus parochi resignavit. 1570. praepositus major capituli Strig. 1573. constitutus adm. AEppatus Strig. tunc jam R. A. Mattis consiliarius. 6. Febr. 1579. nominatus eppus Quinque-Eccl. (Brüzle, Recensio cleri. I. 406.) Scripsit contra haereticos libros sui temporis accomodatissimos. (Lányi, Magy. Egyh. Tört. II. 415.) Concionator zelozissimus usque terminum vitae, de illo Káldy: «Kit noha fölötte elgyötrött volt a köszvény, úgy, hogy csak székben hordozhatnak, mindazáltal a prédikálást el nem hagyta, hanem felvonatta és tolatta magát a prédikáló székre és úgy prédikált, mintha semmi dolga (baja) sem lett volna.» (Káldy, Vasárnapi pred. 1631. 296.) 1577. propriam typographiam acquisivit. De literaria activitate: Zeliger, Eszt. Egyhm. Irók. 522.

Telekessy Stephanus. 1662. parochus in Hárskút. «Exacto larvato verbi Dei ministro, Jacobi dicto, anno eod. primus sacer curio institutus fuit, immortalis memoriae sacerdos, qui sacra sua facundia, tribus demtis, omnes Hárskutienses, ad ovile Christi reduxit.» Fuxhoffer, Monasteriolog. I. 131.

Telgarecz Thomas. Doboczensis ex cottu Gömör. 1762. missus Budam ad semin. Szécsényianum, ubi theologiam cum tertio a. 1767. terminavit. 11. Febr. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Magyar-Szölgyén. 5. Apr. 1768. investitus parochus in Csoltó. Per cambium cum Georgio Lubig obtinuit Kraszna-Horka-Váralja, ubi 30. Sept. 1769. investitus est. Ingremiatus est una cum beneficio neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Temesváry Matthias. Szegediensis ex cottu Csongrád. 25. Nov. 1727. in alumnatum Budensem susceptus. 9. Nov. 1731. ordinatus. 27. Jan. 1732. pro cura animar. expeditus.

Tempessy Georgius. Fuit 1562. parochus in

Szempcz. De quo visitator ejusdem a. sic: «Olim cantor Orodienensis. Formata ejusdem est combusta in Arad. Vitricus ecclesiae negavit, attamen ab aliis intellexi, aliquot illic beneficiatos fuisse.»

Templer Joannes. Theologiam cum tertio a. in semin. gen. Budensi 1783. terminavit. Cooperatorem egit in Vittencz, ab 1786. in Krakován, ab 1791. in Bölgyény. 5. Maji 1792. nominatur parochus in Alsó-Merasicz, sed non accepit. 1793. factus capellanus localis in Bori. 29. Jul. 1795. iterum nominatus in Alsó-Merasicz. Hinc 1805. accepit Nagy-Kosztolány. 1812. parochiam resignavit inter emeritos parochos numeratus, una ecclesiam civici Lazareti Posonii administravit, ubi † 21. Jul. 1827.

Tenczel Petrus. Occurrit 1423. rector altariae s. Laurentii in Körmöczbánya. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 299.)

Teöreös Nicolaus. Natus 8. Aug. 1808. in Rakolub in cottu Trencsén. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1832. terminavit. 11. Maji ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Stomfae, ubi 1841. parochus factus. 1848. subst. dein ord. VADiac. distr. cognominis. Erexit cath. nosocomium. Sub illo Aloysius com. Károlyi 1867. jus patronatus acquisivit, qui 1877. turrim et ecclesiam extus, 1878. item et intus restaurari fecit. Item catholicam scholam sustentabat et Sorores Chartatis introduxit. — 30. Oct. 1884. aetate fractus parochiam resignavit. In pensione constitutus ultro quoque ibi degit. † 10. Apr. 1889. ibidem.

Tepey Joannes. Fuit 1673. plebanus in Baczúr, qui citatus subscripsit ad domi manendum. (Ex notis Gergii Palkovics.)

Teresy Georgius, Josephus. Natus in Ebeczk. Qua alumnus collegii gener. 1724. baccalaureus, 1725. magister philosophiae. In eodem semin. theologiam cum tertio a. 1728. terminavit. 26. Apr. ejusd. a. collata est illi aliqua non determinata parochia. 26. Mart. 1731. investitus parochus in Kis-Terenye, ubi 1738. successorem nactus. 5. Jul. 1742. in Méhi, quam 1746. resignavit et recessit ad semin. s. Emerici Tirnaviae, ubi † 18. Apr. 1753.

Tergarecz Thomas, vide Telgarecz.

Terényi Stephanus, vide Tétényi.

Termézy Adamus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1793. terminavit. Cooperatorem egit Szklabonyae, ab 1797. in Ka-

rancsságh. 1798. factus admin. in Nagy-Bárkány. Hinc 1801. inter deficientes. 1803. constitutus capellanus localis in Koltha. Inde 26. Nov. 1806. investitus parochus in Jászfalu, quam 1820. resignavit, inter emeritos numeratus degit Tirnaviae, ubi † 10. Oct. 1826.

Termézy Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1796. terminavit. Cooperatorem egit in Unin, ab 1797. in Ó-Tura, ab 1798. in Pobedin, ab 1800. Modrae, ab 1802. Bazinii et ab 1805. in Kis-Apáti. 1. Aug. 1807. nomin. capellanus localis in Nagy-Vezekény, ubi 1. Sept. e. a. parochus investitus. 20. Maji 1812. obtinuit parochiam Kesztölcz. Inde 17. Jul. 1815. transivit pro admin. ad Kolpach, ubi † 13. Maji 1821.

Termiensis Moyses. Occurrit 1630. licentiatu in Terbeled, interfuit synodo 4. et 5. Oct. e. a. Tirnaviae celebratae.

Terney Michael. Graeci ritus unitus sacerdos Archi-Dioecesanus. 21. Aug. 1754. investitus parochus Horvathensis in cottu Tornensi. 1776. incorporatus dioecesi Eperjesiensi.

Terpalik Joannes. Theologiam cum cursu speculativo in collegio rubrorum absolvit. 24. Mart. 1708. ordinatus. Praebendatum subin. succentorem egit M. E. Strig. 27. Apr. 1711, collatas accepit ecclesias s. Georgii, item ss. Cosmae et Damiani cum conventualatu Turóczensi. Hinc 11. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Gerencsér. Inde 21. Dec. 1712. in Sándorf. Exhinc 11. Jul. 1713. in Szomolány, qui contempto mortis periculo, ex grassante in praefato oppido pestifera lue orto, mera proximi charitate actus, eam administrandam suscepit. Ibi eodem a. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho dicit quod sit annor. 32. sacerdotii 4. Operatus est usque 1727. Diligenter connotavit memorabilia suae activitatis.

Tertianus Joannes. 8. Febr. 1634. investitus licentiatu in Pojnik in cottu Zol. pulso prius ministro aug. c.

Tesléry Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1817. terminavit. 1818. absque officio Samariae degit. Subin. cooperatorem in Tallos, ab 1822. Budae ad B. M. V. Visitantem, ab 1823. Comaromii. Mense Jun. 1831. obtinuit administrationem parochiae Duna-Szent-Pál, ubi † 13. Dec. 1836.

Tessényi Alexander. Theologiam cum tertio

a. in Pázmáneó 1775. terminavit. 1776. cooperatur constitutus in Érsekujvár. Mense Dec. 1779. obtinuit parochiam in Lédecz, ubi † 20. Febr. 1786. Aetatis 36. Fuit nepos Joannis Bapt. Tessényi.

Tessényi Joannes Bapt. Nagysúrensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1712. baccalaureus, 1713. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. cum secundo a. terminavit. 9. Nov. 1715. investitus parochus in Csév. Hinc 16. Maji 1719. in Lédecz, et Gimes. Ibi 1732. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parocho, quod sit presbyter 14 annorum, una VADiac. distr. Kis-Tapolcsányensis. † 13. Apr. 1755. ibidem.

Tessényi Zacharius. Studia qua rhetor et casista terminavit. Occurrit 1630. parochus in Pecsevecs, id est Pecsencz. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae. 17. Febr. 1647. obtinuit parochiam Garam-Szóllós, ubi eodem a. Matthaeus Schlegel peregit visitationem, qui de parocho sic: «Annor. 53. sacerdos 30. Residens in hac parochia a dominica Septuagesima. Viribus pro hac aetate pollens. Habens libros requisitos praeter baptisatorum, quem fieri curabit.»

Tétényi, vel Jeszeni Stephanus. Theologiam duobus a. qua casista studuit. Parochum egit ab 1636. Dum 1645. ex Nagy-Salló abiret, prout Matthaeus Schlegel in 1647. ibidem peractae visitationis instrumento dicit, abstulit crucem argenteam, eo quod Sallóenses ipsi salarium suum non exsolverint. In Nagy-Salló post ipsius abitum introductus est praedicans calvinianus et applicatus licentiatus. De statu deplorabili idem visitator sic prosequitur: «Templum est a militibus Caesareanis tempore disturbiorum Rakoczianorum spoliatum et exustum. Exinde de facto paramenta sunt nulla. Dicunt, quod duo calices a militibus praedictis venditi. Missale detinet cujusdam defuncti licentiati conjux in Bény. etc. Hinc dicto a. transivit ad Nagy-Kér, qua talis nominatur 1647. in catalogo cleri, hoc anno jussu Georgii Lippay confecto. De quo adnotatum inveni: «Ez sok ördögököt üzött.» 1657. fuit parochus in Verebély, ubi eodem a. Andreas Szily peregit visitationem, qui de parocho: «Aetatis 53. parochiae in diversis locis 21. annum agens. Qui utique adeo destruxit se bibendo, ut jam nec legere potuit commode ad lumen nocturnum.»

Tétényi, vel Terenay, vel Terényi Stepha-

nus. Theologiam in collegio generali absolvit et 10. Apr. 1667. ordinatus. Subin egit parochum in Püspöki. Exorcista insignis. Senio confectus translatus ad Nagy-Födémes.

Teuerkauff Martinus. Fuit 1552. parochus in Müllenbach, factus est senior. (Wagner, Analecta Scep. II. 257.)

Textor L. B. Placidus. Ord. s. Benedicti de Monte Cassino, ad obsequia ADioecesana applicidatus, ab 1711. usque 1717. parochum egit in Börzsöny.

Textorides, sive de Konyha Paulus. Fuit diutius parochus in Szöllös. Obiit 1638. in Závada. Ob massam posthumam vicarialiter citata coca ejus et alii incolae possessionis Závada.

Thaisz Joannes. Natus 2. Jun. 1803. Posonii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae terminavit. 31. Maji 1827. ordinatus. Cooperatorem egit in Somorja semialtero a. in Misérd annis tribus et duobus m. 25. Apr. 1832. obtinuit parochiam Féli, ubi 1863. surr. VADiac. ab 1871. ord. quam 1879. resignavit. † 24. Sept. 1880. Ibid.

Thalhammer Antonius. Natus 8. Oct. 1818. Tirnaviae. Philosophiam et theologiam ibidem terminavit. 23. Jul. 1842. ordinatus. Cooperatorem egit in Püspöki, in Búr-Szent-Miklós et ab 1845. in Sasvár. 8. Maji 1848. factus parochus in Rózsa-völgy. Sub illo restaurata est ecclesia sumptibus 700 flm. Michaelis Holubek caloni ejatis. † 25. Jan. 1879.

Thaller Martinus. 7. Sept. 1737. investitus parochus in Szucsán, ubi † 16. Maji 1750.

Thamy, vel Thomi Valentinus. Mense Aug. 1625. verberavit in Nagy-Tapolcsány Joannem Geögh. In hac causa 10. Apr. 1626. — jam tunc parochus in Nagy-Kér, — jussu Emerici Losy citatus per Andream Fabricium canonicum Posoniensem et parochum in Verebély. 4. Sept. 1629. ipse citationem peregit. 8. Febr. 1627. constitutus procurator s. Sedis spirit. Strig. 4. et 5. Oct. 1630. interfuit synodo Tirnaviae celebratae. Eodem a. Wolfgangus Érsekujváry peregit visitationem, qui nominat parochum et dicit: Ecclesia ejus totaliter deleta. Parochus ipse legitime ordinatus.

Thar Andreas. Fuit 1700. licentiatus in Oleszna (Oleznó) in cottu Scepus.

Theberi Andreas, Joannes. Ex cassato ordine s. Pauli protoer. 1808. in obsequia ADioec. assumtus. Cooperatorem egit Modrae, ab 1809.

in Cseklész, ab 1812. in Gajar. 13. Oct. 1813. constitutus admin. in Magyarfalva. 28. Febr. 1816. resignato officio discessit Tirnaviam. † 10. Jul. 1831. Szeredini.

Thebery Casparus. Nobilis Uniniensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1734. baccalaureus, 1735. magister philosophiae. Theologiam cum a. tertio in eodem semin. 1738. terminavit. 4. Maji 1740. investitus parochus in Stepanov. Hinc 2. Apr. 1745. in Péterfalva, ubi † 2. Sept. 1759.

Thebery Stephanus. Natus 1. Aug. 1785. in Unin. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Vienne 1808. absolvit. 28. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Selmezbánya, ab 1809. in Szent-Benedek, ubi una conventualis. 15. Nov. 1817. nominatus parochus in Szob. Odiā malae plebis concitatae causarunt translationem ejus 12. Apr. 1825. factam ad Bessenyő. Hinc jam 22. Nov. e. a. ad Thaszár nominatus, ubi † 5. Nov. 1867.

Thelegdy, vide Telegdy.

Themel Gregorius. Fuit 1559. parochus in Geletnek. De quo in visitatione eodem a. peracta notatur: «Ordinatus Cracoviae per R. D. Dominicum, uxorem, duos filios et unam filiam habet.»

Theodoricus. Occurrit 1332. inter et 1337. plebanus de Gropona, (Korpona), qui juratus dixit suum beneficium non valere ultra 25. marcas, solvit censum papalem. Fuit immediate subjectus AEppo Strig. (Mon. Vat. S. L. T. I. 226.)

Theodorovics Joannes. Natus 14. Apr. 1821. Fuit graeci ritus sacerdos. 17. Apr. 1857. ordinatus. 23. Jul. 1865. ad ADioec. susceptus. Cooperatorem egit in Udvard. Initio a. 1867. constitutus capellanus castrensis penes c. r. legionem pedestrem Don Miguel Nro 39. Subin legionis 32. archiducis Ferdinandi d'Este. 1869. applicatus cooperator Budae ad s. Annam. 1872. factus admin. in Kóspallag, quod beneficium 1875. resignavit, pensione et ADioec. et militari donatus vixit Aradini, ubi † 26. Maji 1876.

Thesinszky Andreas. Studia sua qua logicus et casista unius tantum anni terminavit. 1656. constitutus parochus in Nagy- et Kis-Vezekény. 1657. ibidem Andreas Szily peregit visitationem.

Thold Andreas. 16. Jun. 1668. investitus parochus in Sempte. Sub illo altare consecratum. 1677. successorem nactus.

Tholt Franciscus. De Nagyselmecz in cottu Liptó. 27. Oct. 1737. susceptus in alumnatum

Budensem. Qua alumnus semin. Mariani 1740. baccalaureus, 1741. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. 1743. terminavit. 17. Sept. 1744. investitus parochus in Szent-Ilona in cottu Turócz. Hinc 31. Aug. 1746. in Szent-György in eodem cottu. Inde 7. Nov. 1750. in Vág-Szerdahely, ubi † 29. Oct. 1752.

Thomanóczy Martinus. Fuit 1657. parochus in Ürméncz. Eodem a. Joannes Cherlay peregit visitationem, qui de parochio: «In popina saepe. Tusus per oenopolam aliquoties.»

Thomas. Magister, canon Poson. ac plebanus Püspökiensis. Hujus testamentum, 18. Jun. 1313. conditum, asserente Fejér, (C. D. VIII., VII. 105.) in originali existit in archivo Primat. Knauz, (Mon. Strig. II. 684. 769.) ibidem non invenit.

Thomas. Occurrit 9. Maji 1342. presbyter de Pijspeki, (Püspöki), canonicus Poson., qui testis auriculatus fuit ultimae voluntatis comitis Andreae filii Nicolai de Churle. (Magyar Sion. 1865. 376.)

Thomas. Occurrit 9. Maji 1342. ecclesiae Wzur (Uzsor, nunc filia ad Somorja), plebanus, qui testis auriculatus fuit in ultima voluntate comitis Andreae de Churle. (M. Sion. 1865. 376.)

Thomas. Plebanus nationis hungarae in castro Budensi et ecclesiae b. Magdalenae. Ad hoc munus petitione plebis de foro Sabbathi et intercessionem Varadiensis eppi Andreae 1342. promotus, continuavitque oves suas sedulo pascere adhuc a. 1349. Sic Xistus Schier. (Buda Sacra 51.)

Thomas. Occurrit 1359. rector ecclesiae de Sancto Georgio. Nominatur in lite Petri custodis cum Martino praeposito Poson. (Fejér, C. D. IX. III. 99.)

Thomas. Occurrit 1360. plebanus in Turócz-Szent-Mihály. Qui adhuc 1374. nominatur. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 248.)

Thomas. Filius Stephani de Leleuch i. e. de Lelócz. Occurrit 1395. plebanus in Oszlány. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 407.)

Thomas. 14. Nov. 1399. Occurrit plebanus de Nagy-Magyar. Qui ex commissione capituli Posoniensis metas reambulationes peregit. (Hazai oklevéltár 327.)

Thomas. Occurrit 1428. parochus villae Svevi (Svábócz), qui haeredem villae ejusdem, Joannem, propter rem decimas concernentem per censuram ecclesiasticam ab introitu ecclesiae prohibuit. Terminus iudicii ad valvas ecclesiae s.

Martini erat, quam cum intrasset, plures presbyteri divino cultui adstantes, silentium fecerunt manifestum, donec de ecclesia exiret, qui pacifice magno cum rubore exivit. In iudicio Joannes verum patronum ecclesiae se esse demonstravit et amotionem parochi sollicitavit. (Wagner, *Analecta Scep.* III. 55.)

Thomas. 1461. electus in parochum Leutschoviensem. Attributo lectoris decoratus. (Wagner, *Analecta Scep.* II. 349.) Post dies octo cessit.

Thomas. Occurrit 1464. plebanus de Bressen, i. e. Brezán. (Schemat. hist. Neosol. 373.)

Thomas. Occurrit 1481. plebanus Posonii ecclesiae s. Michaelis. (Tudományos Értekező I. 156.)

Thomas. Occurrit 1491. in Turócz-Szent-Mihály. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 248.)

Thomas. 1519. plebanus de Hopgarten, solvit decimas papales 1 f. 11 d. (Wagner, *Anal. Scep.* II. 195.)

Thomas. 1519. plebanus de Villa Botyzi, (Batizfalva) distr. sup. Poprád, solvit decimas 4 f. 31 d. (Wagner, *Anal. Scep.* II. 197.)

Thomas. Occurrit 1524—1535. presbyter de Galamboch, qui una fuit capellanus Margarethae Forgách in arce Revisgye et Francisci de Kálna. Inscriptus apparet in Ordinario Strigoniensi. (Magy. Sion, 1867. 11. 12.)

Thomas. Occurrit 1538. plebanus in Hajnik. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 104.)

Thomas. 1544. parochus in Olasz, cui et Jacobo parochi Varaljensi tradidit Molnerus senior, scrinium fraternitatis. (Wagner, *Anal. Scep.* II. 231.) Aduit 1546. dum senior Molner sui senioratus rationes poneret (Ibid. 255.)

Thomas. In sacerdotem 1558. ordinatus. Occurrit 1559. et 1560. plebanus in Chrenócz. Nominatur in binis visitationibus. In illo de priori anno sic: «Uxorem habens, sacramenta ecclesiae cum aliis divinis servitiis administrat catholice.» In posteriori: «Juvenis, uxoratus, alioquin bonae famae. Aliis conditionibus secundum Romanae ecclesiae constitutionem utitur. Eucharistiam tantum sub utraque specie distribuit.»

Thomas. Fuit 1559. plebanus in Turán, de quo in visitatione hoc a. peracta sic: «Uxoratus, qui omnia Sacramenta, fontem baptismi, chrysmata et oleum catholice servat.»

Thomas. Fuit 1561. plebanus in Hajnik et in Badin. De quo visitator Blasius Zathay nota-

vit: «Habet omnia Sacramenta. Habet uxorem filios et filias. Concionatur. In schola ipsius traduntur prima rudimenta et musicalia. Magnificus D. Joannes Balassa rejicit in eum alendos et canes et equos, non sine minis, unde non potest manere in parochia.»

Thomas. Ordinatus Tirnaviae per R. D. Paulum Zondinum eppum. Fuit 1561. parochus in Bars-Szent-Kereszt, de quo visitator ejusd. a. Georgius Konyafalvay refert: «Habet formatam, caret corona, tamen uxorem ac barbam habet et sub utraque specie communicat.»

Thomas. Occurrit 1561. plebanus in Zomolya i. e. Szomolány, de quo visitator sic: «Vir catholicus et multum senex. Sacramenta catholice administrat.» Ille a. 1562. similiter asserit, quod sit vir senex, cum populo catholico. Ambo notant, quod etiam Nádas administret. Populus ibi etiam catholicus. Templum et ornamenta ecclesiae munde servantur.

Thomasik Stephanus, vide Tolmácsy.

Thorányi Joannes. Fuit 1673. parochus in Széleskút, ubi eodem a. Ferdinandus Pálffy pergit visitationem.

Thorányi Joannes, Alexius. Lászlófalvensis e. cottu Turócz. Qua collegii gen. alumnus 1689. baccalaureus, 1690. magister philosophiae. Theologiam cum a. tertio in eodem semin. 1692. absolvit. 22. Mart. 1694. investitus parochus in Badin et Radvány. Qua talis 26. Apr. 1697. baccalaureus ss. theologiae graduatus. 2. Jan. 1696. petiit a Francisco Koller jurato notario capituli Strig. requisitorium mandatum, ut extroderentur litterae respicientes suam ecclesiam ex conventu s. Benedicti. 5. Maji 1701. investituram accepit pro Vetero-Zolio, quae 15. Mart. 1703. iterata. Activus erat, usque 1708. tunc Vetuzolium per Rákóczyanos, duce Bercsényio, una cum ecclesia et turri exustum et minister intrusus est.

Thron Jacobus. Neosoliensis. 18. Aug. 1758. susceptus in alumn. Budensem pro theologia morali. 15. Aug. 1759. ordinatus et 27. Sept. ejusd. a. missus pro cooperatore Holicsium. 3. Oct. 1761. investitus parochus in Verbócz, ubi 1764. ecclesiam struxit, quam haec inscriptione providit: «HONORIBVS DIVAE PLAE FILIAE ELISABETH STRVXIT PARVVS GREX TVNC IBI ROMANVS.» Hinc 13. Dec. 1767. in Pojnik, ubi † 20. Maji 1770.

Thul Christophorus, vel Christianus. Leu-

tshoviensis. Qua alumnus semin. gener. 1693. baccalaureus, 1694. magister philosophiae. Primum a. theologiae in eodem semin. terminavit. 7. Jan. 1697. ordinatus. Eodem a. factus parochus in Gölnicz, ubi 1700. Joannes Sigray peregit visitationem, qui de parcho, quod hic in quartum annum sit.

Thuma Franciscus. Natus 18. Dec. 1819. in Verbó. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1842. absolvit. 1843. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 15. Jun. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nagy-Lévárd uno a. In Somorja uno a. et quatuor m. 1845. ad orphanotrophium Poseniense in qualitate professoris et catechetae applicatus. 6. Dec. 1864. nominatus parochus in Vedröd. Fuit cruce aurea cum corona pro meritis decoratus. † 3. Jul. 1887. ibidem.

Thun, vel Schun Andreas. In semin. s. Stephani magister philosophiae graduatus et theologiam absolvit. 13. Jul. 1663. investitus parochus in Gaidel, ubi usque 1671. activus erat. 8. Febr. 1681. nominatus parochus in Vesztenicz, ubi 19. Jan. 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parcho: Annor. 55. sacerdos 31. in hac parochia 16. Bene se gerit et pro contento populi. Sub eodem conversi advenae ultra 60. Habet vile aedificium ex lignis. Licet duo parochi mortui sint, nullos tamen libros reliquerunt. Activus erat usque 1710.

Thuránszky de Thurik et Komjátna Hermannus. Natus 10. Jun. 1811. Philosophiam et theologiam in semin. Mariano 1833. terminavit. Hinc praefectum herul L. B. Révay egit. 1834. in instituto presbyterorum transegit. 19. Jul. e. a. ordinatus est. Subin. applicatus cooperator Comaromii, ab 1836. Pestini ad s. Josephum et postmodum ad s. Leopoldum. 1840. rursum Comaromium repositus, ubi ab 1843. usque 16. Apr. 1846. administrator, postea iterum cooperator. 1848. admin. in Uny constitutus. 1852. curatus militaris regiminis pyrobolariorum. 25. Jul. 1855. parochus in Visegrád, hinc 5. Mart. 1866. in Nagy-Maros. 1892. promotus ad capitulum Tirnaviense.

Thurn Michael. Kapronczensis ex cottu Bars. 10. Nov. 1749. post absolutum primum annum theologiae in semin. s. Steph. ad alumnum Budensem missus. Qua diaconus. 24. Aug. 1750. factus coop. Vetero-Budensis. 14. Mart.

1753. investitus parochus in Haj. Hinc 2. Aug. 1758. in Handlova. Ad 1759. acta fusa inquisitionum contra illum habentur in archivo Ordinariatus. Hinc 28. Sept. 1766. investituram accepit in Turóczy-Szent-Mária, ubi usque 1775. activus erat. Recidit ad neo-erectam dioecesim Rosnaviensem.

Thuróczy Franciscus. Fuit 1630. parochus in Lutilla. 4. et 5. Oct. ejusd. a. interfuit synodo Tirnaviae celebratae. Teste matrica 1656. successorem nactus.

Thuróczy Franciscus. Apponyensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1724. baccalaureus, 1725. magister philosophiae. 3. Maji 1727. investitus parochus in Endrefalva. Hinc 25. Sept. 1729. transivit ad Nagy-Zellö et Szakal, ubi † 27. Jul. 1745. Submersus in fluvio Ipoly.

Thuróczy de Eodem et Alsó-Köröskény Josephus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1807. terminavit. Cooperatorem egit Somorjae. Ab 1808. in Hédervár, ab 1811. in Baka ubi una in spirit. admin., ab 1813. Comaromii. 28. Mart. 1815. nominatus parochus in Ekecs. Ab 1837. VADnus distr. Comarom. Fuit et cottus ejusdem ac Posen. necnon Jaurin. et Strigon. item sed. praed. de Vajka et Erseklél, prout et Füss tabulae jud. assessor. † 3. Aug. 1846. apoplexia tactus. Aetatis 61.

Thuróczy de Alsó-Köröskény Ludovicus. Natus 9. Apr. 1796. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1818. terminavit. Qua diaconus domiciliavit in Apaj. 15. Apr. 1819. ordinatus. Cooperatorem egit in Hidas-Kürth. 21. Oct. 1821. nominatus parochus in Alsó-Jattó. Hinc 1826. translatus ad neo-erectam parochiam in Eperjes. Ab 1845. VADiac. districtus Sellyensis. † 8. Maji 1856. ibidem.

Thuróczy Nicolaus. Fuit 1608. parochus Szakolczensis. 1616. canonicus Poseniensis. Ex indultu card. Pázmány parochiae suae immansit. Dum ultra terminum tempus protraxit ad residendum citatus. 22. Apr. 1619. installatus canonicus Strigon. una ADiac Neograd. Egit Tirnaviae copcionatorem slavicae nationis. † 2. Oct. 1621. in seminario, exclusus per militem Bethlenianum e domo sua beneficiata. Sepultus in capella s. Michaelis prope cathedram.

Thuróczy Sigismundus. Natus 26. Apr. 1788. Theologiam in semin. Mariano 1811. terminavit. 12. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Űrmény. 1819. factus parochus in

Vicsap-Apáthi. Hinc 1829. transivit ad Galántha, quam 1842. resignavit, pensione donatus. Degit Psonii. † 4. Mart. 1870. Versatus fuit in poesi latina. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 524.)

Thurszky Andreas. Theologiam absolvit Viennae. 15. Jul. 1748. missus pro cooperatore ad Pobedim. Subin ad Krakován. 22. Aug. 1750. investitus parochus in Krajna. Ibi 28. Jul. 1756. Antonius com. de Réva peregit visitationem. In cujus instrumento notatum: In filia Hrachovistye actu e fundamentis nova ecclesia erigitur. Ad aedificationem ejus praeter manualementem incolarum laborem, indefessum studium parochi partim propriis sumptibus, partim collectis elemosinis concurrunt. Hinc 6. Febr. 1758. investituram accepit pro Nagy-Kosztolán. † 17. Jul. 1759. Tirnaviae. Annor. 38.

Thurszky Matthias. Theologiam cum cursu morali in semin. s. Emerici absolvit. Cooperatorem egit in Tapolcsány. 9. Mart. 1728. investitus parochus in Koross, ubi 29. Nov. 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod sit presbyter sex annis, hic quatuor. † 21. Jul. 1750.

Thury Georgius. Nobilis Thuriensis. Quae alumnus semin. Mariani 1734. baccalaureus philosophiae. 25. Dec. 1740. missus pro capellano ad dominum Jeszerniczky in Felső-Vásárd. 15. Febr. 1742. investitus parochus in Bős, ubi usque 1744. activus erat.

Thury Joannes. 10. Oct. 1668. investitus parochus in Nagycsalomja, ubi usque 1688. operatus est.

Thuri Ladislaus. Occurrit 1441. plebanus nationis hung. et ecclesiae b. Mariae Magdalenae in castro Budensi. Nominatur in actis controversiarum circa metam plebaniarum Budensium. (Archivum Primat. Vetus 46.)

Thurzó Antonius. Theologiam cum a. quarto in semin. AEppali Psonii 1792. terminavit. Cooperatorem egit in Diószeg, ab 1795. in Cseklész, 4. Dec. 1804. nominatus parochus in Sárső, ubi † 2. Nov. 1813.

Thurzó Josephus. Theologiam cum a. quarto cursu practico in semin. arcis Poson. 1790. terminavit. 1791. applicationem exspectavit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Cziffer 4. annis et 8. m., ab 1795. in Szomolány, per 6. a. 6. m. 1802. obtinuit parochiam Alsó-Diós. † 28. Apr. 1813. Aetatis 46.

Thurzó Josephus. Natus 5. Febr. 1798.

Theologiam cum a. quarto in semin. gen. Pestini 1820. terminavit. 1821. et 1822. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 2. Jul. 1821. ordinatus. Cooperatorem egit Szakolczae, ab 1823. in Tura, ab 1824. Csasztae, 1826. in Vág-Ujhely, ab 1830. Bazinii, ab 1831. in Morva-Szent-János. 9. Maji 1833. obtinuit parochiam Závod, ubi † 4. Jun. 1862.

Tiborez Joannes Bapt. Fuit S. J. adscriptus. Cassatio illum in residentia Comaromiensi invenit, ubi tunc exercens parochialium fuit, item praefectus ecclesiae, curamque gessit carcerum. Post cassationem ab 1773. admin. parochiae ibidem constitutus. De qua 1774. recessit.

Tiburtius. Fuit 1562. sacellanus Germanorum in castro Komarom, de quo visitator ejusdem a. Michael Dobrokutyay notavit: Hic manet in castro, habetur pertinax, et turgidus, qui etiam est excommunicatus, quia uxorem duxit in quadragesima.

Tichy Antonius. Natus 9. Maji 1838. Psonii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 29. Jul. 1861. ordinatus. Cooperatorem egit Budae ad B. M. V. Visitantem, dein Vetero-Budae. 1864. Psonii ad s. Martinum. 18. Sept. 1868. nominatus parochus in Szent-Mihályfa. Ab 1878. notarius distr. 1883. VADiac. distr. Duna-Szerdahely. 1889. canonicus hon. E. M. Strig. 1890. obtinuit parochiam Tardoskëdd. 1893. ad capitulum Posoniense promotus, ubi una Sanctimonialium Ursularum conf. ord.

Tichy Michael. Natus 19. Nov. 1816. Ivánkae. Philosophiam Jaurini, theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jul. 1844. ordinatus. Cooperatorem egit in Szenicz. A 29. Aug. 1846. usque 24. Oct. e. a. int. admin. in Hradist, dein ad cooperaturam reversus. 1847. admin. in Várkony tum in Assakürth, ubi 1848. parochus investitus. 1849. obtinuit Nyitra-Vicsap, ubi † 7. Sept. 1884.

Tihanyi (Czikanek) Andreas. Natus 17. Nov. 1845. — 25. Mart. 1868. ordinatus. Cooperatorem egit in Vásárút, ab 1869. in Vadkert, et ab 1872. in Patak. 1875. constitutus admin. in Nagycsalomja, ubi 8. Febr. 1876. parochus nominatus. Hinc 1887. in Ipolynyék.

Tiliczky Jacobus. Theologiam in quartum a. in semin. gen. absolvens 18. Oct. 1765. applicatus cooperaturae in Privigye. 10. Dec. 1771. investitus parochus in Koos, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Tiliczky, vel Filiczky Joannes. Theologiam cum a. tertio in semin. s. Stephani 1696. absolvit. 6. Apr. 1697. ordinatus. 20. Apr. e. a. investitus parochus in Soóshartyán, ubi 1720. successorem nactus.

Tilia Joannes. Fuit 1647. parochus in Gácsfalva. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Tillmann Michael. Natus 18. Apr. 1794. Strig. in l. r. citte. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 22. Aug. 1817. ordinatus. Brevi tempore praebendatum egit eccl. metr. Strig. 1818. cooperator in Párkány, mox Strig. in citte Aquatica. 26. Jul. 1828. nominatur parochus in Börzsöny. Hinc 13. Jul. 1836. transivit ad Muzsla, ubi 1863. surr. VADiac. distr. cognominis constitutus. † 1. Apr. 1868. sub aurora ex ictu apoplectico.

Timtsák Joannes. Natus 27. Jun. 1792. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1817. terminavit. 23. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Moravánka, ubi ab 1821. in spirit. et temp. admin. 29. Nov. 1823. admin. in Rarbach. Hinc 12. Maji 1826. promotus ad parochiam in Detrekő-Szent-Miklós, ubi † 19. Oct. 1866.

Tintner Franciscus. Ab 1784. praebendatus chori E. M. Strig. 18. Dec. 1787. investitus parochus in Kőhidgyarmat, ubi † 17. Apr. 1791.

Tischlarich Petrus. Croata. Fuit 1630. parochus in Tótgurab. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae. Ibidem 1634. Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de illo notavit: quod multi prius aut in haeresim lapsi, aut parum salutis studiosi homines ad fidem catholicam adducti opera praesertim parochi, nunc in Bistrice, ultra montes commorantis. Visitor illum et in Besztercze invisit et ibi de illo sic refert: «Annor. forte 40. qui prius in Totaisgrub morabatur, inde hoc anno ultra montes amandatus, ut tanto remotior a sua concubina, quae in Suanczbak degit esset. Vir prudens, sobrius et insignis concionator, tametsi modicae doctrinae. Non caret suspicione prioris sceleris, nam licet illa modo apud ipsum in Bisztricze nunquam videatur, quia tamen ille in Senkvicz et prope vineas possidet, quas non raro lustrat, hac occasione ad illam quoque ex itinere divertere solet: cujus rei cum illum arguissem, negabat quidem, sed falso, nam ante tres menses illa

enixa est: quamquam fortasse infantis alius pater esse potuit, dicitur enim foemina valde bibula ac proinde nec satis pudica. Habet Petrus breviarium, synodum et alios libros. Cum ad vineas it, aliquem ex monachis Thallensibus loco sui substituit. Parochialis domus nuper exusta jam redintegrata est.»

Tiszóczy Paulus. Occurrit 1678. licentiatús in Csetnek. 3. Febr. 1691. investitus in Garamkeszi, nunc filia ad Garam-Ujfalú. 11. Jul. 1692. in Rudna, ubi illi 15. Apr. 1695. investitura iterata. Activus erat usque 1698.

Tobias. Fuit 1634. parochus in Dobravoda; (Jókö,) ubi eodem a. peracta visitatio per Joannem Solnensem, qui de parcho: «Senex, concubinarium quidem, sed illa in alia domo manet, est tamen diligens et munde servat ecclesiam.»

Tocek Joannes. Natus 4. Nov. 1829. Vrobovkae in Galicia. Theologiam Strigonii absolvit. 25. Jul. 1858. ordinatus. Cooperatorem egit Budae ad B. M. V. Visitantem, subin ad B. M. V. de Sanguine. Ab 1861. Pestini ad s. Leopoldum. Mense Mart. 1867. obtinuit parochiam Házásnénye. Hinc 20. Oct. nominatus 12. Nov. 1879. investitus parochus in Tarján. 1881. capellam Rosarii renovari curavit. 1884. aedes parochiales restauratae et uno cubili auctae.

Toldy Joannes Ev. Natus 29. Aug. 1831. Theologiam Romae absolvit et doctor creatus est. 2. Jun. 1855. ordinatus. Subin praefectus studiorum in semin. s. Stephani. Ab 1858. theologiae fundamentalis et specialis professor. Mox synodalis examinatus. 13. Aug. nominatus et 4. Sept. 1864. investitus parochus in Patak, ubi † 13. Oct. 1866. e cholera morbo.

Toller Gabriel. Natus 23. Mart. 1844. Theologiam Strigonii 1868. absolvit. 2. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Miavae. Eodem adhuc a. constitutus admin. in Turoluka, ubi aedificium parochiale propriis sumptibus ampliavit. 24. Febr. 1884. obtinuit parochiam Szenicz.

Toller Martinus, vide Thaller.

Tolmácsy Michael. 17. Febr. 1673. investitus parochus in Kürth, ubi 1690. successorem nactus.

Tolmácsy Stephanus. 11. Jan. 1675. investitus parochus in Farkasd, una Szémő et Negyed. Hinc 12. Apr. 1684. in Nádszeg, ubi usque 1687. activus erat.

Tomasics, vel Tomasik Stephanus. Theolo-

giam in Pázmáneo absolvit. 30. Sept. 1672. investitus parochus in Mocs, ubi usque 1698. activus erat.

Tolnay Ludovicus. Natus 2. Jun. 1849. Theologiam in semin. s. Stephani 1872. absolvit. 19. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Lekér. 11. Aug. 1886. constitutus admin. in Nagy-Fajkürt.

Tomann Josephus. Natus 2. Mart. 1853. Theologiam cum a. quarto in semin. s. Stephani 1876. terminavit. 16. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nemcsény. 4. Nov. 1886. nominatur parochus in Alsó-Rakoncza. E notario et spirit. 1894. VADiac. surr. in distr. Drégelyensi.

Tomasek Paulus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Adalberti 1701. terminavit. 7. Sept. ejusd. a. ordinatus. 14. Jan. 1702. investitus parochus in Tót-Ujfalu, nunc Zsitva-Ujfalu, filia ad Taszár. 6. Jan. 1714. in Taszár una cum Libád. Subin una VADiac. districtus Kis-Tapolcsány. † 10. Jan. 1747. Reliquit testamentum.

Tomanovich Franciscus. Natus 4. Aug. 1840. in Madarász in cottu Poson. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 26. Jul. 1864. ordinatus. Cooperatorem egit in Misérd, ubi a 7. Jun. 1867. parochiam administravit. Inde ab 1868. cooperatorem in Szomor. 15. Aug. 1872. factus parochus in Dercsika. Hinc 20. Aug. 1881. in Fel-Bár.

Tomanovics Georgius. Stomfensis. 8. Dec. 1738. susc. in alumnatum Budensem. 21. Sept. 1743. missus pro cooperatore ad Földvár. 22. Apr. 1745. investitus parochus in Almás in cottu Tornensi. Hinc 26. Nov. 1753. applicatus pro coadjutore in Szered. 28. Mart. 1757. investitus parochus in Alsó-Merasicz, ubi usque m. Sept. 1761. activus erat.

Tomanovith Michael. Occurrit 1634. parochus in Németsurab. Ubi eodem a. Georgius Draskovics peregit visitationem qui de parocho sic: «Ante triennium ad fidem catholicam conversus. Totus pagus illius dicto audire et illi solvere jussus. Mandata lente exequitur. Michael quinquagenarius uxore et liberis praeditus, probus quidem apparet, at rudis et veteres mores ex parte retinet. A nemine amatur, a paucis juvatur. Haeretici eum oderunt, quod ad gremium ecclesiae catholicae confugerit. Catholici minus sunt addicti, quia Sacrificium et

reliqua Sacramenta, velut sacris minime initiatus administrare nequit.»

Tomasovich Michael. 15. Maji 1665. nominatus parochus in Táth, nunc filia ad Dorog. Hinc 15. Jun. 1669. in Tölgyes. Inde 14. Jun. 1670. in Drégely-Palánk una et in Hidvég. Exhinc 5. Jun. 1676. in Kemencze, ubi usque m. Jun. 1689. activus erat.

Tomay Joannes. 2. Jul. 1695. investitus parochus in Fél, ubi usque 1696. activus erat.

Tombor Michael. Natus 2. Jul. 1829. Ginsii in cottu Castrifer. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1852. absolvit et 23. Jul. e. a. ordinatus est. Professorem egit linguae lat. et germ. in gymnasio AEppali Tirnaviae. Ab 1854. cooperatorem in Nagyöved. 1858. constitutus admin. in Nagy-Faj-Kürth, ubi † 2. Oct. 1859.

Tomecsek Michael. Natus 15. Sept. 1856. Theologiam in semin. s. Stephani 1882. absolvit. 19. Mart. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Radossócz, ab 1888. in Sasvár, 1891. constitutus admin. in Csári. 1892. obtinuit parochiam Nagy-Kovaló.

Tomcsik Josephus. Natus 18. Oct. 1880. in Felső-Lehota. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 13. Aug. 1826. ordinatus. Cooperatorem egit in Garam-Ujfalu, dein in Kisapáthi. 12. Jun. 1832. obtinuit parochiam Néved, hinc 17. Aug. 1840. Nagy-Herestyén. Sub illo bis, nempe 1857. et 1863. domus parochialis cum appertinentiis praeda flammaram evasit. 8. Maji 1869. inter membra instituti s. Adalberti susceptus. Domiciliavit in Thaszár, ubi † 25. Jan. 1875.

Tomek Emericus. Ab 1788. cooperatorem in Gerencsér, ab 1792. in Vittencz. 9. Apr. 1799. nominatus parochus in Felső-Zelle, ubi † 26. Apr. 1808.

Tomincz Elias. Fuit 1647. parochus in Némets-Diós. Excepit fassiones de eo, quod parochus Bogdanóczensis Matthias Ripnyay per 19. annos proprio semine agros insemnavit. 1657. fuit parochus in Sárffő, ubi eodem a. Joannes Cherlay peregit visitationem qui de parocho: «Non sunt illo contenti, quod ipsum non intelligant.» Ab 1660. operatus est Magasfalvae, ubi 1667. successorem nactus. 1677. obtinuit Vistuk, ubi 1687. successor constitutus.

Tomka Joannes. Abeunti pastori protestantico e Turócz-Szent-Péter, supervenit parochus primus catholicus, ubi usque 1716. operatus est

Subin a 10. Febr. 1721. administravit in Csiffár. 27. Jan. 1730. investitus parochus in Turán. Hinc 24. Sept. 1733. in Turócz-Szent-Ilona. Inde 5. Aug. 1741. in Neczpál, alias Szent-András, ubi † 25. Jan. 1743.

Tomkó Joannes. Theologiam in semin. gener. absolvit. Mense Jul. 1688. ordinatus. Mense Maji 1689. investitus parochus in Alsó-Palojta. Hinc 12. Maji 1710. in Kormossó, ubi usque 1710, activus erat.

Tomsza Paulus. Stepanoviensis. 1716. in univ. Tirnaviensi extra ordinem magister philosophiae. Dein susceptus in dioecesim Olomucensem. Inde ad ADioec. Strig. receptus. 19. Jul. 1720. investitus parochus in Pojnik, ubi usque 1727. operatus est.

Tondasy Franciscus. 17. Jun. 1716. investitus parochus in Turócz-Szent-Márton, ubi usque 1725. activus erat.

Toporczy Joannes. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. 1768. terminavit. 21. Jun. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Szokolócz. 8. Jul. 1770. investitus parochus in Liptó-Szent-Anna, cum qua ingremiatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Toperczer Antonius. Parochus in Poprád. Quem 1543. Huszárones Ladislai Merse, quia parochi XXIV. regalium, cathedralicum Andreae Bathory deponere recusarunt, ex missa domum redeuntem captivarunt, percutierunt, in equum projecerunt et pedes ei, sub equo ligaverunt et sic secum abduxerunt, in arce Scepus in tertium carcerem cum caeteris plebanis jecerunt, ubi certe fuisset suffocatus, si pecunia exemtus non fuisset. (Wagner. Anal. Scep. II. 243.) 1546. Confecit et ipse senior instrumentum super positis rationibus senioratus Georgii Molner. (Ibid. 255.)

Torma Michael. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. 1774. absolvit. Cooperatorem egit in Nagy-Magyar. 16. Jun. 1777. investitus parochus in Sempte. ubi † 7. Maji 1810.

Tornallay Gedeon. Theologiae tertium in a. in Pázmáneó studens. 3. Nov. 1772. pro cooperatore ad Osgyán missus. 23. Apr. 1774. investitus parochus in Guzsona, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Torner Joannes. Cassoviensis. Patrem habuit officialem annonarium, fratrem archivarium et bibliothecarium eppi Agriensis. 1763. ad clerum susceptus in semin. s. Stephani philosophiam de-

fendit, item theologiae parvum actum. 15. Dec. 1766. missus pro cooperatore Cremnicium, transactis ibidem duobus a. applicatus fuit ceremoniaris eppi Zbiskó. 19. Oct. 1768. cooperator in Nagy-Lévárd. 13. Maji 1770. investitus parochus in Závod. Hinc 5. Nov. 1776. in Nagy-Mánya, ubi 14. Oct. 1779. peracta visitatio Batthyanyiana. Ab 1784. VADiac. distr. Verebély, una tab. jud. ejusdem assessor. Inde 1789. transivit ad Lakács, una VADiac. distr. Radosnensis. † 28. Jan. 1805.

Toronyi Michael. Darnóczensis in cottu Poson. Qua alumnus semin. s. Stephani 1756. baccalaureus, 1757. magister philosophiae. Theologiam cum a. tertio in eodem semin. 1760. absolvit. 30. Apr. e. a. applicatus praebendatus. 10. Nov. 1761. investitus parochus in Szent-Mihályfa, ubi usque 2. Dec. 1768. activus erat. Subin cooperator in Kéménd, dein in Szebény, ubi † 20. Sept. 1773. Aetatis 45. Ad ecclesiam s. Ladislai a dextris inhumatus.

Toteisen Leonardus. Ab 1603. canonicus et parochus ad s. Martinum Posonii. Cum magistratu civico collisiones habuit. Activus erat usque 1604. (Rimely, Capit. Poson. 267.)

Tóth Andreas. 18. Dec. 1688. investitus licentiatus in Drégely-Palánk, ubi 13. Maji 1695. successorem nactus.

Tóth Georgius, Antonius. Nagy-Barokensis e cottu Albensi. E semin. s. Stephani 1742. baccalaureus, 1743. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1746. terminavit. 3. Febr. ejusd. a. missus pro cooperatore Samariam. 13. Maji 1748. investitus parochus in Kis-Terenye. Hinc 11. Dec. 1752. in Alsó-Várad, ubi 12. Sept. 1779. peracta visitatio Batthyanyiana, in qua nativitate Samariensis esse dicitur. 6. Maji 1783. resignavit parochiam ob caliginem oculorum.

Tóth (Tótt) Antonius. Natus 17. Jan. 1800. in Unin. Philosophiam et theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1824. absolvit. 1725. in instituto presbyterorum Strigonii transegit. 26. Mart. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Unin, ab 1826. in Holics. 1836. denominatus parochus in Nagy-Jác, ubi † 7. Febr. 1868.

Tóth Bernardus. Theologiam in semin. gener. absolvit. 15. Jul. 1766. missus pro coop. Sexardium, 23. Jan. 1768. Vetero-Budam. 22. Jul. 1769. investitus parochus in Békás-Megyer. Hinc 23. Jul. 1773. in Szent-Endre, ubi † 13. Jul. 1780.

Tóth Emericus. Natus 7. Sept. 1786. Philosophiam in seminariis s. Emerici, Stephani et B. M. V. absolvit, theologiam vero in Pázmáneó. 10. Aug. 1809. ordinatus. Cooperatorem egit in Drégely-Palánk, ab 1811. Pestini ad Assum. 2. Febr. 1818. investitus parochus in Visk. 1822. VADiac. distr. Hont-Ipolyitani inf. 22. Mart. 1837. investituram accepit pro Vadkert una VADiac. distr. cognominis. 23. Maji 1840. promotus ad capitulum Strig. ubi 11. Jun. installatus. 23. Oct. e. a. nominatus parochus cittis regiae Strigon. Sed dum hoc beneficium cum canonicatu incompatibile sit, acceptare non potuit. 1844. ADiac. Neograd. 1845. abbas s. Jacobi de insula Danubii. 1856. vero cathedralis. 1857. custos, 1859. cantor et 1864. lector capituli. 1857. festo OO. SS. consecratus eppus Thaumacensis. In sequelam ictus apoplectici loquelam valde impeditam habuit. † 6. Jan. 1865. Strigonii.

Tóth Franciscus. 17. Jan. 1741. investitus parochus in Egyházfalva. Hinc 19. Maji 1747. Jókai. Sub illo continuabatur fabrica templi. † 19. Mart. 1756. ibidem.

Tóth Josephus. Érsekújvárensis. Qua secularis in universitate Tirnaviensi 1736. baccalaureus philosophiae. Theologiam cum tertio a. in semin. Mariano 1740. terminavit. 29. Nov. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Felső-Szeli. 30. Nov. 1741. investitus cooperator in Harkács. 26. Mart. 1749. in Szent-Simon, ubi † 8. Mart. 1751.

Tóth Josephus. Natus 19. Mart. 1763. in Ivánka. Theologiam cum quinto a. in arce Posoniensi 1787. terminavit. Cooperatorem egit in Vág-Szerdahely et ab 1790. in Lekér. 1791. obtinuit parochiam in Nagy-Sáró. Hinc 9. Jul. 1806. nominatus parochus in Verebély. Ab 1810. VADiac. distr. cognominis. Fuit una compl. cottuum tab. jud. assessor et conv. s. Benedicti de juxta Grón conventualis. † 14. Sept. 1827. in Verebély.

Tóth Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1802. terminavit. Cooperatorem egit Strig. in regia citte. Ab 1806. Pestini ad Ass. 1811. inter deficientes numeratus, degit in Komárom-Szent-Péter. Subin iterum cooperator et quidem 1815. in Somorja. Ab 1816. Tirnaviae inter deficientes. Ad tempus etiam Posonii. Literatura semet occupavit, sermo-

nes sacros typis vulgavit. † 27. Dec. 1850. Tirnaviae.

Tóth Josephus. Natus 6. Mart. 1793. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1816. terminavit. 20. Mart. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Hédervár. 1817. in Marczall, 1818. in Nagy-Magyar, 1819. in Gyerk, ab 1820. in Dorogh, ab 1821. in Nyék. 28. Nov. 1825. nominatus parochus in Bessenyő. Hinc 22. Febr. 1833. in Dorogh. Illius industria detecti sunt carbones bituminosi in hac regione. † 28. Maji 1861. Ibidem.

Tóth Josephus. Natus 30. Dec. 1830. in Kajal. Theologiam Strigonii 1855. absolvit. 19. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit Galanthae, subin Vittenczii. 28. Dec. 1862. nominatus in Kátlócz, quam 1894. resignavit, pensione donatus.

Tóth Ladislaus. 24. Apr. 1734. investitus est parochus in Alsó-Korompa. Hinc 1742. secretarius vicarialis factus. 25. Sept. 1744. ad Posoniense, 23. Jan. 1749. ad Strig. capitulum promotus. 21. Febr. ejusdem anni ADiac. Hont. 18. Sept. 1754. lector installatus. 1. Aug. 1760. propter male affectam valetudinem lectoratus peritaeus, ad cantoratum retrogressus. † 14. Apr. 1773. aetatis 63. Tirnaviae. Fuit et abbas de Zeer Monostra.

Tóth Marcus. Natus 3. Oct. 1856. Theologiam Strigonii 1883. absolvit. 2. Maji e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádas, ab 1884. in in Nagy-Ölved, 1887. factus admin. Kolthae, ubi subin parochus investitus. Numismate bellico decoratus.

Tóth Martinus. Ahaensis e cottu Bars. Qua alumnus semin. s. Stephani 1712. baccalaureus, 1713. magister philosophiae. Theologiam ibidem absolvit. 11. Jan. 1715. investitus parochus in Tallós. Hinc 5. Maji 1716. in Nagy-Czétény, ubi usque 1717. activus erat.

Tóth Paulus. Natus 3. Oct. 1786. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1815. terminavit. 15. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Samariae et ab 1816. in Nagy-Magyar. 1824. obtinuit parochiam Nagy-Födemes, ubi † 12. Sept. 1858.

Tóth Stephanus. Kókaensis. Qua primi a. theologus semin. gener. extraordinarie 1752. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. absolvit. 4. Jul. 1754. missus

pro cooperatore Gútam, ubi 6. Jan. 1760. investitus parochus. 1772. ecclesia sex orgiis ampliata. † 14. Jun. 1773. ibidem.

Tóth Stephanus. Philosophiam et primum a. theologiae in Pázmáneo, hanc a secundo a. ab 1755. usque 1758. Romae in collegio Apollinari absolvit et doctor philosophiae ac theologiae graduatus est. In protocollis collegii ob facultates ingenii moresque candore extollitur. 3. Maji e. a. missus pro cooperatore Vetero-Budam. 13. Febr. 1759. investitus parochus in Szent-Endre. Hinc 19. Sept. 1763. Pestiensis, 26. Jan. 1766. installatus abbas B. M. V. de Rákony. 1777. electus praepositus major Albaregalensis, sed huic dignitati renunciavit. Eodem a. facta dismembratio parochiae et erectio parochiarum ad s. Spiritum, seu suburbium superius et suburbium inferius. 10. Jun. 1785. notificavit officio ADioecetano, quod execrationem ecclesiae Clarissarum Pestensium 8. Jun. perfecerit. Ex ara majori et quinque lateralibus portatilia levavit. Consecrationis signa non invenit. Cadavera ex crypta ad coemeterium transportari permisit. 20. Maji 1795. Ignatium Martinovics ad supplicium praeparavit. 5. Mart. 1809. resignavit parochiam, ex qua festo s. Georgii recessit, privatam agens vitam. † 12. Oct. 1820. Aetatis 87. Sepultus ad cryptam eccl. parochialis.

Tóth Stephanus. Natus 18. Aug. 1830. in Kéménd. Theologiam in semin. s. Stephani 1856. absolvit. 27. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Kemencze. Ab 1859. in Varbó, ab 1862. in Mocs et ab 1863. in Muzsla. 1864. factus admin. in Alsó-Várad.

Tóth Stephanus. Natus 26. Dec. 1835. Theologiam in Pázmáneo 1858. terminavit. 2. Jan. 1859. ordinatus. Cooperatorem egit in Jászfalu. 1861. constitutus admin. in Nagy-Lapás, ubi † 20. Dec. 1864.

Tölgyesy Joannes. Tölgyesensis e cottu Hont. Quá alumnus semin. s. Stephani 1663. baccalaureus philosophiae. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit et 5. Dec. ejusd. a. ordinatus. 13. Aug. 1665. investitus parochus in Csek-lész. Hinc 19. Oct. 1668. in Nagy-Salló. Ibi 1674. Andreas Péterfy peregit visitationem, qui parochum annor. 36. esse dicit. Activus erat usque 1676.

Tölgyesy Stephanus. Natus 6. Dec. 1789. in Párkány. Theologiae primum et secundum a. Viennae, tertium ac quartum in Mariano absol-

vit. 15. Aug. 1815. ordinatus. Cooperatorem egit in Diószeg a. 9. in Érsekújvár a. quatuor. 29. Apr. 1828. nominatus parochus in Nyitra-Egerszeg. Hinc 13. Mart. 1833. obtinuit Tardos. Sed hoc beneficium mox 17. Apr. e. a. permutavit per cambium cum Georgio Kubicza pro Kövesd. Inde 12. Apr. 1837. obtinuit Szölgyén. 1854. titulo capellani Pontif. ad hon. decoratus. 1859. VADiac. distr. Párkány. 1870. canonicus Tirnaviensis. In capitulo usque cantoratum promotus. † 23. Jan. 1881. Ibidem.

Tömösközi Gregorius. Ante captum Jaurinum, hoc est ante 1598. fuit parochus in Egyházaskürth, nunc Kürth.

Törchtl Casparus. Artium liberalium magister. 1461. electus est in plebanum Leutschoviensem. Mansit usque 1466. (Wagner, Analecta Scep. II. 349.)

Töröcsik Georgius, Joannes. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 10. Mart. 1690. ordinatus. 23. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Ürmény. Incepit matricam scribere. Hinc 16. Apr. 1692. in Nagy-Czétény, ubi similiter matricam scribere inchoavit. Activus erat usque 1696.

Török de Telekes Ignatius. Natus 7. Apr. 1815. in Kúti. Philosophiam Tirnaviae, theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1839. absolvit, 1840. in instituto presbyterorum Strigonii transegit. Cooperator fuit Posonii in Virágvölgy. Ab 1843. ibidem ad s. Martinum. 1844. obtinuit parochiam Szilincs. Hinc 1857. transivit ad Majtény. Inde 2. Nov. 1862. nominatus in Nagy-Súr. Vineam plantavit. Jura parochialia strenue propugnavit. In perennem memoriam cholerae 1866. in Németsúr capellam aedificavit. † 16. Febr. 1869. in Nagy-Súr, ubi in coemeterio sepultus. Fuit vir ingeniosus et multis acceptissimus.

Török de Derecske Joannes. Studuit Krakoviae. 1556. tempore seditionis in partibus infer. Hungariae, capitulum Varadiense, res ecclesiae, quinquaginta millium fl. valoris ad fideles manus Andreae et Nicolai de Bátor consignavit. Fuit tunc canonicus et decanus capituli. Post solutionem capituli 1558. ad capitulum Strig. transumptus. 1559. qua ADiac. Bars. suum districtum exacte visitavit et instrumentum visitationale confecit. Jam 1560. ADiac. Hont. Mense Mart. 1561. visitans in suum districtum ultra Selmeczbánya, ob metum Turcarum, descendere non ausus. 21. Apr. 1572. praepositus s. Georgii de viridi campo. Sed illam

resignavit et accepit ADiactum Zoliensem. Eodem a. in arce Érsekujvár parochus constitutus. Obiit Tirnaviae in domo a se aedificata et capitulo legata, penes domum altariae s. Georgii. † 19. Mart. 1581. Aetatis 67. Sepultus in templo s. Nicolai in capella s. Georgii.

Török Joannes. Natus in Szent-Benedek. Qua alumnus semin. s. Stephani 1719. baccalaurus, 1720. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit. 19. Sept. 1722. ordinatus. 9. Jun. 1723. investitus parochus in Nagy-Heresztyn, ubi usque 1724. activus erat.

Török Josephus. In semin. s. Stephani tertium a. theologiae frequentans 26. Apr. 1771. missus est pro cooperatore ad Bolyk. 18. Maji e. a. transpositus ad Rima-Szombat. 1774. obtinuit parochiam Várgede, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Török Laurentius. 1671. ordinatus subdiaconus ad titulum praepositi de Tóth-Ujhely. Cooperatorem hungaricum egit Tirnaviae. 1677. obtinuit parochiam Cszazta. Ibi 1679. et 1682. pestis grassabatur. † 16. Aug. 1692. Aetatis 49.

Török Paulus. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. Budensi 1780. terminavit. Cooperatorem egit in Endrefalva. Mense Jan. 1785. obtinuit admin. in Kőkészi, ubi mox parochus. Ab 1797. VADiac. distr. Hont. medii. Cottus ejusd. tab. jud. assessor. † 22. Aug. 1811. ibidem.

Török Stephanus. Natus 6. Oct. 1841. in Felnémet in cottu Heves. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 23. Jul. 1865. ordinatus. Cooperatorem egit in Vadkert. Subin E. M. Strigonii praebendatus una cooperator in cathedrali parochia. Etiam praeses consoc. sodal. cathol. Ab 1869. admin. in spirit. et temp. in Pilismarót penes Joannem Gyöngyösy. 1870. parochus constitutus.

Trabalik Joannes. Natus 7. Nov. 1791. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1816. absolvit. 17. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Szklabonyae, ab 1817. in Ballassa-Gyarmat, ab 1821. in Pobedim. 1822. in Kaszanicz absque officio degit. Subin cooperator Konyhae. 10. Jan. 1824. nominatus parochus in Hadikfalva in Bukovina. Dein dioecosi Leopoliensi adscriptus. Dum in pensione constitutus fuisset degit Budae Christinapoli, ubi † 12. Mart. 1867.

Trabalka Petrus. Natus 28. Jul. 1838. Theo-

logiam in Pázmáneó absolvit. 28. Jul. 1861. ordinatus. Cooperatorem egit in Tölgyes, ab 1862. in Ipolyság, ab 1863. in Kemencze, ab 1865. in Nagy-Magyar et ab 1866. in Galántha. 1. Nov. 1871. nominatus parochus in Kajal. 1877. domus parochialis pro 1800 finis AEppi et 170 fl. parochi restaurata. Aula parochiae ampliata et duo jugera acquisita 1444 finis ad quos eppus Josephus Szabó 1000 finos contribuit. 1877. compossessoratus 600 finis fundum pro schola emit. 1881. schola aedificata ex eodem fonte 800 fl. et tegulis praestitis. † 13. Maji 1888. Ibidem.

Tragor Franciscus. Natus 27. Jan. 1829. Cremniczii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii 1854. absolvit. 12. Mart. e. a. ordinatus. Cooperatorem, serius admin. egit in Holics. Dum hujus filialis Kopcsány a matre avulsa fuisset, ibi 1861. admin. constitutus. Aedificationem et ecclesiae et domus parochialis procuravit. Dum vero filia haec in parochiam elevata fuisset, ibidem 22. Dec. 1863. parochus nominatus.

Tragor Joannes Nep. Natus 25. Apr. 1831. Cremniczii. Theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1854. ordinatus. Cooperatorem egit in Ó-Bars, hinc post aliquot dies ad Verebély missus, demum ad Érsek-Ujvár translatus. 1865. applicatus director spiritualis Sororum Charitatis Strig. una scholae puell. externae et int. catecheta. 20. Jun. 1869. parochus in Cseke, ubi † 3. Sept. 1875. Fuit vir doctus, pietate excellens. Reliquit fundationes.

Trajesik de Mély-Nádas Josephus. Natus 8. Apr. 1775. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poseniensi 1796. absolvit. 1797. et 1798. ordinationem exspectavit Tirnaviae. 9. Apr. hujus ordinatus. Cooperatorem egit Schemniczii, ab 1802. in Tavarnok et ab 1803. in Vág-Ujhely. 1808. obtinuit parochiam Radosna. 1818. VADiac. distr. cognominis. 1844. canonicus colleg. capit. Tirnaviensis, ubi usque lectoratum promotus. Fuit et synodalis examinatus. † 15. Aug. 1850. Ibid.

Trajer Carolus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1804. absolvit. Cooperatorem egit Bazinii. 8. Febr. 1809. nominatus parochus l. r. cittis Szent-György, ubi † 24. Apr. 1814.

Trangusz Carolus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posenii 1792. absolvit. 1793. applicationem exspectavit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont. 28. Mart. 1797. nominatus capellanus localis in Hrussó. Hinc 7.

Aug. 1805. obtinuit parochiam Litava, ubi † 27. Maji 1820.

Trangusz Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1795. absolvit. 1796. ordinat. exspectavit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Windschacht et ab 1797. in Ujlak. 11. Jun. 1799. nominatus capellanus localis in Nagy-Kereskény. 1801. aedificium parochiale exstructum. Hinc 10. Jul. 1804. transivit in pari qualitate ad Nagy-Lehota, ubi 1809. parochia erecta. Inde 27. Aug. 1816. nominatus parochus in Nagy-Endröd una VADiac. distr. Nagy-Sallóensi. Exhinc 21. Apr. 1836. nominatus parochus in Garam-Szent-Benedek, una VADiac. distr. Kis-Tapolcsány. Fuit et com. Hont. et Bars. tab. jud. assessor. et conventus s. Benedicti de juxta Grón conventualis. † 16. Sept. 1838. in Kovácsi.

Tranosi, vel Tranossius Joannes. Theologiae in Pázmáneo studuit. 14. Apr. 1680. ordinatus. 20. Apr. e. a. investituram accepit pro aliqua indeterminata parochia in cottu Liptó. Subin parochus in Alsó-Kubin. In persecutione Tökölyana inexplicabiliter cruciatus, afflictus, ad vomitum coactus, tandem gutture praeciso decollatus penes fluvium, in superiori parte hujus oppidi obiit. Cujus caput decidit in aquam et totam rubicundam fecit, et ut ajebant, contra torrentem natavit. Hic neo-convertita fuit, filius praedicantis in oppido Liptó-Szent-Miklós. De hujus martyrio existit imago in parochia. (Ex matrica.)

Trazniczky Joannes, vide Strazniczky.

Trebics Matthias. Fuit 1559. parochus in Nagy-Herestyén, ubi eodem a. Joannes Derecskey peregit visitationem, qui de illo sic: «Bibulosus et luteranus, sacramenta non habet.»

Tremmer Ludovicus. Natus 7. Dec. 1852. Theologiam in Pázmáneo absolvit. 16. Jul. 1876. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagymegyér et ab 1877. Comaromii. 23. Maji ejusd. a. commissa illi fuit int. admin. in Nagy-Megyér. † 31. Jul. 1878. Comaromii.

Trencsányi Franciscus, Joannes. Nobilis Pruszkensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1735. baccalaureus, 1738. vero magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1740. absolvit. 27. Oct. ejusd. a. investitus parochus in Turócz-Szent-Péter. Hinc 8. Jul. 1745. Hajensis. Inde 27. Febr. 1753. in Ardanócz. Exhinc 5. Jul. 1754. in Alsó-Ludány,

ubi 30. Maji 1755. Antonius com. de Réva peregit visitationem, qui de parochia: «Vir caeteroquin est vitae integrae zeli in promovenda Dei gloria adeo magni, ut ejus indefessa sollicitudine et studio tum ecclesia Ardanóczensis, in qua prius erat, ad modernam, eamque elegantem formam, una cum domo parochiali assurexerit; tum hujas etiam brevi assurrectura, exspectetur.» Ecclesiam novam per Theresiam Berényi erectam 1761. ipse solus benedixit. † 9. Jul. 1773. Ibid.

Trencsényi, vel Trencsénszky Nicolaus. Theologiam in collegio generali terminavit. 8. Jul. 1663. ordinatus. 31. Aug. 1668. investitus parochus in Verbó. Hinc 1675. obtinuit parochiam Trencsén, ubi † 2. Nov. 1683. ex ictu apoplectico.

Trenkusz Andreas. Natus 29. Febr. 1836. in Nagy-Koszmály in cottu Bars. Theologiam in Pázmáneo absolvit. 27. Jul. 1859. ordinatus. Cooperator fuit in Verebély, dein Neo-Budae, Csasztvae, in Nagy-Tapolcsány et in Garam-Szent-Benedek. A m. Febr. 1869. parochus in Csesztve. Hinc 1876. transivit ad Mellek. Inde 29. Maji 1879. admin. in Litava, ubi † 16. Jun. 1886.

Tretter Matthias. Natus 19. Apr. 1840. in Haraszi in cottu Pest. Theologiam Strigonii absolvit. 26. Jul. 1866. ordinatus. Cooperatorem egit Neo-Budae. Ab 1868. Vetro-Budae. Ab 1871. valetudinem curans absque officio. 1872. educator herul. apud. com. Szapáry in Meran Nizzae et Posonii, usque 1878. Subin degit Bajnae penes Strig. 1879. administrandam accepit Kirva.

Trnka Jeremias. Fuit 1647. canonicus Scepusiensis. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. Qua talis vices parochi supplevit in Tepla, de quo visitator circa 1659. notavit: «SS. theologiae baccalaureus, homo perfectus. Etiam officia trium Szlec, quin et hebdomedarii canonici peragere cogitur.»

Trnka Raphael. Ex cassato ordine s. Pauli protoeremita ad servitia ADioecesana transumptus, ab 1787. primum egit parochum in Vicsap-Apáthi, quam 1795. resignavit. Pensione donatus. † 9. Maji e. a. Surankae.

Trohán Matthias. E seminario Budensi Szechenyiano. 1. Aug. 1768. factus cooperator in Thurán. 19. Maji 1770. investitus parochus in Turócz-Szent-Péter. Hinc 1773. transivit ad Turócz-Szent-Márton, quacum recidit ad neo-erectam dioecesim Neosoliensem.

Tron Jacobus, vide Thron.

Tröger Ignatius. Fuit parochus Menyhárdi-villae, ubi † 8. Jul. 1764.

Trpalik Joannes, vide **Terpalik.**

Trsztýánszky Alexander. A 4. Aug. 1740. parochum egit in Spácza. Hinc 23. Jan. 1741. investitus in Zsemlér. Inde 15. Mart. 1748. in Kőkeszi. 1763. extra beneficium constitutus quamvis communitas pro illo retinendo supplicaverit. † 16. Apr. 1774. in Nyék.

Trsztýánszky Andreas. 15. Mart. 1714. investitus parochus in Kvacván. Hinc 2. Jul. 1719. in Alsó-Kubin. Inde 9. Dec. 1734. in Szent-Anna, ubi eodem a. peracta conscriptio parochiae. In qua de domo parochi dicitur, quod sit lignea commode aedificata. Exhinc 13. Jul. 1743. Lieszkőfalvae, ubi † 4. Oct. 1747.

Trsztýánszky de Nádas Antonius. Theologiam cum a. quarto in semin. AEppali Posonii 1800. terminavit. 1801. qua diaconus Tirnaviae morabatur. Cooperatorem egit in Thaszár. 1. Maji 1806. nominatus parochus in Némethi in cottu Bars. Ab 1832. VADiac. districtus Szent-Benedek. 1836. factus spiritualis semin. Mariani. Fuit una conventus s. Benedicti de juxta Grón conventualis. † 25. Jan. 1847. Aetatis 57. in Trsztýena.

Trsztýánszky Franciscus. Natus 21. Apr. 1813. Windschachtae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 30. Sept. 1835. ordin. Cooperatorem egit in Ó-Bars a. 6., in loco natali a. 4. et medio. 15. Jun. 1846. constitutus admin. 1854. parochus in Felső-Szöllős, ubi † 6. Jan. 1882.

Trsztýánszky de Nádas Joannes. Trencsénensis. Qua alumnus collegii gen. 1689. baccalaureus, 1690. magister philosophiae. 21. Mart. 1691. ordinatus. Jam qua presbyter secundi a. theologus semin. rubrorum 5. Aug. 1692. investitus parochus in Nagy-Kér, ibi 30. Mart. ejusd. a. Emericus Pongrácz peregit visitationem. 14. Oct. 1694. visitatio iterata. 27. Apr. 1700. investituram accepit pro Egerszeg, una Úzbégh, Cseke et Nyitra-Vicsap, ubi eodem a. item Emericus Pongrácz peregit visitationem. † 1703. Ibidem.

Trsztýánszky Joannes. Theologiam cum a. tertio in semin. Mariano 1704. absolvit. 7. Mart. ejusd. a. ordinatus. 1709. obtinuit parochiam Báth, ubi 21. Nov. ejusd. a. Lutherani exturbati et 22. ecclesia parochi tradita. 18. Oct. 1713. investitus in Bozók. † 1720.

Trsztýánszky Joannes, Josephus. Trsztýen-

ensis ex cottu Trencsin. 21. Dec. 1715. susceptus ad alumnum Budensem. 8. Aug. 1720. investitus parochus in Tepla et Liptó-Szent-Mihály. † 28. Mart. 1759. Ibidem.

Trsztýánszky Joannes, Josephus. Ab 1720. parochus in Puszta-Födémes. 14. Oct. 1721. investitus in Vedröd. † 29. Jul. 1728. Tirnaviae.

Trsztýánszky Joannes. Szedlicsnae in cottu Trencsén natus. Qua alumnus semin. Mariani 1723. baccalaureus, 1724. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1727. absolvit. 8. Mart. ejusd. a. ordinatus 30. Sept. 1733. investitus parochus in Veszverés, ubi eod. a. peracta visitatio. Mense Sept. 1756. inquisitio supra phraenesi ipsius peracta. † 11. Jul. 1757. Ibidem.

Trsztýánszky Joannes. Theologiam in semin. Mariano absolvit. 1728. ordinatus. 7. Maji e. a. investitus parochus in Vedröd, ubi 1731. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parochi: «Annor. 29. in cura animar. 4. Cui singularem laudem dederunt, quoad munia et vitam intaminatam.» † 2. Jul. 1750. ibidem.

Trsztýánszky Joannes. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1817. terminavit. 22. Aug. ejusd. a. presbyter ordinatus. 1818. absque officio in Némethi morabatur. Subin cooperator in Alsó-Pél, ab 1821. in Nemcsény, ab 1824. in Garam-Szent-Benedek et demum in Bozók. 14. Aug. 1828. nominatur parochus in Némethi in cottu Hont. Fuit conv. s. Benedicti de juxta Grón conventualis. † 24. Febr. 1839. Ibidem.

Trsztýánszky Josephus. Natus 26. Febr. 1810. Windschachtae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 11. Sept. 1833. ordinatus est. Cooperatorem egit in Bozók et Kis-Tapolcsány a. 6. m. 11. A 5. Jun. usque 6. Jul. 1840. int. adm. egit in Nagy-Szelezsény. Eodem a. collatam accepit parochiam Nagy-Lehota. Introduxit sodalitatem temperantiae christianae, adeo ut pagus eflorerit. Parata herculeo labore commodior via ad filiam Kis-Ülés, quae 1856. benedicta. In eadem filia schola partim e collectione, partim expensis parochi aedificata. 3. Apr. 1857. nominatus parochus in Kis-Tapolcsány, ubi † 25. Apr. 1889.

Trsztýánszky Ladislaus. Theologiam cum secundo a. in semin. gener. 1763. terminavit. 17. Maji ejusd. a. missus pro cooperatore ad Udvarnok. 9. Sept. similiter ejusd. a. capellanus aulicus constitutus apud Laurentium L. B. de Réva. Hinc 14. Nov. 1764. cooperator applicatus in Znyó-

Váralja. Eodem a. accepit administrandam Tót-Próna. Inde 13. Maji 1765. missus pro cooperatore ad Koross. Sed jam 26. Jun. ejusd. a. investitus parochus in Nagy-Szelezsény. 1776. adscriptus dioecesi Nitriensi.

Trszyánszky Matthaeus. Árvensis. 1768. susceptus in alumnatum Budensem. 25. Mart. 1792. factus cooperator Oravkae. Mense Nov. 1809. constitutus admin. parochiae Radossócz, ubi † 17. Febr. 1810.

Trszyánszky Sigismundus. 10. Apr. 1740. investitus parochus in Galgócz. 1742. parochiam resignavit. Ingressus seminarium deficientium Tirnaviae, ubi † 9. Maji 1778.

Trubinyi Joannes. Natus 8. Sept. 1863. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 13. Maji 1887. ordinatus. Cooperatorem egit in Gajar. 1893. obtinuit parochiam in Dévényujfalu.

Trummer Joannes, vide **Frummer.**

Tschida Carolus, vide **Csida.**

Tucsnák Joannes. Fuit 1763. parochus in Svedlér, ubi † 30. Jul. 1770.

Tulaes Franciscus. Natus 3. Oct. 1800. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1823. absolvit. 1824. et 1825. in instituto presbyterorum transegit Strigonii, ubi 15. Aug. 1824. ordinatus est. 1826. curatum privatum egit in Virth. A 21. Jan. 1837. admin. in Duna-Szent-Pál, ubi 1. Jul. 1847. parochus nominatus. 1. Sept. 1845. hora 7. mat. exortum incendium 39. domos cum aede parochiali et lacero tecto ecclesiae consumsit. Idcirco ex 10,545 fnis, jam 1825. resolutis, 10. Mart. 1846. inchoata est demolitio veteris parvae ecclesiae, cujus ara, sub turri in semi alterius orgiae spatio stetit, nova ecclesia strui cepta; sed populo propriis aedificationibus occupato, protractum opus adeo, ut tantum 20. Dec. 1849. benedici potuerit. 1846. etiam parochia nova et amplior aedificata, eousque parochus sub turri antiquae ecclesiae habitavit. Hortum et aulam trituraturae ampliavit, agros 1864. 35. jugeris auxit. † 3. Nov. ejusdem a. Ibidem.

Tulay Martinus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1827. terminavit. 21. Aug. ejusd. a. ordinatus. 1828. in domo presbyterorum transegit Strigonii. Cooperatorem egit in Ó-Tura, ab 1833. in Ujvároska. 1834. obtinuit parochiam Hrachovistye. Hinc 1844. transivit ad Ujvároska, ubi † 2. Aug. 1849. Aetatis 47.

Tulok Franciscus. Natus in Gyöngyös-Pásztó

in Cottu Heves. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. Posen. 1786. terminavit. 1787. transegit in domo presbyterorum s. Josephi Tirnaviae. Cooperatorem egit in Tölgyes. 30. Sept. 1791. nominatus capellanus localis in Helemba. Hinc m. Dec. ejusd. a. transivit ad Ebed. 22. Jun. 1800. nominatus parochus in Kis-Gyarmat. Homo opulentus novem famulos intertenuit, in Grano molam et in Zalaba vineas habuit Celebratum ad filiales sex equis ducto curru satellitibus cincto ivit. 1802. parochia combusta, novam struxit. 1813. canonica visitatio peracta. † 18. Nov. 1814. Aetatis 54. Sepultus in coemeterio ante crucem per ipsum adhuc in vivis erectam.

Tupy Georgius. Galgóczensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1733. baccalaureus, 1734. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1738. absolvit. Eodem a. obtinuit parochiam Cziffer, ubi † 23. Apr. 1752.

Turányi Martinus. Szerdahelyiensis. Ab 1730. Philosophiam et theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 24. Maji 1735. investitus parochus Jókáe. 1737. per concilium in sequelam instantiae parochi in locum vetustae ecclesiae, cujus sanctuarium qua sacristia modernae ecclesiae deservit, nova erigi incepta. Hinc 9. Maji 1747. investituram accepit in Tardoskedd. Inde 1749. obtinuit canonicatum Poseniensem. 18. Sept. 1754. installatus Strigoniensis. 5. Dec. 1757. ADiac. Nitr. Crucem pro turri ecclesiae Jókensi donavit, quae 11. Oct. 1771. inposita est. Fuit abbas B. M. V. in Madocsa et s. Crucis ad Muram. † 20. Maji 1773. Tirnaviae. Reliquit 1000 fnos pro sacris in Jóká celebrandis. Auxit fundum pauperum.

Turaz Michael. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. 19. Sept. 1687. ordinatus. Pro praebendato E. M. Strig. applicatus. 16. Oct. 1688. investitus parochus in Nagy-Jác. Hinc 27. Mart. 1691. in Maniga. Inde 1. Jun. 1695. in Ternye. Exhinc 4. Jun. 1699. in Nagy-Rippény, ubi 1700. Emericus Pongrácz peregit visitationem. Usque 1704. activus erat. 8. Jul. 1706. investituram accepit pro Tót-Gurab. Hinc 27. Apr. 1715. in Keresztúr. Demum 28. Apr. 1721. in Zavar, ubi usque 1723. activus fuit.

Turcsányi de Eadem et Krstyánfalva Adalbertus. Natus 4. Jul. 1850. Theologiam in a. quartum in semin. s. Stephani absolvens. 2. Jan. 1873. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nemcsény. 1879. int. adm. ibidem constitutus, postea

iterum cooperator. 1. Sept. 1879. admin. in Csesztve. 1887. obtinuit parochiam Csiffár. Notar. distr.

Turesányi Carolus. Natus 3. Sept. 1794. Theologiam cum a. quarto in semin. s. Stephani 1816. terminavit. 1817. qua diaconus in Lédecz degit. 9. Sept. ejusd. a. ordinatus. AA. LL. et philosophiae doctor graduatus. Applicatus praebendatus chori E. M. S. 1820. praefectus studior. in semin. s. Stephani. Ab 1821. una professor literaturae hung. in lycaeo ejati. Ab 1822. historiam tradidit. Ab 1831. seminariorum Tirnaviensium vice-rector, una consistorii ejatis assessor. 16. Maji 1832. nominatus parochus in Bajtha. Inde 12. Dec. ejusd. a. transivit ad Mocs, ubi † 21. Apr. 1837.

Turesányi Joannes. Neosoliensis. 1. Nov. 1737. susc. pro alumnatu Budensi. Theologica studia in semin. s. Stephani absolvit. 15. Jan. 1741. missus pro cooperatore ad Vágújhely, ubi in septimum annum operabatur, dum 2. Mart. 1747. investitus parohus in Galgócz. Ibi 29. Apr. 1755. Antonius com. de Réva peregit visitationem, qui de parochia: «Vir caeteroquin est vitae integrae, sobrius, praelatis suis obediens. Tonsuram et vestitum statui suo conformem deferens, rituum et caeremoniarum ecclesiae bene gnarus et observans.» Activus erat usque 1757. Subin 1760. investitus in Felső-Vesztenicz cum quo beneficio incorporatus dioecesi Nitriensi.

Turesányi Mathias. Natus 3. Jun. 1822. in Lédecz. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Vienneae absolvit. 15. Jan. 1847. ordinatus. Cooperatorem egit in Aranyos-Maróth, ab 1848. Pestini ad s. Josephum. Ab 1852. professor doctrinae religionis et exhortator penes gymnasium Budense. 1853. professor theol. fundament. et dogmaticae ad semin. s. Stephani applicatus. 1860. obtinuit parochiam Komjáth. Ab 1893. canon. hon. Strigon. Est una examinador synodalis.

Turesányi Stephanus. Theologiam cum a. quarto in arce Posonii 1791. terminavit. Dein accomodationem exspectavit Tirnaviae. Ab 1792. cooperator in Vág-Szerdahely. 1796. capellanus loc. in Hosszufalu, quam 1800. resignavit. Inter deficientes Tirnaviae degit. † 18. Sept. 1801. Ibidem.

Turesák, vide Gyuresák, vel Juresák.

Turesek Josephus. Natus 16. Dec. 1851. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1874. absolvit. 26. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Surány, ab 1877. in Udvard et

Vágújhely. 1885. int. admin. in Pobedim, ubi 28. Aug. ejusd. a. parochus constitutus.

Turesek Joannes. Theologiam cum quinto a. cursu practico in arce Posoniensi 1789. terminavit. 1790. in domo presbyterorum Tirnaviae transegit. Cooperatorem egit in Aranyos-Maróth, ab 1792. Pestini ad s. Josephum. 13. Dec. 1796. nominatus parochus in Maria-Nostra. Hinc 1799. transivit ad Bélaház, ubi † 16. Oct. 1831.

Turják Franciscus. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1800. terminavit. Cooperatorem egit in Windschacht, ab 1801. in Balassa-Gyarmat, ubi illi a 24. Aug. 1802. usque 30. Sept. administratio commissa. Hinc cooperatorem in Nagy-Ölved. 1805. obtinuit parochiam Maria-Nostra. Inde 6. Jun. 1814. Bajóth, ubi † 1. Maji 1844. Aetatis. 68.

Turkovics Georgius, vide Jurkovics.

Turkovics Georgius. 12. Jun. 1699. ad titulum mense Adami com. Kollonicz ordinatus. 25. Nov. ejusd. a. investitus parochus in Felső-Zsember. Hinc 27. Apr. 1703. in Kormos. Inde 6. Mart. 1706. in Spácza. Exhinc 1709. obtinuit Vedrőd, ubi usque 1728. activus erat.

Turkovics Joannes, Alexius, Ignatius. Senquiczensis. Qua alumnus semin. gen. 1656. baccalaureus, 1657. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit. Eodem a. ad titulum eppi Nitr. ordinatus. 1663. baccalaureus ss. theologiae. Ab 1662. in Bajmócz applicatus fuisse asseritur (Schemat. hist. Neosol. 1886. 370.) 15. Jul. 1667. investitus est praepositus curatus ibidem. 27. Febr. 1676. ad preces fiscalis Benyovszky in Szucsán attestaciones percepit. Pro servitio ecclesiae suae duos clericos in collegio gener. Tirnaviae fundavit. Quae fundatio sub Josepho II. in fundum semin. gener. commassata est. † 1691. Parochis Brezanensi, Chrenocensi, Gajdlensi et Koosensi pro sacris votivis centenos singulis florenos legavit.

Turkovics Laurentius. Fuit usque 1634. parochus in Dévén. De quo Georgius Draskovics in visitationis instrumento notavit: «Croata, vir integerrimus, non ita pridem peste extinctus. Neminem habuit successorem, quia et lues adhuc ibidem grassatur et parochus difficulter reperitur eo quod tam croatice, quam germanice concionari sit necesse.»

Turkovics, vel Jurkovics Martinus. 1624. in Pázmáneó philosophiae studuit. Qua parochus

Nagy-Lovcsensis interfuit 4. et 5. Oct. 1630. Tirnaviae celebratae synodo. Subin parochum egit in Sancto Nicolao. 1634. parochus fuit in Nahács, ubi eodem a. Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de illo: «Parochum a die Pentecostes agit. Collegii Pazmanii olim incola. Contulit se huc e s. Nicolao, ubi propter coloni conjugem male audiebat. Nec abhorret a nimio vino. Alias in literis profecit et a concionibus laudem obtinet.» † 1639.

Turkovics Martinus. Biogocziensis ex cottu Posen. 6. Nov. 1718. susceptus in alumnatum Budensem. 27. Sept. 1719. expeditus in curam animarum. 30. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Nagy-Modró, ubi 11. Oct. 1727. successorem nactus.

Turkovics Martinus. 16. Jul. 1675. investitus parochus in Nyitra-Sárfő, ubi usque 1686. operatus est.

Turn Michael, vide **Thurn.**

Turnay Martinus, Stephanus, Valentinus. Nahácsensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1662. accessit ad audiendam theologiam scholasticam. 19. Jul. 1663. promotus magister philosophiae. Theologiam cum a. quarto in Pázmáneo absolvit. 27. Maji 1668. investitus parochus in Valaszka-Béla. Hinc 20. Maji 1672. in Lutila, ubi 1674. Andreas Péterfy peregit visitationem, qui de illo notavit, quod sit 31. annor. Inde 3. Maji 1679. investituram accepit in Csejthe, ubi usque 1692. operatus est. Tunc aliorum transivit, sed reversus et 18. Aug. 1695. iterum investitus. Ibi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de illo: «Slavus, annor. 52. sacerdos 28. hic 15. annis. Queritur filialistas absque scitu illius sepeliri; item contra comitem Bercsényi, quod usuet terras parochiales ab antiquo spectantes.» Commissionem accepit cum aliquibus sociis, ut in dominio Csejthensi ecclesias per Lutheranos occupatas revindictet. Hoc in respectu 26. Jul. 1699. notificat, quod illas in Miava, Brezova, Verbó et Krajna ob inflectibilem obstinatiam revindi-

care non potuerit. In parochia sua plures acatholicos ad avitam fidem reduxit. † 16. Apr. 1710. Ibidem. De quo successor notavit, quod fuerit zelozissimus pastor animarum.

Turnay Michael. Theologiam cum a. quarto et cursu speculativo in semin. Mariano 1703. terminavit. 17. Maji 1704. presbyter ordinatus. 1. Maji 1705. investitus parochus in Nagymodró, ubi incepit matricam scribere, usque 1708. occupatus fuit. 23. Jan. 1711. investituram accepit in Komjáth et Nagy-Surány. Ibi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parochio: «Sacerdos in 9. in cura 7. annis. Commendatur ab omnibus, nam divina zelose peragit.» In Surány usque 1714. activus erat, retento sibi Komjáth, ubi † 17. Oct. 1718.

Turturani Thomas. 6. Maji 1676. investitus licentiatu in Nagy-Hind, ubi usque 1688. activus erat.

Tuzinszky Michael. Fuit 1697. parochus in Lucsivna.

Tvrđy Joannes. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1814. absolvit. Cooperatorem egit in Selmeczbánya, ab 1815. in Balassa-Gyarmat, ubi 1. Oct. 1817. parochus nominatus. Fuit com. Neograd. et Hont. tab. jud. assessor. † 18. Apr. 1840. Ibidem.

Tyapuska Stephanus. Vozokánensis. 1747. ex Emericano missus ad alumnatum Budensem. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Adalberti absolvit. 10. Apr. 1752. missus pro cooperatore ad Kolos. 20. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Prassicz, ubi 4. Jun. 1755. Antonius com. a. Réva peregit visitationem, qui de parochio: «Vir caeteroquin et vitae integrae, sobrius, praelatis suis obediens. Tonsuram et vestitum statui suo conformem deferens.» 1756. confraternitatem s. Rosarii introduxit. Industria illius aedificata ecclesia parochialis, suis, parochi et Theresiae com. Berényi impensis. † 24. Apr. 1760. Ibidem.

Tyessinszky Antonius. Fuit ab 1664. usque 1672. parochus in Pernek.

U.

Udalricus. Fuit 1519. plebanus de Monte Georgii, in fraternitate regali. Solvit decimas papales 8 f. 3. d. (Wagner, Anal. Scep. II. 194.)

Udvinaz Mathias. Mense Jun. 1689. investi-

tus parochus in Horvát-Gurab, ubi usque 1691. activus erat. 1695. accepit parochiam Bazin, ubi jam sequenti. 1696. a. successorem nactus.

Ugrini Georgius, Josephus. Theologiam in

Pázmáneo absolvit. Cooperatorem egit Posonii. 1. Febr. 1708. investitus parochus Bazinii, ubi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parcho: «Annor. 40. Sacerdos 10. Vir bene doctus et politus. 1723. vero conscriptio peracta, in qua parochus a. 50. in cura animar. 10. esse notatur. Sub illo 1714. monasterium Capucinorum fundatum. † fine a. 1724.

Ugróczy (Springer) Josephus. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1803. terminavit. Cooperatorem egit in Selmezbánya. Ab 1805. praebendatus eccl. coll. Poson. ad s. Martinum. 1807. concionator et cooperatorem ibidem. 22. Febr. 1810. obtinuit parochiam in Récse. Hinc 30. Apr. 1814. transivit ad Szent-György, ubi † 2. Aug. 1828. Aetatis 49. Ex cancrena stomachi.

Ugróczy Matthias, vide **Uzeróczy.**

Ugróczy Michael. Bajmóczensis. Brunae rhetoricae studuit. 1626. obtinuit parochiam Várkony. 1630. interfuit synodo Tirnaviae celebratae. 1634. Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de illo: «Est vero parochus octennio, quadragenarius. Simplex et apertus, attamen rei familiaris nimia diligentia laborare videtur, ut proinde fruges suis manibus messuerit, quare increpatus. Caruisse se messoribus respondit. Gallinas ipsemet curat et rem domesticam omnem administrat. Neque tamen officium divinum negligit; licet aquae ac intervallum pagorum, praesertim in Bős eunti, sit magnum. Nobilis quidam conviciis eum affecerat et omnes ecclesiasticos graviter prosciderat, perfecti ut publice scelus expiare debuerit.» 25. Jul. 1635. aliquam citationem peregit.

Ugronovics Stephanus. Ab 1632. in Bélaház. Ubi 1634. Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de illo notavit: «Agit secundo anno parochum. Ex bonis Veselenianis huc migravit. Annos natus 50. Ego eum haud introduxi. Vir probus et coelebs, sed admodum cholericus, et si multum bibit, quod facile caput occupat, plane in amentiam et furiam vertitur. Ungarica, slavonica et germanica lingua peritus, nec in ceteris rudis.»

Ugronovics Joannes, Michael. Egerszegiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1723. baccalaureus, 1724. magister philosophiae. Theologiae per duos a. in eodem semin. studuit. 21. Dec. 1726. ordinatus. Missus pro cura animarum Jekelfalvam in Scepusio. Hinc 13. Apr. 1728. investitus pa-

rochus in Egerszeg, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parcho, quod sit presbyter 6. annis, hic in quartum. † 1732.

Uhl Carolus. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1804. terminavit. 1805. qua subd. et 1806. qua diaconus Budae in cancellaria officii vicariali occupatus fuit, 1807. actuarium et protocollistam egit Strigonii in vicariali officio. Hinc absque officio Budae. 1808. herulorum com. Viczay in Hédervár praefectus constitutus. 1812. protonotarii apostolici dignitate decoratus. Ab 1823. Posonii domicilians una Ursularum conf. extraord. constitutus. 1825. item capellae hospitalis civici admin. factus. 1727. praefecti munus resignavit. 1841. item confessarii, remanens tantum in hospitali civico, ubi et † 29. Nov. 1843. Aetatis 64.

Uhlarik Joannes. Natus 28. Oct. 1819. Theologiam in semin. Mariano 1842. terminavit. 1843. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 15. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Pudmericz. 7. Dec. 1849. obtinuit parochiam Istvánfalva, quam 2. Maji 1857. resignavit ingressus Societatem Jesu.

Uhlarik Josephus. Noszticzensis in cottu Trencsin. 1762. susceptus in alumnum Budensem pro theolog. morali. 24. Sept. 1763. ordinatus. 29. Sept. 1764. factus coop. in Nyék. Hinc Szakolczam missus. 27. Maji 1767. investitus parochus in Valaszka-Béla. Hinc 3. Jan. 1769. in Nagy-Szuha. Quam resignavit et 7. Jul. 1771. missus pro cooperatore ad Lakács. Hinc 4. Nov. 1772. ad Nemcsény. 25. Jan. 1775. investitus parochus in Turócz-Szent-Péter, quo cum beneficio ingremiatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi. Ex qua reversus. 9. Jun. 1784. nominatur parochus in Soóshartyán, quam 21. Jul. 1787. resignavit. 2. Febr. 1788. constitutus admin. in Thaszár, ubi † 20. Dec. e. a.

Uhrovics Thomas. 21. Aug. 1673. investitus parochus in Bazin. Hinc 7. Maji 1677. in Holics, ubi usque 1678. activus erat. 21. Nov. 1683. investituram accepit in Detrekő-Szent-Miklós, ibi usque 1685. operatus fuit.

Ujaszdovszky Georgius. Scepusita. Theologiam cum secundo a. in semin. s. Stephani 1773. terminavit. Praebendatus Posonii quinque quadrantibus anni. E ruina pectoris curatus per duos annos. 1775. applicatus praefectus apud com. Eszterházy. 1776. cooperatorem in Vittencz. 7. Maji

1779. investitus parochus Bajnae in cottu Nitr. 6. Jun. 1780. visitatio Batthyianiana peracta, in cuius protocollo notatur, quod sit dummodo valetudinis firmas. 1782. primus lapis ecclesiae positus. Eodem a. debitis relictis discessit. Hinc E. M. Strig. praebendatum egit. 5. Jun. 1783. nominatus parochus in Rohó. 12. Nov. 1787. refert, parochiam vix inhabitari posse. Ibi 20. Sept. 1788. visitatio Batthyianiana peracta, in qua notatur: «Destructus qua praebendatus, quietiori officio indigeret.» 17. Sept. 1790. nominatus parochus Korompae. 18. Oct. 1796. cooperatore ecclesiasticus ibidem stabilitus. Eodem a. molitur novi templi erectio. 1804. com. Brunszvik pro hoc scopo bis mille finos offert. Ulteriora molimina exspectare pertaesus 20. Maji 1804. ad quietem recessit et institutum emeritorum parochorum ingressus. † 24. Aug. 1814. Tirnaviae.

Ujbányai Leonardus, vide **Leonardus de Regiomonte**.

Ujfalusy Franciscus. Körtvélyesensis ex cottu Scepus. 1747. absolutus theolog. primi anni ex semin. Mariano, missus ad alumnatum Budensem. Hinc 24. Maji 1749. pro capellano ad eppum Máriássy expeditus ad Scepusium. 1763. parochus in Szepes-Ófalu. Ab 1765. in Svabócz, quacum ingremiatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Ujházy Franciscus. Poseniensis. Qua alumnus semin. gener. 1747. baccalaureus, 1748. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1752. terminavit. Mense Apr. ejusd. a. missus pro cooperatore Vetero-Budam. 24. Febr. ejusd. a. constitutus praebendatus capituli M. E. Strig., 7. Maji 1753. investitus parochus in Magyarbél. Hinc 20. Dec. 1762. in Cseklész, quorsum 14. Febr. 1763. transivit. Inde 19. Nov. 1769. investituram accepit in neo-erecta parochia Virágvölgy. Scholam ibi existentem acatholicam, aug. c. interdixit, quapropter 29. Apr. 1771. contra illum causa mota, et 26. Dec. e. a. eadem schola concessa. † 18. Febr. 1775.

Ujhelyi Joannes. Natus 11. Maji 1743. Pappae. 1762. baccalaureus, 1766. magister philosophiae. Cooperatorem egit Vetero-Budae. 23. Jan. 1768, missus Sexardium. 17. Maji 1773. investitus in neo-erecta parochia exemta Szajk. Inde 1774. transivit ad Szebény, quacum incorporatus dioecesi Quinque-Ecclesiensi. † 20. Apr. 1799. Sepultus in ecclesia parochiali infra cathedram.

Ujhelyi Joannes. Ab 1808. cooperatore in

Holics et ab 1809. in Aranyos-Maróth. 22. Maji 1812. nominatus parochus in Velsicz, ubi † 16. Sept. 1827. Aetatis 42.

Ujhelyi Josephus. Theologiam cum quinto a. in Pázmáneó 1781. absolvit. Cooperatorem egit Pestini ad Assumt. 10. Apr. 1789. nominatus parochus in Taksony. Hinc 5. Jan. 1809. transivit ad Hidaskürt, ubi 1813. Ignatius Zimányi peregit visitationem, qui illum: «Virum egregium et praeclarum sacerdotem» extollit. † 14. Aug. 1839. Aetatis 84. Fuit conv. s. Benedicti de juxta Grón conventualis.

Ujságh Stephanus. Natus 11. Jun. 1802. Vittenczii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 15. Oct. 1828. ordinatus. Cooperatorem egit Hodrusbányae, 1829. Holicsii, 1830. in Sasvár et Tirnaviae. 6. Oct. 1835. constitutus admin. 1844. nominatus parochus in Alsó-Dombó. 1855. surr. subin ord. VADiac. distr. Jókő. 1856. communitas incendio majori parte conflagravit etiam schola. Pro schola domum parochialem et pro hac propriam domum, una cum sessione coloniali 10. Jul. 1857. praescripsit. 25. Maji 1869. beneficium resignavit et degit Tirnaviae, in domo propria, ubi † 26. Apr. 1870. Fecit amplas fundationes.

Ujváry Andreas. Fuit 1630. licentiatum in Egegh. Interfuit synodo per Petrum Pázmány 4. et 5. Oct. e. a. Tirnaviae celebratae.

Ujváry Gabriel, Ladislaus. Ex Elő-Tejed e cottu Posen. Patre capitaneo, qui ad Bányalukam in bello turcico occubuit. Qua alumnus semin. s. Stephani 1746. baccalaureus, 1747. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1750. terminavit. 26. Aug. e. a. missus pro cooperatore ad Duna-Szerdahely, 29. Febr. 1752. ad Galántha. 3. Febr. 1755. investitus parochus in Alistál. Ibi eodem a. Joannes Galgóczy peregit visitationem. 2. Apr. 1758. in Tornócz. 1770., 1776. et 1782. contra illum inquisitiones motae. 28. Oct. 1779. visitatio Batthyianiana peracta. † 9. Jan. 1788. Aetatis 63.

Ujváry Gabriel. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. 1771. terminavit. Cooperatorem egit in Balassa-Gyarmat. 19. Sept. 1772. investitus parochus in Csáb. Hinc m. Nov. 1774. transivit ad Puszta-Födemes. 1776. habuit causam disciplinarem. 1779. beneficium resignavit et in Érsekujvár domiciliavit, ubi † 1812.

Ujváry Georgius. Comaromiensis. 1754. susceptus in alumnatum Budensem. 2. Oct. 1757.

ordinatus. 5. Nov. e. a. missus pro cooperatore ad Rimócz. 7. Apr. 1758. ad Nyék. 18. Jul. 1761. investitus parochus in Gyerk, ibi 1766. per Emericum Foglár conscriptio peracta. Hinc 14. Nov. 1767. in Gesztete, per cambium cum Michaele Danis: Inde 1773. constitutus beneficiatus Strigonii in capella Bakacsiana. Exhinc 1. Mart. 1782. obtinuit parochiam Szémő. Inde 19. Apr. 1795. Szete per cambium cum Andrea Vadász, ubi 4. Dec. 1799. successorem nactus. Hinc deficiens. 1801. constitutus capellanus localis in Darnó. Ab 1804. iterum deficiens. Mense Majo 1806. commissa fuit illi admin. in Boldogfalva. A m. Oct. 1808. deficiens. 1809. hospitalis militaris castrensis capellanus. Ab 1811. iterum deficiens. † 24. Jan. 1814. Aetatis 78. m. 4. die 41. In Szémő.

Ujváry Joannes. 1671. logicae studuit in Pázmáneo. 1. Maji 1676. investitus parochus in Alistál. Hinc 25. Apr. 1679. in Táth, nunc filia ad Dorogh.

Ujváry Joannes. Ab 1712. licentiatus in Izza. Ubi 1714. Paulus Olasz peregit visitationem, in cujus instrumento notavit: «Licentiatus pro tempore, hic in secundum a., poeta absolutus, aetatis 27. Templum ex quadratis lapidibus a pago dissitum praepositurae s. Thomae eppi Cantuar. in capitulo Strig. fundatae. Dotis nulla superest memoria, quare actualis praepositus s. Thomae Ladislaus Pyber in dotem assignaverat agros et prata, ut ex inde fabrica inchoari posset. In capella catholicorum ex arundine structa, per licentiatum singulis diebus perleguntur piae orationes, diebus autem festis postillares conciones. In majoribus festivitatibus per PP. Franciscanos celebrantur missae et conciones habentur.» Activus fuit usque 1722.

Ujváry Stephanus. Szecsőensis ex cottu Pest. 9. Nov. 1725. susceptus in alumnum Budensem. 18. Sept. 1728. ord. 4. Sept. 1728. pro cura animarum expeditus. 8. Oct. ejusd. a. investitus parochus in Karancsságh. Hinc 5. Oct. 1730. in Kövesd. Inde a m. Maji 1733. usque m. Jul. e. a. in Baka occupatus fuit. Extra beneficium constitutus. † 7. Aug. 1747. in Szecse.

Ujváry Stephanus. Nobilis de Eadem, e cottu Bars. Qua collegii gener. alumnus 1679. baccaureus, 1680. magister philosophiae. Theologiam ibidem inchoavit. Romae in collegio s. Apollonaris terminavit. Redux parochum egit in exemta Pápa. 22. Apr. 1691. installatus canonicus Strig.

Dum post installationem redire vellet Papam † 29. Apr. Posenii, apud Franciscanos.

Ujvendéghy Franciscus. 1695. in Pázmáneo logicae studuit, ibi et theologiam absolvit. 30. Apr. 1702. investitus in aliqua indeterminata parochia in cottu Tornensi. Etquidem collata fuit illi Lucska. Hinc 30. Oct. 1705. investituram accepit in Kraszna-Horka-Váralja, ubi usque 1726. activus erat.

Ujvendéghy Joannes. Filius Tirnaviensis. Studia theologica in Pázmáneo absolvit. 1699. quarti anni theologus et jam presbyter. 28. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Lészkó, 27. Aug. ejusdem anno transivit ad Tardoskedd, cujus tunc filiales erant Keresztúr, Megyer, Söle et Szelőcze. In Majo 1710. accepit Százpatak. Hinc transivit m. Mart. 1711. ad Galántha. Ex hac parochia 12. Apr. 1719. elevatus est ad canonicatum Strig. et immediate missus ad praefecturam Strigoniensem. 10. Nov. 1722. Honthensis, 24. Aug. 1735. Comaromiens et 22. Dec. 1737. Zoliensis ADiac. installatus. 1749. cantor capituli. Fungebatur etiam 1733. munere praefecti seminarii s. Stephani regis. Fuit etiam altariae Rimaszombatiensis rector et protonotarius apostolicus. 1751. solemnes secunditias Posenii in praesentia Mariae Theresiae reginae celebravit. † 26. Jun. 1760. Tirnaviae. Aetatis 85.

Ulmer Georgius. Natus 27. Febr. 1840. Pestini ad s. Leopoldum. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 28. Febr. 1864. ordinatus. Cooperatorem egit in Ipolynyék, mox in Buda-Eörs. 1874. obtinuit parochiam in Kisoroszi. Hinc 21. Jan. 1880. transpositus ad Visegrád. Inde 1888. obtinuit Buda-Eörs.

Ulricus. 1429. rector parochialis ecclesiae b. Nicolai in Püspöki. Ita scribitur in donationibus Georgii de Palócz AEppi Strig. de a. supra dicto. (Ex antiquo libro eccl. Püspökienzi.)

Ulricus. Cubicularius, secus Kammerknecht vocatus. Ordinatus Vitenbergae. Videtur 1558. introductus plebanus Selmezbányensis. Jam tunc doctrina novatorum ibi sparsa; nam 10. Apr. 1549. magistratus ejas scripsit Vitenbergam ad Philippum Melanchthonum ut Nicolaum Herkó, aut Eberhardum Schnepf, pro curatore animarum mittat. 10. Apr. 1558. Nicolaus Oláhus ad Ulricum et ceteros ibi existentes animarum curatores ex Vienna scripsit. Ille 27. Sept. e. a. Cremniczi iterfuit conferentiis montanarum civitatum curatorum, ubi se in

protocollo subscripsit: «Evangelii minister, pastor t. t. Schemniczii, fuerat Kammernknecht ante hac dictus.» Joannes Derecskey in instrumento visitationis 1561. peractae de illo notavit: «Plebanus est summus et pessimus haereticus, cum quo jam per triennium multa certamina habui: sed absque dubio perseverat in sua coecitate, quem citavi ad futuram synodum. Literasque Vestrae R. D. ad eum scriptas eidem praesentavi.» 1565. vel 1566. valedixit Schemnicziensibus et in Silesia resedit. (Klein, Nachrichten von den Lebensumständen Evang. Prediger II. 86.)

Unger Carolus. Natus 14. Mart. 1820. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1842. absolvit. 1843. in instituto presbyterorum transiit Strigonii. 15. Jul. 1843. ordinatus est. Cooperatorem egit Dejthae, et 1846. in Hidas-Kürth. A 4. Nov. 1849. administravit Szokolócz, abducto ad carceres parochus Alexandro Csóka, illo 1850. mortuo, ultro quoque remansit administrator. Hinc 20. Febr. 1855. infirmitate pressus recepit se Posonium, ad avunculum suum Nicolaum Cherrier canonicum, ubi † 6. Apr. 1856.

Ungváry (Pisely) Georgius. Natus 3. Oct. 1814. Theologiam in Pázmáneó 1836. absolvit. 26. Oct. 1837. ordinatus. Capellanum domesticum egit Guilielmi L. B. Weisz in Kálász. Ab 1839. cooperatorem in Dorogh, ab 1841. Budae ad s. Annam, ab 1842. ad Assumt. in Praesidio. Fuit tunc sed. praed. de Vajka et Érseklél tab. jud. assessor. Ab 1845. jam qua Ungváry coop. Pestini ad Ass. Ab 1848. legionis equestris ADuc. Ferdinandi de Este nro 3. capellanus castrensis. Haec legio subin Caroli Bavariae principis nomen gessit. 4. Febr. 1868. nominatus curatus in Bajcs. 14. Oct. 1876. adnumeratus membrus instit. s. Adalberti. Degit Viennae, ubi † 18. Jul. 1887. Fuit ss. theologiae baccalaureus.

Ungváry Joannes. 16. Maji 1695. investitus parochus in Lédecz, ubi usque 1698. activus erat.

Ungváry Josephus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1814. terminavit. Cooperatorem egit in Lekér, ab 1817. in Gyerk, ab 1818. absque officio Tirnaviae morabatur, ab 1822. in Duna-Szerdahely. 1823. obtinuit parochiam Dercsika. Fuit cof. Comar. et sed. praed. de Vajka et Érseklél tab. jud. assessor. † 29. Jul. 1833. Ibidem.

Ungváry Michael. 10. Nov. 1690. investitus parochus in Alsó-Botfalva. Hinc 30. Jan. 1691.

in Korpona. Inde 19. Apr. 1693. in Ipoly-Nyék, ubi usque 1697. activus erat.

Unruh Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. Pestini 1810. absolvit. Cooperatorem egit Selmezbányae tribus annis. 9. Sept. 1814. nominatus parochus in Steffoltó. Hinc 27. Dec. 1827. in Pjerg-Szelákna, ubi † 6. Mart. 1830.

Uradnicsek Blasius. 20. Mart. 1672. investitus parochus in Szebeléb, ibi 1684. a rebellibus captus, quinque diebus tyrannice tractatus, in substantia 300 flinor. damnificatus et medio obsidum liberatus est. 26. Jul. ejusd. a. investituram accepit Polonkae. Hinc 15. Maji 1685. Hodrusbányae, ubi usque 1687. activus erat.

Uránovics Martinus, vide **Vranovics.**

Urbanek Adamus. Vágújhelyiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1705. baccalaureus, 1706. magister philosophiae. Theologiae in collegio Romano studuit et doctor creatus est. 19. Oct. 1711. nominatus parochus in Pobedim, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de illo: «Sacerdos in quintum, in cura tribus annis. Perficit munia sine querela.» Hinc 16. Apr. 1715. transivit ad Cseklész, ubi usque 1731. activus erat.

Urbanek Franciscus. Natus 2. Apr. 1790. Selmezbányae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae 1813. absolvit. 8. Aug. ejusd. a. ordinatus. Concionatorem egit Posonii ad s. Salvatorem. 1815. succentor ibidem penes capitulum coll. 1817. concionator ad s. Martinum. Mense Jun. 1819. obtinuit parochiam Ivánka. Hinc 1. Jan. 1835. ad Bohunicz. Inde per cambium cum Ignatio Alkusz 1. Maji 1836. obtinuit Majthény. 19. Mart. 1857. installatus canonicus Posoniensis. 3. Mart. 1866. cum titulo abbatiae s. Aegydii de Bártfa ac ins. ordine Francisci Josephi eques decoratus. Fuit pomologus optimi nominis, late celebratus. † 6. Jan. 1880.

Urbanicz Nicolaus. 1630. parochus in Besztercze. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae. Ab 1637. in Horvátgurab, ubi usque 1647. activus erat.

Urbánovics Georgius. 29. Mart. 1715. investitus licentiatus in Dömös.

Urbánovics Joannes. 28. Mart. 1676. investitus parochus in Lokcza, ubi usque 1677. activus erat.

Urbánovszky Georgius. 3. Jan. 1732. investitus parochus in Podola. Hinc 18. Jun. 1740. in Krakován, una distr. Csejthensis VADiac. † 18. Dec. 1751. in Krakován. Aetatis 50.

Urbanovszky Joannes, Franciscus. Theologiam cum a. quinto in arce Posoniensi 1787. terminavit. 1788. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Balassa-Gyarmat, ab 1792. Budae ad s. Annam. 24. Sept. 1794. nominatus parochus in Felső-Vásárd. Ab 1807. spiritualis in semin. s. Stephani, una professor doctrinae religionis in lycaeo AEppali. 26. Jun. 1811. nominatus parochus in Üzbég, una VADiac. distr. Galgócz. Cottus Bars. tab. jud. assessor., conv. s. Benedicti de juxta Grón conventualis. † 10. Oct. 1813. ibidem.

Urbanovszky de Eadem et Benyov Joannes. Natus 1761. Apr. 12. in Urbanov cottu Trencsén. Theologiam cum a. quinto in semin. gen. 1787. absolvit. Cooperatorem egit in Süttö, et in Csév. 6. Oct. 1805. nominatus parochus in neo-erecta parochia Dágh, quae hactenus filia fuit ad Csév. Hinc 18. Jan. 1823. transivit ad parochiam in Csév, ubi † 10. Sept. 1842. Sepultus in communi coemeterio.

Urbanovszky Josephus. Urbanoviensis ex cottu Trencsén. 1749. susceptus in alumnatum Budensem. 22. Dec. 1754. missus capellanus ad domum Josephi Baross in Kelecsény, cum jure parochialia exercendi. 8. Oct. 1757. cooperator in Szomolány. 2. Jan. 1758. investitus parochus in Lopassó. Hinc 20. Apr. 1765. in Brezova. Inde 7. Jan. 1772. in Csejthe, ubi † 15. Nov. 1783. Aetatis 53.

Urbanovszky de Eadem et Benyov Josephus. Natus 1. Sept. 1793. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1817. terminavit. 22. Aug. ejusd. a. ordinatus est. 1818. in Urbanov dispositionem exspectavit. Cooperatorem egit in Udvarnok, ab 1821. in Ó-Tura, ab 1822. Modrae, 1824. obtinuit parochiam Ujvároska. Hinc 1833. transivit ad Csejthe, quam 1851. resignavit et ad quietem resedit in Urbanov, ubi † 1. Sept. 1865.

Urbánszky Andreas. Fuit inter 1661. et 1665. parochus in Morva-Szent-János.

Urbanszky Franciscus de Paula. Theologiam cum a. quinto in arce Poson. 1787. terminavit. 1788. in domo presbyterorum ad s. Josephum transegit Tirnaviae. Dein cooperator in Balassa-Gyarmath. 1. Apr. 1794. nominatus parochus in Felső-Ludány. 1813. factus VADiac. districtus Szécsényiensis. Fuit compl. comit. tab. jud. assessor. † 15. Oct. 1841. Fuit vir aestima-

tus, cujus memoriam populus adhuc pietate veneratur. Effigiem ejus custodit parochia.

Urbanus. 1542. plebanus in Caseo-Foro (Kés-márk) fuit executor testamenti parochi de Leibitz. (Wagner, Anal. Scep. II. 230.)

Urbanus. 1546. parochus in Felka, adfuit dum senior Molner rationes sui senioratus poneret. (Wagner, Anal. Scep. II. 255.)

Urbanus. 1552. parochus in Szalok majori, (Felső-Szalók), factus est senior. † 29. Maji anno eodem. (Wagner, Anal. Scep. II. 256.)

Urbanus. 1561. susceptus plebanus in Kijurth, i. e. Egyházas-Kürth, ubi eodem a. visitatio peracta, in qua de illo: «Sacramenta secundum ritum catholicum administrat. Populus videtur converti ab errore. Plebanus focariam habet et proles cum ea.»

Urbányi Andreas. 13. Jan. 1711. investitus parochus oppidi Gács et capellae Arcis. Hinc jam 31. Mart. ejusd. a. in Ebed et Muzsla. Cum populo discordiam habuit, qua de causa populus a vicario Ladislao Pyber alium parochum petiit, qui respondit: «Instruite vestros filios et seligite ex ipsis.» Hinc 11. Sept. 1718. in Egyházas-Bást. Inde 10. Maji 1719. in Nagy-Endröd, ubi matricam inchoavit. Exhinc 18. Sept. 1731. in Bös, ubi mente turbatus, diversas stultitias commisit. Sacrum post meridie celebrabat. Noctu campanas pulsabat. Ad ecclesiam neminem intrare permisit et sic porro. 1733. e beneficio discessit et amens vitam finivit in semin. deficientium. † 14. Apr. 1738.

Urbini Franciscus, Christianus, Michael. Baziniensis. 15. Nov. 1729. susceptus in alumnatum Budensem. Theologiae usque tertium a. in Pázmáneo studuit. 25. Apr. 1732. nominatus parochus in Ásvány. Hinc 15. Jun. 1736. in Tardoskedd, ubi usque 1747. activus erat. 13. Mart. 1749. investituram accepit in Fel-Bár. Inde 17. Jul. 1754. in Hédervár, ubi eod. a. Georgius Molnár peregit visitationem. 1762. actio contra illum mota. 3. Jul. 1763. constitutus admin. in Krasznahorka, ubi usque 15. Oct. ejusd. a. activus erat. 28. Mart. 1764. applicatus capellanus domesticus apud D. Vass. Qua emeritus parochus † 12. Nov. 1790. in Sipos-Karcsa.

Urb Jacobus. Theologiam in semin. gener. 1764. terminavit. 13. Maji ejusd. a. missus pro cooperatore ad Scepusium. Cooperatorem egit in Monte S. Georgii. 1769. obtinuit parochiam

Gölniczium, quacum incorporatus est neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Usk, de vel de **Usołz**, item de **Senberg Joannes**. Natione Bohemus. Ab 1398. usque 1417. parochus eccl. B. M. V. in castro Budensi. Prima ejus mentio fit 13. Oct. 1398. sub nomine **Vsołz**, cui **Bonifacius IX.** facultatem tribuit confessarium eligendi, qui eum a quibuslibet excommunicationis, suspensionis sententiis, item irregularitatibus absolvere et dispensare posset etsi fuerint sedi apostolicae specialiter reservatae. (Mon. Vat. S. I. T. IV. 87.) Idem **Bonifacius 14.** Apr. 1401. declarat, quod **Joannes dictus Uzłk**, qui in canonicatum et praebendam ecclesiae Transilvanensis, cujus fructus sexaginta florenorum valorem annum non excedunt, praetextu quarundam litterarum regiarum se intrusit, illosque per plures annos detinuit indebite occupatos, juxta statuta regni Hungariae amotus sit. (Ibid. 322.) Idem papa 24. Jul. 1402. concedit, quod **Joannes Usłk**, **Sigismundi regis cancellarius et praepositus quinqueecclesiensis**, necnon rector parochialis ecclesiae de Buda, qui jam ex dispensatione sedis apostolicae praeposituram ecclesiae s. Martini Poseniensis, cujus fructus triginta marcharum argenti puro valorem annum non excedunt, ad triennium unacum duobus aliis beneficiis, quorum fructus ducentarum marcharum dicti argenti, valorem annum non excedunt, libere retinere potuit, denuo obtinere possit. (Ibid. 453.) **Sigismundus rex**, **Joanni de Kanisa AEppo Strig. 1404.** scribit, quod gravis et dolorosa querela **Joannis Poseniensis praepositi**, plebani Budensis, secretarii sui, aures suas creberrime perpulsaverit, quomodo ipse **AEppus**, vicarii et officiales ejus sola potentia et rancore adversus ipsum ducti, eundem et clerum sibi subjectum in praepositura Poseniensi et parochiali eccl. Budensi et capellis subjectis in jurisdictione ac consuetudine molestent, vexent perturbent, et impediunt, necnon ipsum et parochiam ipsius in curia Romana ad ultimum exterminium deduxerint. Pensantes fidelia continua et gratissima servitia sua, quae regi et regno Hung. lateri regis semper assistens exhibuit, idcirco mandavit, quatenus exemptus ab omni judicio **AEppali** unice regis subsit judicio. (Pray, Specimen. 69.) 1407. in processu capituli Poseniensis cum comitibus s. **Georgii** activas egit partes. (Rimely, Capit. Posen. 227.) Circa finem 1414. juxta acta concilii Constantiensis in illo nomine regis **Sigismundi**

praesens fuit et in actis recurrit memoria. (Acta conc. Const. Tom. IV. 376.) **Kercselich**, qui illum de **Esk** vocat, refert, quod 15. Jul. 1415. cum aliis sociis procuratoribus omnium ecclesiasticorum Hungariae Dalmatiae et Slavoniae **Sigismundo imp.** et regi exhibuit literas Constantiensis concilii, quibus omnes processus et acta pretermissio **Balthasare Cossa**, seu deposito **Joanne XXIII.** papa ad ipsum concilium deferri jubentur. (Historiar. Eccl. Zagrab. 158.) Ex literis **Sigismundi regis 20. Jul. 1417.** Constantiae emanatis liquet, quod **Joannes Deusłk**, in curia Romana tamquam nuntius regis existens, sub nomine regis literas privilegiales a **Joanne pontifice** obtinuit, quibus plebaniam Budensem, ab omni superioritate **AEppi**, etiam quoad jus percipiendi decimas eximit et immediate s. **Petro** subjicit, hoc saltem excepto quod ab **AEppo Strig.** investituram recipere et ad synodum ejus accedere, illamque observare teneatur. **Joannes Kanizsay AEppus** has literas privilegiales se penitus inscio, in suum et eccl. **Strig.** damnum impetratas exposuit. Rex ex certa scientia puraque conscientia respondit, quod pro praedictis litteris apostolicis nunquam supplicaverit et sunt per praefatum **Joannem** omnino subreptitiae et obreptitiae, imo false et mendose, ac praeter suam voluntatem impetratae. Idcirco constituit ut nec dictus **Joannes**, nec successores ejus praelibatis litteris uti praeattendant. (Acta Jes. Bud. Fasc. 9. n. 1.) Eodem a. in parochia successorem accepit. Praepositus Poseniensis ultro quoque permansit et 1416. graviter conquestus est **Joanni Kanizsay** de quibusdam plebanis suis nimis rebellibus, qui **Strigonium** appellantes absolvuntur. Est ille idem de quo in visitatione manuscripta metr. capit. **Strig. 1397.** haec habentur: praeposituram s. **Martini de Posenio** tenet **Joannes Jubar de Bohemia.** (Adhuc de illo vide: **Schier**, Buda Sacra 22. **Aigl. Hist. Capit. quinqueeccl. 61.** — **Rupp**, Buda-Pest, Helyr. Tört. 95, 96. — **Rimely. Capit. Posen. 227.** — **Budavári fõtempl. tört. 49. 229.** — **Pesti fõtempl. tört. I. 41.**)

Usztineri Michael. Ab 1654. usque 1660. parochus in **Cseszte.** Fuit ordinis equestris sub titulo s. **Crucis**, ad obsequia **ADioecesana** applicatus.

Utoss Andreas. 26. Maji 1725. ordinatus. 24. Maji 1729. investitus parochus in **Turdossin.** Hinc 5. Maji 1738. in **Trszatina**, ubi † 29. Sept. 1762.

Uzovics Georgius. 7. Maji 1677. investitus parochus in Szöllös, ubi usque 1682. activus erat.

Uzseróczy Matthaeus, Sigismundus. Szakolczensis. Quā saecularis in universitate Tirnaviensi 1678. baccalaureus, 1679. magister philosophiae. Theologiam in Pázmáneo absolvit. 6. Oct. 1682. investitus parochus in Nádas in cottu Poson. Hinc 1. Febr. 1684. in Rohó, ubi inceptit matricam scribere et usque 1686. activus erat. 30. Jul. 1691. investitus parochus in Turócz-Szent-György. Hinc 11. Maji 1692. in Magasfalva. Inde 2. Jun. 1699. Stomfae, ubi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parcho: 57. annor., sacerdos 31. Secus, quod pratum 200 flnis emit, ut ex interesse, omni mense sacrum pro dftis consodalibus Carmelli congregationis, quam ipse 1701. introduxit, celebretur. Item emit pro illis campanam 68 flnis et album bysso obductum 83 flnis. Ecclesiam capellis ampliavit, quarum una hujus congregationis, altera s. Francisci propria. Cryptam sub ecclesia struxit. 20. Apr. 1709. incendium majorem partem communitatis consumpsit. In monte calvariae combustae sunt etiam cruces latronum, cruce Christi intacta remanente. Quapropter confidentia erga hanc calvariam magnopere aucta. 26. Febr. 1715. installatus canonicus Poson. Fuit tunc jam protonot. apost. In capitulo usque custodiatum promotus. † 1731. Ille fuit ultimus inter parochos Stomfenses qui barbam deportavit. Effigies illius in refectorio asservatur. Piaristarum benefactor, poeta, mathematicus, literator, de quo Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 532.

Ūreghy Joannes, Franciscus. Ab 1690. curatum egit in Hidaskürth. Inde 20. Apr. 1697. investitus parochus in Nagy-Salló. Hinc m. Nov. 1702. transivit ad Naszvad, ubi 14. Apr. 1703. investitus, ibi inceptit matricam scribere. Ecclesiam antiquam, quae sita fuit ad ripam Danubii et tempore bellorum ac exundationibus multa passa 1704. reaedificavit. Ibi usque 1707. activus erat.

Ūrge Josephus, Alexander. Natus 16. Nov. 1812. in Zsigárd. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Mart. 1836. ordinatus. Cooperatorem egit in Gúta, mox in Mocs. Ab 1837. Strigonii in l. r. citte. Intermedio tempore parochiam int. admin. Ab 1849. cooperator in Dorogh. Eodem a. nominatus beneficiatus in capella Bakács. 1850. egit professorem gymnasii

maj. Strig. 1854. int. adm. in Párkány. 1856. obtinuit parochiam Nagy-Emőke, una VADiac. distr. Nagy-Czétényensis. Ibi circa cassam et supellectilem ecclesiae, ac confectionem indicis matricae merita acquisivit. 1857. obtinuit parochiam Nyerges-Ujfalú. Ab 1861. distr. Strig. VADiac. ord. 15. Oct. 1870. nominatus parochus in Szölgyén. Hinc 5. Apr. 1883. promotus ad capitulum Posoniense. Mox abbas s. Martini de Both.

Ūrge Ladislaus. Natus 6. Dec. 1829. in Zsigárd. Theologiam Tirnaviae inchoando finivit Strigonii. 19. Jun. 1853. ordinatus est. Cooperatorem egit in Udvard, Mocs et Kövesd. 23. Maji 1861. comissa illi fuit admin. in Nagy-Bajcs, ubi 15. Apr. 1864. parochus constitutus est. 1862. nova domus parochialis erecta. 7. Oct. ejusdem a. visitatio ADiac. per Andream Schirgl peracta. 1863. novum coemeterium erectum in Kis-Bajcs. 22. Sept. 1896. depositum fundamentum ecclesiae, quae 18. Dec. 1870. benedicta. 1878. novam scholam erexit in filia Szögye, eodem a. novum organum acquisivit in eccl. parochiali. 16. Nov. 1881. campana major. 300 kgr. turri apposita. Demum 1884. ecclesia intus picta. † 1. Jan. 1889.

Ūrge Sigismundus. Natus 20. Sept. 1839. in Zsigárd. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 26. Jul. 1864. ordinatus. Cooperatorem egit in Rimócz, ab 1866. in Tardoskedd. Ab 1876. valetudinem curans, partim ibidem, partim Budapestini apud Misericordianos degit. 1878. applicatus admin. in Nagy-Bárkány, ubi † 9. Mart. 1879.

Ūrménczy Joannes. 1630. parochus in Závod. Interfuit 4. et 5. Oct. ejusd. a. synodo per Petrum Pázmány Tirnaviae celebratae. 1632. ibidem Joannes Kőszeghy peregit visitationem, qui de illo sic: Annor. 54. Antea fuit concubinarium, sed ante annos quatuor illam dimisit, ut una voce jurati hujus loci, postquam separatim sub juramento examinati retulerunt, quod nunquam, vel illam apud parochum, aut e contra parochum apud illam viderint. Praeterea ordinarie est valetudinarius, et ob id vix etiam ad templum, cum sit remotius a pago, venire potest. Successoris 1647. fit mentio.

Ūrményi de eodem Petrus. Natus 19. Jun. 1768. in Nyitra-Zsámbokrét. Theologiam cum cursu practico in generali seminario Posonii 1791. terminavit. Hinc in aula AEppi capellanum egit.

13. Sept. 1792. investitus parochus Kürthensis. 1802. VADnus. distr. Udvardensis. 29. Jan. 1805. canonicus Psoniensis. 30. Jul. 1807. Strigoniensis installatus. 14. Nov. 1815. ADnus Neogradiensis. 5. Oct. 1820. custos, 13. Sept. 1823. lector, 1. Dec. 1829. praepositus major. Fuit abbas s. Benedicti de Quinque-Ecclesiis. Ab 1820. cons. eppus Coriciensis in pontificalibus suffraganeus et ab 1826. vicarius generalis Tirnaviae, ab 1827. Strigonii usque 1831. † 15. Nov. 1839. Strigonii.

Ūrményi Stephanus. Fuit S. J. adscriptus. Cassatio invenit illum in collegio Agriensi con-

cionatorem festivalem et catechetam. Ad ADioec. cesim susceptus. 1. Maji 1774. investitus in Verebély, ubi † 15. Aug. 1775.

Ūrméneci Tobias. Fuit 1613. parochus Dobravodensis (Jókò), ubi eodem a. visitatio peracta in cujus instrumento nominatur. 29. Aug. 1624. constituitur in procuratorem sedis spiritualis. 18. Mart. 1625. ad ipsius instantiam testes examinantur etquidem hungarice. 1634. ibidem Joannes Solnensis peregit visitationem, qui de illo notavit: «Senex, concubinarius quidem, sed illa in alia domo manet, attamen diligens et munde servat ecclesiam.»

V.

Vabel Joannes. 5. Maji 1707. investitus parochus in Broczkò. Hinc 10. Jul. 1711. in Dojcs, ubi † 21. Apr. 1714.

Vabornik Hieronymus. 25. Oct. 1731. investitus parochus in Kòrmöczbánya, ubi usque 1733. operatus est.

Vachovszky Martinus. Ex cassato ordine s. Pauli primi erem. ADioec. adscriptus. Primus parochus 1788. constitutus Magyarfalvae, ubi matricam scribere incepit. 13. Oct. 1813. discessit Psonium pro quiete, ubi † 6. Dec. 1831.

Vaczula Joannes. Natus 26. Oct. 1817. in Nagy-Tapolcsány. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Jul. 1843. ordinatus est. Cooperatorem egit in Moravánka et ab 1844. in Udvarnok. 3. Apr. 1851. nominatus, a. sequenti investitus parochus in Nyitra-Sárfò, ubi † 26. Maji 1867.

Vaczulik Paulus. Natus 11. Jan. 1833. Szokolczae. Philophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1857. ordinatus. Cooperatorem egit Holiczii et Sasvárini. Mense Apr. 1867. constitutus admin., m. Julii vero parochus in Csári. Hinc 27. Oct. 1875. transivit ad Stephanó. Inde 15. Mart. 1879, in Péterfalva, ubi † 24. Apr. 1881. Ex abnormitate stomachi. Sepultus in coemeterio communi.

Vadász Andreas. Natus 30. Nov. 1759. in Ásvány. Theologiam usque quartum a. in Pázmáneó, quintum a. in semin. gener. Psonii 1785. terminavit. Cooperatorem egit in Patak. 1788. capellanus aulicus AEppi. Mense Dec. ejusd. a. obtinuit neo-erectam parochiam Szete. Hinc per

cambium cum Georgio Ungváry 19. Apr. 1795. obtinuit parochiam Szémò, ubi admin. 5. Oct. 1798. investitus parochus. 20. Apr. 1797. dirum incendium combussit ecclesiam et simul campanae defluxere. 1802. conscriptio parochiae peracta. 16. Apr. 1807. nominatus parochus in Szalka. Hinc iterum per cambium cum Francisco Szentiványi 19. Maji 1818. obtinuit Füzesgyarmat, ubi † 3. Febr. 1820.

Vadász Joannes. Theologiam cum tertio a., cursu speculativo in Pázmáneó terminavit. In cooperatura transegit unum annum. 10. Maji 1739. investitus parochus in Csicsó. Hinc 21. Jan. 1751. investitus in Diószeg, ubi 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de parochia: «Annorum 44. in cura animar. 20. hic 5. in alia 12. in capellania 1. Diligens exemplaris.» † 18. Nov. 1772.

Vadovszky Andreas. Occurrit 1579. parochus in Varbó, una vicegerens in districtu Csejthensi. (Jedlicska, Kiskárpáti Emlékek. II. 397.)

Vághy Lazarus. Theologiam cum a. quinto cursu practico in arce Pson. 1791. terminavit. Cooperatorem egit in Nemes-Oroszi. Ab 1792. in Nagy-Salló. 6. Aug. 1794. nominatus parochus in Felső-Sipék. Hinc 18. Jun. 1800. in Imely. Inde 3. Aug. 1806. in Vág-Szerdahely. 1825. VADiac. distr. Szempczensis inf. una sed. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor. 1831. neo-erecti collegiati capituli Tirnaviensis cantor et canonicus b. nominatus. 1838. resignato beneficio parochiali recessit ad Vágba, ubi † 16. Apr. 1843. Aetatis 78.

Vagynay Andreas. Natus in Szent-György. Qua alumnus semin. Mariani 1725. baccalaureus, 1726. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1729. terminavit. 5. Mart. ejusd. a. investitus parochus in Felső-Attrak, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de paroco: «Presbyter trium annor. semper hic.» Hinc 13. Dec. 1733. in Nyitra-Sárfő, ubi † 1736.

Vajay Paulus. Kopcsánensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1734. baccalaureus philosophiae. Theologiam cum a. tertio in semin. s. Stephani 1738. terminavit. Eodem a. constitutus admin. in Zohor. Hinc 29. Febr. 1740. investitus parochus in Rózsavölgy. Tunc e munificentia Martini Puts canon. Strig., hujatis filii, item propriis sumtibus restaurata est ecclesia ac novo fornice et tecto provisiva. Inde 24. Sept. 1741. in Szent-Illona. Exhinc 2. Sept. 1744. in Turócz-Szent-Mihály, ubi † 31. Mart. 1755.

Vajay Petrus. Szakolczensis. 4. Nov. 1714. susceptus pro alumnatu Budensi. 20. Jun. 1719. investitus in exemtam parochiam Duna-Földvár. Hinc 17. Mart. 1721. in Szklabonya, ubi usque 1722. activus erat.

Vajdovics Antonius. 17. Dec. 1720. obtinuit parochiam Moravánka, in qua usque 1721. operatus est.

Vajdovics Paulus, Antonius. Natus in Búr. Qua alumnus semin. Mariani 1718. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1720. terminavit. 2. Mart. 1721. investitus parochus in Jabloncza. Hinc 8. Apr. 1725. in Garam-Ujfalu, ubi † m. Dec. 1732. legavit vineam et cellarium parochis erga sacra.

Vajgeth Michael. Natus 25. Sept. 1792. in Kajal in cottu Poson. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. 18. Aug. 1816. ordinatus. Cooperatorem egit in Karancsságh, ab 1818. in Marczal, ab 1819. in Ipolyságh, ab 1825. in Érsekujvár. 12. Maji 1828. nominatus parochus in Felső-Thúr. Hinc 1. Jul. 1836. obtinuit Ipoly-Ságh. 1867. promotus ad capitulum Tirnaviense, ubi ad cantoratum evectus. † 11. Aug. 1877. Ibidem.

Vakay Michael. Ab 1712. parochus in Rabcsicza, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de illo: «Annor. 35. sacerdos 5. hic 1. anno. Catechisat. Aptus ad omnia munia ecclesiastica obeunda. Aedificat actu turrim.» 1715.

ecclesia consecrata per Lucam-Natali. 1719. successorem nactus.

Vajgeth Franciscus. Natus 11. Oct. 1758. in Kajal. Theologiam usque quartum a. in Páz-máneo, quintum in semin. gener. 1784. terminavit. Cooperatorem egit in Negyed. 1785. obtinuit parochiam in loco nativo. Hinc 1. Febr. 1792. nominatus parochus in Magyarbél. † 25. Febr. 1803. Posonii.

Valachek Georgius. 11. Maji 1664. nominatus parochus in Stomfa, ubi 1673. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. Activus erat usque 1689.

Valassik Joannes. Kolacsnoensis in cottu Bars. 5. Nov. 1742. susceptus in alumnatum Budensem. Eodem a. baccalaureus philosophiae in univ. Tirnaviae graduatus, ubi origine Vágujhelyensis dicitur. 1. Sept. 1744. missus pro cooperatore ad Csúz. 7. Dec. 1747. investitus parochus in Barka, ubi † 23. Mart. 1768.

Valaszky Michael. Nagy-Tapolcsányensis. Theologiam in semin. s. Stephani qua casista terminavit. 20. Mart. 1677. ordinatus. 7. Maji ejusd. a. investitus parochus in Závada et in Prassicz, ubi matricam incepit scribere. Hinc 21. Apr. 1687. in Alsó-Ludány. Inde 28. Mart. 1694. in Nyitra-Sárfő. 18. Jun. 1697. visitatio peracta per Emericum Pongrácz, qui de illo: «Annor. 48. surdus.» Idem visitator dicit, quod in loco natali sui expensis erexit altare s. Josephi. Altera visitatio 1700. ibidem peracta per eundem Emericum Pongrácz, qui tunc de illo: «Surdaster. Contra quem nullam habent querelam.» Activus erat usque 1703.

Valdinuczy, vel Baldinuczy, rectius Kögl de Valdinuci Antonius. Posoniensis nobilis armalista. Parens ejus titulo consiliarii et officio gralis auditoris per regn. Hung. functus est et celebrer fuit scriptor in re juridica militari. Nepos Adami Kögl. S. J. (Kögl Ádám életrajza. 37.) Societatem Jesu 1754. ingressus. Philosophiam Tirnaviae, Graecii absolvit theologiam. Quinquennio humaniores scholas, philosophiam quadriennio in semin. s. Adalberti explanavit. Cassatio invenit illum Jaurini professorem math. catechetam germ. in Ujváros et hist. domesticum, qui et curam carcerum habuit. 31. Aug. 1775. nominatus parochus in Vág-Szerdahely. 16. Mart. 1781. asservata visitatio Batthyianiana. Ab 1790. Vice-Archi-Diac. distr. Szempczensis inf. † 12. Apr. 1806.

Valent Andreas. Labensis ex cottu Poson. 1742. in univ. Tirnaviensi baccalaureus philosophiae. 6. Nov. 1743. ex seminario B. M. V. pro continuanda theologia ad alumnatum Budensem missus. 22. Apr. 1745. Scepusium pro ulterioribus dispositionibus expeditus. 29. Jan. 1748. investitus parochus in Baczúr. Hinc 2. Maji ejusdem a. in Hajnik. Inde 23. Jul. 1750. in Fenyő-Kosztolány. † 25. Jan. 1752. in Taszár.

Valenta Franciscus. Tirnaviensis. Theologiam in semin. s. Stephani tertium in a. absolvens, 5. Oct. 1772. missus est pro cooperatore ad Verbó. 2. Maji 1779. obtinuit parochiam Alsó-Bottfalu, ubi 1. Sept. 1788. asservata visitatio Batthyianiana. In qua aetatis 41. anni esse dicitur. † 24. Jun. 1792.

Valenta Georgius. Neovillensis. Qua alumnus semin. Mariani 1734. baccalaureus philosophiae. 6. Jul. 1740. investitus parochus in Lieszkó. 8. Apr. 1745. in Stepáno. Hinc 7. Jun. 1749. in Dojcs, ubi usque 1753. operatus. Inde 11. Jan. 1756. in Turócz-Szent-Péter, ubi † 10. Febr. 1760.

Valenta Joannes. Natus 11. Apr. 1837. Szeniczii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 1. Mart. 1861. ordinatus. Cooperatorem egit Szeredini et Sopornyaec. Hinc 1865. missus pro admin. ad Köpösd. 7. Febr. 1866. vero ad Bikszárd. 3. Dec. 1867. applicatus coop. Vajkae. 1868. in Misérd. 1869. in Vág-Ujhely. 1876. obtinuit parochiam in Csábrág. Inde constitutus admin. in Pusztá-Vogyerád.

Valenticus Emericus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1775. terminavit. Subin succentorem egit E. M. Strig. 1780. obtinuit parochiam Nyitra-Sárfő, ubi † 15. Jan. 1809.

Valentin Petrus, vide Petrus Valentinus.

Valentinus. De quo liber ruber habet, quod vixerit sub Lodomerio AEppo Strig. Fuit doctor decretorum, magister ecclesiae de Vadkert, ADnus Neogr. per multos annos. Ab 1265. usque 1283. legitur cantor capituli Strig.

Valentinus. Fuit saeculo XIV. rector ecclesiae s. Crucis in castro Strigoniensi. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Valentinus. 1438. plebanus in Némethi in cottu Bars. Interfuit electioni abbatis s. Benedicti. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Valentinus. Ab 1509. plebanus in Isaac, in fraternitate regali. 1519. solvit decimas papales 7 f. 16. d. (Wagner, Anal. Scep. II. 194.) In suppli-

catione ad regem Poloniae per plebanos XIII. civitatum Scepusiensium 1542. porrecta, contra violentias praefecti arcis Scepus Pauschner, de hoc parochia profertur. Venerabilem senem jam manus prae aetate trementem, octogenerium, fratrem charissimum, qui 33. annis uno praesedit loco, ob leve verbum, a parochia sua idem praefectus vi extrudere conatur, ut sectae suae hominem et apostatam intruderet. Stipendarii sui, quos pro aggravatione majori in domum plebanatus posuerat, nocte cistam ejus frangentes, picenarium argenteum cum 200 denariis abstulerunt, (ibid. 232.) Quum autem Pauscher 1542. arcem Scepus. resignaret, restituit omnia huic plebano (ibid. 234.)

Valentinus de Bilicz. 1519. plebanus in Béla, solvit decimas papales 7 f. 4 d. (Wagner, Anal. Scep. II. 194.) Fuit is ultimus curio catholicus. † 1545. (Ibid. 291.)

Valentinus. 1519. plebanus in Jamnik, distr. inf. Hernad, solvit decimas papales 2 f. 12 d. (Wagner, Anal. Scep. II. 195.)

Valentinus. 1519. plebanus in Antiqua-Villa (Szepes-Ófalu) solvit decimas papales 4 f. 20 d. (Wagner, Anal. Scep. II. 195.)

Valentinus. 1519. plebanus de Várallja in frat. regali solvit 12 f. 25 d. decimam papalem, (Wagner, Anal. Scep. II. 193.)

Valentinus. 1519. plebanus de Vinczendorff, distr. inf. Poprád, solvit decimas papales 6 f. 14 d. (Wagner, Anal. Scep. II. 196.)

Valentinus. Occurrit 1535. plebanus in Chaab, (Csáb,) ecclesiae parochialis b. Mariae Virg. (Páláshyak II. 20.)

Valentinus. Fuit 1560. plebanus in Bodafalva. De quo visitator Michael Szegedy notavit: «Decrepitus, a Mathia rege relictus, sine uxore, cum omnibus sacramentis, ornamentis et ceremoniis ecclesiae, verus pastor ovium.»

Valentinus. Fuit 1560. parochus in Deáki, de quo Michael Szegedi in visitationis instrumento notavit: «Sine uxore. Omnia Sacramenta et ceremonias tenet secundum consuetudinem Rom. ecclesiae. Coloni sunt lutherani.»

Valentinus de Nagy-Komár. Ab 1560. plebanus Tirnaviae. In visitatione eodem a. peracta parochia haec vacans notatur. Nominatur 1562. in visitatione Olahiana. Fuit una canonicus Strigoniensis.

Valentinus. Fuit 1561. plebanus in Cziffer,

talis in Bajmócz. 25. Apr. ejusd. a. per Ferdinandum II. nominatus ADiac. Gömöriensis. In Bajmócz 1635. ecclesia evangelicis erepta, recesso enim a sacris evangelicorum Michaelae Thurzó. † 1639.

Valkó Joannes, Franciscus. Szlécsensis e cottu Liptó. Qua alumnus semin. s. Stephani 1719. baccalaureus, 1720. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1722. terminavit. Jam 22. Febr. ejusd. a. subdiaconus ordinatus. 7. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Felső-Sipék, ubi sub illo ecclesia per AEppum Eszterházy erecta. Hinc m. Sept. 1728. in Egegh, ubi 1731. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui illum 33. annor. esse notavit. Inde 26. Maji 1733. in Csúz, ubi † 20. Mart. 1737. Testamentum ejus praesto est.

Valkó Josephus. Natus 22. Jan. 1831. Tirnaviae. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1854. terminavit. 12. Mart. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Dévény: 1857. obtinuit parochiam Jakabfalva. 5. Sept. 1863. nominatus et 30. Sept. investitus parochus in Széleskút, ubi † 1. Mart. 1866.

Valkovics Andreas. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali 1793. terminavit. Cooperatorem egit in Bölgyény, ab 1794. in Tavarnok et ab 1799. in Nagy-Levárd. 1. Mart. 1802. nominatus capellanus localis in Rarbach. Hinc 1806. obtinuit parochiam Nagy-Levárd, ubi † 24. Maji 1811.

Valkovics Michael. Fuit 1647. studens physices in Pázmáneo, ubi et caetera absolvit. Curatorem animarum primus in Kis-Krstyene egit. Hinc transivit ad Dejte, ubi 1657. Joannes Chelray peregit visitationem, qui de illo: «Laudabiliter se gerit.» 23. Jan. 1659. introductus in parochiam Radossócz. Hinc 20. Aug. 1664. investitus in Radosna. Inde 11. Maji 1666. in Leszete et 23. Jul. e. a. una et in Podola, ubi 1690. successorem nactus.

Valla Antonius. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani absolvit. Cooperatorem egit in Cziffer, ab 1815. in Unin, ab 1817. in Sasvár. 20. Apr. 1826. nominatus parochus in Kukló, ubi † 30. Mart. 1828.

Vallus Joannes. Natus 30. Nov. 1811. in Egegh. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1834. terminavit. 13. Dec. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem supplementem egit in Ó-Bars. Eodem a. cooperator in Misérd. Successive in

Tallós, Szakolczae, Szent-Mihályfa, Diószegh, Vajka et Nagy-Surány. 1840. praebendatus eccl. metr. constitutus. 1841. obtinuit parochiam Alsó-Rakoncza. Hinc 28. Apr. 1857. nominatus in Csiffár. Inde 17. Jul. 1870. translatus ad Szenográd, ubi † 25. Dec. 1878.

Vallus Stephanus. Natus 11. Aug. 1832. in Egegh. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani absolvit. 22. Aug. 1855. ordinatus. Cooperatorem egit in Ipolyság, Zeliz et ab 1859. in Érsekujvár. 1870. nominatus administrator in Tardos, ubi † 5. Dec. 1877.

Valovics Franciscus. Theologiam cum a. quarto in semin. AEppali Poseniensi 1793. terminavit. Cooperatorem egit per unum a. et quadrantem Strigonii. In vicariatu Tirnaviensi partim notarii, partim secretarii munere functus. 28. Febr. 1800. nominatus parochus l. r. civitatis Strigon. Ab 1802. distr. Strig. trans Danub. VADiac. surr. item consistorii Strig. et cottus ejusd. tab. jud. assessor. Ob spem melioris valetudinis petiit parochiam Bajóth, ad quam 22. Dec. 1802. praesentatus est; quin eam adiret. † 13. Febr. 1803. apud parochum Strig. cittis Aquaticae. Aetatis 33. Sepultus ad cryptam ecclesiae parochialis ibidem. Bibliothecam ejus l. r. cittas sibi appropriare voluit, quam parochia Bajóth adjudicatam accepit.

Valovics Georgius. Theologiae tertium annum in semin. gener. 1766. studens, 24. Maji ejusd. a. missus pro cooperatore ad Várgede, sed ob infirmitatem mansit in Udvard. 30. Sept. 1769. applicatus capellanus domesticus apud Josephum Baross in Kelecsény. Subin cooperator factus Szakolczae. 18. Jul. 1773. investitus parochus in Sempte, ubi † 13. Maji 1777.

Valovics Josephus. Natus 1766. in Kuti. Philosophiam Jaurini et Posenii, theologiam cum quinto a. et cursu practico 1791. in arce Poseniensi absolvit. Cooperatorem egit in Bozók tribus mensibus. Ab 1792. in Selmeczbánya, 18. Nov. 1799. nominatus parochus Bélabányae, ubi † 11. Jun. 1837.

Valovics Martinus. Radosóczensis. Qua saecularis 1675. baccalaureus, 1676. magister philosophiae in universitate Tirnaviensi graduatus. Theologiam in semin. generali cum cursu speculativo 1678. terminavit et 3. Apr. ejusdem anni ordinatus. 6. Jun. 1680. investitus parochus in Szlécs. Hinc transivit ad Egbel, ubi 22. Maji 1686. investitus. Inde 2. Jan. 1684. in Broczkó.

Exhinc 7. Maji 1704. in Radossócz, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parcho: «In cura 35 annis. Sunt contenti eo, quod zelose omnia sua perficiat secundum puncta.» † 10. Febr. 1715.

Valovics Mathias, Franciscus. Theologiam cum secundo a. in Pázmáneo absolvit. 1. Oct. 1709. investitus parochus in Laksár-Ujfalú. Hinc 8. Jan. 1713. in Almás, ubi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de illo: Annor. 32. in cura animar. 4. — Inde 27. Oct. ejusdem a. investituram accepit in Gajar, ubi eodem a. ecclesia parochialis exspoliata. Exhinc in Malaczka, ubi VADnus distr. cognominis. † 11. Maji 1755.

Valovics Michael. 26. Sept. 1733. investitus parochus in Alsó-Győröd. Hinc 12. Oct. 1737. in Ujbánya, ubi una VADiac. distr. Sancto-Crucensis. Verus apostolus, cujus zelo protestantismus hinc penitus evanuit, quive ob multiplicatos labores spirituales ad latus suum cooperatores obtinuit 1777. Jam tunc incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi. † 1778.

Valuzsovics Joannes, vide Valentovics.

Vály de Eadem et Csalticz Eduardus. Natus 6. Febr. 1811. in Alsó-Draskócz in cottu Trencsén. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Viennae absolvit. Cooperatorem egit Korompae, Holiczii et in Diószeg. Ab 1841. curator conversor. anabapt. ad Szobotist. 1842. obtinuit parochiam Röhó. Beneficio huic ob exortas 1848. turbas sponte renunciando recessit ad Divény, ibique subsidiarium egit. Sedatis tumultibus 1849. factus admin. in Farkasd. Hinc 1853. transivit qua talis ad Sissó. 29. Nov. 1863. nominatus parochus in Bori, ubi ab 1867. VADiac. distr. Nagy-Kosztolány. Inde 1868. transivit ad Nagy-Jác. Exhinc 22. Aug. 1877. ad Vág-Szent-Kereszt, ubi † 7. Jun. 1881.

Vámos Martinus. Occurrit 1559. parochus in Rudnó, ubi eodem a. Joannes Derecskey peregit visitationem, qui de parcho: «Ordinatus Viennae per R. D. Nauseam. Habet uxorem et unam filiam. Conquestus est, quod Dóczy et cives de Monte Regio terram arabilem plebani occupent pro eorum usu.» 1561. interfuit synodo. In lista praesentium ita: «Martinus de Rudna, juris Nicolai et Gabrielis Dóczy, ecclesia s. Emerici, adest.»

Vámosy Carolus. Natus 17. Nov. 1848. Qua tertiani theologus e semin. s. Stephani 31.

Jul. 1871. ordinatus. Cooperatorem egit in Szent-János. A 10. Sept. 1879. int. admin. in Bikszárd. 15. Mart. 1882. obtinuit parochiam in Závod. 1888. illam in Búr-Szent-György.

Vancsa Franciscus Xav. 2. Jul. 1712. investitus parochus in Salgó-Tarján. Hinc 8. Sept. 1718. in Zámoly. Inde 12. Apr. 1722. in Egyházfalva, ubi usque 1723. activus erat.

Vancsay Joannes. Natus in Csütörtök. Qua alumnus semin. s. Stephani 1766. baccalaureus et 1770. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1771. terminavit, quam defendit. 1772. accomodationem in eodem semin. exspectavit. 15. Jul. ejusd. a. praebendatus Poniensis. 16. Maji 1773. una et cooperator ibidem. 1774. praefectus studiorum in Pázmáneo. 25. Jan. 1775. investitus parochus in Szempcz. 1777. districtus VADiaconalis Szempcz dismembratus in sup. et inf., ille in sup. VADiac. constitutus. 15. Maji 1790. canonicus Strig. installatus. 1793. matr. defensor ad metr. s. Sedem. 1796. tabulae reg. praelatus. 25. Nov. 1803. ADiac. Nitr. 7. Mart. 1805. praepositus s. Stephani de castro Strig. Fuit et abbas s. Andreae prope Visegrad et el. eppus Noviensis. Tabulae septemviralis assessor. † 15. Jul. 1806. in Hugad, prope Jaurinum.

Vancsó Josephus. Nitriensis. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1768. terminavit. 14. Oct. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Verebély, ubi ab 1774. etiam administrabat parochiam. 26. Maji 1775. investitus parochus in Mellek, ubi 8. Oct. 1779. peracta visitatio canonica Batthyianiana. † 18. Jan. 1810. Ibidem. Aetatis 69.

Vaneczy Joannes. 19. Jun. 1714. investitus parochus in Egerszegh, cum conjunctis Úzbég et Nyitra-Vicsap, ubi usque 1715. occupatus fuit.

Vanek Georgius, Paulus. Nobilis Vágszerdahelyiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1697. baccalaureus, 1698. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. cum secundo a. absolvit. 16. Jul. 1700. ordinatus. 7. Sept. ejusd. a. investitus parochus in Vámos et in utraque Bajcs. Hinc 28. Dec. 1702. in Somlyó-Vásárhely, ubi 1703. incepit matricam scribere. 1712. transivit ad Püspöki, ubi 1714. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parcho, quod sit 38. annor. in cura animar. 14. — Inde 24. Oct. e. a. investituram accepit in Gúta, ubi matricam 1715. post

ignem primus inchoavit. Exhinc per cambium cum Georgio Szabadi. 30. Oct. 1721. in Csúz, ubi usque 1723. activus erat.

Vanek Joannes, vide **Vanyek**.

Vanek Michael. Fuit duobus a. theologus speculativus et uno moralis Tirnaviae in collegio rubrorum. Tribus a. cooperatorem egit in Bajmócz, semi secundo Prividiae. 28. Jan. 1733. investitus parochus in Kosztolnafalu inter meros pro tunc haeticos. Hinc 13. Aug. 1745. in Felső-Vesztenicz, ubi 12. Jun. 1755. visitationem peregit Antonius de Réva, qui de illo: «Vitae ceteroquin integrae, sobrius, praelatis suis obediens, sanctionibus canonicis conformem vestitum et tonsuram deferens.» † 19. Sept. 1760. Ibidem.

Vanicsek Franciscus. Natus 2. Dec. 1844. Strigonii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 28. Jul. 1867. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagyoroszi, ab 1868. Comaromii, ab 1869. in Duna-Szent-Pál. 1870. in Vásárút, ab 1872. Strigonii ad s. Ignatium. 1874. in Nagy-Maros, 1876. Posonii ad s. Martinum et 1883. in Vásárút, ubi 17. Jul. ejusd. a. parochus investitus est.

Vanissa Servilius. Závodiensis. Ex ordine Capucinatorum ad servitia ADioecesana transsumtus. 7. Jan. 1788. applicatus capellanus localis in Nagy-Kovalov, ubi † 19. Jul. 1806. Vir insignis passim ab omnibus laudatus.

Vankó Josephus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1818. terminavit. 1819. transegit qua subdiaconus Rovnae. 1820. et 1821. in instituto presbyterorum Strigonii. Cooperatorem egit in Cziffer. 1824. curavit valetudinem Rovnae. Hinc cooperator Szeniczii. 1826. admin. in Oszuszkó. 1827. factus spiritualis Pázmánei. 1831. transivit in pari qualitate ad semin. Marianum Tirnaviae, ubi una s. sedis assessor. † 15. Febr. 1835.

Vankovics Georgius. Szokolczensis. Qua alumnus collegii gen. 1690. baccalaureus, 1691. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1694. terminavit. 5. Jun. e. a. ordinatus est. Eodem a. etiam baccalaureus theologiae graduatus. Subin parochus in Nagy-Jeszencz, qua talis 1697. doctor ss. theologiae creatus est. Postea parochus Kisutcza-Ujhelyensis. Dum ibi Luthericolae die parasceves in ecclesia catholica campanas pulsare intenderunt et ob id inter catholicos et illos, tumultus exortus, aliqui

e turri praecipitari jussi. Denique per vim extorserunt Lutherani, quod parochus clavim ecclesiae, extra oppidum s. Mariae Magdalenae dicatae, majora mala praevicens, tradere debuerit. Illi Eliam Lányi oenopolam Trencsiniensem pro praedicante accersiverunt. (Dubniczay.)

Vann Andreas. Ab 1699. primus parochus in Szent-Endre, ubi usque 1712. occupatus fuit.

Vanya Franciscus. Ex cassato ordine s. Pauli. Ab 1787. primus capellanus localis in Hosszúfalu. 1796. ad quietem repositus. † 5. Mart. 1800. in Tardoskedd.

Vanyek Joannes. Natus 28. Jun. 1792. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1715. absolvit. 15. Aug. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Poson. 1830. obtinuit parochiam Szilincs. Hinc jam 1831. transivit ad Bélaház, ubi † 14. Jul. 1862. Fuit magnus benefactor communitatis.

Vanyek, vide **Vanek**.

Vanyó Joannes, Ignatius. Maróthensis in cottu Bars. 8. Nov. 1725. susceptus in alumnatum Budensem. 18. Dec. 1828. ordinatus. 15. Maji 1729. pro cura animarum expeditus. 18. ejusdem investitus parochus in Kicsind et Kövesd. Hinc 19. Febr. 1730. in Szemere. Sub illo avulsa filia Fajkürth. In visitatione 24. Aug. 1731. ibi peracta, parochum non pridem mortuum esse notatur.

Várady Carolus. Natus 1. Dec. 1810. in Dicske. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 26. Oct. 1837. ordinatus. Cooperatorem egit in Verebély et Zsigárd. 1839. ad latus parochi in Negyed in spiritualibus admin. constitutus. Unde post tres annos, dum alter parochus advenit cooperator factus in Szent-Mihályfalva. Hinc post tres annos remissus ad Verebély. 11. Nov. 1850. constitutus admin. in Nagy-Lapás. Hinc 26. Sept. 1861. obtinuit parochiam Nagy-Lóth. Subin spirit. distr. 1892. parochiam resignavit et inter emeritos parochos numeratus.

Várady Franciscus. Zsitva-Gyarmatensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1747. baccalaureus, 1748. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1751. terminavit. 22. Mart. ejusd. a. praebendatus E. M. S. applicatus. Qua talis 22. Jul. 1752. baccalaureus ss. theologiae graduatus. 12. Apr. 1753. investitus parochus in Harkács. Qua talis 30. Aug. ejusd. a. doctor ss. theologiae creatus. Hinc 29.

Mart. 1754. investitus in Kőhid-Gyarmat, ubi 1755. visitatio Kussenicsiana peracta. Per cambium cum Francisco Tánzos obtinuit parochiam Alistál, ubi 13. Dec. 1767. investitus. Exhinc 19. Apr. 1773. in Alsó-Nyárasd et 7. Mart. 1775. in Nagy-Csoltó, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Váradý Georgius. Mense Maji 1689. investitus parochus in Varbó. Hinc 22. Jul. 1701. in Nagy-Bárkány. Mente turbatus. Rexit parochiam usque 1704.

Váradý Ladislaus. Ex Bodrog-Keresztúr, in cottu Zemplén. 4. Nov. 1742. susceptus in alumnatum Budensem. Qua secundi a. theologus in semin. s. Adalberti 1745. extraordinarie baccalaureus et magister philosophiae. 4. Jun. 1747. applicatus cooperator in Vadkert. 10. Jan. 1748. investitus parochus in Kozár. 1756. repetiit via vicariatus campanam filialis suae Maczonka. Hinc 30. Apr. 1774. obtinuit investituram in Alsó-Nyárasd, ubi usque 1779. occupatus fuit.

Váradý Stephanus. Fuit 1634. licentiatu in Udvard, ubi 11. Jul. eodem a. Josephus Baghy peregit visitationem, qui de illo: «Evocatus ob metum Turcarum ad Érsekujvár, monitus ut non negligat conciones. Infirmum fuisse tempore synodi. In congregatione abfuisse.»

Váralány Georgius. Theologiam qua casista in collegio rubrorum terminavit. 27. Dec. 1687. ordinatus est. 8. Dec. 1688. investitus parochus in Nagy-Bresztován. Hinc 4. Febr. 1690. in Pöstyén, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia: Slavus, 35. annor. in cura animar. 9. hic 7. Inde 27. Apr. e. a. in Krakován, ubi usque 1701. activus erat.

Váray Joannes Nep. Natus 16. Mart. 1841. Levae. Philosophiae Tirnaviae, theologiae Strigonii et Viennae in Pázmáneó studuit. 27. Jul. 1863. ordinatus. Cooperatorem egit in Ekecs et Levae. 12. Dec. 1870. obtinuit parochiam Ó-Bars.

Váray Michael. 2. Oct. 1762. applicatus admin. in Tótpróna. Hinc 26. Jun. 1763. investitus parochus Vieszkae. A quo incipiendo ordinate matriculae et protocolla ducuntur, quum a prioribus nisi fragmenta supersint. Recidit ad dioecesim Neosoliensem.

Várffy (Burgmann) Carolus. Natus 1. Jul. 1812. Budae. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 27. Sept. 1835. ordinatus. Coepe-

ratorem egit in Nagy-Kér, m. 6. in Rimóc, a. 5. in Nagy-Maros, m. 8. in Ipolyság, a. 1. et uno m. 18. Oct. 1842. nominatus parochus in Nagy-Csalomja. 14. Maji 1858. transivit ad Mohora, ubi commasatio fundorum pro parochia non quidem prospere peracta. Circa ecclesiam arbores plantavit, quae bis illam a periculo incendii praeservarunt. Pomarium erexit. Inde 30. Oct. 1870. recepit administrandam ecclesiam eremi Péliföld-Szent-Kereszt, ubi † 21. Oct. 1873.

Varga Antonius. Natus 6. Maji 1855. Theologiam in semin. gener. Budapestini 1879. absolvit. 30. Jun. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Ipolynyék, Mocs. 1883. Galantae. 1886. in Dorogh. 1888. administrator factus in Uny, ubi † 23. Jan. 1890.

Vargha de Tevel Desiderius. Natus 22. Maji 1863. Jaurini. Theologiae in Pázmáneó studuit. 30. Sept. 1885. ordinatus. SS. theologiae doctor creatus. Cooperatorem egit in Patak, Érsekujvár et ab 1889. Budae ad s. Sigismundum, una doctr. rel. professor in gymn. praep. mag. 1890. constitutus notarius s. sedis Strig. 23. Mart. 1892. nominatus parochus in Kőhid-Gyarmat. Scriptor ecclesiasticus. Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 539.

Vargha Joannes. Natus 6. Maji 1856. Theologiam Strigonii 1883. absolvit. 22. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Czétény, ubi ab 1888. etiam administrator applicatus. 1891. administrandam accepit Imely. 1892. parochus in Nagy-Kér.

Varga Josephus. Natus 31. Mart. 1853. Theologiam Strigonii 1877. absolvit. 1. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Hédervár, ab 1878. in Naszvad, ab 1879. in Tölgyes et Budapestini in Tabán, ab 1890. ibidem in arce ad B. M. V. Assum. 11. Apr. 1893. illius animosa interventio liberavit Claudium card. Vaszary AEppum Strig. et secretarium Medardum Khol a nece quam illis Csolics in residentia Budapestiensi inferre paravit. Eodem a. parochus investitus in Nagysalló.

Varga Michael. Natus 20. Oct. 1834. Sopronii. Theologiae in Pázmáneó studuit. 27. Jul. 1857. ordinatus. Cooperatorem egit in Hédervár, ubi m. Aug. 1864. administrator constitutus. 17. Oct. ejusd. a. nominatus, 20. investitus parochus in Zámoly. 1879. VADiac. surr. distr. Hédervár. Mense Febr. 1882. obtinuit parochiam Strigonii in Aquatica. Hinc 12. Febr. 1888. promotus ad capitulum Tirnaviense et 20. Dec. ejusd. a. ad

Posoniense. Est zelosus literator. Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 538.

Varini Joannes. Theologiam in collegio generali absolvens, qua tertiannita e ss. theologia baccalaureus graduatus. Ad titulum praepositi Bajmóczensis 1698. ordinatus. 28. Maji 1700. investitus parochus in Felső-Micsinye. Hinc 7. Dec. 1709. in Szelec, ubi usque 1711. activus erat.

Varju Alexander. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Poson. 1798. terminavit. Cooperatorem egit in Szent-Endre. Ab 1801. in Kemencze. 1816. accepit parochiam Pered. Hinc 1824. transivit ad Tallós. Fuit una com. Neograd et Comar. item sed. praed. de Vajka et Érsek-lél, necnon Verebély et Szent-György tab. jud. assessor. † 14. Nov. 1836. ibidem.

Varju Alexander. Natus 23. Dec. 1849. Theologiam Strigonii 1873. absolvit. 25. Jul. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Palást. Ibidem etiam administrabat et 22. Jun. 1884. parochiam obtinuit. Sub hoc parochus Paulus Palásthy cons. eppus et canonicus E. M. S. scholam aedificavit, dotavit et pro parochus quoque amplas fundationes fecit.

Varju Andreas. Natus 29. Oct. 1796. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1819. terminavit. 20. Oct. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Hédervár. 2. Mart. 1827, nominatus parochus in Baka. Hinc 1838. transivit ad Somorja. Inde 1842. obtinuit Hédervár, una distr. cognominis VADiac. Ab 1851. canon. hon. Strig. † 24. Aug. 1868.

Varju Stephanus. Magyarbéliensis, ex cottu Poson. 1760. susc. in alumnatum Budensem, ubi studia absolvit. 5. Maji 1765. missus est pro cooperatore ad Derecske. 6. Maji 1767. ibidem parochus investitus. Hinc per cambium cum Joanne Mészáros obtinuit et investitus est 16. Febr. 1770. in Marczal, ubi 1774. in vinea casu sclopo soluto trajecit hominem, qui sex diebus adhuc vixit et magis ob imperitiam chirurgi mortuus. Parochus ab omni culpa et irregularitate absolutus. † 2. Aug. 1806.

Vásáros Georgius. Fuit 1623. canonicus et parochus Posonii ad s. Martinum. (Rimely, Cap. Poson. 269.)

Vashideggy Michael. 1647. ordinatus. 1652. occurrit parochus in Fel-Bár, ubi jam 1653. successorem nactus. 4. Apr. 1663. investitus parochus in Nagy-Szalatnya, ubi usque 1673. activus erat.

Vaskovics Adamus, Joannes. E cottu Nitriensi. Qua alumnus collegii gener. 1669. baccalaureus, 1670. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. terminavit. 17. Mart. 1673. ordinatus. 26. Apr. 1674. baccalaureus ss. theologiae graduatus. Tunc adhuc alumnus. 24. Jul. e. a. constitutus parochus in Báth, cui a Lutheranis restituta ecclesia et parochia. Hinc 1677. obtinuit Neczpál. Inde 1678. Alsó-Korompa. 8. Nov. 1679. investitus in Diószeg. Hinc 1682. in Báhony. Demum exhinc 27. Apr. 1684. in Szered, ubi usque 1689. activus erat.

Vas Albertus. Fuit 1630. licentiatu in Kürth in ADtu Comar. Interfuit synodo die 4. et 5. Oct. ejusdem a. Tirnaviae celebratae.

Vas Blasius. Fuit 1647. licentiatu in Vadkert. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Vasváry Georgius. Jaurinensis. Primum seminarista Tirnaviae sub Gregorio Eörménközy rectore. Studium philosophiae absolvit Viennae in Bursa Agni, in alumnatu capituli Strig. — 1609. missus est ad parochiam Szerdahely juxta Vagum. 23. Oct. 1610. installatus canon. Strigon. Constitutus una parochus in Érsekujvár. Qua talis duobus a. functus est. Is in missali Strig. de a. 1486. quod nunc est bibliothecae E. M. S. haec notavit: Anno 1613. die 9. Junii Georgius Vasváry canonicus eccl. metr. Strig. parochus Vyuariensis rudo dno et fratri charissimo Wolphango Érsekujvári parochus Naszvadiensi, cum regimine ejusdem ecclesiae de voluntate Illmi dom. Francisci Forgách card. et AEppi Strig. mutato concedenti in Szarló, missale hoc obtulit et dedit in perpetuam sui memoriam.» (M. Sion, 1869. 14.) 1614. translatus ad capitulum Jaurinense, ubi 1616. cantor. 4. Oct. 1629. subscripsit synodo Tirnaviensi qua abbas de Saár et praepositus de Földvár. (Péterffy, Concil. II. 264.) A 1633. praepositus SS. Salvatoris de Pápócz. 1636. promotus ad praeposituram majorem. Fuit una vicarius gener. eppi. † 16. Aug. 1637.

Vasváry alias Kossik Georgius. Vedrődien-sis. 1. Nov. 1744. susceptus in alumnatum Budensem. 10. Dec. 1749. investitus parochus in Pusztá-Födémés. Hinc 16. Jun. 1767. in Hradek, quam 6. Jan. 1791. resignavit: illam 10. Jun. e. a. successori tradendo. † 26. Febr. 1799. in Vedröd.

Vaszky Josephus. 1787. in domo presby-

terorum ad s. Josephum Tirnaviae transegit. Cooperatorem egit in Kosztolán. 27. Sept. 1791. praesentatus et 23. Nov. ejusd. a. introductus capellanus localis in Felső-Szöllös. Hinc 9. Oct. 1803. transivit ad Nagy-Lapás, ubi eodem a. parochia restaurata, crates ferrei procurati. Beneficium hoc 10. Nov. 1835. resignavit et instituto emer. parochorum aggregatus. † 6. Febr. 1836. in Kis-Lapás.

Vasztlay Michael. 7. Febr. 1711. investitus parochus in Püski. Hinc 12. Febr. 1712. in Kiliti, ubi usque 1718. activus erat.

Vatay Joannes. In Pázmáneó 1673. logicae studens fuit. A 10. Febr. 1686. curatorem animarum egit in Érsekujvár. Hinc 2. Apr. 1690. investitus parochus in Szémő et Farkasd, ubi matricam scribere incepit. Hinc 10. Maji 1695. investituram accepit pro Gúta, ubi usque 1697. activus erat.

Vatter Stephanus. 16. Aug. 1760. missus pro cooperatore ad Szelezsény. 11. Jul. 1762. ad Zólyom-Lipcese. 6. Mart. 1764. ad Tata. 1. Maji 1764. ad Trsztena et 6. Mart. 1765. factus capellanus localis in Alsó-Jattó. Hinc 14. Febr. 1769. recessit et factus cooperatore in Kis-Vendég. Subin degit in Nagy-Surány, ubi † 3. Nov. 1773.

Vatter Thomas. Sztrazsensis. Qua saecularis 1713. baccalaureus 1714. magister philosophiae in univ. Tirnaviensi. Fuit 1715. alumnus theologus seminarii Budensis Szechenyiani. 29. Oct. 1716. expeditus pro cura animarum. Subin canonicus Scepusiensis. In capitulo elevatus ad cantoratum. † 21. Sept. 1769. Ibidem.

Vavrikovics Stephanus. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1724. terminavit. Jam 22. Maji 1723. presbyter ordinatus. 25. Jan. 1729. investitus parochus in Rózsavölgy. Mortuus eodem a. mense Aug., probabilius peste correptus.

Vavrovics Stephanus. 25. Oct. 1760. missus sus est pro cooperatore ad Hámor juxta montem Klak. 18. Jul. 1766. investitus parochus in Geletnek. Inde 19. Apr. 1771. ad Valaszka. 1776. incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Vaymár Stephanus, vide **Waymár.**

Vazán Georgius. Theologiae uno a. studuit. Ad titulum mensae semin. s. Stephani 1639. ordinatus. Ab 1642. parochus in Vieszka, ubi 1647. m. Aug. per Matthaeum Schlegel peracta visitatio, qui de parochia sic: «Philosophus et

unius a. theologus. Annor. circiter 31. Sacerdos novem et medio. Residens in hac parochia quatuor et medio a. Habens libros praeter synodales omnes desideratos; et personas sub sua cura pastoralis ducentas et aliquot.» Una administrabat Szkléno-Tepla et Apáthi. Nominatus in catalogo cleri eodem a. jussu Georgii Lippay confecto. 22. Maji 1648. obtinuit parochiam Szárazpatak. Ibi connotavit rationes ecclesiae et usque 1649. activus erat.

Vázsonyi Josephus. Natus 2. Dec. 1847. Theologiam cum quarto a. Strigoniensi absolvit. 19. Jul. 1872. ordinatus est. Cooperatorem egit in Mocs, ab 1873. in Csúz, ab 1874. in Muzsla, ab 1880. in Tallos. 24. Nov. 1882. constitutus admin. in Albaár, ubi 6. Mart. 1883. parochus nominatus.

Végh Aloysius. Theologiam cum cursu practico et a. quinto in arce Posoniensi 1791. terminavit. Cooperatorem egit in Szomolány, ubi a m. Jun. 1794. etiam parochiam admin. 1795. factus parochus in Kápolna. Ubi obeundo munus parochiale per semi saeculum, 1845. festo s. Georgii illud resignavit et se in quietem ad propriam molam in possessione Sárffő existentem contulit, ubi † 11. Jun. 1848. Aetatis 88.

Végh Josephus, Justinianus. Ex cassato ordine Trinitariorum. Fuit concionator hung. in domo Agriensi. Cassato ordine cooperatorem egit in Nádszeg. 1788. constitutus capellanus localis in Ipolyfödemes. Hinc 6. Nov. 1798. nominatus in pari qualitate in Érseklél. Inde 21. Aug. 1799. in Óvár. Diutius infirmitate pressus. † 21. Nov. 1805. in Szécsény in conventu Franciscanorum. Sepultus in crypta ecclesiae eorum.

Végh Joannes. Hunc 1648. crudeles Miavenses lutherani propter Christum in odium religionis diversis cruciatibus adeo afflixerunt ut animam creatori reddiderit.

Végh Laurentius. Fuit 1647. licentiatum in Bajna Nitriensi. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Végh Nicolaus. Civis Galgóczensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1662. baccalaureus, 1663. magister philosophiae. Theologiam in collegio gener. absolvit. 18. Sept. 1665. ordinatus. 1. Jun. 1687. investitus parochus Brezovae, ubi illum plebs Lutherana occidit, adtestante hoc inscriptione lapidis sepulchralis in ecclesia: «A. R. D. Nicolaus Végh parochus Brezovaensis in-

vasus noctu ab haereticis in odium fidei pluribus vulneribus confectus requiescit in Domino 1. Nov. 1674.» Aetatis 44.

Végh Simon. Fuit 1630. licentiatus in Kicsind. Interfuit synodi 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae.

Végh Stephanus. Hradistyensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1753. baccalaureus, 1754. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1757. terminavit. 31. Aug. e. a. missus pro cooperatore ad Szklabonya. 30. Jul. 1759. investitus parochus in Házasnénye. Hinc 21. Apr. 1763. in Ipoly-Szécsényke, ubi 1766. Emericus Foglár peregit conscriptionem. Inde 14. Mart. ejusd. a. in Verbó. 16. Febr. 1776. resoluti pro ecclesia 100 aurei Szentiványiensis et 300 flni ex cassa parochorum, pro parochia autem mille flni. 1779. resignavit beneficium et inter deficientes numeratus. 1781. vice-praefectus in semin. s. Emerici Posonii. 1782. spiritualis in semin. gener. Posoniensi. 1786. jussu regio jubilatur. † 24. Nov. 1789. in Helbény.

Végh Stephanus. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1807. absolvit. Cooperatorem egit Strigonii in Aquatica. 1810. nominatus beneficiatus in arce Strig. † 22. Dec. 1842. ibidem. Aetatis 64. Habet merita in literatura ecclesiastica. Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 543.

Véki Joannes. 21. Maji 1669. investitus parochus in Karancskeszzi.

Velenczey Franciscus. Szécsényiensis ex cottu Neograd. 15. Aug. 1749. susceptus in alumnum Budensem. 1. Nov. 1753. investitus parochus in Bást. Hinc 24. Dec. 1757. in Rimócz, ibi 1767. conscriptio parochiae peracta. † 29. Jan. 1776.

Velenczey Georgius. Natus Jaurini. Theologiam qua casista in Pázmáneo 1696. terminavit. 13. Jun. e. a. investitus parochus in Szölgyén, ubi 1701. Franciscus Jezerniczky peregit visitationem, qui de parocho: «Theologus moralis 30. annor. hic loci 5 annis. Ecclesia recenter renovata, necdum perfecta ob inopiam incolarum.» Hinc 18. Apr. 1703. Muzsdae. Inde per breve tempus, regiminis colonelli Géczy curatus castrensis. Sed jam 15. Nov. 1705. investitus parochus in Köhidgyarmat. Exhinc 23. Jan. 1714. ex mandato Emin. Principis in Naszvad et adhuc eodem a. in Udvard, ubi eodem a. Paulus Olasz peregit visitationem, qui de illo: «Per actualem visita-

torem installatus. Annor. 41. Habet residentiam anno superiori erectam, sed ab ecclesia dissitam. Actu paratur competens altare. Turris sat alta sed a. saeculo intacta, ruinae proxima. In pariete altariolum pro Eucharistia.» Beneficium hoc subin resignavit. † 29. Jul. 1728.

Velemi, vel Velényi Stephanus. In Pázmáneo 1695. philosophiae studens. Ibi et theologiam absolvit. 3. Apr. 1698. investitus parochus in Hárskút. Hinc 17. Apr. 1703. in Almás, ubi 15. Mart. 1711. denuo investitus. 25. Jan. 1714. successorem nactus.

Vellovics Joannes, vide Vlkovics.

Venceslaus. Canonicus regularis ordinis s. Augustini. Fuit 1534. praepositus curatus in Vág-ujhely. Hoc eodem a. Helena Ráskay, vidua Francisci Bánffy, donavit possessionem Bulk in Révfalu praepositurae et prohibuit ne quis audeat in praejudicium praepositurae molas sive in fluvio Vagh, vel fluvio Bzinch erigere.

Venceslaus. Fuit 1558. parochus Lomnitzien- sis, qui Viennae fuit apud Ferdinandum regem, pro recuperandis antiquis privilegiis. Cui pro diligentia dati sunt XI. floreni. (Wagner, Anal. Scep II. 259.)

Venceslaus. Fuit 1561. parochus in Holich, ubi 21. Mart. ejusd. a. Andreas Szakolczay peregit visitationem, qui de parocho: «Promotus est ad sacros ordines per Franciscum de Pest, suffraganeum quondam Strigoniensem et habet suam formatam. Est catholicus et in sua ecclesia diligens et fidelis. Singulis diebus Dominicis aliisque festis diebus patrio sermone ex libris catholicis et a. s. matre ecclesia catholica receptis concionatur. Caeremonias omnes rite et devote servat. Sacramenta omnia et alias res divinis usibus destinatas et conservatas munde et in loco honesto reverenter servat. Ideo a plebicula plurimum diligitur. Uxorem habet.»

Venceslaus. Fuit 1564. plebanus in Lomnicz. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Vépy, vel Vippy Franciscus. 16. Febr. 1728. investitus parochus in Pusztá-Födémés, ubi usque 1729. activus erat.

Verbói Matthaeus. Fuit 1630. parochus in Nagyzellő. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae.

Verbovics Ladislaus, vide Vrbovics.

Verbovszky Andreas. 1. Oct. 1759. missus pro cooperatore ad Jolsva. Hinc 8. Sept. 1767. investitus parochus in Süvete. Inde impetravit

parochiam Jolsva, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Rosnaviensi.

Verebélyi Ladislaus. 23. Oct. 1760. applicatus capellanus domesticus apud relictam comitissam Joannis Eszterházy. Subin factus praefectus comitellorum Szapáry. 15. Mart. 1765. investitus parochus in Nádszeg. 20. Oct. 1766. applicatus spiritualis in Pázmáneo Viennae. † 26. Maji 1781. ibidem.

Verebélyi Stephanus. Fuit 1634. licentiatius in Oroszfalu, ubi eodem a. Martinus Apáthy peregit visitationem. 1647. fuit talis in Szemeréd. Nominatur in catalogo cleri hoc a. jussu Georgii Lippay confecto.

Verebélyi Stephanus. 22. Mart. 1675. nominatus parochus in Alistál. Hinc 21. ejusd. a. in Egerszeg, ubi successorem habuit Joannem Putanicz.

Veress Franciscus. Natus 6. Aug. 1759. in Tardoskedd. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. Poson. 1785. terminavit. Cooperatorem egit in Tornócz. 1787. factus primus capellanus localis in Bajta, subin parochus. † 29. Jun. 1812. ibidem.

Veress Joannes. Natus 9. Aug. 1797. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1821. terminavit. 1822. et 1823. in domo presbyterorum Strigonii transegit. 17. Mart. 1822. ordinatus est. Cooperatorem egit in Zsemlér, ubi ab 1726. in spir. et temp. admin. fuit. Ab 1828. cooperator in Kis-Apáthi, ab 1829. in Garam-Szent-Benedek. Inde 22. Mart. 1846. in Kőhid-Gyarmat, ubi † 15. Oct. 1859.

Veresmarti Michael. Natus 1572. in Veresmart in cottu Baranya. E prosapia Calvino addicta, absolutis studiis, ipse rectorem scholae in Czegléd, Kecskemét et Kőrös egit, hic etiam munus praedicantis adeptus. Exhinc cum suis fidelibus ad Irmely, hodiernum Ürmény confugit, ibi consedit et catholicismum acute adgreditur, idcirco per Franciscum Forgách eppum Nitr. ex dieta admonetur. Dum resisteret incaptivatur et in arcem Nitriensem deducitur. Eliberatus in castro Bocskayano praedicator, subin Komjáthensis. Polemiam ingreditur cum sociis suis, ab his terrorisatur, ideo transit Tirnaviam. Confert difficultates suas cum Petro Pázmán et Emerico Lósy. Jejunio et oratione ad conversionem se praeparans 15. Aug. 1610. Viennae in ecclesia collegii S. J. ad manum Petri Pázmány, fidem cath. profitetur. Fidei

firmitatem editis operibus et activitate missionaria contestatur. 1613. parochus in Vág-Sellye constitutus. Cum acatholicis optimo cum fructu polemizat, quorum aliquos convertit. In fine a. 1615. canonicus Posoniensis. 6. Dec. 1619. ecclesia coll. mox domi capitulares Lutheranis traditae, capitulum exturbatum aufugit. Michael in aula Sigismundi Forgách palatini recipitur. Post 29. Apr. 1621. cum capitulo revertitur. 15. Maji 1624. collatam accepit praeposituram Vetero-Budensem. Post hanc 12. Aug. 1627. realem abbatiam in Bátha. Synodis zelose assistit, sic subscribit 4. Oct. 1629. et 1638. Tirnaviae qua exmissus capituli. Singularis benefactor ecclesiarum ordinis s. Pauli, imprimis ecclesiae Thalensis, huic donavit paramenta pontificalia, pectorale, infulam a Pázmányo acceptam et anulum cum saphiro a Catharina Brandenburgica sibi donatum. 1633. in eccl. collegiata tabernaculum ss. Eucharistiae in pariete coloribus illustravit. † 1645. (Ipolyi, Veresmarti Mihály élete és munkái.)

Veresváry Michael. Occurrit 1561. parochus in Kistapolcsány. Eodem adhuc a. factus parochus in S. Benedek. Quem eventum visitator Georgius Konyafalvay sic refert: «26. Martii veni ad possessionem Kistapolcsány, cujus ecclesia visitari non potuit, propter contumaciam parochi, qui fuga se conceperat, apprehensusque et ductus ad s. Benedictum, ubi coloni et inhabitatores rogantes venerunt, ut concederetur dicto sacerdoti, ut eorum plebanus esset, dixerunt enim se a multo tempore nullum habuisse sacerdotem. Concessumque est eis, ita tamen, ut idem sacerdos vitam emendaret et sic confestim Michael Zegeginus barbam illius radere fecit et etiam coronam. Sic nunc ecclesia in dicta Kis-Tapolcsány parochia vacat.»

Verla Carolus, vide Pázmány.

Vermes Georgius. 16. Nov. 1678. accepit investituram pro aliqua licentiatura in cottu Nitriensi.

Verseghy Paulus. Natus 3. Apr. 1813. Theologiam in semin. Mariano 1837. terminavit. 26. Oct. ejusd. a. ordinatus. 1838. in instituto presbyterorum Strigonii transegit. Cooperatorem egit in Garam-Ujfalu. Ab 1842. sed. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor. Ab 1843. coop. in Udvard. 1849. accepit parochiam Füzes-Gyarmath, quam 1859. resignavit. Pensione donatus degit infra ambitum parochiae in Alsó-Fegyvernek, ubi † 20. Nov. 1862. Sepultus in Füzes-Gyarmath.

Versik Andreas. Studuit Trencsinii. Conventus minister. Ab 1715. licentiatatus in Sívete, ubi 1733. visitatio Illyésházyana peracta, in qua ille annor. 40. in hac parochia 18. esse asseritur.

Verszidnicsek Blasius, vel Viedniczek. 7. Maji 1669. investitus parochus in Kaproncza, quem praeexistentes adhuc copiosi protestantes pepulerunt.

Veszelay Joannes. Natus in Fél. Qua alumnus semin. s. Stephani 1741. baccalaureus, 1742. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1744. terminans 18. Dec. e. a. investitus parochus in Litke, ubi subin VADiac. distr. Losoncensis. 1776. incorporatus neo-erectae dioec. Rosnaviensi.

Veszelay Joannes. Theologiam cum secundo a. in Pázmáneó absolvit. 1725. installatus quidem parochus in Fél, sed 4. Apr. 1728. tantummodo investitus, ubi 1732. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parochia: quod sit annor. 35. in cura animar. annis sex. Cui bonum testimonium dederunt. Proventus ecclesiae per agros acquisitos auxit. 5. Nov. 1741. investitus in Bátorkesz, ubi † 15. Maji 1754.

Veszelay Laurentius. Theologiam cum a. tertio in semin. gener. 1764. terminavit. 22. Nov. e. a. missus pro cooperatore Strigonium. 18. Maji 1770. investitus parochus in Ipoly-Szécsényke, ubi usque m. Dec. ejusd. a. activus erat. Hinc iterum cooperato et quidem Papensis. 12. Nov. 1776. investitus parochus in Dömös. 1782. ad deficientiam missus. Ab 1784. cooperato in Zsemer, inde 1785. ad novam exposituram in Kőbölkút transivit. 14. Febr. 1790. nominatus parochus in Bátorkesz, quam 13. Jun. ejusd. a. resignavit. † 15. Jul. 1796. Tirnaviae.

Veszeley Joannes, Ignatius. 1. Jan. 1664. suscepit administrandam parochiam Unin, ubi propter germanorum militum ex Moravia venientium insolentiam multas vexationes passus, nec matricam scribere potuit. Usque 1667. ibi operatus est. Subin applicatus fuit in Fel-Bár. 20. Mart. 1669. investitus parochus in Modor, ubi usque 1675. activus erat. Hinc transivit ad Bogdanócz. Juxta alios dicitur etiam fuisse parochus in Nagy-Paka et Nagy-Magyar.

Veszely Franciscus. Natus 18. Oct. 1833. Galgóczii. Theologiam Pestini absolvit. 25. Jun. 1858. ordinatus est. Cooperatorem egit Bakabányae. Hinc Posonii ad s. Martinum, ubi officium

praesidis unionis sodalium sustinuit. 1878. obtinuit parochiam ad ss. Trinitatem.

Veszeli Josephus. Natus 12. Jul. 1812. Viténczii. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 23. Maji 1841. ordinatus est. Cooperatorem egit Egyházkarcsae, Modrae, 1842. Bazinii et 1843. Szuhae. 1847. obtinuit parochiam Tótgurab. 23. Aug. 1890. adscriptus instit. s. Adalberti. † 6. Apr. ejusd. a.

Veszeli Valentinus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1819. terminavit. Cooperatorem egit in Érseklél. 26. Jan. 1823. constitutus admin. in Keszegfalva. Hinc m. Aug. ejusd. a. iterum rediit ad pristinam stationem. Ab 1826. curatus privatus in Bagota. Hinc 6. Febr. 1831. investitus parochus in Alsó-Várad, ubi † 4. Apr. 1855. Aetatis 58.

Veszeloyszky Carolus. Natus 4. Nov. 1796. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1821. terminavit. 1822. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 17. Mart. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Strig. in l. r. citte. 2. Febr. 1830. adm. constitutus in Csolnok, ubi 11. Maji ejusd. a. parochus nominatus. Illius cura ecclesia et domus parochialis restituta. † 20. Aug. 1854. ex typho.

Veszeloyszky Joannes. Fuit admin. Vibornensis in Scepusio, ubi † 4. Jun. 1742.

Veszeloyszky Martinus. Natus 10. Aug. 1832. Theologiam cum a. quarto in semin. s. Stephani terminavit. 24. Aug. 1855. ordinatus. Cooperatorem egit in Stomfa, ab 1858. in Hidas-kürt, ab 1859. iterum in Stomfa. Ab 1861. applicatus admin. in Bakabánya. Hinc 18. Dec. 1863. nominatus parochus in Sissó, ubi 24. Febr. 1864. investitus. † 12. Febr. 1870. ibidem.

Veszelszky Fridericus. Holicsensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1702. baccalaureus, 1703. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. terminavit. 24. Oct. 1706. ordinatus est. 24. Mart. 1709. investitus parochus in Nagy-Ugrócz, ubi jam 1. Dec. ejusd. a. successorem nactus.

Veszelszky Martinus. Liptoviensis, 1768. susceptus in alumnatum Budensem. Mense Apr. 1770. factus cooperato in Szucsány, subin Leutschoviae, ubi a 5. Nov. 1773. int. admin. dein iterum cooperato. Recidit in neo-erectam dioec. Scepus.

Veszter Franciscus. Nobilis Budensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1760. baccalaureus,

1761. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit. 13. Apr. 1764. applicatus praebendatus E. M. Strig. 26. Aug. 1767. investitus parochus in Szomor. Hinc 4. Sept. 1773. in Szempcz, ubi † 27. Dec. 1774.

Vett Georgius, Tirnaviensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1737. baccalaureus, 1738. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1742. terminavit. Pro cooperatura Szeniczium missus. 2. Sept. 1743. investitus parochus in Alsó-Diós. Hinc 1. Jan. 1747. in Szent-Benedek. Inde 3. Oct. 1753. in Garam-Ujfal. Sub illo aedificata nova ecclesia filialis Podluzsán; siquidem antiqua per vehementem ventum sublato tecto in fabrica adeo diruta, ut amplius reparari nequiverit. Consummata sumtibus propriis, elemosyna et gratuitis laboribus fidelium. † 5. Jan. 1757. Ibidem. Aetatis 38.

Vezdnicsek Blasius, vide **Uradnicsek**.

Vichor Thaddaeus. Ex cassato ordine s. Pauli protoer., quondam claustrum in Elefant incola. 1. Nov. constitutus primus capellanus localis in Pereszlyény. Sub illo 1804. domus parochialis aedificata. 1808. resignavit suum beneficium, pensione donatus. † 17. Jan. 1826. Strigonii.

Victor Andreas. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. in arce Poson. 1788. terminavit. 1789. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Blumenthal. 1793. factus praebendatus E. M. Strig. Ab 1796. cooperatur in Nagy-Maros. Ab 1798. in Sasvár et ab 1801. in Vág-Szerdahely. Eod. a. admin. subin parochus in Diószeg. 1806. resignavit parochiam et cooperatur factus in Udvarnok. 1807. constitutus admin. in Felső-Vásárd, quam 1711. resignavit et absque officio degit. 1812. admin. factus in Suránka, ubi † 8. Aug. 1821.

Victor Joannes. Tardoskeddensis. 4. Maji 1727. susceptus ad alumnatum Budensem. 16. Apr. 1729. ordinatus. 18. Maji e. a. investitus parochus in Kazár, ubi † 30. Dec. 1747.

Victorin Josephus. Natus 12. Mart. 1822. in Zavar. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 15. Febr. 1847. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádasd in cottu Poson. Ab 1850. Szakolczae. Ab 1852. Vetero-Budae, ubi ab 1854. admin. Hinc 1855. cooperatur Budae ad s. Annam. Mense Maji 1866. obtinuit parochiam Visegrád. 20. Jul. 1874. mente turbatus, transciso sibi gutture exspiravit Budae apud Misericordia-

nos, ubi sub cura morabatur. Eximia ejus merita in literatura slavica aestimat Zelliger, Eszt. Egyházm. Irók. 553.

Victorini Paulus. E seminario s. Adalberti per Leopoldum card. Kolonich 1647. ordinatus. 22. Apr. 1701. investitus parochus in Szielnicz, ubi 15. Nov. 1702. successorem nactus.

Vicsán Matthaeus. Bottfalvensis, ex cottu Nitr. 1758. susceptus in alumnatum Budensem. 15. Aug. 1759. ordinatus, et 10. Sept. factus cooperatur Pobedini. 3. Jun. 1761. investitus parochus in Nagymodró. Hinc 3. Jun. ejusd. a. investitus in Ardanócz, ubi 10. Jun. 1780. peracta visitatio Batthyianiana, in qua debilis valetudinis dicitur. 19. Apr. 1781. AEppus illum inivat, ut deinceps subsidium a patrono suo eppo Nitriensi habeat. 1803. parochiam resignat et ad filiam Tótsoók recessit, ubi † 27. Sept. 1807.

Vicsset Jacobus. Fuit 1561. plebanus ecclesiae Neosoliensis, de quo Blasius Zathay in visitatione 29. Mart. e. a. peracta de illo notavit: «Cum essem Neosolii judex nomine senatus me rogavit, ut ministros ecclesiae Jacobum Vicsset et Gregorium concionatorem non cogere hac vice ad synodum ire. Anno elapso etiam dum fuissent Tirnaviae, infantes sine baptismo et infirmi sine confessione decesserunt. Concessi eis prout petebant, ad beneplacitum tamen R. D. Vtrae.»

Vicsla Joannes, vide **Vihla**.

Viczen Georgius, vide **Viszer**.

Viczen Michael. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1767. terminavit. 22. Maji ejusd. a. missus pro cooperatore Szakolczam. 20. Febr. 1772. nominatus parochus in Turócz-Szent-György, cum qua parochia ingremiatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Vida Joannes. Natus 29. Dec. 1851. Theologiam Strigonii 1878. terminavit. 21. Jun. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Hédervár. Ab 1887. admin. in Darnó. 1892. obtinuit parochiam Duna-Szent-Pál.

Vida Matthias. Szepes-Váraljensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1740. baccalaureus, 1742. extraordinarie magister philosophiae. Jam tunc secundi anni theologus. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1743. terminavit. Subin parochus Igloviae, abbas s. Georgii de Szerencs. † 1. Apr. 1770. Ibidem.

Vida Michael. 27. Febr. 1739. investitus parochus in Kormossó, ubi † 20. Maji 1754.

Vidlics Lucas, Antonius. 27. Sept. 1690. investitus parochus in Nagy-Paka. Hinc 20. Dec. e. a. in Sempte. Sub illo 1694. ecclesia in filia Háraszt restaurata per Catharinam Tököly teste inscriptione in turri. Inde 27. Apr. 1697. accepit investituram in Szered. Exhinc 5. Aug. 1703. in Szempcz. † 1712. Tirnaviae apoplexia tactus.

Vidó Joannes. 20. Maji 1669. investituram accepit pro aliqua non nota parochia. Hinc 6. Maji 1672. in Kis-Terenye, ubi usque 1677. occupatus fuit.

Vidomius Georgius, Leopoldus. 2. Jun. 1670. investitus parochus in Drahócz, Vörösvár et Madunicz. In Drahócz usque 1674. in Madunicz vero usque 1680. activus erat.

Vidovics Andreas. Fuit 1632. parochus in Egbell, ubi eodem a. Joannes Keöszeghy peregit visitationem, qui de parcho notavit: «Quantum ex commendatione parochianorum et signis ejusdem externis conjicere potui, homo bonae est vitae, et doctrinam pro hac ecclesia administranda habet sufficientem, sicuti et libros. Diciturque diligenter peragere officium suum.» Idem visitator etiam 1634. peregit visitationem. Tunc notavit: «Parochus dicit parochianos esse diligentes in frequentandis concionibus sacris et sacramentis et etiam circa aedificationem ecclesiae, cujus rei argumentum esse potest, quod quidam eorum praesente me sponte promiserat ecclesiae certam pecuniae summam.»

Vidra Georgius. Hidvégiensis. Qua alumnus semin. Mariani 1731. baccalaureus, 1732. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1737. absolvit. 22. Jun. ejusd. a. investitus parochus in Visk, ubi † 5. Jan. 1759.

Viednicsek Blasius, vide **Verszidnicsek.**

Vieszkay Jacobus. Natus in Vieszka. Philosophus absolutus et theologus casista, vel moralis auditor. 1647. obtinuit parochiam Vezekény, ubi eodem a. Matthaeus Schlegel peregit visitationem, qui de illo: «Valetudinarius, aetatis suae 32, sacerdos 8. annor. Residens in hac parochia circa 5. menses. Habens libros requisitos. Nullum haeticum, parochianos tamen festifragos, denique inobedientes, proventum exiguum, templum ruinae propinquum et conservatorium esculentorum. Parochiam prope desolatam.» 1656. nominatur qua parochus in Felső-Apáthi. Tunc potius parochus in Vieszka fuit, quacum illa conjuncta. 1657. ibidem visitationem peregit Andreas Szily, qui de

illo: «Aetatis 47. In Vieszka duobus annis residens.» 13. Sept. 1673. investitus parochus in Nagy-Szalatnya. Tempore persecutionis Tökölianae jam canus et venerandus senex. Tunc graviter percussus et dum jam ter flexisset, jussus pro decapitatione, tandem litratus et dimissus. (Ex prot. VADnali sup. distr. Zoliensi.) Activus erat usque 1674.

Vieszkay Jacobus. 26. Jul. 1690. investitus licentiatus in Tót-Ujfalú. Hinc m. Jan. 1695. in Patak cum Csesztve, ubi usque 1700. operatus est.

Victoris Franciscus. Praenobilis Vágszerdahelyiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1731. baccalaureus philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1736. terminavit. Initio pro cura animarum ad Tardos missus. Inde 22. Sept. ejusd. a. nominatus parochus in Héreg. 1737. ecclesia sanctuario, sacristia et choro aucta sumtibus Emerici Eszterházy. Parochus prata et agros excisos accepit. Hinc 1739. transivit ad Csiffár. Una VADiac. distr. Verebélyiensis. † 4. Nov. 1751. Ibidem.

Victorisz de Vaszka et Kiskovalócz Josephus. Natus 26. Jun. 1813. in Bolesov in cottu Trencsén. Philosophiam partim Vaczii, partim cum theologicis Tirnaviae absolvit. 27. Jun. 1836. ordinatus. Cooperatorem egit in Sellye annis tribus. Hinc 1839. pro concionatore Posonium missus ad s. Salvatorem. Inde post 4. menses, 23. Dec. e. a. nominatus parochus in Alsó-Jattó. 16. Oct. 1841. ibidem Adalbertus Bartakovics peregit visitationem ADiaconalem. Hinc 20. Apr. 1843. transivit ad Szobotiszt. Inde 12. Jan. 1851. nominatus in Szenicz. Exhinc demum 12. Apr. 1853. in Sándorf per cambium cum Stephano Belicza. 28. Febr. 1881. pensione donatus, recessit ad Malaczka, ubi † 23. Maji 1883.

Victoris Marcus. Ab 1629. parochus in Nagy-Senkvicz. Jussu Emerici Losy vicarii peragit citationem oppidanorum Baziniensium ad tribunal spirituale ob detenta clenodia et apparamenta eccl. Bazin duo millia fl. valentia. 1632. obtinuit Istvánfalva, ubi 1634. Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de parcho sic: «Superavit annos 40. In studiis valde paucos consumsit; in hac parochia duos tantum exegit. Nullam quidem ibi concubinam reperi, audio tamen valde esse suspectum. Non caret breviario.» 1660. occurrit parochus in Grinád. Fuit praesens dum rationes de vineis ecclesiae redderentur. 4. Jul. 1663. in-

vestitus in Hosszufalu, ubi ante 1673. obiit, nam tunc haec adfiliata fuit ad Alsó-Dióš.

Victoris Martinus. Chereninus. Occurrit 1595. parochus in Bars-Szent-Kereszt. (Schemat. hist. Neosol. 1876. 355.)

Vihla, vel Vicsla Joannes, Franciscus, Michael. Theologiam cum cursu morali in semin. Mariano terminavit. 26. Apr. 1714. missus pro coöperatore Prividiam. Subin aliquibus mensibus cooperabatur Rosenbergae. 5. Sept. 1715. investitus parochus in Felső-Vásárd. Ab 1719. incipiendo scripsit matricam. Hinc 8. Apr. 1721. investituram accepit pro Csermend, ubi eodem a. confraternitas introducta. 1722. capella in castello Bodok erecta. 1727. matrica incepta. 25. Nov. 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de illo: Presbyter 18. annis, hic 11. prius in Vásárd 6. annis. 1744. parochiam resignavit. † 29. Apr. 1746. in Elecske.

Viktorin Josephus, vide **Victorin.**

Vilcsek Adamus. Nobilis Subvilcsensis in cottu Árva. 7. Nov. 1729. susceptus in alumnum Budensem. 1733. qua secundi anni theol. semin. s. Stephani extraord. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1736. terminavit. 5. Maji 1738. investitus parochus in Turdossin. Hinc 3. Nov. 1755. in Oravka, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Vilcsek Ignatius. Nobilis de eadem Arvensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1754. baccalaureus philosophiae. 11. Oct. 1758. missus pro coöperatore Velicsnam. 13. Maji 1759. investitus parochus in Alsó-Lipnicza. Hinc 20. Apr. 1762. in Namesto, ubi † 28. Sept. 1769.

Vilcsek Stanislaus. 30. Apr. 1723. nominatus parochus in Oravka, ubi † 1736.

Vilinyi Georgius, alias Zilinyi Joannes. Theologiam cum cursu morali in collegio Budensi terminavit. Fuit 1731. parochus in Csütörtök, ubi eodem a. Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de illo: «Annor. 45. in cura animar. 14. Quem bono testimonio de vita et munere pastoralis commendabilem reddiderunt.» 14. Mart. 1739. successorem nactus.

Villaco Udalricus, Guilelmus, vide **Dobriacher.**

Villmon Josephus. Natus 24. Mart. 1862. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1885. terminavit. 15. Apr. ejusd. a. ordinatus.

Coöperatorem egit in Sopornya, ab 1890. Selmezbánya. Eodem a. accepit parochiam Szent-Antal in cottu Hont.

Vilpasz Hieronymus. 22. Jul. 1668. investitus parochus in Németh-Próna. Hinc 29. Mart. 1671. in Handlovia, ubi usque 1672. activus erat.

Vilt Josephus, Ignatius. Natus 2. Jul. 1738. Strigonii in Aquatica. Philosophiam et theologiam in Pázmáneó absolvit. 12. Jul. 1761. pro coöperatore Pestinum missus. 26. Sept. 1762. applicatus moderator apud herulum comitellum Joannem Forgách in Gács. 4. Maji 1768. investitus parochus in Vadkert, ubi ab 1776. et munus VADni districtus Szécsény gessit. 30. Jul. 1778. canonicus Posoniensis, 19. Aug. 1779. vero Strig. installatus. 29. Nov. 1887. ADnus Hont. 8. Nov. 1790. Cathedralis et praepositus s. Georgii. 1801. cantor salutatus est. Munere vicarii generalis functus ab 1786. per districtum Strig. ab 1788. vero Tirnaviensem. 1799. vicarius capitularis electus. 1800. consecratus eppus Belgradiensis et Samandriensis. 1808. b. nom. eppus Jaurinensis. 21. Sept. magno applausu introductus. † 5. Oct. 1816. in Rákos. Vir magnae experientiae, in regimine singularis prudentiae, in laboribus eximiae patientiae, in acquirendis sibi aliorum animis summae dexteritatis.

Vilt Michael. Natus 29. Sept. 1799. in Drégely-Palánk. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1822. terminavit. 1823. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 5. Mart. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Szent-Mihályfa, ab 1824. in Rimócz, ab 1825. in Perbete, ab 1829. in Patak. 13. Febr. 1833. nominatus parochus in Füzes-Gyarmat. Hinc 5. Maji 1841. in Lédecz, ubi † 19. Nov. 1851.

Vinár Josephus. 10. Maji 1750. missus pro coöperatore Scepusium, ubi mox in Körtvélyes parochus factus. † 7. Oct. 1751. Váraljae.

Vincentius. Occurrit ante 1526. plebanus in Nagy-Surány. (Ex notis Geogii Palkovics.)

Vincze de Kis-Hind Carolus. Natus 26. Jan. 1844. in Kis-Hind. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii 1866. terminavit. 25. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Verebély. Ab 17. Jun. 1870. usque 31. Jul. ejusd. a. constitutus int. admin. in Csiffár. Exhinc rediit ad pristinam cooperaturam. 1871. factus parochus in Nagy-Hind. Ex notario distr. Nagy-Czéthényiensi 1885. VADiac. ejusd. distr.

Vincze Georgius. Ab 1667. alumnus Páz-máni, ubi et philosophiam et theologiam cum primo a. 1670. terminavit. Ab 1678. usque 1679. curam animarum gessit in Nagy-Sajka. 28. Aug. 1687. investitus parochus in Nagy-Surány. Hinc 24. Apr. 1688. in Majtény. Inde m. Jun. 1689. in Nádszeg, ubi usque 1692. activus erat.

Vincze Joannes. Kis-Hindensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1740. baccalaureus, 1742. extraordinarie magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. absolvit. 1744. missus pro cooperatore ad Zseliz. 22. Sept. 1745. ibidem investitus parochus. Hinc 20. Oct. 1751. in Lékér, ubi 1757. sub abbate Joanne Galgóczy, pro erigenda turri abbatiali convertitur capella in coemeterio ex quadrato lapide structa, jam desolata, nec ad capiendam moderni populi tertiam partem sufficiens. 7. Sept. 1779. visitatio Batthyianiana peracta. † 26. Jun. 1786. Ibidem.

Vincze Joannes. Nobilis Szobotistensis. 1763. qua alumnus semin. gener. defendit universam philosophiam. Theologiam in eodem semin. cum tertio a. 1767. terminavit. 12. Dec. e. a. missus pro cooperatore ad Koross. 6. Aug. 1768. investitus parochus in Závada. Hinc 20. Febr. 1771. discessit Scepusium. 1774. accepit parochiam Turán, ubi eodem a. conscriptio parochiae peracta. 1776. incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Vincze Joannes. Ab 1792. applicatus cooperatore in Nagy-Surány. 13. Oct. 1795. nominatus capellanus localis in Nagy-Lóth. Hinc 8. Maji 1796. castra legionum insurgentium qua capellanus secutus, pro illo curio Fajkürtensis munus administratoris in se assumpsit. 21. Jan. 1798. obtinuit parochiam Nagy-Surány, ubi † 4. Apr. 1810.

Vincze Laurentius. Nobilis Szakolczaensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1758. defendit universam philosophiam. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1763. terminavit. Applicatus praebendatus in ecclesia coll. Psoniensi. 2. Sept. 1767. missus pro cooperatore ad Sasvár. 6. Jan. 1770. applicatus admin. Holiczii penes Josephum Maszár. 7. Mart. ejusd. a. investitus parochus in Unin. Hinc 4. Apr. 1780. nominatus ad Egbell, ubi 3. Oct. 1788. visitatio Batthyianiana peracta, in qua de parocho: quod sit 47. annorum et quod philosophiae ac theologiae gradus, demta suprema laurea, ex defectu occasionis non suscepta, accepit. Dum 1789. Egbellenses Brunam pergrinassent illis in Moravia vexilla sunt adempta.

Ab 1807. VADiac. distr. Sasvárensis. † 28. Aug. 1810. Ibidem.

Vincze Petrus. Nobilis Szakolczensis. Qua collegii gener. alumnus 1741. baccalaureus, 1742. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem collegio 1745. terminavit. 16. Mart. 1748. investitus parochus in neo-erecta parochia Nagy-Mánya. Hinc 18. Apr. 1754. in lib. r. citte Szakolcza. Sub illo senatus 11. Jul. 1756. constituit, ut omnis civis ultima voluntate partem decimam substantiae omittat matri ecclesiae. 1759. capella s. Urbani erecta. Fuit una abbas s. Hypolitii de Monte Zobor et Decanus. † 16. Oct. 1763. ibidem.

Vincze Sigismundus. Nobilis Kis-Hindensis. Qua alumnus semin. Mariani 1750. baccalaureus, 1751. magister philosophiae. Theologiam cum a. tertio in eodem seminario 1754. terminavit. 22. Jul. ejusd. a. applicatus cooperatore in Verebély. 19. Febr. 1757. investitus parochus in Alsó-Győröd, quam 1. Nov. 1794. resignavit. † 1. Maji 1796. Tirnaviae.

Vincze Adalbertus. 7. Maji 1669. investitus parochus Moravánkae. Hinc 21. Maji 1671. in Sárfo. Inde 11. Jun. 1672. in Pöstyén. Exhinc 28. Aug. 1674. in Závod et Prasicz. Demum 1. Jun. 1677. in Bohunicz, ubi usque m. Nov. 1679. activus erat.

Vincze Joannes. Theologiam qua casista in semin. s. Adalberti terminavit. 19. Sept. 1693. ordinatus. 15. Apr. 1695. investitus parochus in Vagyócz, ubi 1696. campanam majorem, teste inscriptione, acquisivit. Ibi 25. Mart. 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de illo: «Monitus, ut legat rituale et ceremonias observet. Parochiani moniti, ut concionibus intersint, festa decretalia observent, praedicantem occulte non inducant.» 9. Aug. 1697. investituram accepit in Podola, ubi 10. Jul. 1700. idem Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de illo: Convertit ab ultima visitatione 50. animas. Conquestusque est contra diversos abusos ad damnum ecclesiae et sui praexistentes. Ab 1705. adsunt matricae per illum scriptae. Activus erat usque 1707.

Vinczy Andreas. Theologiam cum tertio a. in collegio gener. absolvit. 21. Dec. 1691. ordinatus. 14. Maji 1693. investitus primus parochus in Vedröd, ubi 1694. Stephanus Illyés peregit visitationem, qui de illo: «Aetatis 27. sacerdotii 3. parochiae semi altero. Domus parochialis re-

center erecta. Desiderantur cinctura et tectum stabuli. Ecclesia s. Andreae tertio ab hinc a. in ampliorem ex legato Thomae Baranyay de Eöcsén, in linea materna nepote generalis Stephani Zichy domini terrestres, erecta. Idem generalis reliquiis s. Crucis ecclesiam ditavit.» 27. Apr. 1700. investituram accepit in Morva-Szent-János. Ibi 1710. successorem nactus.

Vinczy Andreas. Theologiam cum cursu speculativo in collegio rubrorum absolvit. Ab 1710. operatus est in Vagyócz, dum haec parochia e manu Lutheranorum revindicata fuisset. Hinc 17. Oct. 1712. investitus parochus in Ó-Tura, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui de parcho: «Annor. 39. in cura 14. annis, hic uno anno. Zelosus, puncta suae Eminentiae observabit.» † 1723. ibidem.

Vinczy Andreas, Franciscus. Szakolczaensis. Fuit 1664. parochus in Brezova, quem incautum Turca abduxit. 17. Maji 1667. investitus parochus in Búr-Szent-Péter, ubi usque m. Jul. e. a. operatus est. 12. Apr. 1669. investituram accepit pro Holics. Hinc 13. Oct. 1670. Szakolczae. 22. Jun. 1675. ex mandato vicarii citationem peregit. Ibi usque 1678. occupatus fuit. Factus canonicus Poseniensis, ubi 9. Jan. 1681. installatus. Fuit abbas s. Michaelis archang. In actis processus Visaensi dicitur 1687. fuisse 52. annor. In capitulo usque cantorum promotus. † 1706.

Vinczy Franciscus. Ab 1699. parochus in Modor. 1705. civitas succensa. 15. Mart. 1713. installatus canonicus Poseniensis. Fuit una abbas s. Aegydi de Simighio, protonotarius apost. In capitulo usque custodiatum promotus. † 1722.

Vinkóczy Paulus. 25. Jul. 1719. investitus parochus in Závod. 4. Mart. 1724. processum movit contra parochianos Stepanovienses. Ibi † 15. Maji 1737.

Vinkóczy Thomas, Antonius. Theologiam qua casista in semin. s. Stephani absolvit. 21. Dec. 1691. ordinatus est. 16. Apr. 1692. investitus parochus in Rohov, ubi Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parcho: quod sit annor. 34. in cura animar. 5. Hinc 15. Apr. 1693. investituram accepit in Szobotist. Inde 20. Jan. 1702. in Stepanó, ubi † 16. Jul. 1722.

Viola Andreas. 15. Jun. 1675. investitus parochus Rutkaensis, ubi usque 1680. activus erat.

Viola Franciscus. Egerszegiensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1733. baccalaureus, 1734.

magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1738. terminavit. 15. Jun. e. a. investitus parochus in Diószegh. Hinc 28. Jan. 1741. in Szered. Qua talis 27. Sept. 1744. doctor ss. Theologiae graduatus. 14. Oct. 1768. investitus canonicus Poson. In capitulo promotus usque custodiatum. † 16. Febr. 1791.

Virágh Jacobus. Rimóczensis. 1753. susceptus in alumnatum Budensem. In Dec. 1754. ordinatus, 22. ejusd. missus pro cooperatore ad Nagy-Ölved. 4. Febr. 1756. investitus parochus in Kövesd. Ibi 1766. conscriptio per Emericum Foglár peracta. † 9. Jun. 1794.

Virágh Joannes. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. Praebendatus, dein succentor E. M. Strig. 6. Aug. 1736. investitus parochus in Alsó-Lelócz. Hinc 7. Mart. 1737. in Kovarcz. Inde 9. Apr. 1745. in Lészko, ubi 18. Aug. 1756. visitationem peregit. Antonius de Réva. Exhinc 29. Sept. 1760. in Rózsavölgy, quam 1763. resignavit et semin. deficientium Tirnaviae ingressus, ubi † 10. Maji 1767.

Virágh Ladislaus. Nobilis Érsekújvárensis. 7. Nov. 1729. susceptus in alumnatum Budensem. 11. Oct. 1733. ordinatus. 9. Nov. ejusd. a. investitus primus parochus in Putnok, ubi 1740. successorem nactus.

Virágh Matthaeus, Michael. Ab 1628. parochus in Ásvány. 26. Sept. 1630. ADiac. Comar. Contra Ásványenses causam movit. Ibi 1634. visitatio peracta, per Josephum Baghy in qua de parcho: «A sex annis hic. Bonam ducit vitam.» 1647. nominatur in catalogo cleri jussu Georgio Lippay confecto. Idem catalogus et in Komjáth Michaellem Virágh nominat parochum.

Virágh Michael. 22. Jun. 1741. investitus parochus Vilkensis, ubi usque 1748. activus erat.

Virták Antonius. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1805. terminavit. 1806. qua diaconus Budae transegit. Cooperatorem egit Comaromii, ab 1808. in Gyerk, ab 1809. in Nyerges-Ujfalú. 1810. constitutus capellanus localis in Kisoroszi. 1817. mente turbatus ad institutum emeritorum relatus. † 1823. Budae.

Virták Dominicus. Ex aliquo abolito ordine ad servitia ADioecesana receptus, applicatusque pro primo capellano locali in Vajk. Inde 1793. recessit ad Falkas-Dovorán, filia ad Alsó-Ludány.

Visnyovics Adamus. Csejthensis, ex cottu Nitr. potius Beczkóviensis ex cottu Trencsén. 3.

Nov. 1733. susceptus in alumnatum Budensem. 17. Maji 1740. investitus parochus in Liptó-Szent-Kereszt. ubi † 9. Apr. 1749.

Visnyovszky Andreas, Antonius. 12. Aug. 1700. investitus parochus in Vág-Szent-Kereszt. Hinc 10. Apr. 1707. in Podola, ubi usque 1713. activus erat.

Visnyovszky de Kis-Divinka Emericus, Daniel, Alexius. Theologiam cum secundo a. in semin. s. Adalberti absolvit. 16. Jul. 1728. investitus parochus in Spácza. 1730. transivit ad Komjáth, ubi 21. Mart. 1732. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui notavit: Quoniam molae sabbatinae proventum, Franciscus Forgách recenter ademit, ideo modernus parochus aliorum translocetur et alter, usque ad provisionem subsistentiae non exmittatur. Hinc 5. Mart. 1732. investituram accepit in Hrádek, ubi usque 18. Jun. 1733. activus erat. 18. Mart. 1736. accepit Ivánka. Tunc una protonotarius apost. 11. Mart. 1740. investitus in Alsó-Récsény. Inde demum 2. Jun. 1746. in Nahács, ubi † 9. Jun. 1749.

Visnyovszky, alias Viszervicz Joannes. Ab 1657. parochus in Sándorf, ubi 1663. successorem nactus. 8. Oct. 1668. investitus parochus in Pobedim. Ubi 1674. Jacobus Haskó ecclesiam strui curavit, quam 4. Sept. 1678. Ferdinandus Pálffy consecravit. In septem columnas ecclesiae inscriptiones memorabilium posuit. Sumtibus ipsius parochi, idem praepositus Haskó, procuravit pro ecclesia pacificale argenteum lapillis ornatum. Usque m. Apr. 1695. activus erat.

Visnyovszky Stephanus. Nobilis Szobotistensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1671. baccalaureus, 1672. magister philosophiae. Theologiae in Pázmáneó studuit. 7. Maji 1674. investitus parochus in Uj-Bánya. Hinc 3. Dec. ejusd. a. in Valaszka, ubi pro arenda decimarum solvit Capitulo septem aureos. 1677. per Tökölianos captus et cum ecclesia spoliatus, soluto lytro in Klenócz liberatus. † 1678. Neosolii.

Vistoky Matthias, Andreas. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 1632. obtinuit parochiam Nagy-Senkvicz, ubi 1634. Georgius Draskovics peregit visitationem, qui de illo: «Per me haud introductus, bonis moribus praeditus. Juvenis, nondum 30. annos natus. Studuit tantum, ut muneri suo satis faciat.» Successorem 1640. nactus.

Viszolajszky Aloysius. Natus 4. Apr. 1811. in Érsekujvár. Philosophiam et theologiam Tir-

naviae absolvit. 30. Sept. 1835. ordinatus. Cooperatorem egit in Visk m. 7. in Szent-Benedek a. 1. m. 3., in Kis-Apáthi a. 1. Rursus in Szent-Benedek a. 3. Ultimo in Bozók 11. m. Hinc Alsó-Badin administravit m. 2. A 5. Nov. 1842. parochus in Dágh. Hinc 1871. transivit ad Besenyő, quam 3. Nov. 1882. resignavit. 21. Jul. 1883. aggregatus instituto s. Adalberti, degit in Dorogh.

Viszolajszky Carolus. Natus 3. Nov. 1843. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii 1868. terminavit. 2. Aug. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádas, ab 1869. in Szenográd et ab 1872. in Zeliz. 1874. constit. admin. in Alsó-Szemeréd, ubi 10. Oct. 1877. parochus nominatus.

Vitál Antonius, Franciscus. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 20. Mart. 1706. ordinatus. 4. Maji ejusd. a. investitus parochus in Vámos. Hinc 25. Dec. 1711. in Vizkelet. 1714. dum haec parochia in Hegy fuisset, ibidem Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de illo: «Annor. 33. sacerdotii 6. Parochiam habet familiae cubiculo destitutam, pluviis perviam. Post longas admonitiones domini nobiles restaurationem ejus promiserunt, quin hucusque satisfecerint. Merito per Vicarium denegandus eis parochus. Admonitus parochus, ut tabernaculum et baptisterium aeneum procurare conetur.» Occupatus fuit usque 1714.

Vitalis de Eadem Alexander. Scepusiensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1752. baccalaureus, 1753. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1756. terminavit. 22. Aug. e. a. missus pro cooperatore ad Ó-Tura. 29. Sept. ejusd. a. vero Scepusium. Subin obtinuit parochiam Toporcz et factus Vice-Archi-Diac. distr. Dunaviczensis. † 13. Maji 1774.

Vitalis de Eadem Josephus. Nagy-Lomniczensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1764. baccalaureus, et 1768. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem seminario terminavit. 17. Oct. ejusd. a. missus pro cooperatore Scepusium. Subin praepositi Scepusiensis caeremoniarius et capellanus. Ab 1769. cooperator in Lőcse. Ab 1771. parochus in Mátyásfalva. Ab 1774. una decanus distr. Dunaviczensis. 1776. incorporatus neo-erectae dioec. Scepus.

Vitalis Michael. Fuit parochus Csorbensis in Scepusio, ubi † 28. Mart. 1741.

Vitalis Paulus. 14. Oct. 1665. investitus

parochus in Nagy-Magyar, ubi usque 1671. acti-
vus erat. 10. Mart. 1673. in Egyházzelle, ubi †
1705.

Vitalis Thomas. Csencziczfalvensis in Scep.
18. Aug. 1758. susceptus in alumnatum Buden-
sem. 16. Oct. 1764. qua diaconus Tirnaviam
evocatus, ordinatus et 25. ejusd. Scepusium mis-
sus. Cooperatorem egit in Csorba, ab 1767. prae-
positi Scepus. caeremonarius et capellanus. Ab
1769. parochus in Teplicska. 1774. protonot.
apost. 1776. ingremiatus neo-erectae dioec. Sce-
pusiensi.

Vitéz Paulus. Natus 29. Jun. 1817. in Sel-
meczbánya. Philosophiam et theologiam Tirnaviae
absolvit. 15. Jul. 1843. ordinatus. Cooperatorem
egit in Vásárút, ab 1845. Bazinii, ab 1847. in
Nagy-Jác, eodem a. in Nagy-Tapolcsán. 7. Maji
1853. nominatus et 31. ejusd. investitus parochus
in Vagyócz. 1873. una Hrachovistye administra-
vit. † 4. Jun. 1878. in Vagyócz.

Vitholovics Matthaeus, Martinus. 18. Jul.
1719. investitus parochus in Besztercze. Hinc 22.
Febr. 1720. in Dévény in cottu Poson., ubi eo-
dem a. successorem nactus.

Vitkay Franciscus, Joannes. 1790. in domo
presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem
egit in Negyed et ab 1792. in Hidas-Kürth. Ab
1797. capellanus localis in Boldogfalva. † 30.
Apr. 1803. Posonii.

Vitkovics Joannes. Occurrit 1630. parochus
in Sárköz, qua talis interfuit 4. et 5. Oct. ejusd.
a. Tirnaviae celebratae synodo.

Vitkovszky Joannes. Ante 1613. fuit paro-
chus in Nyitra-Pereszlény, ubi et mortuus. Nam
Joannes Solnai in visitatione 1634. ibi peracta
sic de illo refert: «Mortuus ibidem, reliquit
multos libros, quos detinet M. D. Blasius Ap-
poni. Post illum defunctus Lucas Dethey.» Qui
sub visitatione 1613. peracta, ibi parochus fuit,
ergo Vitkovics hunc annum praecessit.

Vittercsik Joannes. Podbelensis ex cottu
Arvensi. 1751. susceptus in alumnatum Budensem.
29. Apr. 1753. ordinatus. 29. Aug. ejusdem a.
investitus parochus in Gácsfalva. 15. Aug. 1759.
ipsa die consecrationis ecclesiae arcis Gács, per
Antonium de Réva erectae, de illius dote, exarato
decreto, fundator providet. 1767. conscriptio pa-
rochiae peracta, 1776. recidit una cum beneficio
ad neo-erectam dioecesim Rosnaviensem.

Vittich Antonius. Theologiam cum quarto

a. in Pázmáneo 1811. terminavit. Cooperatorem
egit in Holics, 1812. in Egbell, 1813. in Radossó,
1814. in Búr-Szent-Miklós, 1816. in Sasvár, 1817.
in Unin et 1818. Cszaztae, 1819. factus curatus
conversorum anabaptistarum in Szobotist. 1834.
cooperator Podolae. 1835. applicatus admin. in
Verbócz, quod munus 1837. resignavit. Degit
ultrouoque ibidem. 1840. transivit ad Vallem-
Mariae, ubi † 29. Maji 1849. Aetatis 61.

Viturka Georgius. Theologiam cum quarto
a. in semin. AÉppali Posonii 1799. terminavit.
Cooperatorem egit in Barth, ab 1800. in Komá-
rom-Szent-Péter. 2. Nov. 1804. nominatus paro-
chus in Kurtakesz. Hinc 23. Aug. 1807. transivit
ad Tarján. Inde 1809. accepit Comaromium. Ab
1814. una s. Benedicti prope Strig. abbas, cottus
Comar. item sed. praed. de Érseklél et Füss tab.
jud. assessor. † 25. Aug. 1827. Fuit pastor vigi-
lantissimus et concionator zelozissimus. Sepultus
in communi coemeterio ante magnam crucem.

Visa de Mátha, alias Mészáros Joannes. Na-
tus Gyöngyösini. 1682. studuit in Pázmáneo, ut
alumnus dioec. Agriensis. Cooperatorem egit in
loco natali. 1685. in congregatione cottus Neograd.
diploma s. Ladislao regi affictum de a. 1092. in
transcripto capituli Posoniensis de familia Visa
producit. 22. Dec. ejusd. a. installatus canonicus
Posoniensis. 20. Sept. 1687. vero investitus pa-
rochus Hédervárensis, quam mox resignavit, nam
Paulus Széchenyi eppus Quinque-Eccl. illum eo-
dem a. ad suam dioecesim recepit et parochum
in Kővágó-Szóllós nominavit, imo ad capitulum
ejatem promovit, relicta illi tamen parochia, ca-
nonicatu Posoniensi similiter retento. Ubi eodem
a. m. Apr. propter imposturam fiscalis actio con-
tra illum mota. Mox ADiac. de Baranya. Eppus
Radonay illum habuit socium persecutionum et
vicarium, paulo post et lector capituli. Dum
eppus ab 1692. Viennae detinebatur, ille invi-
gilando et subveniendo plebi, vita immaculata
et bono exemplo sparsit ubique bonum odorem
Christi. Sed per Franciscum Jany, in pacifico
itinere constitutus, captus et in carcerem Szi-
getinum deductus, gravissimis coarctatus proces-
sibus, non solum beneficiis, sed et universa sub-
stantia privatus, e numero cleri Quinque-Eccle-
siensis exclusus, in vinculis Posonium ablatum
est. Denique mediante Romano Pontifice, AÉp-
pus Strig. illi omnes dignitates et universam sub-
stantiam in integrum restitui procuravit. Abhinc

ad latus Pauli Széchényi AEppi Colocensis, qui simul eppatum Vesprimiensem tenuit constitutus, capitulo Vesprimiensi insertus et praepositura Colocensi provisos. Imo ab 1704. titulo eppi Neszter-Albensis condecoratus. Cum AEppo suo officium mediatoris et pacificatoris inter Leopoldum I. et Rákóczyum meritissime gessit et sibi nomen historicum acquisivit. In hujus praemium per Rákóczyanos incarceratus et 21. Julii 1707. e castro Gács, Munkacsium deductus. 20. Febr. 1708. apud principem Rákóczy audientiam habuit. Abhinc nil amplius compertum habetur. (Brüsztle, Recensio Cleri Quinque-Ecclesiis. III. 410.)

Vizkelethy. In visitatione 1647. in Verebély per Matthaeum Schlegel peracta inter libros ecclesiae recensetur: Scripta casistica pie defuncti Vizkelethi.

Vizkelethy Matthias. Fuit 1559. parochus in Léva, de quo visitator Joannes Derecskey notavit: «Ordinatus Posenii, per Georg. Thompa. Habet uxorem et filios, est totus haereticus. Libros habet haereticorum, utputa Luteri, Bulingeri Breney, Philippi Melanchtonis et aliorum. Hic plebanus per mediam diem litigavit mecum, defendebatque errores ipsorum, quem cum libris monere nitebar ad Vtram R. D., qui ait: Cur me mones et vis ducere ad Antichristum? Quem dure increpavi, cur malediceret principi sacerdotum. Cum scriptum sit: Principi populi tui ne maledixeris. Confidebat etenim is plebanus in fortitudine militum. Conveni tamen dominum Dobó specialiter et ibidem sum pransus et ajo ad eum: Cur sustineret inter milites talem temerarium haereticum. Qui respondit: Video errores illorum, sed propter penuriam sacerdotum. Commisi illi plebano sub poena excommunicationis, ut in congregatione sacerdotum quae futura erat, ut adesset, et etiam d. Dobó promisit, ut aderet et audiret exhortationes inter alios sacerdotes.» 1561. visitator Georgius Konyafalvay de illo: «Concionator lutheranus, Mathias nomine. Estne sacramentarius? an non? ignoratur. Nam sicut et anno praeterito statim se absconderat. Tamen medio cujusdam scholastici, audientibus multis viris nobilibus et militibus ad sacrosanctam synodum citatus est. Antea quoque missus fuit eo dictus Petrus, parochus de Zewlews vicearchidiac. Barsiensis, cui Bartholomaeus Horváth, ibidem capitaneus minatus est, dixitve, quod si alias cum

aliquibus literis quis eo venerit, tribus baculis verberabitur.»

Vicsovszky Joannes, Ev. 5. Maji 1669. investitus parochus in Báhony, ubi usque 1684. activus erat.

Vlahovics, alias Hlachovics Daniel. Fuit 1647. parochus in Koloss, nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto. 5. Jan. 1657. investitus parochus in Gerencsér, ubi 1673. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. Hinc 28. Apr. 1680. in Grinád, ubi usque 1681. activus erat.

Vlasics Nicolaus. Tirnaviensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1668. baccalaureus, 1669. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. terminavit. 11. Dec. 1671. investitus parochus in Verebély. Hinc 5. Maji 1673. in Nagy-Födemes, ubi eodem. a. Ferdinandus Pálffy peregit visitationem. 9. Maji 1676. investituram accepit pro Nádszeg, retento tamen priori beneficio. Hinc usque 1678. administrabat, item ab 1679. una etiam parochiam Jókai, ubi acatholici multis vexationibus sunt cum persecuti. Benedictus Farkas senior eum ad duellum provocavit. Bis fenestras parochi pistoleta perforavit. Tempore Tökölianae motionis domum illius expilavit, pecora abegit, ac parochum ita persecutus est, ut vix ad Nagy-Magyar transire potuerit, sequente eum turba tumultuosa, ibi duobus mensibus apud parochum Joannem Nagy commorari coactus. Jókaienses interim induxerunt praedicantem Bicskey, qui adveniente polonico-germanico exercitu profugit. 23. Jun. 1691. investitus canonicus Poseniensis. Subin praepositus de Landek, abbas B. M. V. de Abraham, elect. eppus Scopiensis, consiliarius caes. reg. Mttis. † 1715. Fecit fundationem in Nagy-Födemes.

Vlasics Joannes. Nobilis Poseniensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1721. baccalaureus, 1722. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1724. terminavit. 5. Oct. 1726. investitus in exemta parochia Földvár, ubi usque 1729. operatus est.

Vlassek Joannes, Nep. Natus 13. Nov. 1837. in Baán. Theologiam Strigonii 1859. terminavit. 10. Apr. 1860. ordinatus. Cooperatorem egit Bakabányae, in Morva-Szent-János et Budae, Christianopoli. 4. Oct. 1862. nominatus parochus in Závod. 23. Mart. 1864. accepit Búr-Szent-György et jam 11. Apr. ejusdem a. nominatus et 27. investitus parochus in Morva-Szent-János, ibi no-

tar. distr. 1887. transivit ad Felső-Ludány. Spirit. distr.

Vlkovics Antonius. Theologiam cum a. quinto in gener. semin. Budae 1780. terminavit. Cooperatorem egit in Pöstyén. 1782. obtinuit parochiam Felső-Vásárd. Hinc 3. Febr. 1792. Nagy-Jác. Inde 20. Maji 1801. Csermend, ubi usque 1804. activus erat. Tunc inter emeritos numeratus, degit in Nagy-Szelezsény, ubi † 22. Sept. 1810.

Vlkovics Joannes, Georgius. 24. Apr. 1684. investitus parochus in Alsó-Bottfalva. 13. Mart. 1685. in Hosszufalu. Inde 18. Dec. 1687. in Gerencsér. Mense Apr. 1689. in Sissó et Kisvendég. Hinc 10. Mart. 1691. in Koross et 20. Jun. 1692. in Nadlány, ubi usque 1697. operatus est.

Vodilovszky Thomas. 27. Mart. 1691. investitus licentiatus in Bábaszék, ubi usque 1693. operatus est.

Vodnyánszky Joannes. Natus 18. Jul. 1789. Bazinii. Theologiam in semin. Mariano Tirnaviae 1812. terminavit. 26. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Budae ad s. Annam uno anno. Postea praefectus herulor. Leopoldi com. Pálffy tribus a. Qua talis 1816. obtinuit parochiam Egyház-Gelle, ubi † 22. Apr. 1873. Peculiare, quod hic cum praedecessore Francisco Arady, ab 1773. usque 1873. compleverunt unum saeculum in hac parochia.

Vodislavszky, Vogislavszky, vel Vozislavszky Eustachius. 17. Sept. 1680. investitus parochus in Pöstyén. Hinc 1. Jul. 1681. in Szucsán, ubi usque 1688. activus erat.

Voglsperger Michael, Natus Papae. Qua alumnus semin. s. Stephani 1742. baccalaureus, 1743. magister philosophiae. Theologiae tertium a. in eodem seminario absolvens 14. Mart. 1746. missus est cooperator Tirnaviam. 28. Mart. 1750. investitus parochus in Dorogh. Hinc 9. Aug. 1753. per cambium cum Leopoldo Andreovics transpositus Vetus-Budam, ubi 1756. Josephus Batthyani peregit visitationem, qui de parocho: «Est egregius, obediens.» 1759. Idem Josephus Batthyani apud Trinitarios septem altaria benedicit. 1761. parochus interfuit electioni abbatissae Clarissarum Budensium. Eodem a. petiit facultatem in Békásmegyer ecclesiam aedificandi, quum jam 6. Apr. 1753. communitas hanc dedit declarationem: «Die ganze Gemeinde ist titulo Dotis zu verstehen.» 1763. contra illum inquisitio mota. 1769. conscriptio parochiae peracta. † 18. Jan. 1772.

Vojtech Joannes. Natus 14. Dec. 1864. Theologiam Strigonii 1887. absolvit. 31. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Vittencz, ab 1891. in Pudmericz. 1893. accepit parochiam Istvánfalva.

Vojtek Josephus. Natus 7. Apr. 1852. Theologiam Strigonii 1875. absolvit. 25. Jul. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Vágszerdahely, ubi 1886. parochus factus est.

Volani Georgius, Petrus. 25. Apr. 1676. investitus in Dévény in cottu Poson. Hinc 5. Maji 1677. in Tisolcz. Inde 3. Oct. 1680. in Szlaskza, ubi 1682. successorem nactus. Occisus.

Voldány Adamus. 25. Febr. 1733. investitus parochus in Felső-Vásárd. 1737. in ipsius et ludirectoris causa inquisitio peracta. Ibi † 28. Dec. 1738.

Volfay Georgius. 1655. fuisse parochum in Bazin, testatur inscriptio lapidis portatilis ecclesiae Nagy-Senkvicz.

Volkra comes Otto, Christophorus, Joannes. Fuit 1670. convictor in Pázmáneo. Fratrem habuit vice-praesidem Camarae Hung. Ferdinandum Gottliebum, dominum in Heidenreichstein, liberum in Steinbrunn et Streitdorf. 25. Sept. 1698. installatus praepositus Posoniensis. Ab 1699. una parochus ad s. Martinum. Eodem a. visitavit in ADiatu suo districtum Baziniensem. Sub illo 14. Sept. 1708. stola limitata. Eod. a. consiliarius caes. reg. Mattis. 1710. ad eppatum Vesprimiensem promotus. Tunc parochiam resignavit. Vesprimii seminarium cleri jun. et 1711. gymnasium fundavit. (Dipl. fund. de 4. Febr. 1716. Litterae Auth. II. 2. 18.) Successorem 1723. Emericum Eszterházy nactus. † 1729. Sepultus in ecclesia s. Martini Posonii. Cui 23. Dec. ejusdem a. epitaphium positum.

Vontus Joannes. Fuit 1613. parochus Radosnensis. Nominatur in visitatione hoc a. peracta. Tunc speciales stolares proventus vigeant, sic: Ab introductione sponsae strofiolum, vel ut convenire possunt cum parocho. A baptismo torta et gallina. Ab introductione post partum candela et d. 3. etc.

Völesey Josephus. 1. Apr. 1748. investitus parochus in Alsó-Palojta, ubi † 17. Nov. 1756.

Völgyes Joannes. 1. Apr. 1640. parochus in Nagy-Megyer. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Vörös Adamus. 24. Apr. 1734. investitus

parochus in Kicsind cum filia Kövesd, ad quam residentiam parochi transtulit, ubi † 30. Oct. 1747.

Vörös Antonius. Natus 21. Aug. 1800. in Hegy. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 21. Sept. 1823. ordinatus. Cooperatorem egit in Deménd, ab 1827. in Vágszerdahely et ab 1829. Tirnaviae. 21. Jun. 1834. constitutus admin. in Alsó-Dombó. Mense Oct. 1835. parochus factus in Alsó-Récsény, ab 1844. vero in Cseklész, ubi † 17. Sept. 1871.

Vörös Joannes. Strigoniensis. 22. Nov. 1721. susceptus in alumnatum Budensem. 18. Jan. 1723. ordinatus, post incendium (28. Mart.) collegii in curam animarum expeditus. 23. Maji ejusd. a. investitus parochus in Medve, ubi 18. Nov. 1728. successorem nactus.

Vörös Joannes. Nobilis Comaromiensis. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1753. baccalaureus, 1754. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1757. terminavit. 2. Oct. e. a. applicatus cooperator in Duna-Szerdahely. 26. Jan. 1760. missus pro admin. ad Karva, quae tunc filia fuit ad Nyerges-Ujfalú. Hinc 20. Maji 1762. investitus parochus in Zámoly, ubi 1774. acquisivit prata pro ecclesia occasione novae divisionis. 1779. ecclesiam reparari curavit. 15. Sept. 1780. peracta visitatio canonica, in qua de illo: «Plus amatur quam metuitur. Nec nitidus nec sordidus. Eminent virtute humilitatis.» 1782. VADiac. distr. Hédevár, constitutus. 8. Sept. 1791. inquisitio contra illum mota propter occultationem profugi militis asilantis. † 21. Apr. 1795. Ibidem. Sepultus ante fores ecclesiae.

Vörös Josephus. Natus 25. Jan. 1761. in Magyarbél. Theologiam cum quinto a. in semin. gener. in arce Poson. 1788. terminavit. Cooperatorem egit Samariae. 1790. obtinuit parochiam Vásárút. Ab 1816. VADiac. distr. inf. insulani. Fuit cottuum Comar. et Poson. item sed. praed. de Vajka et Érseklél tab. jud. assessor. Conv. s. Benedicti de juxta Gron conventualis. † 2. Jun. 1836. Ibidem. Sepultus in coemeterio.

Vörös Stephanus. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó terminavit. 26. Maji 1721. investitus parochus in Tardoskedd. Hinc 6. Nov. 1729. in Nagy-Surány, ubi 28. Mart. 1732. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parochia: 12. annor. presbyter. Requirit parochus

actualis possessores pietate utcunque exemplares, ut vestigia dotis, ex natura consecrationis adesse debentis, cum inspectione suorum litteralium instrumentorum, exquirere non dedignentur.» Usque 1749. activus erat.

Vörös Vincentius. Natus 30. Nov. 1819. in Ó-Gyalla. Qua helv. fidei addictus professionem fidei elicuit 1835. in Paschate. Philosophiam et theologiam Tirnaviae terminavit. 15. Jul. 1843. ordinatus. Cooperatorem egit in Tölgyes a. 6. subin ad Varbó missus, hinc 1850. ad Ipolyság translatus. 1851. Vajkam, 1852. ad Mocs et tandem ad Lekér. 19. Nov. 1856. constitutus parochus in Pereszlény. Sub illo domus parochialis ampliata. Hinc 5. Aug. 1873. transivit ad Duna-Szent-Pál, ubi una spirit. distr. 25. Apr. 1892. ingremiatus instituti s. Adalberti.

Vrabelszky Stephanus. 3. Jun. 1698. investitus licentiatus in Szemere, ubi usque 1702. activus erat.

Vradniczky Blasius, vide *Uradnicsek*.

Vrana Franciscus Xav. Theologiam cum a. quinto in semin. gener. in arce Poson. 1787. terminavit. Cooperatorem egit in Lakács, ab 1788. in Pobedim. 6. Jun. 1791. nominatus parochus in Hradek. Difficillimis gallicorum bellorum tempore ecclesiam, uti hodie stat, a fundamentis erexit, praeter chorum, quem morte praeviente consummandum reliquit; item ecclesiam supellectili majori ex parte providebat. † 9. Mart. 1810. et ob insignia sua merita in aedibus sacris sub cathedra sepultus.

Vrana Joannes. Natus 29. Nov. 1762. in Banka in cottu Nitr. Theologiam cum anno quinto in semin. gener. Posonii 1788. terminavit. 1789. in domo presbyterorum transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Vittencz. 12. Jan. 1793. nominatus parochus in neo-erecta parochia Csesztve, ubi † 17. Apr. 1831. Aetatis 68. E febris nervosa.

Vranovics Georgius. Natus 20. Apr. 1780. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. 1804. terminavit. 12. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Komjáth. 1805. capellanus localis in Vajk. Eodem a. in pari qualitate transivit ad Néved, ubi 1809. parochia stabilita. 1814. transivit ad Nagy-Modró. 16. Febr. 1821. nominatus in Hradek, quam 28. Oct. 1827. resignavit. Cum pensione provisus recessit ad suum possessorium in Lopassó. † 20. Dec. 1855.

Vranovics Martinus, Ignatius. Nobilis Lopasoviensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1691. baccalaureus, 1692. magister philosophiae. Theologiae in Pázmáneó studuit, inde post Pascha 1695. in curam animarum missus. 26. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Turan, ubi 3. Febr. 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de illo: Slavus, 27. annor. sacerdos 2. A Catholicos convertit 23. Hinc 5. Dec. e. a. in Neczpál. Inde 18. Jun. 1704. in Radosna, ubi una VADiac. distr. cognominis. Hinc 23. Jul. 1719. in Galgócz, quam mox resignavit et reversus ad Radosna. 27. Sept. 1722. installatus canonicus Psoniensis. Fuit etiam abbas b. Margaretae de Béla. In capitulo promotus usque lectoratum. † 13. Jan. 1740. (Data biographica vide: Magyar Állam 1891. 234.)

Vranovics Michael, Josephus. Felső-Diósenis. Qua pater familias in universitate Tirnaviensi 1712. baccalaureus, 1713. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1716. absolvit. 15. Sept. 1718. investitus parochus in Alsó-Ludány, ubi † 4. Mart. 1721. Sepultus in ecclesia.

Vranovics Paulus. Sztrazsensis e cottu Nitr. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1712. baccalaureus, 1713. magister philosophiae. 29. Maji 1716. investitus parochus in Hradist. Hinc 13. Maji 1720. in Broczkó. Inde 26. Oct. 1723. in Dojcs, ubi usque 1728. activus erat.

Vratanay Antonius. 21. Dec. 1729. investitus parochus in Vieszka. Hinc 8. Oct. 1732. in Tót-Megyer. Inde 9. Nov. 1733. in Kicsind et

jam 5. Dec. e. a. in Kis-Báb. 1742. in filia Romanfalva Georgius l. b. Andrassy oratorium erigit. † 22. Dec. 1747. Ibidem.

Vrbovics Ladislaus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1811. terminavit. 1812. applicationem exspectavit. Subin cooperatorem egit in Verbó, 1814. Ó-Turæ, 1815. in Podola, 1817. in Pobedim, 1819. in Ujvároska, 1821. in Stomfa, 1822. in Udvarnok, 1827. in Ujlak et 1829. in Perezslény. Eodem a. constitutus parochus in Apaj, ubi † 20. Sept. 1835.

Vreteniczky Paulus. Lucskensis in cottu Liptó. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1731. baccalaureus philosophiae. 7. Sept. 1734. investitus parochus in Spácza. Hinc 7. Mart. 1739. in Nyitra-Perezslény. 17. Jul. 1753. in Némethi in cottu Hont, ubi † 4. Nov. 1762.

Vseteczky Georgius. Ex parochia Sztrazsniensi 1639. evocatus ut parochus et decanus Szakolczam, ubi usque 23. Maji 1642. activus erat.

Vunyáni Blasius. Ordinatus a Georgio eppo Novae Civitatis in Austria. Fuit 1561. plebanus in Jolka, ubi eodem a. visitatio peracta, in cujus instrumento de illo: «Omni die tabernas visitat et inebriatur. Habet focariam et proles cum ea. Confessionem auricularem non facit.» In instrumento visitationis a. 1562. autem sic: «Sacramenta in ecclesia omnia me praesente habuit, alias, ut revera accepi, nunquam Sacramentum Eucharistiae sub utraque specie distribuit. Confessionem communiter audit. Uxorem habet. Plebanus cum populo Lutherani.»

W.

Wachsmann Carolus. Theologiam cum a. quarto in semin. Mariano 1836. terminavit. 1837. transegit in instituto presbyterorum Strigonii. 21. Aug. ejusd. a. ordinatus cum dispensatione 9. mens. et 1. die in aetate. Cooperatorem egit in Kövesd, ab 1839. in Érsekujvár, ibi una sed. praed. de Verebély et Szent-György tab. jud. assessor. Ab 1844. succentor eccles. colleg. Tirnaviensis. 1845. obtinuit parochiam Taksony, ubi † 11. Jan. 1849. Aetatis 36. Ex morbo cholerae.

Wachter Matthaeus. 15. Mart. 1685. investitus parochus in Ottóvölgy, ubi usque 1686. operatus est.

Wachtler Carolus. Natus 9. Jun. 1809. Tirnaviae. Philosophiam et theologiam ibi terminavit. 3. Jun. 1832. ordinatus est. Cooperatorem egit Budae ad B. M. V. Visitantem, tum Pestini ad s. Leopoldum, item ad s. Theresiam. Mense Mart. 1849. constitutus admin. in Ujbars. Hinc 9. Dec. 1851. in pari qualitate translatus ad Lédecz, ubi 1852. parochus factus est. † 17. Maji 1869. Ibidem.

Wagner Augustus. Natus 19. Aug. 1813. Psonii. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1835. terminavit. 1836. et 1837. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 28. Oct.

1836. presbyter ordinatus. Cooperatorem egit in Somorja, ab 1838. Posonii ad s. Salvatorem. 1839. iterum reversus ad Somorja. Ab 1846. sed. praed. de Vajka et Érseklél tab. jud. assessor. 1847. obtinuit parochiam Kajal, quam 1852. resignavit. † 11. Jun. 1857. Viennae.

Wagner Benedictus. Natus 1754. Cremnitii. Studia philosophica absolvit in Universitate Tirnaviensi. Theologiam partim in Pázmáneo, partim in Universitate Budensi, ubi baccalaureus theologiae creatus est. Post terminata studia, primis duobus annis Neosolii in obsequiis partim episcopi, partim capituli morabatur. Cooperatorem egit Bajmóczii, annis 4. parochum Brezanensem 16, Cremnicziensem 18, demum Neosoliensem annis 6., itaque universim 46. — 1824. Neosoliensem resignavit, et ad hanc dioecesim cum annutu ordinarii sui transivit, retento canonici cathedr. ecclesiae Neosoliensis honore, quo 1811. condecoratus fuit. Abhinc Cardinalis Alexandri a Rudna confessorium egit. Post hujus mortem, obtinuit m. Sept. 1831. beneficium Buda-Eörs, ubi † 8. Apr. 1834. Aetatis 81. Fuit s. Sedis Neosol. item cottuum Zol. et Strig. tab. jud. assessor.

Wagner Ferdinandus. Natus 6. Nov. 1839. in Pudmericz. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 27. Jul. 1863. ordinatus. Cooperatorem egit in Alsó-Korompa. A. m. Jun. int. admin. in Bucsán. Subin iterum cooperatorem in Korompa. 30. Nov. 1879. obtinuit parochiam Bohunicz, ubi † 5. Nov. 1888.

Wagner Franciscus. Natus 2. Apr. 1793. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1816. terminavit. 17. Aug. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit Posonii ad s. Salvatorem, ab 1819. in Dömös, et ab 1820. in Köhid-Gyarmat. 1. Jun. 1827. obtinuit parochiam Helemba, ubi † 23. Oct. 1830.

Wagner Ignatius. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1831. terminavit. 17. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Budae ad B. M. V. Visitantem. Ab 1832. absque officio. Ab 1834. cooperatorem in Bozók, ab 1835. in Surány, ab 1836. in Nemcsény, ab 1838. in Aranyos-Maróth et ab 1839. in Udvarnok. 5. Febr. 1840. obtinuit parochiam Alsó-Badin. Per cambium cum Josepho Kárász 1843. obtinuit Nagy-Lapás, ubi admin. constitutus. † 9. Jul. ejusd. a. Aetatis 35.

Wagner Joannes. Fuit 1700. parochus in Zsa-

kócz, una decanus districtus sup. fluvii Poprád. Nominat illum visitator Joannes Sigray. Activus erat usque 1709.

Wahl Franciscus Xav. Fuit S. J. adscriptus. Cassatio illum invenit superiorem missionis Leopoldianae, parochum et praefectum ecclesiae, catechistam et operarium hung. et germ. Post cassationem remansit administrator ibidem, ubi et † 16. Jan. 1779.

Waisz Ignatius, vide Weisz.

Wajzer Ignatius. Natus in Kubin nobilis. 1765. ad clerum susceptus, philosophiae in semin. gener. studuit. Dum theologiae quartum a. in Pázmáneo solveret 21. Febr. 1772. missus est cooperatorem Stomfam. 21. Febr. 1774. nominatus parochus in Széleskút, ubi 1. Oct. 1782. peracta visitatio Batthyaniana, in qua de illo, quod sanitatem habeat variabilem. Temperamenti modesti. Existimatio ejus tum in loco, tum in vicinia bona. Verbo, de illo laudabilem dat informationem. Hinc 1795. transivit ad Gajar, ubi † 22. Mart. 1797.

Waltperger Franciscus Xav. Natus 21. Sept. Trencsinii. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. Posonii 1785. terminavit. Praebendatus chori E. M. S. applicatus. Ab 1786. cooperatorem in Selmeczbánya, ab 1792. Posonii, ab 1795. concionator ibidem. 1801. obtinuit parochiam Nagy-Lévárd, ubi † 12. Jan. 1806.

Walmrath Antonius. Natus 3. Nov. 1784. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. 1807. absolvit. 16. Nov. e. a. ordinatus. Concionatorem et cooperatorem egit Posonii ad s. Salvatorem. Ab 1813. coop. ad s. Martinum ibidem. 1826. obtinuit administraturam ecclesiae s. Salvatoris ibidem. Ab 1854. una s. Sedis Tirnaviensis assessor. Eodem a. tradidit ecclesiam suam S. J. administrandam. † 27. Apr. 1856. Posonii.

Walmrath Joannes. Natus 3. Mart. 1802. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1825. terminavit. 25. Dec. ejusd. a. ordinatus ex instituto presbyterorum. Cooperatorem egit in Windschacht. 22. Apr. 1831. nominatus parochus in Felső-Zsemer. Ab 1851. VADiac. distr. Báth. † 12. Febr. 1863.

Walter Joannes. 17. Aug. 1758. missus pro cooperatore ad Balassa-Gyarmat. 13. Apr. 1760. investitus parochus in Kormos. Hinc 28. Aug. 1762. in Bábaszék, ubi † 5. Apr. 1763.

Walter Julius. Natus 17. Febr. 1855. in

Selmeczbánya. Philosophiae Strig., theologiae in Pázmáneo usque 1877. studuit. 22. Dec. e. a. ordinatus. A mense Apr. 1878. usque Jun. e. a. subsidiarium egit in Börzsöny. Jam cooperatorem Comaromii. Ab 1878. educator herul. apud. Julium com. Szapáry Budapestini, usque 1881. Inde cooperator Érsekújvárensis nominatus, post unum mensem constitutus catecheta in scholis soror. Charitatis cittis Aquat. Strigonii, et a m. Sept. 1882. professor praeparandiae. 1883. doctor ss. theologiae creatus. A 25. Jan. ejusd. a. usque m. Mart. int. admin. Strig. in Aquatica. Ab 1884. usque 1892. una in lyceo AEppali paedagogiae et catecheticae professor. Item a m. Majo 1889. M. E. S. bibliothecarius. 1890. instituti praeparandiae ad mag. schol. elem. int., mox ord. dirigens professor. Necnon examinat. prof. doctr. relig. in schol. med. appl. Ab 1893. secretarius cancellariae primatialis ac fiscus consistorialis. Literaria merita ejus resenset Zelliger, Eszt. Egyházm. Irók. 535.

Wanke Josephus. Natus 9. Mart. 1830. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii absolvit. 2. Oct. 1868. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Maros, ab 1869. Budae ad B. M. V. Visitant. et ab 1870. Vetero-Budae. 1872. obtinuit parochiam Hidas, ubi † 14. Jan. 1873.

Watha Georgius, vide **Watral.**

Wathoffer Paulus. Theologiam in collegio generali absolvit. 1. Maji 1691. ordinatus. 24. Nov. e. a. investitus parochus in Német-Próna, ubi usque 1696. activus erat.

Watral Georgius. 5. Mart. 1693. investitus licentiatus in Búcs. Hinc 5. Apr. 1703. in Baczúr, ubi usque 1704. activus erat.

Waymár Stephanus. Natus 3. Jul. 1808. Tirnaviae. Philosophiam et theologiam in loco nativo absolvit. 17. Aug. 1831. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Jác 3. m. Bazinii 6. a. Szuhae 3. a. et totidem m. 1841. obtinuit parochiam Schweinsbach. Hinc 4. Nov. 1862. Boleráz, ubi 17. Aug. 1864. investitus est. 1878. beneficium suum resignavit, pensione donatus. 4. Jul. 1881. aggregatus instituto s. Adalberti. † 13. Febr. 1887. in Suha.

Weinberger Joannes. E cottu Pisoniensi. Qua alumnus semin. s. Stephani 1716. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo terminavit. Hujus formatus baccalaureus. Cooperatorem egit Tirnaviae uno a. 10. Oct.

1720. investitus parochus in Vág-Szerdahely. 4. Oct. 1727. in Udvarnok, ubi 29. Nov. 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem. Fuit una VADiac. distr. Radosnensis. † 18. Apr. 1742. in Udvarnok.

Weingruber Georgius. Theologiam in Pázmáneo absolvit. 15. Jul. 1749. investitus parochus in Duna-Földvár, ubi 1753. Carolus com. Eszterházy peregit visitationem, qui de illo: «In cura animar. in octavum, hic sextum a. Conqueritur de pectoris afflictione, adhibet pro concionibus unde PP. Franciscanos. Melius tamen fecerit si capellanum ecclesiasticum petierit.» Hinc 16. Jul. 1761. Pestini, ubi † 31. Aug. 1763. Aetatis 43. Sepultus in crypta eccl. parochialis.

Weingruber Ignatius. 26. Jun. 1747. missus pro cooperatore Pestinum. Subin. parochus in Zsákócz, ab 1764. in Ménhárd, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Weishaupt Casparus. E curia episcopi Viniensis ad canonicatum Pisoniensem 1618. adlatus, una parochus ecclesiae ad s. Martinum usque 1622.

Weisz Franciscus. Natus 16. Sept. 1838. Tirnaviae. Theologiam Pestini 1861. absolvit. 24. Oct. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Alsó-Korompa, ab 1862. in Szomolány. Intermedio tempore interim admin. in Alsó-Récsény, Egyházfalvae, et in Ó-Szuzskó, ubi m. Mart. 1866. parochus factus. Hinc 1. Maji 1867. obtinuit Bohunicz. Inde 10. Oct. 1879. transivit ad Zavar. Notar. distr.

Weisz, alias Vaisz Ignatius. Tirnaviensi. Qua alumnus semin. gener. 1768. baccalaureus, 1769. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1772. terminavit. Cooperatorem egit Bazinii, post semialtero a. Tirnaviae. 1774. obtinuit parochiam Szomolány. 1776. aedificium oeconomiae propriis sumtibus struxit. 1777. organum restaurari curavit. 1778. controversiam habuit cum Antonio Koller patrono capellae calvariae, qui hanc dirutam reliquit; qua de causa parochus hanc calvariam cum processione adire noluit. Ille vero furtim abstulit e parochia paramenta, quae 1779. in castello ignis consumpsit. 1783. ex capella imo organum abstulit, ut domi filia illud pulset. 1779. parochus unam campanam conflare curavit. 27. Sept. e. a. cum fere tota communitate et domus parochialis flammis consumpta. 3. Sept. 1782. visitatio Batthyana

peracta. 18. Oct. 1791. statio cooperitoris ibidem stabilita. Hinc m. Jun. 1794. promotus ad Bajmócz, ubi altariae s. Antonii rector et subin abbas B. Mariae V. in Scepusio. Activus erat usque 1806.

Weisz Sigismundus. Natus 15. Apr. 1849. Theologiam Strigonii 1874. absolvit. 26. Jul. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Thaszár. 1881. factus parochus in Némethi in cottu Hont. una ejatis altariae B. M. V. rector.

Weiszkirchner Laurentius. Fuit adscriptus ordini Nazarenorum. Sublatio 1775. facta invenit illum superiorem domus in Péliföld-Szent-Kereszt, quod munus jam ab 1769. gessit. Post sublationem remansit curatus ibidem. † 4. Febr. 1801.

Weldl, rectius Vellek Joannes. E. dioecesi Pragensi. 5. Aug. 1752. investitus parochus in Buda-Eörs. Ibi 1756. Josephus Batthyán peregit visitationem, qui de illo sic: Ecclesia noviter erecta annuo suo proventu et fidelium oblationibus. Parochus a quatuor annis hic, antea in Bohemia 7 annis. 1756. successorem nactus. Mense Jun. 1758. se excusat contra querelas parochianorum de Buda-Eörs. Ulteriora fata non constant.

Welke Vilhelmus. E. dioecesi Moguntina oriundus. Sufficientes dimissoriales et de susceptis ordinibus testimoniales secum adtulit. Ad ADioecesim susceptus 16. Nov. 1716. investitus parochus in Süttö, ubi usque 1719. activus erat. Resignato beneficio remeavit ad oras paternas.

Wellenzon Joannes Bapt. Tyrolensis, Schluderensis ex valle venusta. Absolutis theologicis studiis in exteris provinciis 1711. ordinatus. 14. Sept. ejusd. a. investitus parochus in Dévény in cottu Poson. 28. Jul. 1712. transgressus ad parochiam Pestensem. Ibi 1716. colossus nobilior ss. Trinitatis erectus, item congregatio ejusdem ss. Trinitatis promotore Sebastiano Sailer salis inspectore constituta, cui 26. Jun. 1726. Benedictus XIII. plenarias indulgentias concessit. 1718. Clerici reg. de scholis piis introducti. 1720. capella 14. Auxiliatorum, 1729. mons calvariae erectus. 1730. capella s. Joannis Nep. in Rákos erecta et benedicta. 1732. visitationem canonicam peregit Sigismundus e com. Berényi. 1735. capella in coemeterio ad portam Vaciensem erecta et ord. Servor. B. M. V. pro administratione tradita. 1739. capella Salvatoris spinis coronati per Dalmatas erecta. Eodem a. peste grassante magna consternatio inter incolas et defectus sacerdotum. 1740. capella

B. M. V. Auxiliatricis in Lapidina erecta. † 14. Mart. 1743. (Acta et facta illius vide fusius: A pesti főtemplom története. I. k.)

Wép de, alias de Ispar Joannes. Fuit canonicus et plebanus ecclesiae s. Martini de Posonio. Ille fieri fecit cantionale manuscriptum, nunc in possessione capituli, in quo de illo hoc notatum: «Hoc opus fecit fieri venerabilis magister Johannes Han de Wep, alias de Ispar, quondam canonicus et plebanus ecclesiae s. Martini in Posonio, Ao D. 1488. (In textu occurrit 1487.) qui tandem vita functus est a. 1500. feria sexta post festum s. Joannis ante portam latinam. (8. Maji.) Cujus anima Deo vivat.» (M. Sion. 1866. 68.) Vide et Han.

Werner Ferdinandus, Leopoldus. A 10. Apr. 1712. functionatur qua parochus in Visegrád. Eodem tempore incipit matricam scribere. Tunc et ecclesia ad s. Joannem Bapt. superaedificata antiquis rudibus. Activus fuit usque 20. Aug. 1714.

Werner Franciscus. Natus 21. Mart. 1837. Trencsinii. Theologiam Strigonii 1861. absolvit. 28. Jun. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Lédecz m. 18. hinc applicatus admin. in Nagy-Lehota. Inde m. Maji 1870. obtinuit parochiam Sissó. Hinc 1893. transivit ad Nagy-Jác. Est una spirit. distr.

Werner Josephus. Natus 16. Mart. 1799. Theologiam in semin. Mariano 1821. terminavit. 27. Jun. 1822. ordinatus est, tunc in instituto presbyterorum Strigonii degens, ubi et a. 1823. transegit. Cooperatorem egit Budae ad B. M. V. Visitantem. 1831. obtinuit parochiam Hidegkut, ubi usque 1839. activus erat. Hinc ingressus instit. emer. parochorum Tirnaviae, ubi † 15. Mart. 1857.

Werner Paulus. Natus 3. Jan. 1793. Tirnaviae. Philosophiam ibidem, theologiam cum quarto a. in semin. gener. Pestini 1815. terminavit. Hinc praebendum egit in eccl. metr. Strig. Ab 1816. cooperatorem Bazinii, ab 1817. vero Tirnaviae. 1819. obtinuit parochiam Rózsavölgy. Hinc transivit ad Gerencsér, ubi † 18. Apr. 1848. Aetatis 55. Sepultus in coemeterio. Vir a nimia modestia, singulari erga parentes suos, quos dein apud se fovit, pietate, ac zelo animarum laudatus.

Wezinger Carolus. Natus 4. Jun. 1845. Budae. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii 1867. terminavit. 28. Dec. ejusd. a. ordi-

natus. Cooperatorem egit in Hédervár, ab 1869. Budapestini ad s. Josephum, ab 1870. Budae ad s. Catharinam et ab 1876. Pestini ad Assumt. 1877. constitutus spiritualis in semin. s. Stephani. 1890. parochus Budae in arce ad s. Sigismundum, una custos dexteræ s. Stephani protoregis Hung. Ab 1891. abbas B. M. V. de Madocsa. Una s. Sedis Budapest. assessor. Penes gymnas. majus scient. Univers. circ. II. commissarius AEppalis, Sororum Charit. Christinopoli conf. ord. et de Bono Pastore Vetero-Budae extraord.

Wilffink Joannes. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó. 1782. terminavit. Eodem a. obtinuit parochiam Puszta-Födémés, ubi † 13. Febr. 1808.

Wilhelmb Ignatius. Nobilis e Valle Dominorum in cottu Zoliensi. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. 1776. terminavit. Cooperatorem egit Budae ad B. M. V. Visit. 2. Jul. 1782. nominatus parochus in Békás-Megyer. Hinc 16. Aug. 1792. obtinuit Budaeörs, ubi † 18. Febr. 1797. Aetatis 45.

Winkler Andreas. Scepusiensis. Qua alumnus semin. Mariani 1704. baccalaureus, 1705. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. terminavit. 1708. presbyter ordinatus 1709. baccalaureus theologiae gradus. Ab 1710. usque 1711. parochum egit in Vásárút. Subin canonicus Scepusiensis, ubi † 1721.

Winkler Balthasar. S. Georgensis in Scepusio. Qua alumnus semin. s. Stephani 1734. baccalaureus et 1737. magister philosophiae. Theologiae quartum a. in eodem semin. 1739. studens, m. Jan. investitus parochus in Horvát-Gurab, ubi 1756. Joannes Galgóczy peregit visitationem, qui de illo: «Annor. 40. in cura animarum et quidem hic constanter 17. annis. Diligens, exemplaris.» † 24. Mart. 1758. Ibidem.

Wiszaer Ignatius. Natus 2. Febr. 1806. in Hradek. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani. 1830. terminavit. Cooperatorem egit in Szent-Endre, ubi a m. Oct. 1835. usque m. Febr. 1836. int. admin. dein iterum cooperatorem ibidem. 3. Jul. 1844. nominatus parochus in Kospallag, ubi † 1. Apr. 1847.

Wiszer Georgius. Ex Szelepcsény. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1727. baccalaureus, 1728. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1731. termi-

navit. 13. Jan. e. a. investitus parochus in Nahács, ubi eodem a Joannes Jelenfy peregit visitationem, qui de parocho: «Annor. 27. Hic a m. Jan., novitius.» Ibidem † 5. Apr. 1738.

Wiszhoffer Josephus. Jaurinensis. Philosophiae et theologiae Posenii, solum annum ultimum in semin. s. Stephani Tirnaviae 1803. studuit. Cooperatorem egit Strigonii in l. r. citte 8. m. Subin in Praesidio Budensi ad Ass. B. M. V. 10. a. et 6. m. Hinc in exhortatorem reg. gymnasii Budensis renunciatus, ubi 7. a. et 7. m. trans-egit, quo tempore etiam una assessor Consist. distr. Strig. item in deleg. Cons. Primat. superrev. defensor matrimonii. 7. Nov. 1820. nominatus parochus Budensis Praesidii ad B. M. V. Ass. et 9. ejusd. investitus. 25. et 26. Febr. 1822. peracta visitatio Rudnayana. In qua parochus annor. fere quadraginta esse dicitur. 30. Jul. 1831. nominatus abbas de monte s. Mariae. Ab 1834. VADiac. surr. distr. Budensis. † 3. Apr. 1839. Fuit celebratus concionator. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók, 556.)

Wittinger Franciscus. Tirnaviensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1669. baccalaur. 1670. magister philosophiae. Theologiam in eodem seminario terminavit. 19. Dec. 1671. ordinatus. Parochus factus in Ocsova. 1673. in persecutione Tököliana a satellitibus hujus captus, qui illum e turri praecipitare voluerunt, verum a parochianis sex centis florenis redemptus, quos illis restituere coactus. (Ex protocollo VADiac. sup. distr. Zol.) 18. Maji 1673. occurrit parochus in Vittencz, cui Stephanus Dolny comittit legatum ecclesiae occupandi facultatem. 28. Apr. 1674. investitus parochus in Divény et Dobrócz, ubi 27. Maji 1677. successorem nactus. 1679. obtinuit Maniga et Bucsán, ubi controversiam habuit cum subditis Sigismundi Bucsán, quorum pecora capi jussit. Hinc 27. Apr. 1684. investituram accepit pro Vittencz. Ibi 1695. incepit matricam scribere. 28. Mart. 1697. Emericus Pongrácz, peregit visitationem, qui de illo: «Annor. 54. sacerdotii 37. hic 13. E collegio rubrorum magister philosophiae.» 1700. itidem idem visitor de illo notavit «Parochus ex post a funeribus non exiget nisi praescriptam stolam.» 1703. ecclesiam inferiorem cepit erigere. Activus erat usque 1706.

Wittinger Franciscus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1709. terminavit. 21. Dec. ejusd. a. ordinatus. 22. Jan. 1710. in-

vestitus parochus in Kis-Vendég, ubi 1713. Paulus Zichy peregit visitationem, qui illum nominat. Hinc 18. Sept. e. a. investituram accepit pro Lancsár, quam 1723. resignavit et seminarium deficientium Tirnaviae ingressus, ubi † 30. Jul. 1768.

Wizner Franciscus. Natus 27. Jan. 1807. Strigonii in Aquatica. Patrem habuit Antonium notarium cittis. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1830. terminavit. Cooperatorem egit in Diószeg a. 2. m. 7., in Nagy-Magyar a. 5. A. 20. Maji 1834. usque 29. Aug. e. a. int. admin. in Illésháza. Dein iterum rediit ad cooperaturam. Subin admin. in Nagyed. Ultimo coop. in Duna-Szerdahely m. 4. 1839. constitutus admin. in Szelöcze, ubi 27. Jun. 1842. parochus nominatus. Hinc 30. Apr. 1845. transivit ad Alistál. Inde 20. Maji 1848. obtinuit Ballony, quorsum 15. Jun. e. a. transivit. Beneficium hoc 5. Maji 1877. resignavit. Pensione donatus degit in Nyárad. 1. Maji 1890. adscriptus instituto s. Adalberti. † 19. Maji 1891.

Wohldrann Joannes. Natus 1. Jun. 1795. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneo 1820. terminavit. 1821. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 14. Jan. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Köbölkút. Ab 1822. Pestini ad s. Theresiam. 1831. obtinuit parochiam ad s. Rochum. Hinc 1835. promotus ad s. Theresiam, ubi † 8. Jun. 1854.

Wolf Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. gener. Budae 1782. absolvit. Cooperatorem egit in Selmeczbánya 9. annis. 29. Nov. 1791. investitus parochus Hodrusbányae. 21. Nov. 1808. beneficium suum resignavit et factus spiritalis Tirnaviae. 29. Oct. 1811. nominatus parochus in Windschacht, ubi † 30. Aug. 1815.

Wolff Paulus. Natus 7. Mart. 1789. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo 1811. terminavit. 19. Nov. ejusd. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Selmeczbánya, ab 1814. Posonii in Virágvölgy. Mense Mart. 1816. obtinuit parochiam in Magyarfalú. Hinc 1821. in Detrekő-Szent-Péter. Inde 1830. in Gajár, ubi † 4. Oct. 1857.

Wolfgangus. Occurrit 1532. plebanus de Pukano, id est Bakabánya. De illo in missali bibliothecae E. M. S. a. 1512. edito notatum: «Me emit 1532. Vuolfgangus de Pukano.» Alio loco: «Obiit mortem inter celebrationem missae Hybis ante januam, quae ad meridiem est. Non enim

poterat in templo celebrare propterea, quod repletum erat templum variis frugibus et victualibus, quae ascendente ingenti exercitu erant inportata ab incolis Hybensibus anno Christo nato 1551. 12. Aug. sepultus est ante altare magnum. Sed postquam mortua est magnifica dna Anna Sulyok, consors mgn. dni Joannis Balassa de Gyarmath, e fossus est, ossaque ejus deportata sunt ad ossarium coemeterii, ibidem existentis.» Alio loco in missali de se notavit: «In campo Mohács infelicissime in decollatione s. Joannis bapt. praesens eram, vulnus acquisivi.» (M. Sion 1869. 254.)

Wolfgangus. Fuit 1463. plebanus de sancto Georgio sub montibus prope Posonium, de quo Adalberto vicario Strig. in spir. generali notificarunt Bernardus s. Martini et Franciscus s. Laurentii eccl. parochialium plebani, requisiti per magistr. Martinum canonicum Strig. et jussu Dionysii Széchy, decimatorem Posoniensem praesentis a., quod ad solutionem decimarum illum inviassent, qui reposuit, nec ipsum, nec locum ipsius ad id obligatum esse, idcirco illum citarunt secundo die festi s. Thomae ap. (M. Sion 1869. 737.)

Wolfgangus. Fuit 1561. plebanus in oppido regio Samaria. De quo visitator ejusd. a. refert: «Germanus, catholicus, Sacramenta omnia deceter servantur in templo. Habet servitricem. Aufugit.» 1562. successorem habuit.

Wolfgangus. Fuit 1562. parochus in Modor. De quo visitator ejusd. a. refert: «Missam quidem celebravit coram, juxta consuetudinem ecclesiae catholicae, sed dicitur alioquin populo sub bina specie sacramenta Eucharistiae porrigere et missam more Lutheranico celebrare, uxorem habet.» 1561. alter nominatur parochus.

Wolgemuth Franciscus. Salisburgensis. Fuit 1508. parochus Posonii in ecclesia s. Laurentii. Hoc a. Petrus nuncius apostolicus, per epistolam Budae exaratam ecclesiam hanc diversis privilegiis ditat. In hoc documento nominatur parochus: «Franciscus ubolgemiotus de Ujlako.» Accepit item facultates erigendi sibi altare privatum. Fuit una canonicus Posoniensis. (Tudom. Értekező I. 147. et Rimely, Cap. Pos. 261.)

Wolfinger Josephus, Carolus. Ex parcho Popradensi circa 1766. factus parochus in Szepes-Olaszi. Subin titulo praepositurae s. Eustachii de Csúth, decoratus.

Wolfinger Mathias. 7. Mart. investitus parochus in Dorogh. Hinc 15. Dec. 1741. in Szempcz, ubi sub hoc parochia cathedra venusta et ara lateralis s. Ladislai e piis oblati erecta. † 24. Jun. 1773. Ibidem.

Wunyáni Blasius, vide **Vunyáni.**

Würth Aloysius. Natus 22. Dec. 1820. Theologiam in Pázmáneó 1842. absolvit. 1843. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 15. Jul. 1844. ordinatus. Cooperatorem egit in Vadkert. 1846. licentiatuſ ss. theologiae 21. Mart. 1854. nominatus parochus in Lóczy, ubi † 1865.

Würtl, rectius **Wirtl Antonius.** Natus 7. Apr. 1825. Budae in Ujlak. Philosophiam et theologiam cum quarto a. in semin. Mariano Tirnaviae 1848. terminavit. 12. Dec. e. a. ordinatus. Subsidiarium egit in Buda-Eörs. Hinc castra pro libertate patriae pugnantium secutus est usque Világos, inde in fuga salutem quaerens

reversus subsidiarium egit in Kövesd. et in Dorog. Subin cooperatorem in Hédervár, ab 1850. in Nagy-Maros, 1851. in Buda-Ujlak, 1852. Christinopoli. 1858. brevi tempore professor doctrinae relig. in schola reali Budensi. Ab 1860. cooperatorem Budae in arce ad B. M. V. Assumt. 8. Nov. 1867. nominatus parochus in Aquatica ad s. Annam. Sub illo 1876. ecclesia exstus restaurata, quae adhuc signa globorum 1849. jactorum ostendebat. Hac occasione utraque turris radicitus reparata. Etiam domus parochialis restaurata. 1854. in ecclesia sepulchrum Christi speciosum mire composuit. Fenestras pictas pro ecclesia magno pretio comparavit. Uno verbo: decorem domus Dei promovere, scopum sibi praefixit. † 27. Jul. 1890. ex ruina stomachi, in Csopak, quorsum sanitatis causa concessit. Sepultus in coemeterio communi Budapest. Aquaticensi.

Z.

Zabkovics Georgius. Philosophiam et theologiam qua casista in Pázmáneó 1670. terminavit. 1678. investitus in aliqua ignota parochia in cottu Nitrien. 20. Jun. 1692. in Kis-Báb. Inde 1. Jun. 1693. in Jókő, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de illo: «Annor. 55. in cura 26. hic 4. annis. Convertit 2. animas.» Activus erat usque 1704.

Zabler Petrus. Occurrit 1632. parochus Leuschoviae, qui se causae matrimoniali in Kirch-Dorf pertractatae, immiscebat, idcirco per praepositum capituli s. Martini interdicto est subjectus. (Wagner, Anal. Scep. II. 25.)

Zabojnik Georgius. Fuit 1669. parochus in Szenográd. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Záborszky Melchior. Déménfalvensis ex cottu Liptó. 27. Febr. 1740. susceptus in alumnatum Budensem. Subin parochus in Létánfalu, ubi † 30. Mart. 1770.

Zabreczky Andreas. Theologiam in semin. s. Adalberti cum quarto a. terminavit. 3. Maji 1729. investitus in Velicsna, ubi 10. Jul. 1731. per Franciscum Zichy visitatio peracta, in qua de illo: Presbyter duobus annis, hic toto tempore. Hinc 10. Dec. 1742. in Felső-Kamenicz, ubi † 25. Sept. 1757.

Zabreczky Georgius. Theologiam cum cursu

speculativo in Pázmáneó absolvit. 26. Jun. 1749. missus pro cooperatore Vetero-Zolium. 10. Apr. 1750. investitus parochus in Pojnyik, ubi 13. Oct. 1755. Josephus Batthyán peregit visitationem, qui de illo, quod sit hic quatuor annis, sedulus. Quamvis 19. Oct. 1754. pro Lopei investituram acceperit, tamem illud beneficium non apprehendit, nam dum 7. Oct. 1755. idem Josephus Batthyán, ibi visitationem perageret, parochia vacaverat. Inde 19. Mart. 1771. Dubovae, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Zabrovsky Antonius. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii. 1801. terminavit. Cooperatorem egit in Steffoltó, hinc 1811. in Selmech. Eodem a. obtinuit parochiam Nagy-Lévárd, ubi † 22. Jul. 1892.

Zachar Stephanus. Theologiam cum a. quinto in semin. gener. in arce Poson. 1789. terminavit. 1790. in domo presbyt. transegit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Nyék. 27. Febr. 1794. nominatus parochus in Csall, ubi † 21. Apr. 1803.

Zacharius. Fuit 1630. parochus in Radossóczy. Nominatur in visitatione hoc a. per Wolfgangum Érsekujvári peracta. Habuit tunc septem filiales administrandas. Nemp: Radosovcze, Kovalovecz, Hropov, Lopasov, Oreske, Veska, Vidovani et Vlczkovani.

Zacharovszky Paulus. Szeniczensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1726. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1729. terminavit. 6. Jan. 1733. investitus parochus in Krajna. Dum ibidem 1731. visitator praedicantem inhibuisset, parochia jussu Caroli III. revindicata et parochus cath. tradita, qui matricam scribere incepit. Hinc 16. Maji 1740. in Nagy-Bresztován, ubi † 10. Maji 1748.

Zacsik Georgius. Namesztoviensis. Qua saecularis in universitate Tirnaviensi 1722. baccalaureus, 1723. magister philosophiae. Theologiam in semin. s. Stephani absolvit. Cooperatorem egit in dominio Bozók. Qua talis 5. Jun. 1727. baccalaureus ss. theologiae graduatus. 10. Oct. ejusd. a. ibidem parochus investitus. 26. Jun. 1731. in Nagy-Szuha, ubi eodem a. Joannes Ujvendéghy peregit visitationem, qui de parochus: 30. annor. 6. annis in cura animar., hic a 6. mensibus. Activus erat usque 1733.

Zacskovics Martinus. Theologiam in semin. s. Adalberti absolvit. 11. Mart. 1702. ad titulum capituli Strig. ordinatus. Mense Apr. e. a. investitus parochus in Csall. 14. Nov. 1705. in Hrussó investitus. 24. Nov. 1714. vero in Almás in cottu Poson. Inde 20. Dec. 1716. in Felső-Zember, ubi usque 1725. activus fuit.

Zaffiry Josephus. Natus 29. Apr. 1799. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1821. absolvit. 1822. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 27. Jun. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Karancsság. 1824. in Rimóc, 1825. in Duna-Szerdahely et Tallos. 15. Nov. 1826. nominatus parochus in Al-Bár. Hinc 29. Apr. 1831. transivit ad Deménd. Inde 4. Maji 1842. ad Rimóc, ubi ab 1854. surr. VADiac. distr. Szécsény. Beneficium suum 1860. resignavit et recessit ad Disznós, ubi † 18. Apr. 1862.

Zahonyay Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1808. terminavit. 22. Aug. ejusd. a. presbyter ordinatus. Cooperatorem egit in Vásárút, ab 1809. in Kürth, ab 1813. in Musla, ab 1814. in Kéménd. 8. Apr. 1817. nominatus parochus in Alsó-Szemeréd, ubi † 30. Oct. 1844. Aetatis 59.

Záhora Josephus. Natus 8. Febr. 1846. in Rózsahegy. Theologiam in Pázmáneo 1871. terminavit. 31. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Siglisberg, ab 1872. in Selmezbánya. 1. Jan. 1878. obtinuit parochiam Pjerg-

Szélakna, ubi † 31. Jan. 1890. Habet specialia merita circa propagationem artis sculpturae popularis.

Záhora Martinus. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneo 1773. terminavit. Cooperatorem egit in Sekszárd, ab 1776. vice-prefectus in semin. s. Stephani, ab 1777. talis in semin. gener. Budensi. 1778. constitutus exhortator academicus Budae. 1784. obtinuit parochiam in Füzes-Gyarmat. Hinc 24. Jul. 1790. in Szalka. Ab 1803. distr. Hont Danubiani VADiac. ac ejusd. cottus Hont. tab. jud. assessor. † 5. Mart. 1807.

Záicz Franciscus. Natus 6. Jan. 1811. in Pernek. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 4. Mart. 1834. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont. m. 6. in Unin a. 1. in Nádas in cottu Poson a. 1. m. 7. Ab 1837. parochus in Jabloncza. 1838. schola aedificata, 1844. organa acquisita. † 11. Oct. 1880.

Zajác Andreas. Natus 6. Mart. 1799. Theologiam in semin. Jauriensi studuit. 28. Aug. 1832. ordinatus. Egit cooperatorem in dioec. Jaurinensi in Kis-Bér, Nagy-Écs et Jaurini in suburbio Ujváros. Subin admin. in Eöttevény-Sziget. 1844. ad ADioec. transcriptus, fuit subsidiarius Stomfae. Ab 1848 capellanus milit. Posonii. 1854. curatus anabapt. in Szobotiszt. A 2. Mart. 1862. admin. parochiae Turoluka, ubi † 14. Dec. 1868.

Zajnai (Zajicsek) Joannes. Natus 26. Sept. 1830. Strigonii. Theologiam in Pázmáneo 1854. terminavit. 27. Jul. e. a. ordinatus. Jam m. Aug. e. a. adhibitus pro int. admin. in Csolnok, ubi usque 3. Oct. occupatus fuit. Hinc in AEppali gymnasio Tirnaviensi professor linguae germ. Ab 1856. praeparandiae Strig. professor et in schola reali catecheta. 1862. surrog. et jam eod. a. ord. scholae realis, elementarium et praeparandiae director nominatus. Ab 1863. gessit munus praesidis consociationis sodalium. 1864. censor dioecesanus. 1869. cum Stephano Lipovniczky transivit ad dioec. Magno-Varadiensem, ubi secretarius eppi, s. Sedis assessor. 1870. camerarius secr. Pontificius. Eodem a. act. M.-Varad. una Ordinarii a latere canonicus. 1872. praepositus s. Joannis B. de ponte M.-Varad. 1876. examinatus prosyn. 1877. schol. el. dioec. inspector. 1879. ADiac. Med. Szolnok, mox Krasznensis. 1886. Békesiensis et 1889. Cathedralis. 1892. custos, mox cantor. capituli. 1893. ins. ordinis coronae ferrae III. cl. eques.

Zaklukál Joannes. Natus 23. Maji 1807. in Kesztlöcz. Philosophiam et theologiam Tirna-

viae absolvit. 10. Jun. 1830. ordinatus. Cooperatorem agendo Comaromii, gravi infirmitate pressus Strig. petiit, ubi qua reconvalescens subsidiariam operam praestitit ad s. Ignatium. 1831. admin. in Visegrád, tempore saevientis cholerae. Hinc eodem a. in pari qualitate transivit ad Uny. Inde 10. Nov. 1835. constitutus talis in Nagy-Lapás. 3. Jul. 1838. inito cambio cum Josepho Kárász, obtinuit parochiam Szemere, ubi † 7. Jul. 1871.

Zaleczky Georgius. 9. Apr. 1698. investitus parochus in Liptó-Szent-Ersébet.

Zalesky Jacobus. 1650. occurrit parochus in Vistuk. Nominatur in libro communitatis, in quo habetur conventio parochi.

Zalezák Georgius. 1. Apr. 1640. ordinatus ad titulum Rmi Nicolai Böyte. Fuit 1647. parochus in Prassicz. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Zaluszky Paulus. Occurrit 1630. parochus in Magasfalva. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae.

Zambal Emericus. Theologiam in Pázmáneó absolvit. 10. Apr. 1753. missus ad Ó-Tura, 6. Jul. 1754. ad Vág-Ujhely. 1. Nov. 1758. investitus parochus in Liptó-Szent-Anna, ubi jam eodem a. successorem nactus.

Zambovics Martinus. Fuit ab 1670. parochus in Lechnitz, ubi 1700. Joannes Sigray peregit visitationem, qui de parochio notavit, quod jam a. 30. annis hic applicatus sit.

Zandt Edmundus. Natus 16. Nov. 1848. Posonii. Theologiam Strigonii absolvit. 19. Jul. 1872. ordinatus. Cooperatorem egit in Szent-Mihályfa. 1878. int. admin. fuit in Egyházkarcsa, ubi eodem a. parochus constitutus. 1888. applicatus vice-rector in semin. s. Emerici Posonii. 12. Oct. 1893. nominatus canonicus Posoniensis, mox electus per comunitatem parochus ad s. Martinum, est una cittis Poson. VADnus.

Záprazsni Georgius. Theologiam cum quarto a. in semin. AEppali Posonii 1798. terminavit. 1799. qua diaconus Tirnaviae degit. Post ordinationem cooperatorem constitutus in Morva-Szent-János. 28. Nov. 1809. obtinuit parochiam Závad, ubi † 31. Dec. 1829.

Záreczky Simon. Besztercensis. Theologiam cum quinto a. in semin. Posoniensi 1785. terminavit. 1787. transegit in domo presbyterorum s. Josephi Tirnaviae. 1788. applicatus cooperatorem

in Nagy-Lévárd. Ab 1789. degit in Nagy-Kosztolán. Ab 1792. iterum cooperatorem et quidem Stomfae. 4. Jun. 1794. obtinuit parochiam Magasfalva, ubi † 22. Dec. 1832. Aetatis 73.

Zatkó Mathias. Mense Maji 1689. investitus licentiatum in Óvár in cottu Neograd.

Zatkovics Franciscus. Natus 25. Oct. 1810. in Nagy-Tapolcsán. Philosophiam et theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1837. terminavit. 26. Oct. ejusd. a. ordinatus. Administratorem in spiritualibus egit in Farnad. Ab 1840. cooperatorem in Barth, inde adhuc eodem a. ad Nagy-Ölved transivit. 20. Maji 1851. investitus parochus in Vág-Szerdahely. 27. Mart. 1886. instituto s. Adalberti adnumeratus. † 15. Febr. 1888. Ibidem.

Zatureczky de Eadem Emericus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1825. terminavit. Hinc ad institutum presbyterorum intravit Strigonii, unde 21. Dec. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Naszvad, ab 1827. in Várkony. 1833. obtinuit parochiam ibidem, ubi † 28. Oct. 1846. Aetatis 46.

Zavadkay Thomas. Markusfalvensis ex cottu Scepi. 6. Nov. 1735. susceptus in alumnatum Budensem. Subin parochus in Grénicz, ubi † 4. Jan. 1768.

Zavadszky Georgius. Baromlakensis. Qua alumnus semin. Mariani 1745. baccalaureus, 1746. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1749. terminavit. 2. Sept. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Balassa-Gyarmat. 24. Jul. 1750. investitus parochus in Némethi in cottu Hont., 20. Dec. 1751. Rosenbergam pro cooperatore missus. Subin intravit semin. s. Emerici deficientium Tirnaviae, ubi usque 1776. degit.

Zavadszky Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1817. terminavit. Cooperatorem egit Bazinii et ab 1820. Szeniczii. Mense Mart. 1821. obtinuit parochiam Chropó. Eod. a. in filia Kiskováloc Joannes Victoris compossessor honori s. Martini eppi publicam capellam aedificavit. Hinc per cambium cum Joanne Ribeczky m. Febr. 1829. transivit ad Szobotiszt. Inde 27. Jul. 1842. ad Köpösd, ubi † 22. Sept. 1845. Aetatis 55.

Zavadszky Joannes. Alsó-Hricsovensis, nobilis e cottu Árva. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1730. baccalaureus, 1731. magister philosophiae. Theologiam cum secundo a. in eodem semin. 1733. terminavit. Subin parochus Ofalvensis in Scepusio, ubi † 28. Mart. 1745.

Závadszky Nicolaus. Zavadensis ex cottu Trencsiniens. 1756. susceptus in alumnatum Bud. 23. Jan. 1758. ordinatus. 18. Febr. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Bars-Szent-Kereszt, 6. Dec. e. a. investitus parochus in Liptó-Szent-Anna. Hinc 3. Jan. 1759. iterum cooperatore et quidem in Trsztena. 20. Apr. 1762. investitus parochus in Rabcsicza, ubi † 25. Jul. 1765.

Zavar Gabriel. Fuit 1630. parochus in Naszvad. Interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae.

Zavodni Andreas. Theologiam cum tertio a. absolvit. 25. Apr. 1711. capellanus praepositurae in Vág-Ujhely. 18. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Vieszka, ubi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui de illo, quod sit 28. annor. Hinc 27. Jul. 1714. investituram accepit in Geletnek, ubi et munus VADni distr. S. Crucis gessit, 1740. beneficium suum resignavit. † Tirnaviae 11. Apr. 1741.

Zavodni vel Závody etiam Szenczy Paulus. Theologiam in semin. Mariano cum tertio a. absolvit. 25. Maji 1709. presbyter ordinatus. 30. Jul. ejusd. a. investitus parochus in Mellek, ubi 1713. Joannes Bublovics peregit visitationem, qui de illo: parochus 30. annor. Una et Zsitva-Gyarmat, Vajk et Tököl administrat. Hinc 20. Apr. 1716. investituram accepit in Szent-Mihály-Úr. Inde 7. Aug. 1718. in Komárom-Szent-Péter, ubi matricam scribere incepit. Exhinc 11. Mart. 1722. in Szemet.

Závodszyky, vide Závadszky.

Závody Michael. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1825. terminavit. 1826. in instituto, presbyterorum transegit Strigonii. Cooperatorem egit in Szomor. 1829. factus admin. in Úny. Hinc 31. Aug. 1831. investitus parochus in Csúz. Fuit una cottus Bars tab. jud. assessor. † 11. Sept. 1832. Ibidem.

Závody Paulus, vide Závodny.

Zbiskó de Kis-Kolacsin Josephus, Carolus. Nobilis Báthensis. Natus 15. Nov. 1711. Baka-bányae. Qua alumnus semin. s. Adalberti 1729. baccalaureus, 1730. defendit universam philosophiam. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1734. terminavit. Qua tertiannita 16. Jun. 1733. baccalaureus ss. theologiae graduatus. 16. Apr. 1734. ord. Cooperatorem egit Tirnaviae. 26. Aug. 1735. investitus parochus in Diószeg. Qua talis 28. Aug. 1737. doctor ss. theologiae creatus. Hinc 2. Jun.

1738. in Udvard. Inde 4. Apr. 1739. in Érsek-ujvár. 15. Oct. ejusd. a. exmissionem perficit quoad vineas Semtavienses, quas Joannes Ambrosius parochus Sopornyensis ecclesiis Sopornaensi, Patensi et Köpösdensi legavit. Munere VADiac. distr. cognominis insignitus. 28. Oct. 1741. installatus canonicus Strigon. 30. Jan. 1743. ADiac. Comaromiensis. 1745. abbas B. M. V. de Batta. 1746. eppus Vegliensis et regii Locumtenentialis Consilii consiliarius. 1747. a capitulo Poseniensi in praepositum postulatus. (Rimely, Cap. Pos. 245.) Dimissa hac praepositura 11. Aug. 1755. Scepusiensem accepit. 11. Jan. 1756. eppus Tinniniensis consecratus in eccl. Ursularum Posenii. In tabula septemvirali assessor constitutus. 1762. Cassoviae apud Sanctimoniales pro duodecim puellis educandis fundationem fecit. Eximius cultor fuit s. Joannis Nep. in cujus honorem sacellum et aram struxit. † 11. Maji 1774. ictu apoplectico exstinctus. In capitulo Scepus. (Wagner, Anal. Scep. III. 142.)

Zborniczky Petrus. Theologiam cum secundo a. in Pázmáneo absolvit. Cooperatorem egit Szeniczii. 17. Oct. 1715. investitus parochus in Jabloncza. Hinc 13. Mart. 1721. in Moravánka. Inde 6. Apr. 1723. in Nadlán, ubi 28. Oct. 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui illum nominat. 29. Apr. 1733. cum Rajcsányi domino terrestri cambium init respectu fundorum. † 12. Apr. 1738.

Zborovszky Josephus. Tirnaviensis, 1767. susceptus in alumnatum Budensem, in quo per quinque annos philosophiam et theologiam absolvit et Doctor philosophiae creatus. 8. Mart. 1771. missus pro cooperatore in Divény, cottu Posen. 27. Maji 1773. investitus parochus in Horvát-Gurab, ubi 6. Sept. 1781. peracta visitatio Batthyianiana, in qua de illo: «Viribus utcumque valet. Temperamenti modesti. A probitate vitae in vicinia optime audit et a suis plurimum a zelo commendatur.» Hinc 1785. transivit ad Nagy-Senkvicz, ubi † 5. Maji 1798.

Zbrankovics Joannes. Natus 22. Maji 1754. Zsarnoviae. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. Budensi 1778. terminavit. Cooperatorem egit in Misérd. 1784. Tirnaviam translatus. 5. Sept. 1791. nominatus parochus in Gerencsér. 14. Apr. 1810. denominatus in VADiac. distr. Tirnaviensis. † 15. Dec. 1829. Sepultus in coemeterio ante magnam crucem.

Zechmann Josephus. Natus 18. Mart. 1834. Pestini. Theologiam Strigonii 1858. absolvit. 25. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Posonii in Blumenthal, dein ad s. Martinum, ab 1864. Vetero-Budae, ubi consociationis sodalium munus praesidis sustinuit. 1870. obtinuit parochiam Hidas. Hinc 1872. transivit ad Csütörtök, ubi † 7. Jan. 1886.

Zehentner L. B. Carolus, Josephus. 12. Aug. 1719. investitus parochus in Somorja, ubi non residebat, factus abbas infulatus. In parochia 30. Aug. 1720. successorem nactus.

Zele Stephanus. Occurrit saeculo XVII. parochus in Nagy-Kér.

Zelenak Joannes. 14. Jun. 1752. missus cooperator ad Liptó-Szent-Márton. 10. Febr. 1754. investitus parochus in Szlécs, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Zelenák Josephus, Carolus. Natus 7. Apr. 1766. Cassoviae. Fuit ab 1783. alumnus semin. gener. ubi theologiam cum quinto a. et cursu practico 1790. terminavit. 1791. transegit in Rohó. Ab eodem a. praefectum egit herul. Stephani Bossányi in Nagy-Bossány. Ab 1792. cooperator in Kemencze. 10. Nov. 1795. nominatus capellanus localis in Farnad, quam 6. Dec. ejusd. a. resignavit. Subin cooperator Tirnaviae. 28. Jan. 1801. nominatus parochus in Párkány. Hinc 8. Apr. 1825. transivit ad Nagy-Ölved. ubi † 11. Jan. 1833. E hernia.

Zelenszky Martinus. 1647. logicus in Pázmáneó, ubi et theologiam absolvit. Fuit ab 1656. usque 1658. parochus in Báhony.

Zelienka Georgius. Occurrit ab 1644. usque 1658. parochus in Turóluka.

Zelienka Joannes. Bélabányensis. Qua alumnus semin. gener. 1710. baccalaureus, 1711. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in eodem semin. 1774. terminavit. Cooperatorem egit in Dévény in cottu Poson. 12. Jun. 1775. nominatus parochus in Dévény-Ujfalú, ubi † 30. Nov. 1805. De quo in matrica defunctorum haec reperiuntur: «Sensim in hectica deficiens, addito inimicorum Gallorum, ipsum spoliantium, licet in lecto jacentem infirmum, terrore provisus, obiit annorum 54. defecit.»

Zelienka Paulus. 22. Apr. 1694. investitus parochus in Felső-Attrak. Hinc 10. Maji 1696. n Nagy-Súr, ubi † 1. Sept. 1710. De quo in matrica defunctorum habetur: Fuit in parochia

Nagy-Sürensi 10. annis. Aetatis suae 44. Sepultus in ecclesia.

Zelnik Michael. Natus 27. Oct. 1794. in Vágújhely. Philosophiam et theologiam cum quarto anno in semin. Mariano 1818. terminavit. 12. Apr. ejusd. a. ordinatus. 1819. degit in Révfülu. Cooperatorem egit Bajnae in cottu Strig. 1822. praebendatus chori E. M. Strig. 18. Apr. 1731. constitutus admin. in Csesztve. Fuit una sed. praed. de Verebély et Sz.-György tab. jud. assessor. Hinc m. Mart. 1839. transivit ad Némethi in cottu Hont, ubi † 13. Febr. 1869.

Zelöy, vel Földey Ambrosius. Fuit 1647. parochus in Nagy-Zellő. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgii Lippay confecto.

Zemann Josephus. Natus 9. Mart. 1802. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1825. terminavit. 21. Dec. ejusd. a. ordinatus. 1826. transegit in domo presbyterorum Strigonii. Cooperatorem egit in Cziffer. 1832. obtinuit parochiam Morva-Szent-János. Ab 1860. VADnus distr. cognominis. † 31. Mart. 1864.

Zemelay Matthaeus, vide Szemelay.

Zemlini Michael. 15. Maji 1676. investitus licentiatum in Kéty. Jam 18. Jul. ejusd. a. in Keszi, id est Kurtakeszi.

Zerdahelyi de Nyitra-Zerdahely Gabriel. Natus 16. Oct. 1742. in Nyitra-Szerdahely. Qua alumnus semin. gen. 1760. defendit univ. philosophiam. Theologiam Romae absolvit, ubi 21. Jul. 1764. magno cum splendore aeque ac doctrina animique praesentia universam theologiam defendens, doctor creatus est. 1. Jan. 1766. missus pro coop. hung. Pestinum. 30. Oct. ejusd. a. obtinuit parochiam in Vadkert, ubi 1767. conscriptio parochiae peracta. Eodem a. VADnus distr. Szécsény constitutus. Fine m. Apr. 1768. secretarius mox cancellarius officii vicarialis Strig. renunciatus. 11. Febr. 1771. nominatus canon. Strigon. 1772. semin. s. Stephani praefectus, atque abbas B. M. V. de Poroszló. 1774. gubernator bonorum capituli in provincia Strigon. et Sümeg. 1776. canonicus a latere Josephi a com. de Batthyán. Eodem a. tabulae septemviralis assessor et cojudex, electusque eppus Corczolensis. A Josepho II. ab officio suo 1786. relevatus, per Leopoldum II. tamen 1791. restitutus, quod ob singularem suam in jure dicundo scientiam ac experientiam magna cum utilitate ac partium omnigena satisfactione ultra viginti annos susti-

nuit. 1780. praepositus major et suffr. Vacien-
 nominatus una in vicarium gen. per Card. Migazzi
 AEppum Vienensem deputatus ac per eundem
 14. Jan. 1781. Viennae in eppum Nilopolitanum
 consecratus. 1786. et 1795. vicarius capitularis
 per acclamationem constitutus. 16. Aug. 1800.
 eppus Neosoliensis nominatus. † 5. Oct. 1813.
 ictu apoplectico percussus. Eximia ejus merita
 et in gubernanda ecclesia et in fovenda littera-
 tura gratis sensibus perennat ejus successor do-
 ctissimus Arnoldus Ipolyi. (Schemat. hist. Neosol.
 1876. 23—30.).

Zeredahelyi Joannes. Occurrit 1329. pleba-
 nus in Duna-Szerdahely. Fuit arbiter in causa
 possessionis Pethen. (C. D. Andeg. II. 449.)

Zermegh Paulus. Nobilis Trencsiniensis. Qua
 alumnus semin. s. Stephani 1731. baccalaureus,
 1732. magister philosophiae. Theologiam cum. a.
 quarto in eodem semin. 1737. terminavit. 19.
 Mart. 1740. investitus parochus in Radván. Hinc
 27. Jan. 1744. in Nagy-Szalatnya. Inde 22. Oct.
 1748. in Zólyom-Lipcse, ubi 14. Oct. 1755. Jo-
 sephus e com. a Batthyán peregit visitationem,
 qui de parochia: «Nunc districtus inferioris (Zol.)
 VADiaconus praeclarus, vir omnibus numeris ab-
 solutus, paucos ei pares expertus sum in exacti-
 tudine et aptitudine ad ea quae ad VADiac.
 spectant ac proinde speciali apud praelatos suos
 commendatione et pro re nata reflexione dignis-
 simus.» 18. Febr. 1760. accepit investituram pro
 Polonka, ubi † 12. Dec. 1766.

Zgurics Franciscus. Nobilis Rohoviensis.
 Qua collegii gener. alumnus 1687. baccalaureus,
 1688. magister philosophiae. Theologiam cum
 quarto a. in eodem semin. 1691. absolvit. 1. Maji
 ejusd. a. ordinatus. 18. Aug. 1692. baccalaureus
 ss. theologiae graduatus. 1. Sept. ejusd. a. in-
 vestitus parochus in Dévény-Ujfalu, qua talis
 1693. doctor ss. theologiae creatus. Hinc trans-
 ivit 1694. ad Szent-György. Inde 29. Maji 1695.
 accepit investituram pro Modor. Inde 1696. ac-
 cepit Bazin, ubi 1699. Joannes com. Volkra per-
 egit visitationem, qui de illo: «Aetatis 33. sa-
 cerdotii et parochiae 8. In Neudorf uno et medio,
 in S. Georgio uno et medio, Modrae uno et me-
 dio, in tertio est nunc Bazinii. Praeter libros ec-
 clesiae etiam suos habet.» Activus fuit usque
 1701.

Zgurics Joannes. 1647. in semin. s. Stephani
 poeta fuit, ubi et cetera studia absolvit. 17. Maji

1667. investitus parochus in Novák. Hinc 25.
 Jun. 1668. in Gajar, ubi usque 1672. activus erat.

Zgurics Michael. Nobilis Rohoviensis. Qua
 collegii gener. alumnus 1676. baccalaureus et
 1677. magister philosophiae. Theologiam in eo-
 dem semin. absolvit. 21. Mart. 1681. ordinatus.
 1. Apr. ejusd. a. investitus parochus in Turo-
 luka. Antecessor ejus P. Cyrillus ord. Cistercien-
 sis in odium fidei occisus. Et Zgurics exturbatus
 et ejus loco Daniel Krmann sen. minister iterum
 introductus, qui antea exturbatus fuit. Zgurics 16.
 Jul. 1684. investituram accepit in Pernek. Hinc
 14. Jun. 1688. in Szenicz. Inde 14. Dec. 1690.
 in Holics. Exhinc 10. Febr. 1704. in Szomolány,
 ubi VADiac. distr. cognominis. Morbo pestifero
 e vivis ereptus † m. Jun. 1713.

Zgurics Michael. Nobilis Rohoviensis. Theo-
 logiam cum a. tertio in semin. gener. terminavit,
 6. Jun. 1716. ordinatus. Mense Mart. 1718. in-
 vestitus in Istvánfalva. Hinc 18. Aug. ejusd. a.
 in Bogdány. Inde 2. Aug. 1719. in Morva-Szent-
 János. Comiti Marco Czobor acceptissimus, quia
 cupidus venator. Burgraphium dominalem, qui
 venatorem ex ignota causa trajecit in asylum
 recepit, veste sacerdotali indutum aequo insidere
 jussum, inter copiosum populum, qui parochialem
 aedem cinxit, et ipse equo assidens dexterime
 eduxit et usque Austriam comitabatur, ac sic
 nefors morti eripuit. 14. Nov. 1729. investituram
 accepit pro Majtény, ubi 1731. Joannes Jelenfy
 peregit visitationem, qui de parochia: «Annor.
 37. in cura 14. quem testimonio bono commenda-
 tum reddiderunt parochiani.» † 11. Sept. 1732.

Zibák Stephanus. Theologiam cum secundo
 a. in Pázmáneo terminavit. 1. Aug. 1732. in-
 vestitus parochus in exemta parochia Iszkász, ubi
 eod. a. Sigismundus Berényi peregit visitationem,
 qui de parochia notavit, quod in cura animarum uno
 mense sit constitutus. Activus erat usque 1740.

Zibrinyi Julius. Natus 16. Aug. 1855. Theo-
 logiam Strigonii 1877. absolvit. 1878. qua abso-
 lutus theologus in eodem semin. commoratus,
 donec 21. Jun. ejusd. a. ordinatus est. Coopera-
 torem egit in Duna-Szent-Pál, ab 1881. in Ipoly-
 ság, a 20. Febr. 1887. admin. in Kökeszi, ubi 1.
 Aug. e. a. parochus constitutus. Literaria ejus
 merita aestimat. (Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 573.)

Zichy de Vásonkeő comes Franciscus per-
 petuus in Homona. Natus 1701. Philosophiae in
 Pázmáneo 1718. studuit. Theologiae Romae ad

s. Apollinarem incipiendo Olomuczii terminavit. Aetatis a. 18. abbas s. Georgii de Szerencs nominatus. 10. Apr. 1724. presbyter ordinatus. 1725. canonicus et parochus Magno-Varadiensis. 2. Jul. 1727. installatus canon. Strig. 7. Jul. 1731. ADiac. Nitriensis. Districtum suum eod. a. et 1732. diligenti visitationi subjicit. 1734. e capitulo discedens factus praepositus curatus in Vágújhely. Redemit molam superiorem praepositurae. Subin elect. eppus Noviensis et cons. Botryensis. 6. Sept. 1743. eppo Jaurinensi Adolpho Groll coadjutor designatus, mox successor. Dioecesi suae optimus pater et gloriosus praesul quadraginta annis praefuit. † 8. Jun. 1783. in dominica Pentecostes.

Ziegler Adalbertus. Natus 30. Aug. 1829. Comaromii. Theologiam Viennae 1853. absolvit. 7. Aug. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Ipolyságh, ab 1855. Comaromii. 31. Maji nominatus et 8. Jun. 1864. investitus parochus in Ekecs. Hinc 1. Aug. 1877. translatus ad Nagy-Megyér. Notarius distr.

Ziegler, alias Zieglerinus Michael. Ab 1646. occurrit parochus in Ceszte, notatus in antiqua matrica. 1647. catalogus cleri jussu Georgii Lip-pay confectus, illum sub nomine «Erglerius» recenset. 1650. successorem nactus.

Zierer Carolus. Natus 13. Oct. 1822. in Gödöllő. Philosophiam et theologiam Tirnaviae absolvit. 12. Dec. 1848. ordinatus. Cooperatorem egit in Patak, ab 1850. Budae Christinopoli, ab 1852. Pestini ad s. Theresiam. 23. Aug. 1877. nominatus parochus Budapestini in Taban.

Zigó, vide Szigó.

Zigovényi Fabianus. Ex aliquo religioso ordine 1787. constitutus primus administrator parochiae Kékkő, ubi † 17. Mart. 1799.

Zilinyi Joannes, vide Vilinyi Georgius.

Zilka, vel Zsilka Joannes, Franciscus. Theologiam cum quarto a. in collegio gener. absolvit. et baccalaureus graduatus. 8. Apr. 1678. ordinatus. Eodem a. obtinuit parochiam Fenyő-Kosztolán. 1689. Prividia. 15. Oct. 1691. investitus in Bajmócz, una praepositus s. Antonii abb., ubi 23. Jan. 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de illo: Annor. 43. sacerdotii 19. in hac praepositura 6. annis. 1700. idem alteram visitationem ibidem peregit. Tunc de parochia notavit, quod 13. personas converterit. Tertiam visitationem quam Zilka hic subivit, 17. Jun. 1713.

Paulus Zichy peregit, qui de illo: «Plebanum agit ipsemet Illmus et Rmus electus eppus Scutariensis et praepositus loci. Omnia munia secundum puncta a sua Emtia praescripta zelose, diligenter administrat, domusque Dei decorem nimium quantum curat, non parcendo etiam propriis sumtibus.» Posteaquam ecclesia a rebellibus combusta fuisset, sumtibus Joannis Turkovics praepositi restaurata, altaria vero Zilka erexit. Fundavit xenodochium in Lazan. Activus erat usque 1718.

Zilkay Joannes. Sancto-Crucensis, in cottu Bars. 21. Febr. 1720. in alumnatum Budensem susceptus. 17. Aug. 1721. ordinatus. 14. Sept. ejusd. a. investitus parochus in Liptó-Szent-Anna. Hinc 14. Sept. 1724. in Bodafalva, ubi 1732. visitatio Ujvendéghyana peracta, in qua parochus 36. annor. Inde 29. Maji 1734. in Zólyom-Szent-András, cum filiabus Mezibrod et Brusno. 13. Jun. 1735. in Szelec, ubi † 1. Febr. 1739.

Zilkay Lucas. Sancto-Crucensis in cottu Bars. 10. Nov. 1740. susceptus in alumnatum Budensem 21. Dec. 1743. ordinatus. 10. Oct. 1746. investitus parochus in Turócz-Szent-Ilona. Hinc 18. Sept. 1750. in Turócz-Sz.-Márton, ubi usque 1763. occupatus fuit. 1764. applicatus admin. in Alsó-Merasicz, ubi † 5. Apr. 1770.

Zilkay Stephanus. 30. Maji 1757. missus pro cooperatore ad Jolsva. 23. Maji 1759. applicatus capellanus aulicus apud Laurentium l. b. de Réva, supremum comitem Turócz. 19. Jul. 1763. admin. factus in Tótpróna. Hinc 9. Febr. 1765. investitus parochus in Znyó-Váralja, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Ziman Georgius. Nobilis Sárköensis. Qua alumnus semin. s. Stephani. 1696. baccalaureus, 1697. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1700. terminavit. 16. Julii ejusd. a. ordinatus. 13. Apr. 1701. investitus parochus in Ardanócz, ubi 1705. sanctuarium erectum. Ibidem usque m. Jan. 1710. activus fuit.

Ziman Joannes. Theologiam in collegio gener. cum cursu speculativo absolvit. 12. Mart. 1688. ordinatus. 26. Maji 1694. investitus parochus in Nagy-Ugrócz. De illo anonymus informator notavit: «Contra hunc fuerunt querelae, uti Suae Illmae Dni innotuit, sed jam conveniunt et sunt deprecati et mulctati insuper pro cimiterio restaurando, quae restauratio extendet

se ultrá centum finos. Parochó quoque pro expensis fl. 25 deponere appromiserunt.» 1708. transivit ad Lakács, cum filiabus: Csáp, Szél, Elecske et Andacs. Ibi 1713, Paulus Zichy peregit visitationem, qui de illo: In cura animarum 28. annis. Petiit alleviationem cum insufficienti pro tot parochiis. A catholicae animae cum industria parochi conversae 96. Activus fuit usque 1719.

Zimányi Adamus. Nobilis Teplensis. Quae alumnus semin. s. Stephani 1735. baccalaureus, 1736. magister philosophiae. 13. Dec. 1747. investitus parochus in Szent-Antal in cottu Hont. 28. Sept. 1752. petit sumtus pro reparatione ecclesiarum in Ilia et Zsibritó. 17. Sept. 1754. notificat, quod intimatum de non inferendis libris haereticorum violetur. 10. Dec. e. a. Andreas com. Koháry petit ecclesiam Szent-Antal benedici per VADiaconum. 6. Jul. 1755. idem com. Koháry obligavit se ad conservandam capellam in Szent-Antal. Hinc 27. Nov. ejusd. a. investituram accepit pro Komjáthna, quod beneficium 13. Dec. ejusd. a. resignavit, intrans ad semin. deficientium Tirnaviae. † 16. Oct. 1778. ibidem.

Zimmermann Joannes. Natus 18. Oct. 1826. Vittenczii. Theologiam cum quarto a. Strigonii 1852. terminavit. 23. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Siglisbergae, ab 1853. in Pöbedim et ab 1854. Csejthae. 1862. administrat Podolam, 1863. vero Ó-Turam, ubi 6. Aug. ejusdem a. parochus nominatus. 1869. constitutus VADiac. districtus Miavensis. † 20. Jul. 1884.

Zindesák, alias Ürghe Joannes. 27. Apr. 1692. investitus parochus in Nádszeg. Hinc 7. Dec. ejusd. a. in Diószegh, Puztafödemes et Kis-Mácséd. Inde 29. Dec. 1693. in Jóka. Demum 26. Apr. 1695. in Duna-Szerdahely, ubi usque 1706. occupatus fuit.

Ziska Joannes. Natus 7. Jan. 1815. Budae. Philosophiam et theologiam in semin. Mariano 1839. absolvit. 1840. transegit in instituto presbyterorum Strigonii. 11. Febr. ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Nagy-Maros a. 4. m. 3. Admin. fuit in Kospallag. m. 4. et in Nagy-Maros m. 4. tunc ex propriis reparari curavit organum. Item in Visegrád m. 4. His missionibus finitis cooperatorem egit in Dorog. 1. Maji 1845. factus admin. in Alsó-Szemeréd, ubi ex propriis aedem parochialem restaurari curavit. 25. Maji 1847. ibidem parochus investitus. 1859. ibi capella,

subin ampla schola, item crux Pribelyana et alia Csataiana dicta erecta. Item 1860. consociatio in honorem Cordis Mariae introducta. (M. Sion. 1864. 518.) Hinc 5. Febr. 1862. nominatus in Füzes-Gyarmat. Inde m. Sept. 1866. transivit ad Nyitra-Egerszegh, ubi † 1. Jan. 1880.

Ziska Michael, vid Zsiska.

Ziskay Emericus. Natus 17. Nov. 1858. Theologiam Strigonii absolvit. 8. Aug. 1881. ordinatus. Cooperatorem egit in Nádas et ab 1883. in Selmezbánya. Initio a. 1890. constitutus admin. in Nagy-Szelezsény, ubi subin parochus investitus.

Zlatháry de Eadem Ignatius. Natus Trencsinii 1774. Theologiam cum a. quarto in semin. AEppali Posonii 1796. terminavit. 1797. ordinationem exspectavit Tirnaviae. Cooperatorem egit in Komjáth, ubi 23. Mart. 1803. parochus nominatus. † 14. Maji 1819. ibidem.

Zlatháry Mathias. Natus Szakolczae. A Joanne Kutassy AEppo Strig. ad studia Viennam missus. Inde reversus, sacris initiatus et constitutus cooperator ad Carolum Banovszky parochum Tirnaviensem. 1586. obtinuit parochiam Gutá 21. Dec. 1591. installatus canonicus Strig. 16. Apr. 1605. ADiac. Nitriensis. Eodem a. electus in praefectum S. Benedicti, sed illuc introduci non potuit ob subvenientes hajdones Bocskayanos. Fuit altarista s. Elisabethae. † 16. Oct. 1611. Sepultus in ecclesia s. Nicolai juxta praedictum altare.

Zlatniczky Franciscus. Theologiam cum tertio a. in semin. gener. 1726. terminavit. Jam 31. Mart. 1725. diaconus ordinatus. 14. Jul. 1727. investitus parochus in Haj. Hinc 1735. transivit ad Nagy-Lovcsa. Inde 30. Mart. 1740. investituram accepit pro Jasztrab. Exhinc 20. Sept. 1760. iterum rediit ad Nagy-Lovcsa, ubi † 13. Maji 1773.

Zlatnyánszky Ernestus. Natus 13. Jun. 1849. Theologiam Strigonii 1871. absolvit. 31. Jul. ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Zeliz, Szonograd et ab 1872. in Ó-Bars. 8. Oct. 1879. investitus parochus in Pecsencz, nunc Hont-Besenyöd.

Zlatnyánszky Joannes. Natus 1. Oct. 1841. in Kis-Tapolcsány. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii 1865. absolvit. 23. Julii ejusd. a. ordinatus. Cooperatorem egit Szeniczii, Bazinii, Konyhae, in Cseszte et ab 1869. in Zsigárd, ubi una subsidiarius fuit. 3. Apr. 1871. in pari qua-

litate ad Albaár missus, ubi mortuo parochus Stephano Leitmann admin. et 23. Maji e. a. parochus nominatus, 4. Jul. vero investitus. Sub illo supellex sacra aucta. Aedes parochiales, item ecclesia reparatae. Statua Immaculatae B. M. V. omni arte absoluta erecta. Hinc 22. Apr. 1880. nominatus 13. Maji investitus parochus in Uj-Bars. In filia Kis-Koszmály 1884. nova crux et 1885. nova schola erecta. 1886. aedes parochiales restauratae.

Zlinszky Joannes, Ignatius. Theologiae Olocucii studii, ubi et baccalaureus theologiae graduatus. Mense Jul. 1694. investitus parochus in Turán. Hinc 16. Mart. 1695. in Szklenó, ubi 1697. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia: Annorum 27. sacerdos 3. hic 2. annis. convertit animas 15. Sub turbis Rákóczyanis per protestantes, — esto incolae fere omnes ad catholicismum redivissent, — captus, fustigatusque, vitam nisi solutis 200 finis redimere valuerit. Exul factus. 26. Sept. 1706. investitus in Valle Minorum. Exhinc 12. Maji 1707. in Gaidel. Inde 5. Dec. 1709. ad Szkleno reversus et denuo investitus. Demum 1711. transivit Cremnicium, ubi 1713. Joannes Bublolics visitationem peregit, qui de illo: Annor. 48. parochus 20. hic 3. annis. Habet animas 1508. extra ovile Christi adhuc 2000. Inter proventus habet offerentia, cum uno aureo a camera. Activus erat usque 1716.

Znamenák Joannes. Natus 6. Febr. 1816. in Nagy-Herestény. Philosophiam Tirnaviae et Vacii, theologiam Tirnaviae in semin Mariano 1837. absolvit. 1838. et 1839. in instituto presbyterorum transegit Strigonii. 22. Mart. 1839. ordinatus. Cooperatorem egit in Szenográd, tum in Kis-Tapolcsán. Ab 1841. in Füss. 1849. tempore civilium turbarum, parochiam Verebély, cujus parochus fuga se salvare debuit, uno mense administravit. Post transactos in Füss 11. a. 2. m. 2. Nov. 1852. nominatus parochus in Garam-Szóllós, ubi 12. Maji 1853. investitus. Hinc 22. Oct. 1862. nominatus in Mellek, ubi † 11. Maji 1876.

Znika Joannes. Ab 1660. parochus in Tótgurab, qui 7. Apr. 1661. a vicario mandatum compulsorium accepit, in cujus sequelam testes examinavit. Activus fuit usque 1665.

Zobek de Kornitz l. b. Alexius. E. cottu Trencsén. Qua alumnus semin. Mariani 1748.

baccalaureus, 1749. magister philosophiae. 14. Oct. 1750. investitus parochus in Egyházfalva. Hinc 14. Sept. 1755. in Szalka. Inde 18. Apr. 1757. in Vadkert. Exhinc initio m. Martii 1764. promotus ad capitulum Scepusiense, cui jam 1768. valedixit et recessit ad privatam vitam Porubae, ubi † 2. Mart. 1793. Fuit protonot. apostolicus.

Zobel, alias Zobelius Mathias. Ab 1671. parochus in Gaidel. Hinc 22. Mart. 1672. accepit investituram in Handlova, qui amoto ex ecclesia clavichoridio apud Isaacum Rogelmiayer Cremnicii organum pneumaticum 60 imperialibus, a fidelibus conflatis comparavit. Inde 3. Maji 1675. in Teutoprona, ubi usque 1678. activus erat.

Zodinszky Theodorus. 19. Sept. 1746. missus pro cooperatore Scepusium. Subin parochum egit in Krompách, ubi † 27. Jun. 1750.

Zolesányi, olim de Zolchian Joannes. Fuit 1560. parochus in Syssó sive Süz, ubi eodem a. Michael Szegedy peregit visitationem, qui de parochia: «Ordinatus per R. D. Franciscum Segniensem. Fuit uxoratus, nunc tenet quandam mulierem, si ea abutitur, minime compertum est, conjectura ostendit non esse immunem. Aliis moribus landatur. Ecclesiam cum Sacramentis, ceremoniis et omnibus ornamentis tenet, ut fidelis Christi famulus.»

Zoliensis Albertus. Fuit 1560. parochus in Bassan, id est Nagy-Bossán, de quo Michael Szegedy hoc paradigma notavit: Est nebulo, qui puellam quandam nobilium seduxit, quare expulsus de domo parochiali agit inquilinum in domo cujusdam rustici. Cum quaesitus fuisset, in taberna inventus est, ut sus furens, quamprimum visitoris intellexisset praesentiam, cucurrit ad arma, adsumto gladio et pixide cepit clamare, minitans. Si quid facere intenderet admonitus, ut mitius ageret, sed ecclesiam aperiri curaret. Aperiam inquit bestiae clave ista, quam manibus teneo, arma intelligebat. Videntes nihil proficere, ne majus scandalum inde oriatur, illum vino suffusum reliquimus. Iste est unus ex illis, qui se a conventionem in Váralja absentarat.»

Zolnensis Joannes. Ab 1618. parochus in Bars-Szent-Kereszt, ubi 1626. Tobias Pisztesz peregit visitationem, qui de parochia notavit, quod sit legitime ordinatus et vicegerens in districtu cognominis. Sub illo Nagy-Lovcsa 1623. avulsa, et in parochiam erecta. 31. Oct. 1630. installa-

tus canon. Strigon. Fuit concionator slavorum ordinarius. 1634. ADiac. Nitriensis. † 1639. Domum suam capitulo donavit.

Zolnensis Hieronymus. Fuit 1630. parochus in Nagy-Bresztovány. Qua talis interfuit synodo 4. et 5. Oct. ejusd. a. Tirnaviae celebratae.

Zolomy Joannes. Occurrit 1647. licentiatus in Csaal. Nominatur in catalogo cleri Strigon. jussu Georgii Lippay confecto.

Zolyami Balthasarus. Occurrit 1607. parochus in Sempte. (Ex notis Georgii Palkovics.)

Zorardus. Occurrit 1560. parochus in Zenth Myhalur, id est Szent-Mihályúr. De quo visitator Michael Szegedinus notavit: «Venerabilis senex. Senio confectus. Tum in religionis negotio, cum in moribus vir laude dignus.»

Zoványi (Jánoska) Michael. Natus 29. Sept. 1839. Strigonii. Philosophiam Tirnaviae, theologiam Strigonii 1861. absolvit. 28. Julii ejusdem a. ordinatus. Cooperatorem egit in Egyházgelle, ab 1862. in Kemencze, ab 1863. in Ipolyság, ab 1864. in Mocs, ab 1865. educator herul. apud. com. Emilius D'Orsay Pestini. Ab 1866. penes redactionem ephemeridum public. polit. «Pesti Hirnök» collaborans Budae. 1867. ipse redactor ephemeridis publ. polit.: «Független Lapok.» Ab 1869. ephemeridis «Autonomia.» Adhuc eodem a. adjunctus penes redactores ephemeridum «Szabad Egyház.» Ab hoc anno assumpsit nomen Zoványi. Ultroquoque remanens Pestini re literaria occupatus. 1873. applicatus bibliothecarius M. E. S. 1874. obtinuit parochiam Csúz. 1876. huic et clero valedixit. 16. Sept. 1891. iterum ad clerum receptus et notarius s. Sedis Consist. Budapest. constitutus. 1893. pro parochia ad Imely missus.

Zöldy Andreas, vide **Zöley.**

Zöley Andreas. Theologiam in semin. s. Adalberti absolvit. 3. Jun. 1689. ordinatus. Mense Jun. ejusdem a. investitus parochus in Várkony. Hinc 21. Apr. 1691. in Csütörtök. Inde 22. Sept. 1693. in Nagy-Salló, ubi † m. Jun. 1696.

Zörögh, vel Zöröghy Michael. Occurrit 1630. parochus in Berencs. Nominatur per visitatorem Wolfgangum Érsekujvári, quia unum missale ecclesiae Érsekujvár apud se habuit.

Zrubecz Joannes. Csejthensis 1756. susceptus in alumnatum Budensem pro theologia. 10. Jul. 1758. ordinatus. 22. Jul. ejusd. a. factus cooperator in Vág-Szerdahely. 3. Dec. 1759. vero missus ad locum natalem. 10. Maji 1760. investi-

tus parochus in Turócz-Szent-Mária. Hinc 25. Febr. 1764. in Bohunicz. 1781. quaeritur aedes suas angustas, miseris et popinae vicinas esse. † 2. Oct. 1788. ibid. Reliquit amplam substantiam, quam communitas in emolumentum scholae adhiberi petiit.

Zrubecz Michael. Csejthensis. 1740. baccalaureus, 1741. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1745. terminavit. 23. Mart. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Szakolcza. 10. Maji 1749. investitus parochus in Morva-Szent-János. Hinc 7. Jun. ejusd. a. in Stephano. Inde 9. Jan. 1764. Szakolczae. 1765. illi injunctum, ut vigilet, ne Hussitae inter fideles se commisceant. † 7. Dec. 1775.

Zsabokretzky Joannes. Filius Rózsavölgyensis. 15. Aug. 1706. ordinatus. Ab 1709. in loco nativo parochus. Eoque a. inchoavit matricam, quae antiquissima. † 12. Nov. 1712. ibidem, sepultus in ecclesia.

Zsámbokréthy Thomas. Kis-Sámbokretensis, ex cottu Trencsén. 14. Nov. 1735. susceptus in alumnat. Budensem. Theologiam cum cursu moralis in semin. s. Adalberti absolvit. Cooperatorem egit in Krakován 5. a. 13. Aug. 1743. investitus parochus in Madunicz. 16. Apr. 1746. in Vág-Szent-Kereszt, ubi 19. Maji 1756. Antonius de Réva peregit visitationem. 1757. surrexit ecclesia nobilium votis exoperata. Hinc 6. Jun. 1761. investituram accepit in Neczpál, ubi † 18. Mart. 1768.

Zsarnoczay Andreas. Zsarnoviensis ex cottu Bars. 14. Maji 1712. susceptus ad seminarium Budense. 25. Apr. 1716. expeditus pro parochia Krasznahorka-Váralja, ubi † 27. Jan. 1754.

Zsebey Andreas, vide **Csebe,** vel **Chebe.**

Zsembery Georgius. Carponensis. Qua alumnus semin. gener. 1677. baccalaureus et 1678. magister philosophiae inter 16. primus. Theologiae in collegio s. Apollinaris studuit Romae. Reversus parochum egit in Kraszna-Horka-Váralja. 28. Aug. 1686. installatus canonicus Strigon. Mense Jun. 1689. investitus una parochus in Sempte. Hinc jam m. Oct. ejusd. a. transivit ad Gúta. 5. Dec. 1691. ADiac. Thornensis. † 17. Dec. 1696. Aetatis 42. Sepultus in crypta ante altare ss. Trinitatis ecclesiae s. Nicolai Tirnaviae.

Zsembery Martinus. 23. Apr. 1732. investitus parochus in Komját, ubi m. Oct. 1735. successorem nactus.

Zsembery, vel Zsemlera Michael. Absolutus philosophus et casista anni unius et medii. Ab 1644. parochus in Aranyos-Maróth. Ibi 1647. Mathias Schlegel peregit visitationem qui de parochia sic: «Imbecillis et valetudinarius. Annor. circiter 27. Sacerdos sexque tertio anno, tantoque tempore residens in hac parochia. Non habens libros requisitos. Pulsus e parochia, quia templum restitutum est haeticis, qui etiam paramenta ecclesiae a dominis terrestribus catholicis donata violenter abstulerunt.» Ergo fugere coactus, ivit ad filialem suam Kis-Apáthi. Circumstantias ibi existentes idem visitator sic notavit: «In hoc pago manet ex Maróth pulsus. Non habens sufficientem ad honestam subsistentiam proventum. Proinde juvandus subsidio a caes. Matte deputato. Huius pagi templum ferme stabulum et spelunca latronum a parochianis est factum, qui suis esculentis et foetidis animalculis exindeque fimorum congeries adeo illud infererunt.» 1657. in Kis-Apáthi Andreas Szily peregit visitationem, qui de illo: Aetatis 37. parochiae 13. Visitator Andreas Péterfy illum adhuc 1674. ibi invenit. Qui de illo dicit, quod sit sacerdos triginti annor. Parochiam habeat commodam. Ecclesia tunc in bono statu, nititam habens aram majorem, cum statua B. M. V. et valvibus a partibus, praesentantes varias imagines sanctorum.

Zsibák Stephanus. 5. Aug. 1740. nominatus in Mellek, ubi usque 1742. activus erat.

Zsibray Michael. Tirnaviensis. Theologiam cum a quinto, et cursu practico in arce Posoniensi 1791. terminavit. Cooperatorem egit in Nádas in cottu Hont. ab 1792. in Konyha et ab 1794. in Szobotist. 1795. accepit parochiam Pernek. Sub illo 1796. coemeterium ampliandum delata domo a parochiali horto, et sic parochus multis molestiis ex illa domo habitis, liberatus. Ecclesia interne reformata. Calvaria erecta. Organum renovatum pro fl. 370. Hinc 1808. transivit ad Malaczka, ubi † 19. Oct. 1826.

Zsidó Paulus. Galantensis, filius equestris capitanei bene possessionati. Qua alumnus semin. s. Stephani 1751. baccalaureus, 1752. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. cursu speculativo in semin. Mariano 1755. terminavit. 20. Nov. ejusd. a. applicatus cooperatorem in Podreosan. 14. Apr. 1756. investitus parochus in Jóka, ubi eodem a. Joannes Galgóczy peregit visitatio-

nem, qui de illo: «Annor. 24. Hic in tertio mense. Diligens, exemplaris. Domum habet ruinae proximam. Ecclesia remanente sanctuario amplior surrexit, impensis compossessorum. Praeterlapso festo Invent. s. Crucis benedicta.» 1763. obtinuit a Clarissis Poson. aram majorem. Laterales aras ex propriis extruxit quibus nomen suum apponi fecit. Jókaenses ab ipso visitatore card. a Batt-hyán deletionem postularunt, qui: «Ha ő állitatta, maradjon rajtok neve is.» Fuit malleus Jókaensium et severus morum castigator, quare 1771. septem currus querulantium plenos miserunt Tirnaviam. Exasperatus parochiam tunc sponte resignavit. Recessit ad suum patrimonium Galanthae, dein empta domo Tirnaviae, ubi pauperum causas coram s. Sede tuebatur. 1798. cum viatico ad infirmum vadens in glacie prolapsus; a tunc contracta laesione nunquam liberatus. Ingressus seminarium emeritorum, ibi in pace vivere anhelans, ast frustra, nam metr. s. Sedis Consist. fiscalis constitutus. † 30. Maji 1808. Ibidem.

Zsigmond Emericus. Natus 24. Oct. 1847. Theologiam cum quarto a. in Pázmáneó 1871. terminavit. 31. Jul. e. a. ordinatus. Cooperatorem egit in Kéménd. A 27. Apr. 1877. int. admin. in Bart, ubi 16. Jun. ejusd. a. parochus nominatus. † 19. Aug. 1890.

Zsigmond Paulus. 26. Febr. 1760. missus pro cooperatore Szklabonyam. 10. Dec. ejusd. a. investitus parochus in Csáb, ubi 1766. Emericus Foglár conscriptionem peregit, in qua notatum, quod in locum ecclesiae veteris, com. Balassa aliam ecclesiam eriget. Hinc 6. Sept. 1772. investituram accepit in Balassa-Gyarmat.

Zsigó, vide Szigó.

Zsihovics Franciscus a Paula. Natus 19. Mart. 1814. in Bénye, penes Monor in cottu Pest. Philosophica Tirnaviae, theologica Pestini 1837. absolvit. 26. Oct. 1837. ordinatus. 1838. in instituto presbyterorum transegit Strigonii, partim Budae in arce concionatorem matutinum, dein cooperatorem egit. Intermedio tempore per sex septimanis Gútae; erupto in Szent-Endre typho contagioso, ibidem per 2. m. subsidium spirituale praestitit. Parochiam Buda arcensem iteratis vicibus, 1843. et 1846. administravit. Eodem a. una cathedram exhortatoris ac professoris doctrinae religionis penes r. universitatem Pestanam supplevit. 7. Jul. 1847. nominatus pa-

rochus in Békás-Megyer. 1850. in gymnasio AEp-pali Tirnaviae professor linguarum et litteraturae. 1853. una assessor s. Sedis Tirnaviensis. 1858. director spiritualis in semin. gener. Pestano. 1868. una professor suppl. doctrinae relig. et orator sacer ad r. universitatem Pestanam. 12. Aug. 1869. nominat. canon. hon. E. M. Strig. 1870. ejusdem semin. vice-rector. 27. Mart. 1873. canonicus Posoniensis, ubi † 23. Jul. e. a. Literator zelantissimus, de ejus in hac re praestitis Zelliger, Eszt. Egyhm. Irók. 575.

Zsilavy Andreas. 30. Apr. 1732. investitus parochus in Torna. Hinc 26. Febr. 1733. in Szilas. 1775. senio confectus beneficium resignavit. Ultrouoque in Szilas degit, ubi et mortuus. † 26. Sept. 1778.

Zsilavy Andreas. Kis-Ugróczensis. Qua alumnus semin. gener. 1765. baccalaureus, 1766. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. in Pázmáneó 1769. terminavit. 2. Aug. e. a. missus pro cooperatore ad Szilas. 1. Aug. 1770. ad Nagy-Salló. 15. Jun. 1773. investitus parochus in Naszvad, ubi 1. Maji 1780. peracta visitatio Batthyianiana. 1781. idem AEppus ecclesiam aedificari curat. 1787. filia Imely avulsa et mater constituta. 12. Maji 1802. peracta conscriptio proventuum. Ab 1794. VADiac. districtus Udvard. Dum 1802. districtus hic subdivisus est in Comaromiensem et Udvardensem, hoc munus resignavit. † 17. Jun. 1807. ibidem. Aetatis 64.

Zsilka, vide **Zilka Joannes.**

Zsillay Ignatius. Theologiam cum quarto a. in semin. s. Stephani 1809. terminavit. Cooperatorem egit in Selmeczbánya, ab 1811. in Kis-Apáthi, ab 1813. Holicsii. 1818. constitutus admin. Péterfalvae, penes Andream Holecskó, cum ille quatuor annis ante mortem ob debilitatem officia obire non potuit. Ab 1821. iterum cooperatore, et quidem in Misérd, 1823. in Pobedim, 1825. Miavae, 1828. Konyhae, 1829. Ó-Bars. Ab 1832. curatus anabaptistarum in Morva-Szent-János, ubi † 31. Dec. 1836.

Zsille Joannes. Theologiam cum quarto a. in semin. AEp-pali Posonii 1797. terminavit. Cooperatorem egit in Szölgyén, a. 2., ex post secretarius officii vicarialis Tirnaviae. 17. Maji 1808. obtinuit parochiam Nagy-Salló, ubi crebras cum officialibus domini habuit alterationes, imo 1813. plane provisorem domini primatialis verberibus affect. Liti, hinc enatae cecidit, privatusque be-

neficio 13. Sept. e. a. In tanta calamitate ad praesulem Quinque-Ecclesiensem Josephum Királyi confugit, a quo in aula episcopali capellanus praelati nominatus. 18. Mart. 1814. parochus in Bata praesentatus, ubi iterum antiquum recruduit malum. Mense Jun. 1815. manifesta dedit signa maniae, idcirco Quinque-Ecclesias deportatus, in domo deficientiae reconditur, ubi eum versus vitae occasum vix quispiam auderet accedere. † 11. Nov. 1839. Aetatis 65. (Brüsztle Recensio Cleri, II. 123.)

Zsille Ladislaus. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1807. terminavit. Cooperatorem egit in Szent-Antal. Ab 1809. in Marczal. 13. Febr. 1816. nominatus parochus in Nagy-Csalamia, ubi † 31. Jul. 1842. Aetatis 38.

Zsiska Michael. Natus 19. Apr. 1850. Theologiam Strigonii 1873. absolvit et 25. Jul. e. a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Laksár-Ujfalú et Komjáth, ab 1874. in Mária-Nostra, ab 1876. in Érsekujvár, ab 1877. Budapestini ad s. Josephum. 11. Nov. 1881. nominatus administrator in Óhaj.

Zsismann Ludovicus. Natus 24. Dec. 1824. Neosolii. Philosophiam et theologiam in semin. Mariano 1846. terminavit. 1847. et 1848. in domo presbyterorum peregit Strigonii. 26. Febr. hujus a. ordinatus est. Cooperatorem egit in Aranyos-Maróth, ab 1849. in Komjáth, ab 1850. iterum in Aranyos-Maróth, ab 1852. Pestini ad s. Josephum. 1858. obtinuit parochiam Alsó-Pél, ubi † 23. Dec. 1889.

Zsitnyánszky Franciscus. 18. Maji 1748. missus pro capellano ad Gabrielem Horányi. Hinc 1. Jul. 1749. pro cooperatore Szakolczam. 1751. obtinuit parochiam Nagy-Szelezsény, ubi usque 1756. activus erat.

Zsitnyánszky Mathias. Stomfaensis. Qua saecularis 1713. baccalaureus, 1714. magister philosophiae in universitate Tirnaviensi graduatus. Theologiam cum secundo a. in semin. s. Stephani absolvit. 27. Maji 1715. investitus parochus in Pöstyén. Hinc 26. Aug. 1718. in Kis-Vendég, ubi 1731. Franciscus Zichy peregit visitationem, qui de parochia, quod sit 16. annis presbyter. Inde 22. Jul. 1750. in Koross, ubi 7. Junii 1755. per Antonium de Réva visitatio peracta. Demum 6. Jun. 1757. in Nagy-Tapolcsány, ubi † 12. Jul. 1763.

Zsmidz Joannes, vide **Zguricz.**

Zsnyava Stephanus. Theologiam cum secundo a. in Pázmáneo 1778. terminavit. Cooperatorem egit in Bazin, ab 1782. in Lévárd. 23. Jan. 1784. nominatus parochus in Sárffő. 31. Jul. 1788. Joannes Pálffy amotionem parochi petit. 1789. ex parochia ad deficientiam meavit. 1791. cooperator in Sz.-Benedek, † 30. Apr. 1797. Prividiae.

Zsolnay Andreas. Pásztóensis e cottu Heves. Qua alumnus collegii gener. 1674. baccalaureus, 1675. magister philosophiae. Theologiam in eodem semin. terminavit. 21. Apr. 1678. investitus parochus in Hárskút. 14. Febr. 1679. in Fülekpüspöki, ubi usque 1680. activus erat.

Zsolnay Joannes. Baziniensis. 1755. ex Emericano ad alumnatum Budensem. missus. 17. Sept. 1761. applicatus praebendatus in eccl. colleg. Poseniensi. 10. Jan. 1766. pro cooperatore Pestinum missus. 12. Oct. ejusdem a. investitus parochus in Némét-Prona, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Neosoliensi.

Zsubrinszky Joannes. Natus 11. Aug. 1819. Theologiam cum quarto a. in semin. Mariano 1843. absolvit. 15. Jul. 1844. ordinatus. Cooperatorem egit in Hidaskürt. 14. Maji 1847. visitationem peregit Adalbertus Pogány de Csáb. Post pugnam Perediensem individua aliquot in veste militari russica ad cubile parochi violenter irruendo, hujus et ecclesiae praetiosa sibi extrodari imperant, reluctantem parochum dejiciendo, pedibus calcant, vulnerantque. Tamen interventione domesticorum e discrimine vitae liberatus. Per seriem annorum patienter toleratis doloribus, e phtysi trachiali † 26. Jun. 1863.

Zsugova Stephanus, vide Zsnyava.

Zubák Franciscus. Theologiae in semin. s. Stephani studuit. 5. Apr. 1680. ordinatus. 16. Apr. e. a. investitus parochus germanici praesidii in Gúta, ubi usque 1686. activus erat.

Zubák Stephanus. Theologiam cum tertio a. in semin. s. Stephani 1766. absolvit. 25. Maji e. a. missus pro cooperatore ad Detva. 4. Mart. 1772. investitus parochus in Felső-Sipék, ubi † 1. Mart. 1773.

Zubriczky Adalbertus. 20. Apr. 1762. investitus parochus in Alsó-Lipnicza, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.

Zubriczky Andreas. 20. Sept. 1831. investitus parochus in Rabcsicza.

Zubriczky Mathias. 12. Febr. 1682. investi-

tus parochus in Nagy-Ugrócz, ubi usque 1689. operatus est.

Zubrolavszky Joannes. 4. Jun. 1705. investitus parochus in Nagy-Czétény. 12. Maji 1711. in Liptó-Szent-Mária, ubi usque 1726. operatus est.

Zudlár Georgius. Fuit 1559. parochus in Sárfsja i. e. Sárffő, ubi eodem a. visitatio peracta, in qua de parochia notatur, quod sit: uxoratus, catholicus.

Zukacinni Joannes. Occurrit 1628. parochus in Szárazpatak. Qui 31. Aug. ejusd. a. citatus ad s. Sedem spiritualem.

Zuregh Antonius. Nobilis Csejtensis. Qua alumnus semin. Mariani 1751. baccalaureus, 1752. magister philosophiae. Theologiam cum tertio a. 1755. terminavit. 6. Aug. ejusd. a. missus pro cooperatore ad Ó-Bars. 1. Jan. 1756. conventualis s. Benedicti de juxta Grón. 4. Dec. 1761. investitus parochus in Csiffár. 5. Sept. 1772. exaratus extractus testatur pro aedificatione ecclesiae s. Joannis consumptos fuisse 2088 fl. 34. d. Tunc etiam in filia Mohi ecclesia aedificata expensis Eszterházyanis. Hinc 19. Aug. 1775. in Verebély, ubi ab 1776. VADiac. distr. cognominis. 6. Oct. 1779. visitatio Batthyianiana peracta. † 27. Nov. 1784. ibidem.

Zuregh Georgius. Theologiam cum quarto a. et cursu practico in semin. arcis Poson. 1790. terminavit. Cooperatorem egit in Duna-Szerdahely. 1792. accepit parochiam Várkony, ubi † 27. Apr. 1833.

Zvacsek, alias Vacsek Joannes. Studia sua in collegio Pázmáneo absolvit. 14. Apr. 1681. investitus parochus in Nyitra-Bajna. Hinc m. Maji 1689. in Gerencsér, ubi 24. Dec. ejusd. a. denuo investitus. Ibidem 18. Nov. 1694. Stephanus Illés peregit visitationem, qui de illo: 38. annor. sacerdotii 14. tenet hanc parochiam sex annis. Activus erat usque m. Majo 1705.

Zweigk Adamus. Cremnicziensis. 15. Aug. 1749. susceptus ad alumnatum Budensem. 13. Apr. 1754. ordinatus. 14. Jun. e. a. factus cooperatorem in Szomolnok, ex voluntate Nicolai Csáky AEppi Strig. quum secus officium vicariale disponendum habeat. 1771. obtinuit parochiam Svedlár, quacum incorporatus neo-erectae dioecesi Scepusiensi.


Zverinszky Andreas. 15. Dec. 1732. investitus parochus in Falucska, ubi † 30. Jan. 1751.

Zvoncsánszky Joannes. Fuit 1630. licentia-

tus in Felső-Thur, interfuit 4. et 5. Oct. ejusd. a. asservatae synodo Tirnaviensi. 1647. fuit licentiatuus in Palásth. Nominatur in catalogo cleri jussu Georgio Lippay confecto. Notitiae causa subjungo formulam investiturae pro licentiatuura acceptae: «Inducti necessitate ecclesiae et gravi sacerdotum penuria, nec non piorum hominum commendatione, dilectum nobis Joannem Zvoncsánszky in piis ac sacris libris et orationibus populo in possessione Felső-Thúr in cottu Hont. existentem, commorantem, praelegendis, per unius anni spacium licenciarisamus, hac adjecta conditione et obligatione sub fide Deo debita per idem Joannem ullo unquam sub praetextu ejnsmodi Sacramentorum administrationi se inmiscat quia pro legitimo ministro unice sacerdotii ordinem requirunt; ut sunt: sacrae missae celebratio, confessionum audiendarum et absolutionis ministerium, ac extremae unctionis administratio et ne fines licentiae suae excedat, sed superiorum ordinationi se per omnia confor-

met. Quod ad baptismi administrationem attinet, si necessitate postulante eam exerceri oporteat, ut in absentia, vel longiori sacerdotis distantia, facere possit, concedimus, observatis iis, quae in casu necessitatis observari debebunt et omis- sis exorcismus, ac inunctionibus. Quae licentia, ita nihilominus conceditur, si vitam moresque suos, prout decet, non componeret, nec eam debito modo perageret, ipso facto cessari intel- ligatur. Harum Nostrarum vigore et testimonio mediante.» etc.

Zwolenszky Nicolaus. Philosophus. Theologus moralis, seu casista secundi a. 1638. obtinuit parochiam Trubin, ubi 1647. Matthaeus Schlegel peregit visitationem, qui de parocho: «Annor. circiter 35. Sacerdos noni anni, residens in hac parochia anno secundo. Ibidem alteram visitationem 1657. Andreas Szily peregit, qui de parocho: »Aetatis 47. Casista duorum annor. Parochus 19. Libris sufficienter instructus.»



SUPPLEMENTUM.

ADDENDA, CORRIGENDA

IN PARTE PRIMA.

Alsó-Bottfalu. Usque 1894. Stephanus Rucska, abhinc Jakobéczy Ernestus adm.

Alsó-Esztergály. A 15. Maji 1673 — 11. Maji 1674. Blaskovics Martinus.

Alsó-Jattó. Usque 1890. Schramek, hinc Kuczmann Alexander. Ab 1893. Kulcsár Emericus admin. Eodem a. Lenkei Carolus admin. 1894. parochus.

Alsó-Korompa. Usque 1679. Marsalik Martinus. Szvetenay Nicolaus deletur. Usque 1891. Kubina Andreas, hinc Ernyei Paulus admin. 1894. parochus.

Alsó-Ludány. 1657. Occ. Mensich Georgius plebanus.

Alsó-Pél. Zsismann Ludovicus † 23. Dec. 1889. Ab 1890. Pintér Carolus.

Alsó-Rakoncza. Usque 11. Aug. 1879. Kittenberger Stephanus. A 17. Aug. e. a. Karácsony Alexander. — Toman Josephus † 17. Maji 1894. Mense Aug. e. a. Hinffner Adalbertus parochus.

Alsó-Récsény. Usque 1710. Fábry Georgius. Ab 8. Maji e. a. — 15. Mart. 1713. Stetina Andreas. Filia Saág, olim parochia cum filia Ujlacska, 29. Jul. 1679. collata Mihályffy Laurentio.

Alsó-Szemeréd. 1702. Jancsovics Paulus, deletur.

Alsó-Várad. 1359. occ. Paulus rector eccl. Várad in Bars. A 30. Apr. 1742. Dobronay Stephanus et a 10. Febr. 1746. Szeniczý Joannes.

Aranyos-Maróth. Usque 17. Apr. 1679. Kürthössy Andreas. Usque 1702. Kinczel Michael. Fekete N. deletur. Penes Reiter Aloysium ab

1891. admin. in spir. et temp. Fertig Aloysius. 1894. Reiter penitus resignavit parochiam, Fertig admin. renunciatus.

Ardanócz. Silhányi Joannes. † 12. Febr. 1893. Eodem a. Kuczmann Alexander parochus.

Assakürt. Usque 1887. Bartovics Josephus par. Ab eodem a. Hollady Eugenius usque 1893. Hinc Schurmann Josephus.

Báhony. Usque 1699. Oszeblicz Petrus, hinc Peszkó Joannes.

Bajna in cottu Strig. 1647. occ. Izó Joannes, alias Józsa licentiatus. In filia Epel fuit parochia, cujus parochus 1562. non interfuit synodo Tirnaviensi.

Bajna in cottu Nitr. A 22. Mart. 1674—1675. Matthaedovics Jacobus. 1647. Józsa Joannes deletur.

Bajóth. 1525. occ. Benedictus.

Bajta. Ab 1871. admin. 22. Jan. 1872. parochus Kovács Emericus. Ab eodem a. Edényi Martinus.

Baka. 1673. Petrik Michael et 1730. Mavics Mathias deleantur. A m. Majo 1733 — m. Jul. e. a. Ujváry Stephanus. Historiam hujus parochiae succinetam publicavit Ipolyi Arnoldus, Csallóköz műemlékei. Arch. Közlemények, 1859. 47. Fusiorem Farkas Michael. (Magy. Sion, 1866. 845, 922.)

Balassa-Gyarmat, quae jam saec. XIII. existit. 1291. Michael, ac in nota: «et illud de 1291.» usque «Ibid. 235.» deleantur, pertinent enim ad Füzessgyarmat.

Ballony. A 1. Maji 1703—1718. Hidassy Joannes.

Bánkeszi. Inter 1332. et 1337. Nicolaus pleb. de Quesu. Ab 1891. Flügler Joannes par.

Barth. Ab 1847. Mészáros Joannes. Zsigmond Emericus † 19. Aug. 1890. Ab eodem a. Schäffer Adalbertus admin., dein parochus.

Báth. Ab 1665. Finta Andreas. Usque 1760. Pisuch Andreas. A 3. Mart. e. a. admin. 9. Sept. 1762. parochus Kubányi Andreas. Usque 1891. Sántha Augustinus. Hinc Mácsay Florianus.

Bátorkesz. 1808. non Specziár Michael, sed Emericus.

Bazin. 1656. Smutkó Stephanus, addatur. 1665. Nitrai Joannes et 1677. Sustovics Emericus deleantur.

Bikszárd. Usque 1892. Kollár Martinus. Hinc Szeder Alexander admin.

Bohunicz. 1746. Silhacsek Joannes deleatur.

Boldogfalva. Pokorni Adolphus †. 7. Mart. 1894. abhinc Csögly Colomannus int. admin.

Bozók. 1358. occ. Aegydius plebanus. Litterae «S. J.» post parochos adhibitae, deleantur.

Böös. A 25. Jan. 1681. Boczárdy Emericus. 1702. Lukács Martinus, non Stephanus.

Börzsöny. Usque 28. Aug. 1892. Feller-mayer Joannes, hinc Kántor Ludovicus admin.

Brezova. Usque 9. Dec. 1678. Klenovics Georgius.

Buda-Eörs. Parochia restituta 1744. Wagner Benedictus, can. hon. cath. eccl. Neosol.

Budapest. Ad s. Sigismundum. Ab 1890. Wezinger Carolus.

Budapest. Olim s. Mariae Magdalenae. 1436. occ. Stephanns.

Budapest ad s. Annam. Würtl Antonius † 27. Jul. 1890. Hinc Kántor Ludovicus int. adm. 15. Oct. e. a. Dömötör Gedeon parochus.

Budapest ad s. Stephanum. 1890. P. Lipov-csevics Laurus, ab 1893. P. Tamás Aloysius.

Budapest ad Visit. B. M. V. Ab 1890. Ott Adamus.

Budapest. Vetero Budae. In ecclesia Alba quae fuit olim parochia 1332. occ. Ladislaus. In eccl. ad ss. AA. Petrum et Paulum usque 1890. Cselka Ferdinandus, hinc Kirschhoffer Carolus.

Budapest. Ad Ass. B. M. V. in antiquo Pest. 1308. occ. Berardus, 1525. occ. Albertus.

Budapest ad s. Leopoldum. Simon Fran-ciscus † 23. Apr. 1890. Ab eod. a. Lollok Leonardus.

Budapest ad s. Elisabetham. Degen Titus † 19. Febr. 1894. Ab eodem a. Tótfalussy Adal-bertus.

Budapest ad s. Rochum. Déry Michael † 8. Mart. 1891. Inde Veszely Aloysius admin.

Búr-Szent-Miklós. Ab 1727—1737. Klempay Joannes. Erdélyi Franciscus deleatur.

Bussa. Lehmann Augustinus † 30. Maji 1890. Inde Matolai Julius parochus.

Csáb. 1535. occ. Valentinus. Usque 1892. Gonda Joannes Paulus. Hinc Laczkó Ludovicus.

Csábrág. Usque 1890. Lazó Athanasius, hinc Frastaczky Linus ord. s. Franc. prov. ss. Salvat.

Csejkő. Usque 1. Mart. 1738. Georgius Jen-tenfy. Ab 31. Mart. e. a. Ravasz Andreas. Us-que 1892. Spuller Julius. Abhinc Sármir Joannes.

Cseke. Csulen Martinus † 23. Jan. 1894. Abhinc Csögly Colomannus admin., subin Reindl Roman parochus.

Cseklész. A 28. Apr. 1664. Farkas Stepha-nus, ab 13. Aug. e. a. Tölgyesi Joannes et a 22. Oct. 1668. Olasz Paulus. Markovics Aloysius † 4. Dec. 1892. Ab 1893. Pitthörd Ladislaus et mox e. a. Stöszner Julius.

Cseszte. 13. Oct. 1563. occ. Grebeli Joannes de Lieberwer. Usque 1893. Malobiczky Ignatius. Hinc Bakics Joannes.

Csév. Usque 1890. Csizmár Martinus, abhinc Garay Stephanus.

Csicsó. A 18. Mart. 1706. Palásthy Marti-nus. Csáktornyay Antonius † 23. Dec. 1890. Ab 1891. Gál Stephanus.

Csiffár. 1647. occ. Bersovich Lucas. Spáczay Casparus fuit parochus, «Licentiatu» deleatur.

Csolnok. Usque 1892. Lováky Antonius, abhinc Csáky Georgius.

Csúz. Usque 1890. Komlóssy Franciscus. Abhinc Horváth Vendelinus.

Csütörtök. Ab 1666 — 17. Apr. 1668. Pé-terffy Andreas, can. Poson. Ab 1678—1679. Náray Georgius. Usque 1695. Megyesy Andreas. Ab 1710— 22. Sept. 1719. Nagyszeghy Paulus.

Czerova-Leszkó, nunc Korlátkő. E filia Jab-lonzensi 1787. parochia erecta. Ecclesia adjuto-rio Ottlik Juliannae 1756. erecta.

Cziffer. A 31. Aug. 1628. Mensich Mathias.

Dágh. Usque 1890. Garay Stephanus, hinc Csizmár Martinus.

Darnó. Capellania localis ab 1787. Ab 1787—1800. Péznessy Joannes, Cornelius, cap.

loc. 1797. Pénzessy Joannes. deletur. 1819. loco Darnay, lege Rimay. Usque 1892. Vida Joannes, abhinc Makai Joannes admin.

Dejte. Fuit 1561. in ADtu Nitr. distr. Csejthensi. Existit de eodem a. visitatio interessans. Fuit tunc parochus Jácz Michael. 23. Maji 1606. occ. Bogdanóczy Adalbertus.

Deménd. Usque 1705. Berneczey Joannes. A 9. Maji e. a. Gregani Stephanus. Kisdy Sigismundus † 11. Sept. 1713. Usque 1890. Szilárdy Albinus, abhinc Csepy Paulus. In filia Százd 27. Jun. 1670. investitus Szalkay Albertus licentiatius.

Detrekeő-Csütörtök. Usque 1889. Szeghy Ladislaus, abhinc Mellisek Alphonsus.

Detrekő-Szent-Miklós. Usque 1893. Janik Josephus. A m. Nov. e. a. Pitthord Ladislaus.

Dévény. 1647. occ. Delacz Joannes. A 26. Febr. 1667—1676. Rehperger Vitus, Joannes. Ab 15. Apr. e. a.—1678. Volányi Petrus. Baros Georgius et Hamar Franciscus deleantur.

Dévény-Ujfalú. A 12. Apr. 1681. Prevratius Vitus, a 16. Dec. 1687. Metulnik Jacobus, a 1. Sept. 1692. Zgurics Franciscus et ab 1714. Novák Georgius in serie continuata. Dein a 28. Febr. 1758— m. Maji e. a. Koza Joannes. Chmelik Nicolaus † 14. Dec. 1892. Ab 1893. Trubinyi Joannes.

Diószegh. Seffcsik Paulus † 9. Jul. 1891. Ab eodem a. Kisfaludy Vincentius.

Dömös. Nedeczky Casparus † 6. Sept. 1893. Ab eodem a. Petrás Josephus.

Drahóc. Usque 1893. Praznovszky Michael, abhinc int. applicatus. Ab 1894. Borovszky Josephus int. admin.

Drégelypalánk. Inter 1332. et 1337. occ. Joannes sacerdos s. Elyzabeth in ADtu Hont. Simonyi Rudolphus † 11. Apr. 1892. Ab eod. a. Bohuniczky Ignatius.

Dubóva. Usque 1893. Bakics Joannes. Abhinc Dodek Andreas.

Duna-Szent-Pál. Usque 25. Apr. 1892. Vörös Vincentius. Abhinc Vida Joannes.

Duna-Szerdahely. Occ. 1329. Joannes. 1332. Iwan. Ab 1340—1341. Joannes et 1446. Emericus.

Egegh. A 19. Aug. 1692— 8. Sept. 1696. Szent-Gotthardy Joannes. Süttö Stephanus † 28. Mart. 1893. A m. Jun. e. a. Pohl Joannes.

Egerszegh. 1657. occ. Finta Andreas.

Egbell. Rehák Mathias † 2. Mart. 1894.

Abhinc Donoval Joannes, int. admin. Mense Sept. e. a. Kuna Franciscus parochus.

Egyházfalva. A 27. Apr. 1680— 21. Jul. 1689. Árokszállásy Martinus.

Ekel. In filia Nagytany a 21. Oct. 1674. Kecskeméthy Joannes, et in filia Aranyos a 20. Mart. 1676. Lixai Michael licentiatius.

Endrefalva. In filia Dolány, 1630. occ. Kaszius Isaacus licentiatius.

Érseklél. Usque 1890. Erhárd Emericus admin., abhinc Farkas Alexander usque 1894., inde Orosz Ernestus et mox Erdőssy Stephanus.

Érsekujvár. Ecclesia parochialis 1877. sumtibus Joannis card. Simor ampliata, restaurata et alta turri provisiva. (Simor-Album 114.) Ab 1602—1608. Posgay Joannes.

Farnad. 1295. occ. Petrus sacerdos de Farnad. Usque 1891. Baumann Leo admin. in spir. et temp.

Féll. 1672. occ. Radonay Andreas.

Felső-Attrak. A 26. Apr. 1690. Nemniczky Nicolaus, a 24. Aug. e. a. Póka Stephanus et ab 1709. — 30. Nov. 1713. Blaskovics Martinus.

Felső-Diós. 1561. et 1562. occ. Antonius par. et VADiac. Usque 1629. Stomfai Georgius, Joannes, usque 1659. Chaholicz Mathias.

Felső-Szeli. Ibi parochia jam ante tempus reformationis exstitit, de qua 1634. visitator Draskovics Georgius notata digna consignavit.

Felső-Szöllős. 1285. occ. Chima plebanus de Zelews.

Felső-Vásárd. Usque 1890. Jedinák Theodorus, abhinc Bednár Paulus.

Felső-Zsemler. A 17. Maji 1703—1709. Bélik rectius Bieli Joannes, Georgius.

Fenyő-Kosztolán. 1676. Humay Franciscus et 1688. Rosdsienszky Christophorus deleantur. Usque 24. Jun. 1750. Boldis Andreas. A 23. Jul. e. a. usque 25. Jan. 1752. Valent Andreas. Usque 1890. Hainiss Justinus, abhinc Hruska Adalbertus.

Füss. Inter 1332. et 1337. Benedictus. 1679. Szomolányi Georgius deletur.

Füzesgyarmat. 1291. inter parochias Hont nominatur. 12. Maji ejusd. a. occ. Michael presbyter ecclesiae de Gyormot.

Gajar. 1653. occ. Hradessányi Georgius.

Galántha. 1656. occ. Nagy Albertus. Ab 1711—1719. Ujvendégly Joannes. Filia Gány fuit olim parochia, cui adjuncta erant Nebojsza et Barakony. 1634. rudera ecclesiae in Gány cerne-

bantur, uti visitator Draskovics refert. Incolae erant Luthero addicti.

Galgócz. Ab 1635. Szkacsányi Martinus. **Garamszőlős.** Usque 1892. Podhragyay Paulus. Abhinc Spuller Julius.

Garamujfalu. A 5. Jun. 1680. Silesita Joannes, a 28. Sept. e. a. Gloselius Mathias. Munkay Joannes † 6. Mart. 1890. Abhinc Hönig Guilielmus.

Gerencsér. Series parochorum perturbata. Chronologicus ordo talis est: 1561. Franciscus, 1630. Naháczy, 1647. Zsakovics, abhinc sunt in ordine usque 1673. Meszarics, non Marics, 1674. Krausz, 1680. Vlahovics. 1681. Demovich et usque 19. Dec. 1704. Baktovics. Ceteri sunt in ordine. Usque 1890. Bednár Paulus, abhinc Roszipál Antonius. Ab 1893. Chrenkó Ignatius admin.

Grinád. Ab 1894. Chrenko Ignatius par.

Gúta. A 2. Maji 1611. — 27. Jun. 1612. Babóthy Franciscus.

Helemba. 1795. parochus, ponatur ad Sánta Georgium et apud Morvay deletur.

Héreg. Hujus parochiae fusiorem historiam, junctim cum historia sui aevi in duobus vastis voluminibus scripsit Kovách Adamus. Inter M. SS. Biblioth. E. M. S. II. 23.

Hidaskürt. Inter 1332. et 1337. Paulus de Visquelt, id est Vizkelet.

Hodrusbánya. Usque 1890. Litassy Joannes Abhinc Paulovics Josephus.

Holics. Schnierer Ignatius † 4. Maji 1893. abhinc Kucsera Josephus.

Horvátgurab. 1596. ibi protestantes ecclesiam et scholam habebant pro quarum conservatione Illésházy Stephanus annue. 20. metretas tritici ordinavit. (Frankl, Iskolázás. 100.)

Hrachovistye. 1857. Translata ex Krajna. 1634. occ. Christophorus plebanus in Krakovicze. Usque 1873. Kanovics Carolus. Apud ceteros etiam anni septuagesimi ponendi.

Hradek. 1676. occ. Pixiades Georgius. A 17. Febr. 1728. Baján Paulus et a 2. Sept. e. a. — 1729. Szlezák Michael. Usque 1893. Kovács Josephus, abhinc Fehérváry Colomannus.

Hradist. 1634. occ. Bogdanóczy Daniel. A 26. Maji 1668—1680. Padzirovsky Mathias. Usque 1707. Péterffy Georgius.

Hrussó nunc Magas-Majthén. A 14. Nov. 1705. Zacskovics Martinus. Ab 1805—1806. Simónyi Paulus. Usque 1893. Pohl Joannes, abhinc Schrutta Carolus.

Imely. Ab 8. Dec. 1711. Bázorsig Joannes licentiatius. Usque 1891. Simor Mauritius, abhinc Varga Joannes, admin. Ab 1892. Szilágyi Eugenius et ab 1893. Zoványi Michael.

Ipolyfödemes. In filia Kelenye 20. Apr. 1698. investitus Illyés Joannes licentiatius.

Ipolynyék. (Alsó- és Felső-Nyék.) 15. Sept. 1627. occ. Skultéti Martinus.

Ipolyság. 1358. occ. Stephanus pleb. de Saágh. 1630. occ. Seratoris Martinus licentiatius in Tesmag. Stéger Emericus † 18. Sept. 1893. abhinc Foltin Joannes. De ecclesia ad s. Martinum 1266. ibidem existente et ejus patrono, vide C. D. Arpád. cont. VIII. 154.

Ipolyszécsénke. Inter 1332. et 1337. occ. Stephanus sacerdos ss. Cosmae et Damiani in Hont. 1630. occ. Skultéti Martinus licentiatius in Swehenka. Usque 1890. Horváth Vendelinus admin. abhinc Fischer Augustinus parochus.

Istvánfalva. Matricae ab 1670. Usque 1678. Faber Adamus, Joannes. 1687. Stanó, non Hano. A 27. Apr. 1698—1702. Reich Samuel. Usque 1893. Jankovics Josephus, abhinc Vojtech Joannes.

Jabloneza. A 14. Jul. 1680—m. Sept. e. a. Cupetius Sebastianus.

Kápolna. Usque 1893. Pavlovsky Carolus, abhinc Roszipál Antonius.

Kátlóc. Usque 1894. Tóth Josephus, abhinc Plechló Joannes int. admin. ab 1894. parochus.

Kékkő. Usque 1880. Matolay Julius, abhinc Blahó Joannes admin. dein parochus † 14. Mart. 1893. Post hunc Szabó Alexius admin. ab 1894. parochus.

Kemencze. Usque 1703. Kovács Michael. 1697. Brosányi Joannes, deletur. Usque 1711. Gyökeres Paulus, ideo Stankovics et Lehóczky deleantur. Usque 1733. Kövér Antonius, ideo Rágyeczky deletur. Döbling Julius † 27. Maji 1892. 28. Aug. e. a. Feller Mayer Joannes investitus.

Kéménd. 1295. Sacerdos de Kéménd habuit molendinem. Knauz, Mon. Strig. II. 367. — Nota 2) deletur.

Keresztúr. A 20. Jul. 1666—1667. Matthaevics Jacobus, Petrus. Anni 1667—1670. Item Mahovics Jacobus deleantur.

Királyrév. Usque 1892. Makay Joannes admin. Abhinc Molecz Antonius admin.

Kisapáthi. Ab 1674. Zsembera Michael. Kmethy Georgius deletur.

